PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 891) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD DUODECIM ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA OCTO ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CI.

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

SÆCULUM IX, ANNUS 891.

ΦΩΤΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PHOTII,

CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ,

OPERA OMNIA

IN CLASSES QUINQUE DISTRIBUTA :

EXEGETICA, DOGMATICA, PARÆNETICA, HISTORICA, CANONICA;

CURIS VARIORUM, NEMPE :

CHRISTOPHORI WOLFII, ANG. ANT. SCOTTI, FRANC. COMBEFISII, CARD. BARONII, STEWARTII, RICHARDI MONTACUTII, ANTIMII REMNICENSIS EPISCOPI, FR. SCORSI, JOANN. BAPT. COTELERII, JUSTELLI, VOELLI, FONTANI, CORDERII, ANDREÆ SCHOTTI, CRAMERI, CARD. ANG. MAII, JAGERI, EMMANUELIS BEKKERI, JOSEPHI HERGENROETHER,

JAM ANTEA LUCE DONATA, PARTIM NUNC PRIMUM EDITA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT 4 VOL. 42 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CI CONTINENTUR*

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

Patrologiæ Editorum Præfatio.

PHOTII OPERUM PARS I. — EXEGETICA.

* Quæstiones 148, 187, 228, 229 (pars posterior) 230, 231, 319, 320, 321 absoluto jam volumine datum est detegere. Has, cum suum jam non possint locum obtinere, ad calcem voluminis apponendas curavimus.

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

IN OPERA PHOTII

NUNC PRIMUM COLLECTA

EDITORUM PATROLOGIÆ GRÆCÆ PRÆFATIO.

I. — *De persona et gestis Photii.*

Photius scriptorum suorum copia et doctrina celebris, at facinoribus, quibus diu Ecclesiam perturbavit, et teterrimum schisma inauguravit, longe celebrior evasit. Cujus indolis et agendi rationis notitiam ut lector ab initio perspectam habeat, gesta ejus brevissimis verbis enarrabimus.

Ignatius Michaelis Curopalatæ, imperatoris Constantinopolitani filius, sed ab infantia a Leone Armeno eviratus, ne jura regni sibi unquam vindicaret, monachus S. Satyri et sacerdos factus, anno 846, in patriarcham Constantinopolitanum electus est, et sedem patriarchalem Novæ Romæ, omnium virtutum sacerdotalium splendore illustravit. Tunc temporis imperium administrabat, veluti filii sui tutrix Theodora, Michaelis ebrii mater, quæ anno 842, hæresim Iconoclastarum, postquam per annos centum et viginti vineam Domini vastasset, tandem suffocavit.

Michael, cum annum vigesimum primum ætatis suæ attigisset, anno scilicet 857, suasu Bardæ Cæsaris, et avunculi sui, tutelam matris excussit, et quo facilius pravis suis cupiditatibus indulgeret, matrem et sorores in monasterium detrudi ac tonderi jussit. At iniquæ suæ sententiæ consentire noluit Ignatius patriarcha, vir pius et justus, qui hac de causa Michaelem vehementer offendit et a sede patriarchali, die 23 Novembris anno 857, non sine vi, expulsus est.

Sceleris hujus præcipui auctores fuerunt Bardas Cæsar et Michael imperator; at ejusdem cooperatores erant Photius, adhuc laicus, qui sedem patriarchalem ambibat, et Gregorius Abeste, episcopus Syracusanus, quem Ignatius, an. 847, ob facinora sua, episcopali dignitate spoliaverat. Gregorius, jussu imperatoris, Photium laicum, 5 dierum spatio ad sacros ordines et ad ipsum episcopatum, in contemptum SS. canonum, promovit, ita ut Photius die 25 Decembris ejusdem anni 857 thronum patriarchalem conscenderet.

Episcopi provinciæ Constantinopolitanæ omnes, exceptis tantum viginti et uno, mox in ecclesia S. Irenes Constantinopoli convenerunt, et Photium tanquam canonum contemptorem et sedis alienæ invasorem, deposuerunt et anathemate percusserunt.

At Photius auctoritate Bardæ et Michaelis fretus, viginti et unum episcopos sibi adhærentes congregavit in templo SS. Apostolorum, et Ignatium ob ficta crimina deposuit, eique anathema dixit.

Conventus illi duo, anno 859 celebrati sunt; at nedum pacem restaurarent, discordiam novis incrementis auxerunt.

Ideo Photius auctoritatem primæ sedis sibi conciliandam esse putavit, quo tandem adversarios opprimeret, et quiete sua usurpatione frueretur

Misit itaque ad Nicolaum I Romanum pontificem litteras venerationis, humilitatis ac subjectionis plenas, quibus postulavit ut summus pontifex Constantinopolim legatos mitteret, qui dissidentes episcopos audirent, et perturbatam pacem restituerent.

Nicolaus votis Photii annuit et, anno 860, hujus negotii tractandi causa Constantinopolim misit Rhodoaldum et Zachariam episcopos, qui cum a Photio fuissent circumventi, partim ex timore, partim ex pusillanimitate, in concilio 318 episcoporum quos Photius convocaverat, in depositionem Ignatii consenserunt.

At eodem anno 861, Nicolaus, postquam legatorum suorum prævaricationem cognovisset, Romæ concilium coadunavit et, coram legato Michaelis imperatoris CP., declaravit se suos legatos Constantinopolim non misisse ut depositionem Ignatii et usurpationem Photii ratas haberent, sed ut statum rerum indagarent et de remediis ad sanandam cleri discordiam aptis sententiam proferrent. — Deinde post biennium, cum Photius a fovendo schismate Constantinopolitano, et ab exercenda tyrannide non cessaret, Nicolaus I, an. 863, in concilio Romano, ea quæ an. 861 contra Ignatium acta fuerant rescindit, Photium usurpatorem alienæ sedis declaravit, et legatos suos, qui prævaricaverant, episcopatu et communione ecclesiastica privavit.

Nedum Photius supremæ auctoritatis judicio, quod provocaverat, acquiesceret, in illud audacter rebellavit, et eo temeritatis devenit, ut proprio marte acta cujusdam concilii œcumenici ex capite fingeret, in quo Nicolaum I excommunicaret, Ecclesiam Latinam conviciis et calumniis impeteret, exprobrando ipsis quod Symbolum fidei mutaverant, cæteraque gravamina jam prolata, exaggerando. De Photio scribens Anastasius Bibliothecarius :

« Verum iste falsarius, ait, falsorum excessuum adversus insontem absentem et invictum, mendacem codicem compilat, mille circiter antistitum subscriptiones falsas interserit, sibi nemine prorsus consentiente

vel conscribente ex illa numerosa episcoporum multitudine, nisi uno et viginti præsulibus. Unde jam profusius sancti habitus viri eum fugiunt, et quasi squalorem quemdam declinant, alterum Dioscorum hunc appellantes, et præcursorem Antichristi, imo ipsum Antichristum existimantes, quem scilicet hominem peccati filiumque perditionis Apostolus appellasset, qui profecto extolleretur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur * (a). »

Episcopi Orientis, exceptis viginti et uno, contra audaciam Photii reclamarunt, dicentes inauditum esse, nec justum, sententiam ab inferiori in superiorem ferri; sed Photius ab incœptis non abstinuit, sed in pervicacia perstitit, donec paulo post mutato rerum statu, Photius a Basilio Macedone ex ecclesia CP. ejectus est. Anno scilicet 867, quo Photius Acta pseudoconcilii finxerat, Michael imperator, gravi suspicione motus, Bardam avunculum trucidavit opera Basilii Macedonis, quem cum imperio suo associasset, interfectorem expertus est. Basilius summa auctoritate potitus, Photium ejecit, et Ignatium ab exsilio revocatum sedi patriarchali restituit, moxque Hadrianum II, qui eodem anno 867 Nicolao I successerat, adiit, ut missis legatis statum ecclesiæ C.-P., diro schismate perturbatum, componeret.

Postquam, convocato concilio Romano, Hadrianus Photium, ob pronuntiatum in Nicolaum I, anathema, solemni sententia excommunicasset, et ea quæ pro pace Ecclesiæ Constantinopolitanæ a sancta sede apostolica decreta fuerant, confirmasset, Constantinopolim legatos misit, ut interessent octavo concilio œcumenico, quod CP. celebratum est a die 5 Octobris an. 869, ad 28 Februarii an. 870.

In eo concilio, juxta formam a sacris canonibus præscriptam, Photius a patriarchatu et a sacerdotio solemniter depositus fuit, et ad communionem laicam redactus, dummodo resipisceret. Cum autem se auctoritati concilii subjicere renuisset, anathemate perculsus est. In singulis sessionibus Patres ipsi anathema indixerunt, his verbis : Photio invasori, Photio sæculari et forensi, Photio neophyto et tyranno, Photio schismatico et damnato, Photio mœcho et parricidæ, Photio fabricatori mendaciorum, Photio adultero et interfectori, Photio inventori perversorum dogmatum, Photio novo Dioscoro, Photio novo Judæ, anathema!

Cum Photio excommunicati et depositi sunt nonnulli episcopi, qui causam suam a causa ejus sejungere noluerunt; sed pax interea restituta est, donec Ignatio vita functo, Photius novis artibus benevolentiam imperatoris Basilii captavit, et ab ipso obtinuit ut in sedem patriarchalem restitueretur. Id an. 877 accidit, jam non obsistente Joanne VIII Romano pontifice, qui, ob iniquitatem temporum et ad cavenda majora mala, Photium restitui permisit, eo tamen pacto, ut præteritorum facinorum veniam a concilio peteret et obtineret. In genuina enim epistola quam Joannes VIII ad episcopos Orientis scripsit, ita mentem suam aperit : « Nunc itaque aliis patriarchis, Alexandrino videlicet et Antiocheno et Hierosolymitano, atque omnibus archiepiscopis metropolitis, episcopis et sacerdotibus, cunctoque clero Constantinopolitanæ sedis, qui de ordinatione beatæ memoriæ Methodii et Ignatii, reverendissimorum patriarcharum, exsistunt, una voluntate, parique voto consentientibus, *eumdem Photium satisfaciendo, misericordiam coram synodo, secundum consuetudinem postulantem*, in vera dilectione fratrem, in pontificali officio comministrum, atque *coram synodo misericordiam quærendo*, in pastorali magisterio consacerdotem, pro Ecclesiæ Dei pace et utilitate amodo Christo favente, recipimus et habemus (b). »

Photius, jussa Romani Pontificis nihil moratus, epistolam Joannis VIII suppressit, et novam finxit in qua Romanus pontifex summas laudes Photio tribuit, tanquam viro integerrimo et inculpato, a quo episcopi olim Ignatio adhærentes veniam petere debent, quique ab omnibus veluti legitimus pastor absque ambagibus suscipiendus est. Deinde idem Photius, cum fuisset restitutus in sedem patriarchalem CP., denuo ex suo capite finxit acta synodi œcumenicæ, eo tantum fine ut auctoritatem concilii œcumenici octavi aboleret, et omnia quæ contra ipsum olim canonice acta fuerant rescinderet. Hunc in finem ausus est etiam fingere circumstantias quæ non tantum a veritate, sed etiam ab omni veri similitudine alienæ sunt. Induxit, exempli gratia, legatos Joannis VIII dicentes, episcopos qui in œcumenica synodo VIII locum patriarcharum Alexandrini, Antiocheni et Hierosolymitani tenere censebantur, non ab ecclesiis sed a Saracenis missos fuisse : idque dictum fuisse finxit coram ipsis legatis qui nomine patriarcharum octavæ synodi interfuerant! Falsarium Photio audaciorem et impudentiorem, nullum commemorant Ecclesiæ annales. Acta synodi quam anno 867 cum mille subscriptionibus supposititiis finxerat et artificiose describi curaverat, in concilio VIII cremata sunt : sed acta pseudo-synodi quæ anno 878 ex capite composuit, hactenus habentur; imo pro actis ipsius octavæ synodi œcumenicæ, apud Græcos schismaticos plerumque recipiuntur, repudiata vera synodo octava in qua Photius canonice depositus et excommunicatus est. Porro acta illa legenti, si Photii scribendi et fingendi rationem perspectam habeat, ipsa fictitia esse, ipso suo contextu manifestant. Juvat tamen conferre documenta genuina quæ exstant, cum eisdem documentis a Photio fictis, ut ex. gr. epistolam Joannis VIII veram, quæ Latine servata est, cum epistola Joannis fictitia, quam Photius actis suis inseruit, ut impudentia falsarii sole clarius lucescat.

Ne autem partium studio abrepti videamur, quid de Photio senserint coætanei et gestorum ejus oculati testes, in medio proferre volumus. Mentem concilii œcumenici octavi, ex imprecationibus et anathematismis, supra recensitis, unusquisque intelliget. At operæ pretium est huc etiam adducere sententiam

* II Thess. II.

(a) Anast. bibl. *Præf. Conc. œcum. VII.* Hard. V, 752. (b) *Act. Concil. VIII œcum.* Hard. V, 1166.

Nicetæ Paphlagonis, viri pii, docti, moderati ingenii et ut videtur prorsus ingenui, qui, dum vitam patriarchæ Ignatii sedulo et accurate describeret, de meritis ac vitiis Photii tacere non potuit. Is quid valeret Photius natalibus, studio, doctrina et moribus, sponte enarrat, sed postea etiam in quo peccaverit sincere exponit. Audiatur igitur ille testis quem nec odium nec amor, sed veritatis exponendæ desiderium unice movit.

« Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως τότε πολλὰ πειράσαντες, τὸ πρὸς παρανομίαν ἐνδόσιμον οὐχ οἷοίτε ἐγεγόνεισαν παρὰ τοῦ Ἰγνατίου λαβεῖν, γενναίαις ἐνστάσεσι παραιτήσασθαι μὴ καταδεξαμένου, παρ' ἑαυτῶν ἔλαβον τοῦτο λοιπόν · καὶ πλεῖστα καθ' ἑαυτοὺς συσκεψάμενοι, καὶ πᾶσαν κεκινηκότες βουλὴν, Φώτιον πρωτοσπαθάριόν τε ὄντα καὶ πρωτασηκρῆτιν, εἰς ἀρχιερέα τῆς βασιλίδος προχειρίζονται. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Φώτιος οὐ τῶν ἀγεννῶν τε καὶ ἀνωνύμων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα, καὶ περιφανῶν, σοφίᾳ τε κοσμικῇ καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατος πάντων ἐνομίζετο. Γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς, καὶ πάσης ὀλίγου δεῖν ἐπιστήμης τῶν θύραθεν τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιὸν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. Πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδειότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδὴ, ὁ πλοῦτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔῤῥει πᾶσα · πλέον δὲ πάντων ὁ τῆς δόξης ἔρως, δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς ἐσχολακότι. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν αὐτὴν, ὡς μὴ ὤφελεν, ἐπεισελθεῖν ἔδει, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν διὰ τοῦτο βιβλίων τῆς ἀναγνώσεως οὐ κατὰ πάρεργον ἐπεμελήθη· ἀγνόημα δὲ ἠγνόησεν, ἵν' εἴπω θεολογικῶς, σφόδρα τῆς αὐτοῦ σοφίας ἀνάξιον. Οὐ γὰρ ἠθέλησε προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι· *Εἴ τις θέλει σοφὸς γενέσθαι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός*. Οὐδὲ τὴν ὁδὸν εἵλετο τῆς ταπεινοφροσύνης, δι' ἧς ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ χάρις, καὶ ἡ ἀληθὴς σοφία δίδοται καὶ κατορθοῦται · οὐδὲ στραφῆναι καὶ γενέσθαι ὡς τὸ παιδίον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, ὡς ἡ τοῦ Κυρίου διαμαρτυρία, κατεδέξατο · ἀλλ' οὐδὲ σκάψαι τὴν αὐτῷ ψυχὴν, καὶ βαθῦναι τὴν διάνοιαν διὰ πάσης ὑποταγῆς, κατὰ Κύριον, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς καὶ ταπεινόφρονος, καὶ δι' ἀπαθείας οὕτω τῇ πέτρᾳ προσεγγίσαι Χριστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ θεῖναι θεμέλιον πίστεως ἀῤῥαγῆ, καὶ δι' ἀγαθῶν πράξεων οὕτω τῆς σοφίας [ἴσ. τῇ σοφίᾳ] ἑαυτὸν οἰκοδομεῖν. Οὐ ταῦτα διανενόηται ὁ σοφός · πολλοῦ γε δεῖ · καὶ οὐδὲν τούτων ἐπὶ νοῦν ἦλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ἐπὶ σαθρῷ θεμελίῳ καὶ ἀμμώδει, τῇ κοσμικῇ σοφίᾳ, καὶ τῇ ἀλαζονείᾳ τοῦ μὴ κατὰ Χριστὸν πεπαιδευμένου λόγου τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν στηρίξας καὶ τὸν νοῦν, καὶ τοῖς κενοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνοις καὶ κρότοις φυσιούμενος, καὶ ἐπὶ πολὺ τῇ κενοδοξίᾳ μετεωριζόμενος, δι' αὐτῆς τῇ ἐχθρᾷ τοῦ Θεοῦ ὑπερηφανίᾳ προσεπέλασε, δι' ἧς κακουργίαν τε πᾶσαν, καὶ πᾶσαν σκανδάλων ὑπόθεσιν μυσταγωγεῖται. Ὅθεν ἀδόκιμον αὐτῷ τὴν τῆς ἱεραρχίας καταβαλόμενος ἀρχὴν, ἀκό-

« Postquam igitur administri regii sæpe tentata re, non potuerunt flectere Ignatium ad id quod inique petebant, suam illo dignitatem fortiter et constanter tuente, a se ipsi consilium de cætero petiverunt ; rebusque inter se diu agitatis, omnemque in partem versatis, tandem Photium protospatharium, et primum a secretis, patriarcham urbis regiæ designant ; hominem sane minime obscurum et ignobilem, sed claris ac illustribus oriundum natalibus, rerumque civilium et politicarum usu, prudentiaque et scientia clarissimum. Grammaticæ enim, litteraturæ et carminis pangendi, dicendique laude, quin et philosophiæ et medicinæ, et omnium prope liberalium disciplinarum externarum studio cognitioneque tantopere florebat, ut ævi sui facile princeps haberetur, imo et cum veteribus jam certare posset. Omnia quippe in illo concurrerant : aptitudo quædam et naturæ vis ac felicitas, studium, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat : et, quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua incensus totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, ducebat insomnes. Quoniam vero sacrum etiam (quod utinam nunquam fuisset) thronum Ecclesiæ conscensurus erat, sacra quoque et ecclesiastica volumina studiose cœpit lectitare. Verum ut Theologi Nazianzeni ritu loquar, quod sane ipsius sapientia indignum fuit, ignorationem ignoravit. Noluit enim animadvertere, quoniam : *Si quis vult sapiens fieri in hoc mundo, stultus sit, ut sapiens fiat* *. Neque viam modestiæ et submissionis ingressus est, qua ad cœlestem gratiam veramque sapientiam pervenitur : neque deposito fastu voluit converti, et fieri ut parvulus, propter regnum Dei, juxta Domini vocem ** : neque animam suam et mentem altius fodere, et omni subjectione demittere, ut jubet Dominus, per abjectiorem humilioremque semitam ; atque ita per affectuum mortificationem petræ Christo conjungi, et super ipsum inconcussum fidei fundamentum ponere, et piis operibus seipsum domicilium sapientiæ constituere.. Nihil horum huic venit in mentem, alia omnia cogitabat ; fragili et arenoso, vanæ profanæque sapientiæ fundamento et insolentiæ, non secundum Christum doctrinæ cor suum mentemque confirmans, vanis hominum laudibus et plausibus inflatus, elatusque inani gloria, per ipsam inimicæ Deo superbiæ se conjunxit : ex quo omnis impietatis, omniumque offensionum materiem edoctus est. Ergo jactis sacerdotii sui improbandis fundamentis, extrema initiis consentanea sortitus est. Nec enim repudiavit Ecclesiam, tanquam a profanis magistratibus profane et sacrilege sibi demandatam ; neque velut

* I Cor. III. ** Matth. XVIII.

alteri viro nuptam, sibi per adulterium desponderi veritus est, sed contra potius exsultabundus, avide impudenterque in illius complexum ruit, alienamque tanquam propriam palam arrogavit, suaque infantia et dedecore gloriabatur, et laudabatur in iniquitate sua; intraque sex non amplius dies, manibus hominum initiatus, concupitam ecclesiæ cathedram invasit. Eratque vere cernere, ut fertur adagio, extemporalem fictitiumque, seu personatum sanctum. Nam primo die monachus ex laico, altero lector, tum hypodiaconus, ac diaconus, et presbyter : sexto deinde, qui fuit Christi natalis, et ipse sacrum conscendens tribunal, pacem populo, nihil vera pace dignum cogitans, nuntiavit (*c*).»

λουθον ἔσχε τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος. Οὐ γὰρ παρῃτήσατο τὴν ὡς παρὰ κοσμικῶν ἀρχόντων ἀκόσμως αὐτῷ καὶ ἀθέσμως ἐνδιδομένην Ἐκκλησίαν, οὐδ' ὡς ἑτέρῳ ἀνδρὶ καθηρμοσμένην μοιχικῶς ἑαυτῷ κατεγγυᾶσθαι ηὐλαβήθη· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ περιχαρῶς, ἢ ἀναιδῶς μᾶλλον, κατησπάζετο, καὶ ὡς ἰδίας τῆς ἀλλοτρίας σαφῶς ἀντεποιεῖτο, καὶ ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῷ ἐγαυρία δοξαζόμενος, καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ἐνευλογεῖτο καὶ ἐν ἓξ ταῖς ὅλαις ἡμέραις χερσὶν ἀνθρώπων τελειούμενος, τῆς ἐπιθυμουμένης ἐπελαμβάνετο καθέδρας. Καὶ ἦν ἀληθῶς ἐκεῖνον ὁρᾷν αὐθήμερον ἅγιον πλαττόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν. Πρώτῃ γὰρ ἡμέρᾳ μοναχὸς ἀντὶ λαϊκοῦ, τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀναγνώστης, καὶ ὑποδιάκονος τῇ ἑξῆς, εἶτα διάκονος, εἶτα πρεσβύτερος· ἔπειτα τῇ ἕκτῃ· Χριστοῦ δὲ ἦν τὰ γενέθλια· καὶ αὐτὸς τῷ ἱερατικῷ προσβὰς θρόνῳ, τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσεφώνει, μηδὲν τῆς ἀληθινῆς εἰρήνης ἄξιον ἐννοούμενος. »

Nectarius patriarcha Hierosolymitanus qui sæculo XVII, in libro *De imperio papæ*, quo schisma fovet et se Latinis infestissimum exhibet, candide fatetur Photium ex mera ambitione Ecclesiam universalem per multos annos vehementer perturbasse.

Mitto cæteros scriptores Ecclesiæ Græcæ qui pro unione Ecclesiarum, post natum dissidium laborantes, Photium veluti malorum omnium causam accusant; solius Vecci, patriarchæ CP. medio sæculo XIII sententiam proferam, qui asserit Photium primum in ecclesia Orientali posuisse fermentum pessimum, quod Michael Cærularius post centum et septuaginta annos denuo excitavit.

II. — *De doctrina et eruditione Photii.*

Hæc de Photio dicenda erant, ne vir cujus scripta jam collegimus a nobis præter meritum aut vituperari aut laudari videretur. Fuerit utique callidus, hypocrita, ambitiosus, falsarius, schismaticus, tyrannus, attamen ingenio et eruditione non caruit, ac propterea e choro scriptorum qui libris suis Ecclesiæ profuerunt non omnino ejiciendus est. Præter epistolam et librum quos ad impugnandam processionem Spiritus sancti etiam a Filio exaravit, et acta pseudo-concilii sui cum documentis adnexis quæ ex arbitrio et satis imperite finxit, nihil fere in causam schismatis scripsit; et scripta ejus hodie, ut nobis videtur, neque veritati, neque paci Ecclesiæ ulla ratione obesse possunt, dum e contra ad historiam dogmatis et vicissitudines schismatis delineandas mire inserviunt. Ideo sane acta pseudo-synodi Photianæ quæ ad annum 877 refertur, primum integra edita sunt a R. P. Harduino societatis Jesu presbytero, cum assensu Clementis XI summi pontificis (*d*).

Non est igitur cur quis formidet ne opera Photii aut veritati catholicæ obsint, aut causæ schismatis prodesse possint.

Quæret quis fortasse quomodo orthodoxiam Photii, in scriptis quæ ad schisma non pertinent, a nobis assertam, conciliemus cum actis concilii VIII, quod in *Photium perversorum dogmatum inventorem* anathema pronuntiavit?

Res omni difficultate caret. Narrat enim Anastasius Bibliothecarius qua mira calliditate, non ad asserendam suam opinionem, sed ad tentandam pastoralem vigilantiam Ignatii, Photius cum maximo scandalo fidelium docuerit singulos, homines duas habere animas, unam rationalem et aliam animalem.

« Præterea, ait Anastasius, et aliud iniquitatis suæ retiaculum, quo mentes simplicium caperet, texens, quotquot ad exteriorem ab eo disciplinam instruendi veniebant, proprio scripto spondere cogebat se secundum fidem Photii de cætero credituros; quasi duæ fides essent, una scilicet Christi, et altera Photii : et hoc nihilominus callide molitus, ut communionis suæ quoscunque vel quomodocunque laqueis irretiret; et esset impossibile se unquam evelli, quem nimirum constaret tot fixis hærere radicibus, dum his nec aliam fidem, nisi quam ipse teneret, habere quoquo modo licuisset : quod maximum scandalum mortalibus excitavit, dicentibus : Itane, si Photius hæresiarcha fuerit, debent filii nostri aut fidei catholicæ desertores esse, aut juramenti vel sui chirographi transgressores? erant enim inter eos nonnulli clarissimis natalibus oriundi : nam et ante annos aliquot idem Photius duarum unumquemque hominem animarum consistere prædicabat. Qui cum a Constantino philosopho magnæ sanctitatis viro, fortissimo ejus amico, increpatus fuisset dicente : Cur tantum errorem in populum spargens, tot animas interfecisti? respondit : Non studio quemquam lædendi, talia, inquit, dicta proposui, sed probandi quid patriarcha Ignatius ageret, si suo tempore quælibet hæresis per syllogismos philosophorum exorta patesceret, qui scilicet viros exterioris sapientiæ repulisset : verum ignoravi me sub hujus fomite propositionis tot animas fore læsurum. Ad quod ille : O sapientia mundi quæ infatuatur et destruitur! Jactasti

(*c*) *Vita S. Ignatii*, ap. Hard. *Acta conc.* V, 959 *et seq.*

(*d*) Beveregius in *Pandectis canonum*, t. II, acta illa supposititia ex parte ediderat. Harduinus ea integra primus protulit inter *Acta concil.* VI, 213.

sagittas in multitudinem copiosæ turbæ, et ignorasti quemlibet ex his omnibus vulnerandum. Certe omnibus liquet, quia sicut oculi, quantumlibet sint magni et aperti, si fumus palearum interjacuerit, videre ultra non possunt; ita oculi sapientiæ tuæ, quantumlibet sint magni et patuli, avaritiæ tamen et invidiæ fumo penitus obcæcati, tramitem justitiæ videre non possunt; ac per id verum est quod dicis, neminem ictu tuo putasse esse lædendum, cum sic obcæcatum sensum prædictis adversum patriarcham passionibus habens, nec quid emiseris prævidisti (e). »

Non dubito quin ad hæc Photii scandala alludat concilium œcum. VIII, ubi Photium veluti perversorum dogmatum inventorem perstringit. Porro neque de falsa hac ejus doctrina, nec de aliis perversis dogmatibus in libris ejus editis, quod sciam, quidquam occurrit. Inoffenso igitur pede percurri possunt.

III. — *De tentatis editionibus omnium operum Photii.*

Quanta e contra utilitas ex iisdem scriptis hauriri possit, testantur juges conatus virorum doctorum sæpius, sed frustra in hoc impensi, ut scripta Photii in unum veluti corpus collecta ederentur, et emendatius quam pridem in lucem prodirent.

Testis est D. Hergenrœther, in dissertatione quam infra edimus, Antonium Catiforum, huic operi olim insudasse. « Antonius Catiforus Zacynthius, ait, mira cum assiduitate universa Photii opera colligenda curavit; editionem tamen diligenter præparatam ad finem perducere non potuit (f). » Scripta Catifori et opera ab eo translata, in bibliotheca S. Marci Venetiis servantur, ubi D. Hergenrœther eadem consuluit. Nobis tamen datum non est, ob angustiam temporis, et locorum distantiam, ex laboribus doctissimi Catifori, utilitatem aliquam in hanc editionem nostram derivare.

Ex Annalibus Trivultiensibus ann. 1724 novimus editionem omnium operum Photii tunc temporis ab Anglis fuisse paratam, quæ tamen ad unguem perducta non est (g).

Martinus Gerbertus, abbas Congregationis S. Blasii in Silva Nigra, anno 1759 Iter Gallicum suscepit, in quo editori omnium operum Photii incurrit. Enarrans enim ea quæ Parisiis observaverat, sic scribit: « P. Castel operam dat editioni Photii, sed per decursum demum multorum annorum perfecturum se sperat vir in flore ætatis constitutus; de quo ego insignia quævis ominatus sum ex erudita placidissimaque conversatione in monasterio S. Dionysii cum eo habita (h). »

Tandem, teste card. A. Mai, doctissimus Morellius, in *Catalogo codicum Venetorum*, pag. 95, quem inspicere nobis non licuit: « Conspectum editionis omnium operum Photii concinnavit. »

IV. — *De prima hac editione omnium operum Photii.*

Nemo igitur hactenus opera omnia Photii collegit: quod nos, quoad licuit, jam præstamus. Ea autem in quinque partes divisimus, quarum prima complectitur opera in S. Scripturam seu exegetica; secunda, opera dogmatica; tertia, opera parænetica; quarta, opera historica; quinta opera canonica: omnia autem quatuor voluminibus, CI, CII, CIII et CIV, *Patrologiæ* nostræ Græcæ describentur.

De singulis quædam notabimus, dicturi deinceps, de operibus Photii, ineditis, deperditis, atque etiam de omissis, vel quia argumenti mere profani sunt, vel quod alio nomine jam a nobis edita sint.

V. — *De primo volumine hujus editionis.*

Volumen primum sola opera in S. Scripturam continet, inter quæ eminent Quæstiones Amphilochianæ, quæ etsi, quoad majorem partem, circa S. Scripturam versentur, nonnulla tamen argumenta philosophica et historica attingunt. Nullo enim ordine, nisi fortasse temporis quo scriptæ fuerunt, in codicibus disponuntur, sed promiscue, ita ut non temere inquisiverimus, quid, omnibus perpensis, magis expediret, aut codices cæcis oculis exscribere et sequi, aut quæstiones Amphilochianas juxta ordinem librorum S. Scripturæ, quibus respondent, disponere?

Primo apud nos hoc posterius consilium prævaluit, quia libri usus facilior futurus videbatur, si quidem fere tota collectio Commentariis in S. Scripturam constat; tum etiam quia mirum videri poterat quæstiones profanas, aut philosophicas, quæstionibus scripturisticis passim misceri.

Nihilominus tandem prævaluit opinio doctissimi Hergenrœther, qui cum diligentissimam operam collocasset in colligendis, emendandis et elucidandis Photii quæstionibus Amphilochianis, facilius dijudicare potuit quænam fuerit auctoris mens et intentio. Is, quæstione mature perpensa, putavit ordinem codicis Vaticani qui omnium præstantissimus est ad amussim sequendum esse, et secutus est, præcipue quia Photius ipse quæstiones a se solutas, hoc ordine ex industria disposuisse videtur, quo varietate potius quam rigore methodi lectori placerent; minus sane placitura, si quamvis ad idem eruditionis genus spectent, veluti membra unius corporis discerpta, diversas et sejunctas sedes inter auctoris opera occupassent. Accedit quod, ope tabularum, quas D. Hergenrœther confecit, omnia commoda ordinis methodici obtineri possint.

(e) Apud Hard. *Acta concil.* V, 752, 755, in Præf. concilii VIII.

(f) Vid. infra *Prolegomena ad quæstiones Amphilochianas*, p. 14, et Fabric. *Bibl. Græca* t. XI, p. 547 edit. Harl.

(g) Ex Londino editoribus Annalium Trivult. scribebatur: « On travaille ici à une édition de Photius plus ample que toutes celles qu'on a vues jusqu'ici. » *Mémoires de Trévoux*, 1724, pag. 765.

(h) Martini Gerberti abb., etc., *Iter Alemannicum, accedit Italicum et Gallicum*, p. 522, edit. 2a. Typis Sanblasianis 1773.

Secuti sumus ergo ordinem codicis Vaticani qui 1923 signatus, omnium, ut D. Hergenrœther autumat, præstantissimi, qui sæculo XIII exaratus est, et quæstiones 313 continet, præter alias nonnullas quæ numero carent. Nunquam tamen ascendent ad numerum 444 quem Cotelerius se reperisse scribit in codice Colbertino (i); sed, ni fallor, doctissimus vir numerum quæstionum incautus confudit cum numero quo ipse codex in bibliotheca Colbertina inscribebatur; nemo enim tantam quæstionum copiam in ullis codicibus observavit.

Quot quæstiones sigillatim a Wolfio, ab Ant. Scotto, a card. Maio, editæ fuerunt, quo anno et quanta cura? quot quæstiones ipse D. Hergenrœther ex codicibus manuscriptis hic primum profert? quot adhuc edendæ supersunt, reperiet lector in luculentissima D. Hergenrœther dissertatione, quam primo loco inter prolegomena primi voluminis operum Photii edidimus.

Notabimus tantum, præter codices manuscriptos, in quibus quæstiones Amphilochianæ continentur et a D. Hergenrœther infra, pag. 14, recensentur, dari codices nonnullos quos his verbis commemorat D. Hase in notis suis ad dialogum quem Manuel Palæologus Constantinop. imperator Ancyræ in Galatia habuit cum quodam Persa, de præstantia religionis Christianæ et falsitate fidei Mahumetanæ. « Amphilochia Photii, ait, a multis laudata et tentata, sed ad hoc tempus (an. 1807) nunquam edita, exstant in quatuor bonis codicibus bibliothecæ Cæsar. Parisiensis : Coisliniano, n° 270 optimæ notæ, Photio fere coævo, de quo Montefalcon. *Biblioth. Coisl.* Paris. 1715, p. 325; altero Regio, n. 1228, sæc. XI; tertio item Regio 1229, descripto ex cod. montis Atho, jussu Chrysanti Notaræ, qui erat Hierosolymis patriarcha, an. 1717 (*Vid.* Le Quien, *Oriens Christ.* Paris. 1740, t. III, col. 526); quarto, n. 60 Supplementi, duobus tomis, descripto avorum nostrorum ætate, ex Regio 1228, quem supra dixi (j). »

Codex Vaticanus 1923 quem sequimur inter quæstiones Amphilochianas exhibet non paucas Photii epistolas, quas Montacutius veluti epistolas edidit. Ut series quæstionum compleretur, epistolas illas ex libro epistolarum inter quæstiones Amphilochianas transtulimus et suo loco edidimus; epistolas autem reliquas, ut statim dicemus, novo ordine disposuimus.

In his quæstionibus Amphilochianis solvendis, Photius non semper ex proprio fonte responsiones hausit, sed ab auctoribus qui ante ipsum scripserunt eas mutuatus est. Theodoreti præsertim scripta expilat, quin eum nominet; alios interpretes S. Scripturæ ad litteram exscribit, tacito eorum nomine; adeoque plagii reus esse videtur.

Absit ut Photium ab omni plagio liberum esse dicam, cum a furto excusari non possit, id quod in Petrum Siculum commisit, ut infra ostendam; et præterea veteres, suppressis nominibus, transcribendo, gravem suspicionem de bona fide sua omnimoda excitet!

Nihilominus ad elevandam accusationem in ipsum latam facit, quod quæstiones quæ Amphilochianæ appellantur, non omnes ab Amphilochio ipsi propositæ fuerint, sed ab aliis viris sive ecclesiasticis sive sæcularibus, qui in meditatione sacrarum Litterarum, vel studio theologiæ aut historiæ, hærebant; ideoque ex tempore respondere debuit, quin ad indagandam veritatem necessarium tempus haberet, ac proinde aliorum doctrinam in propria responsa derivare. Cum autem, in edendis responsis, interrogantium utilitati maxime prospiceret, verisimile non est eum tunc famam docti interpretis ambivisse, aut se meritis aliorum ornare voluisse. Illa ætate libri rariores erant quam ut quisque ad eos consulendos hortari posset; non enim omnium manibus terebantur; qui eorum auctoritatem adhibere cupiebat, loca eorum laudanda necessario exscribere debebat. Tandem vix credi potest Photium ita sibimetipsi illusisse ut speraret tantum plagium quantum in scriptis Theodoreti commisisse censeretur, diu doctos viros latere et impune perpetrari potuisse. His igitur de causis Photius aliquatenus a plagio excusari posse videtur.

Et hæc de quæstionibus ejus Amphilochianis dicta sint.

Præter illas quæstiones, volumen primum operum Photii continet fragmenta exegetica ejusdem, quæ ex *Catenis Patrum* collecta sunt, et præcipue breve Commentarium in sanctum Lucam, quem card. A. Mai primus edidit in prima editione primi voluminis Collectionis scriptorum veterum.

VI. — *De secundo volumine hujus editionis.*

Secundum volumen hujus editionis continet opera dogmatica, parænetica et historica Photii, excepta *Bibliotheca*, id est : *Contra Manichæos* libros quatuor, et librum *De Spiritus sancti Mystagogia*, homilias quinque, odas tres, et Epistolarum libros tres.

De quatuor libris contra Manichæos, a quibus volumen orditur, sermonem primum instituemus.

Constat *Historiam Manichæorum* seu *Paulicianorum*, quæ in codicibus mss. Petro Siculo inscribitur, et sub Petri nomine a P. Radero edita est, fere ad verbum consonare cum libro primo quem Photius contra Manichæos exaravit. Id cum observasset card. A. Mai, inquisivit utrum Petrus Siculus Photium exscripserit, vel e converso Photius Petrum, et manifeste Petro favet, Photium plagii indirecte accusans.

Sententiæ card. Mai adhæreo. At puto quæstiones restringi debere ad primum librum Photii; librorum enim secundi, tertii et quarti apud Petrum Siculum nullum occurrit vestigium. Si Photius, in his exarandis libris plagiarium egit, certe Petro Siculo hac in parte nihil debet, sed alteri scriptori mihi ignoto

(i) Cotel. *Monumenta Eccles. Græcæ*, t. III, p. 556.

(j) *Recueil de mémoires sur différents manuscrits Grecs de la bibliothèque impériale de France*, par C.-B. Hase, Paris 1810. — *Notice d'un ouvrage de l'empereur Manuel Paléologue, intitulé : Entretiens avec un professeur mahométan*, pag. 34.

Quod ad primum librum contra Manichæos spectat, sentio Photium exscripsisse Historiam Manichæorum a Petro Siculo compositam; idque colligo non ex eo tantum quod Petrus Siculus Photio senior est, siquidem medio sæculo IX floruit, ut notavit Mongitore (*De scriptor. Siculis*, t. II, p. 158); dum Photius usque ad fines ejusdem sæculi floruisse creditur, nempe ad annum 891; sed etiam quia Petrus in ipsa Historia sua narrat se relationem illam scripsisse postquam, circa initia regni Basilii imperatoris CP. in Armenia et in urbe Tibrica a Manichæis ædificata, publica legatione functus fuisset, et Manichæorum dogmata et mores, præsens didicisset. Imo ad episcopum Bulgariæ scribit se ejus precibus motum fuisse, ut illam historiam componeret. Ubique loquitur veluti oculatus testis, et quasi res enarratas ipse gessisset. Totus igitur contextus Petrum Siculum veluti libri auctorem exhibet.

Ea autem quæ verum auctorem designant omittit Photius; cætera fere ad verbum transcribit; qua de causa a plagio vix excusari potest.

Pro jure Petri Siculi faciunt etiam tres sermones contra Paulicianos, quos card. A. Mai primus edidit in tomo IV *Novæ Bibliothecæ Patrum;* illi enim sermones historiæ Paulicianorum aliqua ratione cohærent, et eodem scribendi genere elucent; etsi quoad copiam doctrinæ et vim ratiocinii minime conspicui videantur. Sane aliquantulum plus nervi et vigoris habetur in libris II, III et IV Photii, quam in tribus sermonibus Petri Siculi; quanquam nec libri Photii æquiparari possint libris quos contra Manichæos olim ediderunt Archelaus, Didymus, Alexander Lycopolitanus et sanctus Augustinus. Attamen omni pretio non sunt destituti, præsertim quia statum controversiæ illa ætate agitatæ declarant.

Librum primum Photii jam pridem Græce-Latine ediderat D. De Montfaucon in *Bibliotheca* sua *Coisliniana*. D. Wolfius, qui quatuor libros simul edidit in suis *Anecdotis*, translationem Latinam Montfauconii quæ facilis et elegans est adoptavit. Tribus reliquis libris apposuit translationem obscuram et sæpe intricatam et impeditam.

Tanta eruditione de libro Photii qui *Spiritus sancti Mystagogia* inscribitur, disserit D. Hergenrœther qui opus hoc primus anno 1857 ex codicibus mss. in publicam lucem protulit, ut de eo multa disserere plane supervacaneum sit.

Attamen operæ pretium erit et hic commemorare quæstionem quam doctissimus editor sibimetipsi proposuit, ne piorum mentes nimium præoccupet. Inquirit nempe utrum sibi licuerit, necne, in lucem proferre librum qui contra dogma fidei et doctrinam Ecclesiæ dirigitur, et affirmative respondet, tum quia argumenta Photii infirma, omnibus nota, et pluries contrita sunt, tum quia ex lectione scripti originalis, historia controversiæ multo facilius elucidari potest. Id merito asseritur. Præterea in editionis suæ defensionem profert exemplum card. A. Mai, qui scripta Origenis, Didymi, Theodori Mopsuesteni et aliorum hæreticorum e latebris codicum in publicam lucem traxit sine dispendio, imo cum profectu veritatis. Et sane ex erroribus obsoletis quis detrimentum caperet? Quis decipi posset? Quis non triumphum veritatis agnoscit?

Viget, equidem fateor, hactenus falsa opinio Photii; sed argumentis a Photio prolatis jam diu defendi minime potest, nec revera defenditur. Controversia enim a Photio excitata tota versabatur in argumentis quæ ex ratione theologica depromuntur, proponendis et agitandis; hæc autem disputandi ratio, præterquam quod in scrutando mysterio SS. Trinitatis vanissima est, tota et integra subvertitur et obruitur auctoritate vetustissimorum Patrum qui, diu ante Photii tempora, quæstionem de processione Spiritus sancti a Patre et a Filio, seu a Patre per Filium, quod idem est, non tantum agitarunt, sed expressis verbis in sensum Ecclesiæ occidentalis definierunt. Ut de SS. Patribus Latinis taceamus, quorum auctoritatem prætermittere non possunt Orientales, certo certius est sanctum Athanasium, sanctum Basilium, sanctum Gregorium Nyssenum, sanctum Epiphanium et sanctum Cyrillum Alexandrinum, in antecessum damnasse opinionem a Græcis propugnatam de processione Spiritus sancti a solo Patre.

Quando veterum scriptorum testimonia, Photio ignota aut ab ipso callide dissimulata, in controversia primum prolata fuerunt, intellexerunt schismatis patroni, argumenta Photii vere lutea et straminea esse, et ad monumenta traditionis sibi recurrendum esse, quo auctoritatem veterum sibi adversantium eluderent. Quod cum ipsis pro votis non cederet, testimonia a catholicis laudata e codicibus passim eradere cœperunt, ut controversia de processione Spiritus sancti in controversiam de authenticitate codicum verteretur. Sed quia omnes codices corrumpere non potuerunt, nec omnia veterum Patrum testimonia sibi contraria eradere, argumenta a catholicis prolata invictum vigorem retinuerunt, et iniquitas visa est sibimetipsi mentiri. Has vicissitudines jam subierat controversia medio sæculo XIII, ut videre est in scriptis doctissimi et celeberrimi Vecci, patriarchæ Constantinopolitani, qui pro unione ecclesiarum quam cordi habebat, multa præclare scripsit (*k*), nec parvas calamitates et persecutiones passus est.

Postquam fautores schismatis neque corruptis codicibus feliciter jam pugnare possent, ad incredibiles subtilitates et inauditas æquivocationes confugerunt, quarum præcipuas ipsis suppeditavit Georgius Cyprius, post Veccum patriarcha Constantinopolitanus, et ejusdem Vecci præcipuus adversarius. Sed neque hæc argumenta virum a studio partium alienum movere unquam poterunt: ergo multo minus argumenta Photii.

(*k*) Præcipua ejus scripta collegit Allatius in I et II suæ *Græciæ orthodoxæ* tomo, Romæ 1656.

Argumenta Photii pro processione Spiritus sancti a solo Patre, quæ Veccus refellit (*l*), habentur hic ad calcem libri *Mystagogiæ*, sed alio ordine proferuntur. Ex *Mystagogia* decerpta videntur, et in multis consonant argumentis quæ Photius ad tuendam eamdem causam evolvit in epistola sua *ad archiepiscopales thronos per Orientem*, quæ nunc XIII[a] est (t. II, col. 721).

Altera pars argumentorum quæ Photio tribuuntur, serius ex ejusdem operibus desumpta est, tempore scilicet Alexii Comneni, qui anno 1116 florebat; nam his verbis series illa argumentorum absolvitur : « Idque ex acumine sapientissimi imperatoris Alexii Comneni prodiit : hac enim propositione usus est cum contra Mediolanensem episcopum disputaret (hic t. II, col. 399). »

Hactenus de operibus Photii dogmaticis.

Opera ejus parænetica edimus quæ jam pridem, typis mandata fuerunt. Nonnulla adhuc in codicibus manuscriptis latere novimus. Quo autem pro viribus utilitati virorum doctorum inserviamus, protulimus Elenchum Homiliarum Photii quæ in codicibus Mosquensibus, teste Combefisio, servantur (*m*). Elenchum illum conferendo cum Indice hujus voluminis II, videbit unusquisque quot homiliæ Photii adhuc desiderentur.

Homiliæ Photii, etsi ad vim et elegantiam homiliarum veterum Patrum minime pertingant, tamen omni merito non destituuntur, sed jure merito æquiparari possunt scriptis optimorum auctorum illius ætatis, ex. gr. Georgii Nicomediensis, Nicetæ Paphlagonis et Leonis Sapientis. Aliorum autem scripta longe superant.

Ex libris ligata oratione et metro scriptis Photii admodum pauca supersunt ; nec certum est Photium multos scripsisse. *Odas* novem exstitisse in cod. ms. Collegii Claromontani Paris. Soc. Jesu, tradit Oudin (t. II, col. 206). Collegimus omnia quæ jam semel typis mandata sunt.

A quo constituimus Quæstiones Amphilochianas edere juxta ordinem quem exhibet codex Vaticanus 1923, ordo epistolarum a Montacutio, ob auctoritatem sui codicis, admodum veteris, servatus, a nobis servari non potuit, eo quod sexaginta aut circiter epistolæ, veluti Quæstiones Amphilochianæ, in laudato codice Vaticano inseruntur. Novum itaque ordinem adoptavimus, totam seriem epistolarum in tres libros dividentes, quorum primus epistolas ad Romanum pontificem, ad patriarchas, ad archiepiscopos, ad imperatores et ad principes ; secundus, epistolas ad episcopos, clericos, monachos et moniales; tertius tandem epistolas ad laicos, officiales, et magistratus sæculares complectitur. Ex Indice autem in quo novus ordo cum veteri comparatur, facile erit unicuique in nostra editione reperire epistolas quæ juxta ordinem veterem alicubi laudantur.

Omnes epistolas Photii hactenus typis commissas edimus, præter unam ad patriarchas Orientales et Œconomum Antiochenum quæ incipit : Μεγίστων μὲν ἄνωθεν, quæ semel edita est a Dositheo in rarissimo volumine quod inscribitur : Τόμος χαρᾶς, et nullis expensis, nulla præstita diligentia obtinere vel inspicere potuimus.

Finem epistolæ 2 ad Nicolaum I, quem Græci resecaverant, quia auctoritatem sanctæ sedis apostolicæ supremam asserit, nobis suppeditavit card. Mai in *Nova Biblioth. Patrum*. t. IV. Translationem Latinam integram a Baronio accepimus.

VII. — *De tertio et quarto volumine hujus editionis.*

Inter opera historica Photii recensuimus *Bibliothecam* ejus, quia ad *historiam litterariam*, ut aiunt, pertinet. Opus grande et eruditum ex optimis editionibus hic repetimus. Textum Græcum a Bekkero emendatum et Berolini anno 1824 impressum obtinuimus, cui translationem Latinam Ant. Schotto ascriptam, etsi ipsius non sit, addidimus, quia meliorem neque conficere neque reperire potuimus. Textum autem integrum damus, etsi excerpta nonnulla veterum auctorum suis locis jam a nobis impressa fuerint. Non decebat enim, ob breves et paucas repetitiones, opus tanti momenti scindere, et quasi imperfectum doctis viris offerre.

Utrum *Bibliotheca* Photii, qualis nunc habetur, tota a Photio ipso scripta sit? an fuerit posteriori ætate interpolata, ut suspicatur, in notis suis ad Suidam Kusterus, apud J. A. Fabricium, *Bibl. Græc.* ed. Harles. t. X, p. 680? non est hujus loci inquirere.

Quia *Bibliotheca* Photii unius voluminis spatio contineri non potuit, majorem ejusdem partem, in qua codex primus et sequentes ad ducentesimum quadragesimum nonum recensentur, tertio hujus editionis volumine descripsimus; alteram vero partem, in qua codex ducentesimus quinquagesimus et sequentes usque ad finem operis recensentur, initio voluminis quarti collocavimus. Volumen quartum perficient opera canonica Photii, quibus Monitum, hic non repetendum, præmisimus.

Dicemus tamen hic prætermitti synagogen canonum quæ opportunius cum Commentariis Balsamonis, Zonaræ et Aristeni, inter scripta sæculi XIII edetur; sed recudimus *Syntagma canonum et Nomocanonem*, in ea forma, et eo ordine quibus ab ipso Photio composita fuisse videntur. Quia tamen in his collectionibus conficiendis auctor eadem documenta pluries profert, textus semel editos, non repetimus aliis locis, sed ubi reperiri possint accurate indicamus.

Seriem operum canonicorum Photii claudunt Erotemata, seu interrogationes X, in quibus auctor depositionem suam e sede patriarchali injustam fuisse demonstrare conatur, argumentis indirectis, nec

(*l*) *Græciæ orthodoxæ*, t. I, p, 154 et seq. *Comm. de Script. eccl.* t. II, col. 210.
(*m*) Alium Catalogum Homiliarum Photii suppeditat Oudinus,

bene selectis. Opusculum hoc brevissimum primus in lucem protraxit Fontani (In *Novis deliciis eruditorum*, t. I, p. 20), qui cum furore Jansenistico, et pessimo influxu legum antichristianarum obcæcaretur, eidem addidit præfationem et notas, non tantum sacerdote, sed quovis Christiano indignas. Eas nullius frugis esse credidimus, ac proinde abjecimus.

Cætera scripta canonica Photii merito laudat doctissimus J. S. Assemani in *Jure* suo *can. Orientali*, t. I, p. 35 et seq., ubi ostendit quanti hæc scripta fecerit Balsamon, insignis Græcorum canonista, et tota Ecclesia Orientalis, quæ in tuenda disciplina ecclesiastica, præcipue codicibus Photii, cæteris neglectis, usa est. Notitiam Assemani complet præfatio a card. Mai *Syntagmati* præmissa, quam lector suo loco reperiet.

Et hæc de Photii scriptis a nobis editis dicta sint.

Nunc de deperditis, prætermissis, ineditis, aut falso ascriptis libris pauca admonenda supersunt.

VIII. — *De operibus Photii deperditis, prætermissis et ineditis.*

1° Photius scripsit acta fictitia concilii œcumenici, quod nunquam convocatum fuit. Iis mille circiter subscriptiones fictas addidit, ut narrat Anastasius Bibliothecarius supra laudatus. Illa acta cum in duobus codicibus elegantissimis et depictis scripta fuissent, in concilio VIII publice flammis tradita sunt, ac proinde non exstant.

2° Photius ex capite suo composuit Acta concilii quod fingit anno 878 celebratum fuisse coram legatis Romani pontificis et cæterorum patriarcharum Orientis et Ægypti. Quanquam tunc synodus habita fuerit, certo certius ea minime egit vel toleravit, quæ eam egisse et tolerasse narrat Photius. Hanc Photii pseudosynodum Græci pro octavo concilio œcumenico habent, repudiato octavo concilio vero, in quo Photius depositus et excommunicatus est. Nonnulli tamen nec verum concilium VIII, anni 869, nec fictitium Photii anni 878 receperunt, siquidem synodum Florentinam œcumenicum concilium octavum appellent. Sic neque concilii Lugdunensis II, nec Viennensis, nec Lateranensium ullam rationem habent; sed immerito, ut patet.

Acta pseudosynodi Photii anni 878, etsi fictitia sint, ex codice Vaticano, cum permissione Clementis XI, ut supra jam notavimus, a P. Harduino edita sunt; sed quia inter Acta conciliorum propriam sedem habent, et ab iisdem sejungi non possunt, eadem hic prætermisimus. Supra, variis argumentis ostendimus Acta illa non genuina, sed mere fictitia esse.

3° Photii *Synagogen canonum* omisimus ob causas quas supra allegavimus.

4° Photius scripsit homilias plurimas quorum elenchum ex Combefisio edidimus. Quominus omnes ederemus nulla alia causa fuit, quam quod nullum exemplar earum nobis comparare potuerimus.

5° Photius dicitur de cultu SS. imaginum scripsisse, sed ejusdem scripti nullum vestigium inveni, præter titulum sequentem, quem Bandini, in *Catal. biblioth. Laurent. Florent.* t. I, p. 434, recitat : Χρήσεις κατὰ Εἰκονομάχων ἐκ τῶν συγγραμμάτων Νικηφόρου καὶ Φωτίου, τῶν πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως καὶ Θεοδώρου Στουδίτου. Hinc sane nemo colliget Photium ex industria de colendis imaginibus scripsisse. Fieri enim potuit ut ex libris quos de alio argumento exaraverat, quis χρήσεις illas composuerit.

6° Nescio an a libro a Bandino notato diversus sit ille quem Lambecius, in *Comment. in Bibl. Vindob.* ed. Kollarii, t. IV, p. 335, ad cod. 157, n. 5, ita exhibet : Φωτίου πατριάρχου καὶ Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου· Εἰκὼν λέγεται παρὰ τὸ ἔοικεν· ἄλλο δὲ φυσικὴ εἰκὼν, καὶ ἄλλο μιμητική· κ. τ. λ. « Photii patriarchæ CP. et Theodori Studitæ testimonia de sacris imaginibus et de differentia inter sacras imagines et idola. »

7° Senebier in *Catalogue raisonné des manuscrits de Genève*, p. 42, Genève 1779 (ap. J. A. Fabric. *Bibl. Gr.* t. XI, p. 19), laudat Photii Homilias tres, et fragmenta scripti cujusdam contra Manichæos, quod utrum differat a libris secundo volumine hujus editionis editis necne, indagare non potui, et mihi incompertum est.

8° Ignoro pariter an Photii *Argumenta duodecim syllogistica contra processionem Spiritus sancti etiam a Filio*, de quibus Bandini *Catal. Laurent.* t. III, p. 324, conveniant cum argumentis a Veoco refutatis et a nobis hic editis, vel opusculum distinctum constituant. Puto ea identica esse.

9° Oudinus indicat : Φωτίου. . . Ἀγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς συνειλεγμέναι ἔκ τε συνοδικῶν καὶ ἱστορικῶν γραφῶν. (*Comment. de Script. eccles.* t. II, p. 201), quas a *X interrogationibus de patriarchis injuste ejectis* distinguendas esse autumat.

10° Idem Oudinus, *symbolum fidei* testatur in cod. mss. exstare a Photio *compositum pro iis qui ordinandi sunt episcopi*, de quo Lambecius, l. VIII, p. 453.

11° *Epitome Historiæ ecclesiasticæ Philostorgii*, ἀπὸ φωνῆς Photii patriarchæ exstat inter cod. mss. bibliothecæ Bodleianæ (Barocc. cod. 142, n° 7, p. 243); diversa ab illa quæ in *Myriobiblio* occurrit et amplior (Oudin., t. II, col. 208).

12° Michaelem Psellum *Synopsim Nomocanonis* Photii versibus scripsisse ferunt. Inter quinque *Carmina politica* Pselli *Synopsis* illa quartum locum occupare dicitur.

IX. — *De operibus Photii quæ alio nomine quam a nobis edita sunt, circumferuntur.*

13° Libellus *de septem synodis* qui passim occurrit, excerptus est ex Photii epist. VIIa, ad Michaelem Bulgariæ principem, quæ in hac editione reperitur, t. II, col. 631.

14° *Libellus de consolatione ad Eusebiam*, quem Conrad. Ritterhusius, anno 1601, Gr. Lat. Nurenbergii edidit sub nomine Photii, est ejusdem Photii epistola 245, apud Montacutium.

15° Opusculum *De patriarchis injuste ejectis*, quod laudat J. A. Fabricius, non distinguendum est a decem *Interrogationibus*, quas ex *Novis deliciis eruditorum* Fontani ad finem Operum Photii edidimus.

16° Photii *Excerpta ex Asteriis*, quæ Combefisius edidit, ex Photii *Bibliotheca* desumpta sunt.

17° Cotelerius in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, t. III, p. 104, primus protulit opusculum ita inscriptum : *Quod non oporteat ad præsentes vitæ molestias attendere*. Quia olim inter Photii Epistolas servatum est, illud ad finem libri tertii epistolarum in nostra editione collocavimus.

18° Labbeus, in *Catal. cod. mss.*, p. 114, laudat Photii *Synopsim logicæ Aristotelicæ*, et Fabricius, ex Oudino, asserit Photii *Synopsim categoriarum* immistam esse Commentariis Philoponi et Ammonii in Aristotelem. Illi auctores Photio multo antiquiores sunt. Card. Mai *Script. veter*. t. I, præf. p. XIV, monet illas *Synopses* non distinguendas esse a *Quæstionibus Amphilochianis*. Et revera quæstiones Amphilochianæ 137 ad 147 circa hoc argumentum versantur. Hic, t. I, col. 759 et seq.

X. — *De operibus Photii argumenti profani.*

19° Joannes Gerardus Vossius in opere *De Historicis Græcis*, lib. II, c. 25 (Oper., t. IV, p. 147) ita scribit : « Photii patriarchæ *Historiam de rhetoribus decem* exstare lego in nomenclatore Roberti Constantini. » De hoc libro aliam notitiam nullam reperi.

20° *Lexicon Græcum* sub nomine Photii forma in 4°, anno 1808, Lipsiæ edidit D. Hermann. Liber autem paulo post iterum typis impressus est hoc titulo : Φωτίου τοῦ πατριάρχου Λέξεων Συναγωγή, *e codice Galeano descripsit Ricardus Porsonus*, 2 vol. 8°, Cantabrigiæ 1822. Porsonus in *Lexici* præfatione monet D. Blomfield, in Censuris Edinensibus, parte XLII, de Photio præclare scripsisse. Oudin. (t. II, col. 206) scribit Photii *Lexicon* in-4°, editum fuisse, Kilonii, an. 1706, et in codd. mss. inscribi quandoque Photii patr. CP. *Etymologicum magnum*.

XI. — *De iis qui in elucidandis operibus Photii insudarunt.*

21° Præter eos qui Collectionem Operum Photii præpararunt, laudandi sunt etiam ii qui opera particularia emendare vel elucidare conati sunt. Si fides *Annalibus Trivultiensibus*, Boernerus de componenda nova translatione Latina *Myriobiblii*, seu *Bibliothecæ* Photii, cogitavit. (*Mémoires de Trévoux*, 1701, p. 28C.)

22° Eamdem spartam ornare cœperat Claudius Caperonier Parisiensis, adjutus a Patre Tournemine et Ellies Dupin, et jam quinquaginta folia typis impresserant, quando E. Dupin in exsilium missus est et editio derelicta. (Vid. Supplem. Moreri 1749, t. I, p. 228 et D. Cellier. *Hist. des écriv. ecclés.*, t. XIX , p. 432.)

23° Translatio Gallica trium orationum Photii cum notis, inseritur operi quod inscribitur : *Histoire de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, t. XVI, p. 98. Paris, 1751. De Photio sermo habetur in eadem collectione, t. XIV, p. 180 et seq. Paris, 1743.

24° *Annales Trivultienses* (*Mémoires de Trévoux*, p. 1944, an. 1722), fragmenta exscribunt translationis Gallicæ epistolarum 11 et 12 ad Michaelem III Bulgariæ principem, quam versibus scriptam edidit auctor Gallus hoc titulo : « *Maximes pour la conduite du prince Michel, roi de Bulgarie*, par Bernard Théatin, offert à Louis XV, Paris, 1718. »

XII. — *De iis qui acta et scripta Photii elucidarunt.*

Auctores enumerare qui de actis et scriptis Photii notitiam exhibent, vix possibile est. Quotquot enim Historiam Ecclesiæ vel Historiam scriptorum ecclesiasticorum attigerunt, Photii gesta enarrarunt et de ejus libris sententiam protulerunt. Inter veteres nemo, inter recentiores soli protestantes eum laudibus prosecuti sunt, non quod laude dignus sit, sed quia sedem apostolicam, quam ipsi odio habent, audacter aggressus est.

Ea quæ a Photio vel in ejus causa gesta sunt fuse enarrat Baronius, cujus dicta confirmat Pagius in notis suis ad *Annal.* Baronii, Multam lucem his gestis affundunt etiam acta conciliorum.

De libris Photii accurate scripserunt Labbeus, Cave, Oudinus, J. A. Fabricius, Dupin, Dom Cellier, et, ut audio, etiam Dositheus patriarcha Hierosolymitanus, pro Græcis, in Præfatione voluminis quod inscribitur Τόμος χαρᾶς, anno 1705 typis editi.

B***, 8 decembris 1860.
J.-B. M.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

OPERUM PARS PRIMA.

—

EXEGETICA.

—

IN AMPHILOCHIA PHOTII PROLEGOMENA.

I.

JOSEPHI HERGENROETHER, S. THEOL. DOCT. ET IN WIRCEBURGENSI LIT. UNIV. HIST. ECCL. ET JURIS CAN. PROF., DISSERTATIO HISTORICA CRITICA DE PHOTII QUÆSTIONIBUS AMPHILOCHIANIS.

—

§ I. *De Amphilochiorum nomine, origine atque scopo.* A

1. Photii Amphilochia seu quæstiones Amphilochianæ amplissimum opus constituunt seu thesaurum variarum dissertationum et diatribarum, quæ maxima ex parte varia sacrorum Librorum testimonia illustrant atque exponunt. Summis hoc opus ornarunt laudibus eruditi. *Photii ingenium ad quæstiones dissolvendas paratum* — inquit *Maximus Margunius* in epistola ad eruditos Photii *Bibliothecæ* præmissa — *quæcunque eæ sint, quæ contra sacram philosophiam proponuntur, et in divinis Litteris explicandis, ubi penitior quisquam sensus est absconditus, quis in ejus elaborato opere, quod Amphilochia inscribitur, jure meritoque non demiretur* (1)? Hanc insignem collectionem *Leo Allatius* seu *opus varium et multiplici eruditione plenum, Theologis ac Scripturæ expositoribus maxime necessarium* commendavit (2); nec minora præconia sequens ætas usque ad eminentissimum Maium (3) de hac collectione optime meritum pronuntiavit, licet haud defuerint, qui majore operis parte nondum in lucem producta paulo morosius de ea judicium tulerint (4).

2. Nomen *Amphilochiorum* vel *Amphilochicorum* (5) sortitum est hoc opus, non quod ex sancto Amphilochio Iconensi decerptum sit vel ejus textus explanet, ut quidam olim eruditi censuisse videntur, sed quia dedicatum fuit Amphilochio Cyziceno metropolitæ Photio charissimo (6). Id non ex titulo (7) solum patet, sed etiam ex præfatione universæ collectioni præfixa (8) et ex multis quæstionibus specialiter huic episcopo inscriptis (9). Aliæ quidem aliis primitus missæ fuerant; sed deinde in unum corpus collectæ Amphilochio mittebantur, quo nemo frequentius et instantius Photium de diversis quæ- B stionibus consuluerat. Neque difficile est tempus determinare, quo hæc collectio prodierit. Licet enim plures jam antea scriptæ fuerint, tamen major quæstionum pars tempore prioris exsilii composita et in unum corpus redacta fuit, quemadmodum ex

(1) Τὸ πρὸς τὰς τῶν ἀποριῶν λύσεις ἕτοιμον, ἄλλως τε καὶ ὅσαι ἐπὶ τὴν ἱερὰν τείνουσι φιλοσοφίαν καὶ τὸ τῆς θείας Γραφῆς, ἐν οἷς μυστικώτερόν τι ἐναποκέκρυπται, ἀγχίνουν τε καὶ διερμηνευτικὸν, τίς τῷ τῶν Ἀμφιλοχίων αὐτῷ πεπονημένῳ συγγράμματι ἐντυχὼν οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειεν;

(2) De Eccles. occid. et orient. perpetua consens., lib. II, c. 6, n. 4, p. 576.

(3) *Veterum script. nova collect.* t. I, Præfat. de Photio.

(4) Sic v. g. Schroeckh in *Hist. Eccl.* (K.G.) t. XXIII, p. 263.

(5) Dicuntur τὰ Ἀμφιλόχια, vel Ἀμφιλόχεια vel Ἀμφιλοχικὰ, λόγοι ἱεροὶ καὶ ζητήματα πρὸς Ἀμφιλόχιον.

(6) Vide Wolfium *Cur. philol. et crit.* t. V, Præf. p. 1, Oudinum, *De Script. Eccles.* t. II, p. 203; Maium, l. c. § 4.

(7) In cod. Coislin. Τὰ Ἀμφιλόχια ἢ λόγων ἱερῶν καὶ ζητημάτων ἱερολογίαι πρὸς Ἀμφιλόχιον, τὸν ὁσιώτατον μητροπολίτην Κυζίκου ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πειρασμοῦ ζητημάτων διαφόρων εἰς ἀριθμὸν τριακοσίων συντεινόντων ἐπίλυσιν αἰτησάμενον.

(8) Edita ab A. Scotto Neapoli, 1814, 4, p. 2-3.

(9) Q. 1 edita a Maio, l. c. p. 193. q. 137 seq., q. 218, 90, 119, etc.

iteratis querelis lamentationibusque de persecu- A tionis gravitate et de tribulationum magnitudine manifestum fit (10) et titulus ipse ac præfatio declarant. Porro hoc Photii exsilium ab anno 867 usque ad annum 876 perdurasse constat (11); Amphilochius vero sub priori Photii episcopatu rejecto Antonio Ignatii assecla Cyzicenam sedem nactus est (12), ex qua Photius deinde iterum occupato Constantinopolitano throno eum Nicæam transtulit, ubi paulo post obiit Gregoriumque olim Syracusanum successorem habuit (13). Cum autem idem Gregorius jam in synodo Photiana mense Novembri anni 879 habita tanquam Nicææ antistes compareat (14), Amphilochius jam ante ea tempora e vita migrasse dicendus est. Quoad majorem itaque partem collectio intra annos 868-876 elaborata fuit, quamvis nonnullæ quæstiones et postea adjungi potuerint, cum Photius certum numerum haud statuerit et solum tercentas circiter commemoraverit, quem numerum in deliciis habuisse videtur (15). Quare, ut infra videbimus, varius est in diversis codicibus quæstionum ordo ac numerus.

3. An vero ipse Photius hanc Collectionem dissertationum, quas diversis temporibus elaboraverat, instituerit, ante typis editam ejusdem præfationem dubitari potuit et non defuere, qui cum *Wolfio* (16) existimarunt, varias Photii epistolas hinc inde fuisse collectas et Amphilochiorum nomine postea insignitas, ideo quod Photio frequens litterarum cum C Amphilochio commercium intercederet. Sed edita a Scotto præfatio (17) omne dubium amovit. Perspicue enim Photius ibidem tradit, singula sua ad varia quæsita responsa se iteratis curis tractasse et in unum collegisse (18); neque silentio præterit gravissimas, ut ipse arbitrabatur (19), rationes, quæ ipsum deterrere potuerint ab ejusmodi novo labore, quem tamen nihilo secius amico flagitante suscepit. Harum vero rationum, quæ Photii animum inde repellere visæ sunt, prima in eo fuit, quod jam antea multi sanctorum Patrum eadem quæsita maxima ex parte optime solverint; altera ex eo petita est, quod ipse Photius alibi non pauca ex illis jam sufficienter tractaverit, alia viva voce coram discipulis explicaverit; tertia ex difficultate operis, quam diuturno tempore opus sit ad tantam quæstionum diversarum multitudinem percurrendam (20), nonnisi breve vere tempus idque magnis agitatum curis molestiisque concessum videatur. Addit etiam minoris momenti rationes obstaculo alteri cuivis esse potuisse, quominus novum hunc laborem susciperet, sibi tamen iis omnibus neglectis id maxime cordi fuisse, ut amici postulationibus satisfaceret, neque dictionis elegantiam se curasse, verum potius perspicuitatem et legentium utilitatem. Hinc recte Scottus (21) judicat, Photium multas identidem B quæstiones pro re nata amicorum commodo solvisse, deinde cunctas, ne laterent aut disperderentur, in unum collectas fasciculum Amphilochio suo id expetenti transmisisse.

4. Collectio igitur, quam præ manibus habemus, ex variis omnino partibus constat diverso tempore scriptis et sine methodo et ordine eodem fere pacto, quo in celebri ejusdem auctoris Bibliotheca diversi argumenti libri, eorumdem excerpta et de iisdem judicia coacervantur, aggregatis. Hinc pleræqu dissertationes formam epistolarum præ se ferunt, quibus ad propositas difficultates theologicas et philosophicas respondetur; responsa sunt ad eruditorum amicorum quæsita variis temporibus data, et quamvis nonnullæ Diatribæ mera excerpta videantur (22) et in aliis interrogantes more antiquo ficti solummodo appareant (23), tamen pleræque veterum scriptionem erotematicam et catecheticam omnino sequuntur, quæ jam dudum ab ecclesiasticis scriptoribus fuerat adhibita.

5. Sane similia plane opera suppeditant nobis Pseudojustini (24) et Pseudoathanasii (25) scripta; nec longe abludunt Eusebii Cæsariensis *Quæstiones* (26), Hesychii dubiorum *Solutiones*, (27) Basilii Regulæ 313 breviores (28), *Dialogi* sancto Cæsario ascripti (29), Theodoreti, in *Octateuchum Quæstio-*

(10) Q. 78. ubi commemorat τοῦ καιροῦ τὸ βαρύτατον. — q. 21, c. 7 (Mai, l. c. p. 74), q. 23 (Mai, *Nov. coll.* t. IX, p. 26, 27), q. 119 (Wolf. l. c. p. 708 seq.), D q. 148, etc.

(11) Vide cl. Jager *Histoire de Photius*, lib. VIII, p. 529 note 1, edit. 2.

(12) Vide Le Quien, *Orient. christ.* t. I, p. 757.

(13) Id testatur Nicetas David in *Vita S. Ignatii*, (Mansi *concil.* XVI, p. 289.) Cf. Le Quien, l. c. p. 617.

(14) Mansi, *Concil.* t. XVII, p. 373.

(15) Cf. Scottum, l. c. p. 2, not. 3.

(16) Wolf. Præf. cit. p. III.

(17) Ed. cit. Neapol. p. 113.

(18) P. 3 Δευτέρους ἡμᾶς ἀπαιτεῖς πόνους καὶ τὸ εἰς ὄγκον τὴν γραφὴν ἀπελθεῖν.... ἔχεις ὅπερ ᾔτησας.

(19) Τοσούτων καὶ τηλικούτων ὄντων τῶν πρὸς τἀναντία φερόντων.

(20) Ὄχλον τοσοῦτον διελθεῖν συχνόν.

(21) L. c. p. 2, note 1.

(22) Cf. Wolfium, Præf. p. V, et pag. 730-800.

(23) Mai, *Nov. Coll.* t. I. Præf.

(24) *Quæstiones et Respons. ad orthod.* 146 (Opp. Just. ed. Venet. 1747, p. 743 seq.). Quæstiones 5 Christianorum ad Græcos et Græcorum 15 ad Christianos, quæ diversæ sunt a solutionibus compendiariis adversus pietatem, quas Justino tribuit Photius (Bibl. cod. 125).

(25) *Quæstiones ad Antiochum, in S. Scripturam*, (Athanas. Opp. t. II, p. 268 seq. ed. Montfaucon).

(26) Ζητήματα καὶ λύσεις. Cf. *Dem. Evang.* VII, 3; Maium *Nov. Coll.* t. I, p. 1 seq.

(27) Ἀπορίαι καὶ ἐπιλύσεις sive συναγωγὴ ἀποριῶν καὶ ἐπιλύσεων ἐκλεγεῖσα ἐν ἐπιτομῇ ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς συμφωνίας τοῦ ἁγίου Ἡσυχίου πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων (cod. 43 Cryptæ ferratæ apud Maium *Nov. PP. biblioth.* t. VI, p. II, p. 539 indicat.) Cotel. *Mon. eccl. Gr.* vol. III, p. 1-52.

(28) Ὅροι κατὰ ἐπιτομήν. Phot. cod. 191; Garnerii Præf. in Opp. Basil. t. II, § 11, n. 33 seq.

(29) Galland. *Bibl. PP.* t. VI, p. 3-152.

nes (30), Augustini et Pseudoaugustini (31) nonnulla A scripta, sancti Maximi *Interrogationes et solutiones* (32), *Quæstiones et responsiones* Anastasio Sinaitæ communiter adjudicatæ (33). Hæ Anastasii Quæstiones centum quinquaginta quatuor anthologia quædam sunt ex testimoniis S. Scripturæ et Patrum, brevia plerumque responsa cum demonstratione ex revelationis fontibus petita, et Patrum opera ibidem abhibita (34) diligenter sunt indicata. Theodoreto imprimis auctor usus est (35). In hisce operibus multæ quæstiones modo, quod rarius, verbotenus, modo, quod frequentius, quoad sententiam plane conspirant (36). Jamdudum apud Græcos compilationes variæ defectum novorum ingenii fructuum supplebant, *sacra Parallela* in usu erant, quæ thesin quamlibet theologicam ex Bibliis et Patribus comprobabant, sicut Leontius Byzantius fecisse cognoscitur (37), jam *Catenæ* Patrum in sacros Libros expositiones collocabant (38), atque exinde amplissima suppetebat materia pro novis semper compilationibus consuendis et vetustioribus aliarum lucubrationum accessione ditandis. Mira Græcorum fecunditate exstincta in colligendis et exornandis antiquitatis thesauris docti viri fere unice occupabantur, hisque ipse Photius, si aliquot ejus scripta, quæ ejus veri fœtus exsistunt, excipias, atque in his opera præsertim polemica (39) annumerandus esse videtur. Sed operæ pretium fuerit, accuratius indagare, an Photii Amphilochia ex aliis auctoribus expilata, an vero eidem auctori atque parenti tribuenda sint, an demum et quatenus tum proprio ejus ingenio, tum aliorum laboribus simul ascribenda.

§ II. — *An Photius singularum quæstionum auctor fuerit.*

6. Innuit ipse Pothius (40) se plura ex antiquioribus Patribus collegisse et uberius excoluisse additis iis, quæ proprio ipse Marte suoque studio composuerat, adeoque tum sua, tum aliena in unum coadunasse. Sæpe allegat Patres, veluti Basilium, Athanasium, Gregorium Nazianzenum, Chrysostomum, vulgatum Dionysium, Maximum, aliosque (41). Verum communiter tunc solummodo eos adducit ubi breviter atque obiter unam alteramve eorum B profert vel tangit sententiam. Atenim constat integras fere antiquiorum scriptorum diatribas Photium tecto eorum nomine interdum de verbo ad verbum descripsisse sibique appropriasse. Jam Wolfius probabiliter explanationem in ep. ad Coloss. c. I, v. 15, e Chrysostomo haustam judicavit; Maius vero indicavit (43) prolixam illam de vitæ termino disputationem, quæ quæstione centesima quadragesima nona continetur, in duobus aliis Vaticanis codicibus *Germani patriarchæ* fœtum declarari, ex duabus de Bibliorum obscuritate dissertationibus alteram (44) ex *Polychronii* prologo in Jobum esse desumptam, quæstionem de diversis Scripturarum Veteris Testamenti editionibus (Græcis) (45)

(30) Opp. I, p. 1 seq. ed. Sirmondi.

(31) Aug. lib. *De divers. quæst.* 83. — Lib. II, *De divers. quæst. ad Simplicianum*; — lib. *De octo quæstionibus, Dulcitii.* — *Quæstiones in Heptateuchum*, etc.

(32) S. Max. ad Thalassium, *De variis S. Scripturæ quæstionibus.* — *Interrogationes et responsiones* seu *dubia* (Opp. ed. Combef. t. I, p. 1 seq. p. 300 seq.)

(33) S. Anastasii Sinaitæ *Quæstiones et responsiones de variis argumentis*, Gr. et Lat. cura Jac. Gretseri, Ingolst. 1617, 4. (Ex Cod. Monac. 53 chart. sæc. XVI, f. 133 seq. 207, Membr. sæc. XIII f. 94.)

(34) Nimirum Irenæus, Basilius, Chrysostomus, uterque Gregorius, uterque Cyrillus, Isidorus Pelusiota, Epiphanius, Pseudodionysius, Maximus, Joannes Climacus, Theodoretus et *Apostolicæ Constitutiones.*

5) Cf. Anastas. q. 27, p. 282, cum Theod., q. 66, in Gen., 3, p. 51 seq. Anast. q. 28, p. 284 de Abrahæ circumcisione; cum Theod., q. 68 in Genes. — q. 22, p. 292 seq. in Exod. IV, 21, cum Theod. q. 12 in Exod. — q. 24 p. 266 in Gen. I, 26, cum Theod. q. 20 in Gen. — q. 25, p. 278 in Gen. VI, 1, 2, cum Theod. q. 47 in Gen. — q. 34, p. 308 in Num. XXII, cum Theod. q. 42 in Num. — q. 35 p. 310, cum Theod. q. 40 in Exod. — q. 37, p. 314, cum Theod. q. 43 in Deut. — q. 39 p. 318 seq., cum Theod. q. 63 in I Reg. XXVIII.

(36) Confer Anast. q. 14, p. 166. Ps. Athan. q. 86 ad Antioch., p. 288. — Anast. q. 87, p. 488. Ps. Athan. q. 52 ad Ant. et q. 57, p. 320. — q. 56, p. 372. Ps. Athan. q. 18 in Epp. Pauli p. 328. — q. 88, p. 488. Ps. Athan. q. 112 (113) p. 294. — q. 114, p. 588. Ps. Athan. q. 102, 103 (104) p. 292. — q. 117, p. 560. Ps. Athan. q. 278, 279. — q. 118, p. 564. Ps. Athan. q. 43, p. 278. C — q. 95, p. 514. Ps. Athan. q. 118. — q. 89, p. 492. Ps. Athan. q. 16, 26, 32—35. — q. 5, p. 90. q. 15. Ps. Athan. q. 92, p. 289. Præterea conf. Anast. q. 81. Ps. Athan. q. 115 (al. 114). — Anast. q. 135. Ps. Athan. q. 93. — Anast. q. 8. Ps. Athan. q. 97. — Anast. epist. 23. Ps. Athan. q. 48. — Anast. q. 31. Ps. Athan. q. 12, Cæsar. dial. I, q. 49, p. 33. — Anast. q. 21. Ps. Athan. q. 36. Demum conferas Ps. Athan. *Interpr. ex V. T.* q. 56, 57, cum Theod. q. 39, 47 in Gen. — Ps. Athan. q. 9, ad Antioch., p. 270; cum Theod. q. 11 in Gen. — Ps. Justin. q. 47, p. 493; cum Theod. q. 40 in Deuteron. — Ps. Justin. q. 26, p. 483 seq. cum Theod. q. 20 in Exod.

(37) Vide Maium *Nov. Coll.* t. I, Præf. p. LIV.

(38) Vide Chr. Wolfium, *Exercitationes in Catenas Patrum Græcorum.* Wittembergæ, 1712. — Cramer. Præfat. ad Catenam in Evang. Matthæi et Marci, Oxonii 1840, p. XIII seq.

D (39) Hujusmodi sunt liber *De Spiritus sancti mystagogia* a nobis editus; et ea omnia, quæ ad hanc controversiam spectant.

(40) Vide quæstionem 240 nunc primum a nobis editam cap. 1, et quæstionem primam a Maio (*Nov. coll.* t. I, p 202) publicatum cap. 10. Sic ait et q. 37 (Scotti p. 83) respondere se ad propositam difficultatem ea quæ majores de ea excogitaverint (Ἃ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν περὶ τούτου πεφιλοσόφηται τοῦ ζητήματος.)

(41) Amphil. q. 34 p. 113, 120. ed. Scotti. — q. 119 (al. q. 141.) p. 712. 713. ed. Wolfii. — p. 161. (al. q. 191) p. 799. ed. Wolfii. — q. 80 p 439. ed. Basnagii.

(42) Wolfius l. c. p. 800. Præf. p. III.

(43) *Vett. Script. Nov. Coll.* t. I, Proleg. de Photio § 4, p. 41 — 43, ed. 1825.

(44) q. 152.

(45) q. 154.

ex Pseudo-Athanasio et Epiphanio decerptam, plurima in quæstione de loco Geneseos c. IV 26 (46) et in dissertatione de voluntatibus gnomicis (47), in qua Photius unum sanctum Maximum de hoc argumento tractantem commemorat, Joanni *Damasceno* deberi.

7. Sed quod Maium fugit nosque jam alibi (48) patefecimus, triginta duas exegeticas quæstiones ex *Theodoreto* in sua *Amphilochia* transtulit Photius, ne semel quidem ejus mentione facta. Interrogationes plerumque eædem sunt, responsiones propemodum iisdem verbis concinnatæ, nonnulla decurtata, alia amplificata, plurima parum immutata conspiciuntur (49). Vix ulla in his reperitur sententia, quæ non jam antea a Cyri antistite fuerit expressa. Mirum sane videtur quod Photius, qui alibi, et quidem in *Nomocanone*, qui ex natura sua neutiquam adeo stricte judicari poterat et quem jam ab alio compositum ipse tantummodo secundis curis retractavit, quam severissime eos castigat, qui alienos labores sibi arrogare ac subripere ausi fuerint (50), eo usque Theodoreti spoliis sua scripta exornaverit alienaque, quasi sua essent, absque ullo pudore vendiderit. Neque vero ea quibus ille insignis sacrorum Librorum explanator semet excusabat, dum vetustiorum Patrum interpre-

A tationibus utebatur (51), hic in Photii favorem dici possunt, qui in his, de quibus sermo est, quæstionibus nonnisi de verbo ad verbum eum exscripisse videtur, quem nec nomine tenus adducit, nec sua cum alienis conjungit, verum potius aliena sibi tanquam plagiator, ut aiunt, omnino vindicat, quod etiam spectato priscorum hac in re mitiori judicio grave adhuc censeri debet. Accedit, quod in elucidandis sacrorum Librorum locis non quidem Chrysostomum, quem plurimi tunc nocturna diurnaque manu versabant, sed minus notum auctorem, adeo presse sequitur, cujus expilatio fortasse non statim agnoscebatur, quodque ipse, qui adeo prodigus in laudandis Patribus alibi comparet, virum doctissimum, cui plurima debebat, honore ac laude privare pe-
B nitus studet (52). Attamen acutum ejus judicium et inde elucet, quod tam insignem interpretem Bibliorum cæteris prætulerit, et nec minus certum est, aliis in rebus, ubi Theodoreti expositio minus placuit, ab ea Photium prorsus recessisse. Sic. v. g. Photio pertractanti quæstionem, cur Jacob lapidem unxerit (53), litteralis Theodoreti explanatio (54) non adeo arrisisse videtur; aliunde enim petit solutionem. Rursum in aliis materiis longe diversam a Theodoreti interpretatione affert exegesin, in aliis vero nonnisi pauca quædam ex eodem adoptat (55).

(46) q. 36.

(47) q. 80.

(48) Dissert. de Amphilochiis in Ephemeridibus theologicis Tubingensibus (*Tubinger theologische Quartalschrift*) anni 1858, fascic. II, p. 258, 277, 278. Nimirum quæstiones 249—260 accurate respondent Theodoreti qq. 5, 7, 18, 19, 20, 37, 47, 58, 65, 92, in Genesin; qq. 261—269; Theodoreti qq. 6, 10, 14, 24, 27, 40, 48, 60, 68 in Exodum; q. 270 — 273; Theodoreti qq. 18, 19, 23 in Leviticum; quæstiones 274—277; Theodoreti qq. 1, 10, 18, 34, 37 in Num; denique qq. 279—281; Theodoreti qq. 40, 42, 43 in Deuteron.

(49) Speciminis instar ista damus.

Amph. q. 249 (Mai, *Nov. Coll.* t. IX, p. 116, q. 248).	Theodoret,. q. 5 in Gen. p. 6, 7 ed. Sirmond.
Ἠλίθιον τὸ ἐρώτημα· ὁ γὰρ εἰπὼν, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὐχ ἀΐδιον δηλονότι ἔφη τὴν γῆν, ἔφη δὲ οὐχ ὅτι ἦν ἡ γῆ ἀπολύτως, ἀλλ' ἦν ἀκατασκεύαστος· ἔτι γὰρ ἀόρατος ἦν, ἐπικειμένου τοῦ ὕδατος, καὶ ἀκατασκεύαστος, μηδέπω κοσμηθεῖσα βλάστῃ κ. τ. λ. Cf. Cæs. *Dial.* I, q. 63, p. 38.	Ἠλίθιον ἄγαν καὶ ἀνόητον τὸ ἐρώτημα· ὁ γὰρ εἰπὼν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὐχ ἀΐδιον ἔφη τὴν γῆν, ἀλλὰ μετὰ τὸν οὐρανὸν ἢ σὺν τῷ οὐρανῷ δεξαμένην τὸ εἶναι· ἄλλως τε οὐδὲ ἁπλῶς οὐδὲ ἀπολύτως εἶπεν ὁ συγγραφεὺς, ἡ δὲ γῆ ἦν, ἀλλὰ τὸ ἑξῆς συναρμόσας· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκα-

τασκεύαστος, τουτέστιν, ἐγένετο μὲν ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἔτι δὲ ἀόρατος ἦν ἐπικειμένου τοῦ ὕδατος, καὶ ἀκατασκεύαστος, μηδέπω κοσμηθεῖσα τῇ βλάστῃ κ. τ. λ.

Amph. q. 204 (Mai, l. c. p. 117, q. 249). Ἐναντία μὲν ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐναργαῖα τοῖς ἀνθρώποις ἀμφότερα... ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀναγκαῖον τὸ σκότος, δῆλον...	Theodoreti qq. in Gen. p. 7, 8. Idem est initium. Tres sequuntur propositiones a Photio omissæ; Psalmi cui citatio utrobique est. ἀλλ' ὅτι μὲν οὖν ἀναγκαῖον τὸ σκότος, ἀκριβῶς μεμαθήκαμεν...

(50) Præf. in *Nomocanonem* (apud Voellum et Justellum in *Bibliotheca juris canonici vet.* t. II, p. 792) ea in parte quam revera esse Photii consentiunt eruditi, declarat, non præcedentium laboribus derogandum esse nec eos in proprium usum
C furum exemplo vertendos. Ὅπερ πολλοὺς πολλάκις ἡ ἀπορία τοῦ ἐξ οἰκείας ἐπιγνωσθῆναι σπουδῆς τολμῆσαι συνήλασε, καὶ κλοπῇ τῶν ἀλλοτρίων ὀφρὺν ἀνασπάσαι σοφίας ἠπάτησεν.

(51) Theodoretus Prolog. in expositionem Cantici canticorum (Opp. I, p. 995 ed. Sirmond) lectores hortatur et monet, ne furtum habere velint, si quid Patribus dictum in suis commentariis inveniant (τοὺς ἐντευξομένους παρακαλέσαντες, μὴ κλοπὴν ἡμῶν κατηγορεῖν, εἴ τι τοῖς Πατράσιν εἰρημένον ἐν ταῖς ἡμετέραις εὕροιεν ἑρμηνείαις); contitemur enim, inquit, et nos ab illis ansas et rationes explanationis invenisse; est vero hoc non furtum, sed paterna hæreditas. Et alia quidem ab illis sumpta damus, alia vero a nobis ipsis reperta adjicimus, quæque ulteriori labore ac repetitis curis indigent, amplificamus. (Ὁμολογοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς παρ' ἐκείνων τὰς ἀφορμὰς εὑρηκέναι τῆς σαφηνείας· ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον οὐ κλοπὴ, ἀλλὰ κληρονομία πατρῴα· καὶ τὰ μὲν παρ' ἐκείνων εἰληφότες τίθεμεν,
D τὰ δὲ αὐτοὶ ἐπεξευρόντες προστίθεμεν, τὰ δὲ ἐπεξεργασίας δεόμενα διευρύνομεν.)

(52) In Bibliotheca solummodo cod. 204 Theodoretum θεσπέσιον, et μακάριον ἄνδρα, ejusque quæstiones in Octateuchum opus maximæ utilitatis (χρήσιμον εἰς τὰ μάλιστα) vocat.

(53) Q. 236 apud Maium, *Nov. coll.* t. IX, p. 113.

(54) Theodor. q. 84 in Gen. p. 61.

(55) Cf. Theodor. q. 2 in Gen., p. 3, 4. Amph. 70 (Galland. XIII, p. 707; Wolf. l. c. p. 687 seq.) — Theod. q. 24 in Gen. p. 25, 26; Amph. q. 51 (Mai, t. IX, p. 53.) — Theod. q. 27, 28, 33 in Gen., p. 29 seq. Amph. q. 14 (Mai, l. c. p. 14. 15.) — Theod. q. 59. in Gen. p. 34.; Amph. 70 (Mai, l. c. p. 85.) — Theod. q. 46 in Gen.; Amph. q. 11 (Mai, l. c. p. 12); — Theod. q. 41 in Exod. Phot. ep. 147, p. 204, seu Amph. q. 82. — Theod. q. 1 in I Paral. p. 367 - 371; Amph. 293 (Mai, l. c. p. 148).

Videtur Photius, quæ optima arbitrabatur, selegisse, uni fortasse amicorum utilitati intentus, nonnulla inter excerpta habebat jam diu ante collecta, quorum fortasse auctores non amplius ejus memoriæ obversabantur, quemadmodum et aliis eruditis nonnunquam accidit.

8. Cæterum alias quoque quæstiones ex priscis auctoribus resolvit Photius, quas vix omnes determinare poterimus, cum modo non amplius exstent varia opera a Photio perlustrata et in *Myriobiblio* recensita. Quorum in numero Jobi libros de incarnatione et Eulogii Alexandrini disputationes contra Novatianos (56) ponendos censeo, quibus in *Amphilochiis* usum fuisse scriptorem nostrum collatio quarumdam quæstionum cum fragmentis in Bibliotheca servatis indicat. Præsto ipsi erant Justini solutiones dubiorum (57) et plura Maximi scripta (58); nonnulla quoque Amphilochia affinitatem ostendunt cum homilia de incarnatione, quæ Chrysostomo tribuitur (59) et cum Pseudoathanasii scriptis (60). Multa Patrum fragmenta alias deperdita, licet tecto auctorum nomine, in *Amphilochiis* servata videntur, quæ veluti anthologia seu florilegium ex Patribus spectari possunt, non secus ac *Myriobiblion*, diverso tamen consilio ac scopo elaboratum. In *Myriobiblio* rationem reddit Photius de libris a se perlectis ex omni genere disciplinarum, in *Amphilochiis* vero difficultates varias solvit ac maxime theologicas, illic potissimum auctores eorumque libros curat, hic vero res ipsas, doctrinas et theoremata; in eo utrumque opus concordat quod thesauros recondit patristicæ eruditionis et aurifodina quædam est utilium variarumque cognitionum.

9. Attamen si plurima ex aliis hausit Photius, non pauca tamen ipse proprio Marte elaboravit. Plura *Amphilochiis* inseruit ex iis quæ in auditorum usum olim conscripserat (61), præsertim quoad dialecticas et philosophicas quæstiones (62). Præ-
A terea illas quæstiones, quæ ex Epistolis in hanc collectionem relatæ sunt (63), Photii ipsius ingenio deberi probabiliter censemus. Hinc universum *Amphilochiorum* corpus e duplici fonte manasse dicendum est, quoad majorem quidem partem ex vetustiorum auctorum libris fragmentisque exinde decerptis, quoad alia vero ex fructibus studiorum ipsius collectoris, qui mira assiduitate amicos clericosque suos ad majorem in dies profectum altioremque semper tum in sacra tum in profana scientia gradum evehere adnitebatur.

§ III. *De materiis ac rebus de quibus agunt Amphilochianæ quæstiones.*

10. Diversissimi ordinis ac generis esse argu-
B menta in Amphilochiis pertractata ex superius dictis jam liquet. Tres tamen classes dissertationum licet distinguere. Quarum prima, omnium ditissima exegeticas et hermeneuticas complectitur disquisitiones, altera dogmaticas, tertia demum philosophicas, mythologicas, grammaticas et historicas nonnullas quæstiones solvit. Cum vero numerus exegeticarum quæstionum longe cæteras superet et a potiori jure denominatio fiat, merito universum corpus exegeticarum disquisitionum collectio poterit appellari.

11. Sacrorum Librorum textus ultra 240 quæstiones explanant, quarum complures ἐναντιοφωνίας seu apparentes Bibliorum contradictiones elucidant (64), aliæ varias Patrum expositiones referunt ac dijudicant (65), aliæ difficultates solvunt ex oc-
C casione Bibliorum obortas (66). Eædem interdum quæstiones bis (67) vel ter (68) diverso modo expediuntur, quod inde potissimum evenisse putamus, quod Photius modo a diversis auctoribus solutionem petierit, modo idem argumentum, quod jam ab aliis pertractatum usurparat, iterato studio per semetipsum enucleare conatus fuerit. Major pars quæstionum quinque Moysis libros, Ecclesiasten, Psalmos, Evangelia et Pauli Epistolas respicit; rarius sententiæ Jobi ac prophetarum, Actuum apostolo-

(56) Bibl. cod. 222 cf. Amph. q. 188, 190, 191, 6.

(57) Bibl. cod. 280 Lib. II. Cf. Amph. q. 132.

(58) Quæstiones quædam dogmaticæ Photianis persimiles sub S. Maximi nomine insunt cod. Monac. Gr. 10 chart. sæc. 16 f. 688 — 691. Cæterum aliæ quæstiones fere eodem modo propositæ aliter apud Maximum, aliter apud Photium solvuntur. Cf. Maximi Q. in Script. 1, 6, 12; et Amph. q. 2, 4, 8. — Maximi Q. in Script. 22, 44; et Amph. q. 7, 23. — Maximi Dubia et Quæst. 4, 26; et Amph. q. 112, 149. — Maximi Dubia et Quæst. 27, 47; et Amph. q. 42, 222. — Maximi Dubia et Quæst. 66, 75, 78; et Amph. q. 114, 234, 314. — Maximi Expos. in psal. 59; et Amph. q. 287. — Maxim. *De variis et difficilibus locis*, ed. Fr. Œhler, *Halis*, 1857, p. 248 — 252; et Amph. q. 78.

(59) Phot. Bibl. cod. 277, hom. 2, p. 843, 844. ed. Hœschel. Cf. Amph. 161, 162.

(60) Ps. Athanas. q. 13, p. 285. Amph. q. 49, 213; et Ps. Athan. q. 59; Amph. q. 100.

(61) Conf. quæstiones 77 et 78 a nobis nunc primum editas.

(62) Q. 137-147.

(63) Q. 81-118, 171-173, 193-222. Etiam quæstiones 1, 21, 28, Photio tribuendas puto.

(64) Q. 2, 7—9, 12 (Mai, t. IX, p. 5, 9, 12, 13), 19 (Ibid. p. 18—20) 30, 35, 37 Scottus, p. 45 seq. 81 seq., 248 (Wolf. p. 585), etc.

(65) V. gr. q. 47, (Mai, p. 36 seq.) 222 (epist.
D 135), 309 (Wolf, p. 701), 70 (Mai, p. 85), etc.

(66) V. gr. q. 5 (Mai, l. c. p. 4, 5).

(67) V. gr. locus Genes. IV, 7, tractatur q. 71 et 109. (Mai, t. IX, p. 57; ep. 211, p. 309); Rom. I, 13, q. 91 et 284 (epist. 164. Mai, l. c., p. 142); Matth. XI, 11, q. 222 et 309 (epist. 135, p. 180; Wolf. p. 701); Marc. III, 33, q. 45 et 215 (Mai, l. c. p. 30, epist. 132, p. 171); Matth. I, 20, q. 22 et 100 (Mai, l. c. p. 21, epist. 182, p. 270); Galat. V, 15, q. 54 (Mai, l. c., p. 58) et 148; Joan. VIII, 44, q. 47 et 241 (Mai, p. 36; Wolf. p. 675); Rom. XII, 20, q. 52 et q. 79, parte II (Mai, p. 56; Wolf. p. 689 seq.); Psal. L, 6, q. 56, 238 (Mai, p. 61-113); Gen. IV, 8, q. 11-104 (Mai, p. 10; epist. 203, p. 300).

(68) Problema illud cur Moyses, Gen. I, 1 seq., non commemoraverit regnum cœlorum, quæstio sexta (Mai, Nov. coll. t. I) decima quinta et pars prior quæstionis septuagesimæ nonæ (Wolf. 687), pertractant.

rum et catholicarum Epistolarum exponuntur. Philologicas sæpe observationes profert Photius (69), reliquias nonnullas antiquarum versionum Aquilæ, Symmachi et Theodotionis nobis suppeditat (70), et sobriam plerumque sequitur interpretandi rationem, qua allegoristarum immoderantiam et perversitatem respuit ac castigat (71), neque tamen mysticum sensum reprobat. Imo sæpenumero Veteris Testamenti typi late admodum illustrantur (72), et litteræ spiritus, γράμματι πνεῦμα, præfertur (73). Non cuncta quidem solide, verum pleraque perspicue explanantur; varietas tamen et constans antiquiorum usus hos commentarios exornant, ex quibus plurima, quæ Pauli Epistolas illustrant, scholia in Œcumenii commentarios transierunt.

12. Ad alteram seriem quod attinet, circiter 50 B quæstiones argumenta dogmatica prosequuntur. In his mysteria Trinitatis et incarnationis primum sibi locum vindicant, de quibus sæpius (74), etsi interdum subtilius quam verius, disseritur; polemicæ quoque in Latinos Diatribæ non desunt, quibus quædam eorum de processione Spiritus sancti ex Patre Filioque argumenta impetuntur (75). Tractatus vero *De voluntatibus gnomicis* subtili argumentandi et arguliendi modo facile cæteros superat. Præterea dogma de æternitate pœnarum defenditur, realis Christi in Eucharistia præsentia, baptismus in Trinitatis tantum nomine administrandus, perpetua beatæ Mariæ virginitas haud incongrue vindicantur (76). C

13. Tertio demum loco veniunt diversi argumenti quæstiones. Modo Aristotelis categorias (77), modo Patrum (et quidem Gregorii Nazianzeni, Cyrilli et Joannis Climaci) dicta (78) commentatur Photius. Ad historiam litterariam spectant quæ de Asteriis et de Eusebio Cæsariensi disputat (79); ad mythologiam quæ de Hercule Amaltheæ cornu gestante disserit, ad philologiam brevis de verbi εἰμι redundantia tractatus (80). Rationes quadragesimalis jejunii et statutæ ab Ecclesia irregularitatis ex defectu corporis exquirit, de ideis Platonicis, de genere et specie, de Sibyllarum numero, de magnete, de anni initiis, de Kalendis, Nonis et Idibus aliisque breviter agit (81). Tot ac tam diversa argumenta partim brevissima responsione partim prolixa dissertatione D hoc Amphilochiorum opere Photius evolvit et illustravit.

14. In tanta rerum disceptationumque mole mirum sane haud est, quod non omnia eadem prorsus A ratione nec pari felicitate enucleantur, quemadmodum nec desunt *Diatribæ*, in quibus Photius nimis suo ingenio indulget et modo brevitatis studio, modo verborum sententiarumque copia obscurus fit. Neque scribendi genus eodem judicari modo potest, tum quod ex tot auctoribus plane diversis singularique elocutionis forma distinctis plurima derivata fuerunt, tum quod ipse Photius, qui tam ingentem librorum copiam evolverat, a seipso, quod ad dictionem spectat, interdum discrepat. Sane nemo ignorat, quantopere eruditissimus vir a candida priscorum Atticorum simplicitate et elegantia deflexerit, quamque raro puriorem illum dicendi modum attigerit, quem se plurimi facere sæpenumero protestatur, quemque discipulis tanquam studiorum metam proponit prosequendum. Oratio ejus sæpe ampullas projicit ornatumque nimium affectat; alibi rudior apparet atque humi propemodum repens; concisa interdum dialecticorum more, alias rhetorum posterioris ævi floribus haud bene colligatis supra modum omnem referta, modo clara omnino et perspicua, modo obscurissima et omni gratia destituta (82). Versipellex homo stylo quoque sese prodit.

15. Illud demum monendum, nonnulla non ad catholicæ doctrinæ normam nec accurate et caute satis disputari et abstrusa quædam ex areopagiticis scriptis hausta in *Dogmaticis diatribis* contineri, quæ sanam interpretationem, etsi non excludere, attamen difficilem omnino reddere videantur. Non ea tantum, quæ ad controversiam Latinos inter atque Græcos agitatam, seu, ut rectius loquamur, ad dogma de Spiritus sancti ex Patre Filioque processione referuntur, verum et quædam alia, quæ in hisce quæstionibus occurrunt, suis plerumque locis ab editoribus adnotata a gravibus ac cordatis theologis hac in parte perstringenda sunt. Locutiones sæpe ab ecclesiastico loquendi usu differunt et difficultatibus sunt obnoxiæ, quarum tamen major pars opportune ex aliis Photii locis exponi poterit. Sic quando de Christo loquens. « Non tamen hominem Deum facimus, inquit, absit (83), » id sinistre accipi nequit, cum sexcentis locis Photius suam de incarnatione doctrinam luculenter exponat. Sæpe erroris umbræ quædam lectorem feriunt, raro vero aperti errores. Sed jam ad pleniorem nostri operis notitiam, ad ea quæ ad præsentem editionem subsidia atque adminicula præstiterunt, animum vertamus.

(69) V. gr. q. 1, 21, 153.
(70) V. gr. q. 42.
(71) Q. 70 (Mai, l. c., p. 83).
(72) Q. 316 (Mai, p. 156); 295 (Mai, p. 149).
(73) Q. 59 (Mai, p. 67): 265 (Mai, p. 129).
(74) Q. 171, 181 seq., 193, 195, 223, 225, 228-251.
(75) Sic refellere conatur argumentum ex Patrum locutionibus desumptum, quibus Spiritus Filii imago dicitur (q. 235; Mai, p. 113), argumentum ex missione derivatum (q. 188) ac demum illud quoque, quod in Photiana hypothesi Filium et Spiritum fratres fore contendit (q. 28).
(76) Q. 13, 43, 73, 171.
(77) Q. 137, 147.
(78) Q. 78, 233, 243, 273.
(79) Q. 312, 221.
(80) Q. 106, 107.
(81) Q. 130, 20, 77, 150, 131, 334, 242.
(82) Cf. ea quæ diximus in Animadversionibus ad Photii *De Spiritu S. mystagogia* librum, § 1, n. 8.
(83) Cf. q. 184.

§ IV. — *De codicibus potioribus quibus Amphilochianæ quæstiones exhibentur.*

16. Codices manuscripti, qui Amphilochianas quæstiones suppeditant, valde inter se differunt. Non omnes quæstiones in eodem codice reperiuntur, alii aliis plures vel pauciores exhibent, nonnulli unam tantum alteramve dissertationem. Quatuor vero codices ditiores ac præstantiores huc usque noti sunt. Quorum unus est Coislinianus a Bernardo de Montfaucon (84) descriptus numero 270 signatus et 388 quæstiones continens ab eodem eruditissimo viro recensitas. Multo locupletior adhuc est codex Lollini (85), qui Urbano VIII summo Pontifice in Vaticanam bibliothecam illatus est ibique numero 1923 signatur. Est sæculi decimi tertii et in ejus B indice (86) 313 diatribæ numerantur, reipsa tamen et alias quasdam continet, quæ in serie hac non recensentur. Tertius est codex Colbertinus n. 444 a Joan. Bapt. Cotelerio commemoratus (87), nunc Parisiensis, n. 152 (88), qui quoad ordinem numerumque dissertationum cum prædicto Vaticano concordat. Quartus est Regius Taurinensis, n. 51 (b v ii) a Pasinio (89) descriptus, sæculo decimo quinto exaratus et cum Coisliniano quoad priores 138 quæstiones consentiens; plures tamen illius partes hic deficiunt et nonnisi 297 quæstiones numerantur.

17. Porro plura sunt apographa ex his potioribus codicibus desumpta. E Vaticano alterum Franciscus C Arcudius exaravit, quod Romæ in bibliotheca Barberiniana exstat (90), alterum possidet bibliotheca Marciana Venetorum eoque usus est Antonius Catiforus Zacynthius, qui mira cum assiduitate universa Photii opera colligenda curavit, editionem tamen diligenter præparatam ad finem perducere nequivit (91). E Coisliniano vero codice Franciscus Dionysius Camusatus, anno 1732, Amstelodami defunctus, sextam circiter partem nostri operis descripsit et cum Colbertino codice comparavit (92). Quam a Jacobo Wetsthenio acceptam Wolfius deinde adhibuit, cum exinde 46 quæstiones publici juris faceret. (93).

18. Exstat præterea in regia Neapolitana bibliotheca codex mutilus 18 Amphilochianas quæstiones continens (94), quo post alios (95) Joannes Andresius (96) et Angelus Antonius Scottus (97) usi sunt. His accedunt plurimi codices, qui aliquot tantum suppeditant quæstiones, ut eas, quæ de Aristotelis categoriis agunt (98). Quæstio de ubiquitate Christi comparet in codice Tiliano Combefisii (99), in codicibus duobus Vaticanis (1), in Monacensi Gr. 104 (2), in Vindobonensi (3) et Escorialensi (4); quæstio de voluntatibus gnomicis (5) in Vallicelliano (6), Monacensi (7) et Vindobonensi (8). In aliis manuscriptis aliæ quæstiones seu potius earumdem fragmenta prostant, ut quæstionis 165 pars quædam sub proprio titulo in Vaticano quodam codice (9) et alia plura a Fabricio (10) jam magna ex parte commemorata.

(84) Bibliotheca Coisliniana, olim Seguieriana, Parisiis 1715 f. p. 326 seq.

(85) Vide Lollini Epistolas, p. 326; Allatium, *De Eccles. Orient. et Occid. perpetua consens.* lib. II, c. 6. n. 4; Maium, Præf. cit. p. XIV.

(86) Πίναξ ζητημάτων præmissus est ipsi operi; numerorum vero series in ipso opere ab eodem discrepat.

(87) *Monum. Eccles. Græcæ*, t. III, p. 556. Wolf. *Curæ philol. crit.*, t. V, Præf., p. III, V, VI.

(88) Catalogus mss. bibl. (olim) Regiæ, T. II, p. 259. Quoad codicem 1228 pariter olim Colbertinum, sæc. XI, et codicem 1229 e codice montis Atho jussu Chrysanthi Hieros. patriarchæ descriptum accuratioribus notitiis destituti sumus.

(89) Codices mss. biblioth. Reg. Taurin. Athenæi, Taurini. 1749; f. p. I. p. 108 seq.

(90) Cf. Allatium, l. c.

(91) « Antonius Κατήφορος, Zacynthius, presbyter, vir egregiæ eruditionis, linguarum Græcæ, Latinæ, Italicæ peritus, doctusque philosophiam non Aristotelicam modo, sed recentiorum quoque, nec minus sacram theologiam, divinæ Scripturæ peritus, sacrorum eloquiorum præco. Fuit et ipse doctor Venetiis in Flanginiano collegio. » Ita Demetrius Procopius in *Recensione succincta eruditorum Græcorum*, mense Junio anni 1720 exarata (Fabric., *Bibl. Græca*, t. XI, p. 547, n. 87, ed. Harless). De hoc viro infra plura dabimus. Hic monendum, in ejusdem Schedis citari codicem quoque Philadelphiensem, ex quo *Amphilochia* compleverat, nihil tamen de eodem peculiariter adnotari.

(92) In historia critica *Ephemeridum litterar.*, Gallice, Amstelodami, 1754, 8, p. 96, id ipse testatur.

(93) J. Chr. Wolf. Præfat. cit., p. VII.

(94) Codices mss. Gr. reg. biblioth. Borbonicæ a Salvatore Cyrillo descripti; Neapoli, 1832, t. I, p. 181.

(95) Narrat Wolfius, l. c. p. 3. « Comparaverat illum (Neapolitanum codicem) olim Antonius Caracciolus et Romam miserat ad Leonem Allatium, qui eumdem a Neophyto Rodino, monacho Cyprio, descriptum, variis lectionibus vel emendationibus ad marginem instruxerat. Hujus vero apographi copia una cum epistola Allatii ad Caracciolum adhuc exstat Neapoli in SS. Apostolorum archivio, unde aliam sibi fecit Nicolaus Falconius abbas, qui anno 1719 conversionem ejus Latinam prelo paravit. »

(96) Andresii *Prodromus de Anecdotis Neapolitan. biblioth.*, p. 81.

(97) Ex Photii *Amphilochiis* quædam, Neapoli, 1814, 4.

(98) Vide Oudinum, *De script. eccles.* Lips 1722, t. II, p. 207 214. Has quæstiones seorsim descriptas eruditi ceu peculiare Photii opus habuerunt.

(99) *Biblioth. concionatoria*, I, Præfat., p. XXXVIII,

(1) Cod. Reg. Vatic. 108 f. 24 b., 25 a. Cod. Palat. Vat. 262, f. 202 a, 203 b.

(2) Vide Aretin. *Beitræge zur Geschichte der Literatur*, (Monachii, 1804), t. VII, p. 4, 386.

(3) Vindob. Gr. theol. 26 (Kollar. *Bibl. Cæs.*, VII, 135).

(4) Plüer, *Itinerar. per Hispan.*, p. 187. — E. Miller, Catal. mss. Gr. bibl. Escorial Paris, 1848. (Cod. Esc. Y, L., p. 13, n. 249 sæc. 16), p. 190.

(5) Est. q. 80.

(6) Cod. Vallicell. Lit. D., cod. 26.

(7) Monac. Gr. 52, 152.

(8) Cod. Vindobon. Gr. theol. 208, n. Lamb. V, p. 13.

(9) Cod. Vat. 430, f. 155 a.

(10) *Bibl. gr.*, t. XI, p. 27, seq. 32-33, ed. Harless.

19. Cum Vaticanus codex 1923 omnium, quotquot huc usque innotuerunt, locupletissimus sit et sæculo tertio decimo conscriptus multis commendetur titulis, præ cæteris in hac nova *Amphilochianorum* editione, quantum id fieri potuit, normæ adinstar habendus esse videbatur. Quanam vero ratione id fuerit peractum, paucis explicabitur inferius, posteaquam ea, quæ hucusque in *Amphilochiis* publica luce donandis fuere præstita, succincte exposuerimus.

§ V.— *De Amphilochianis quæstionibus huc usque editis.*

20. Leo Allatius, qui hoc opus doctissimum et eruditissimum tantumdem cum tineis et blattis colluctari vehementer dolebat (11), nonnulla ex eodem interdum suis operibus immiscuit (12), editionem tamen, quam animo conceperat, non perfecit. Multi deinde eruditi ejusdem operis editionem præparabant, ut Caperonnier Parisiensis professor (13), Dionysius Camusatus Amstelodamensis (14), Nicolaus Falconius Italus (15), Antonius Catiforus Græcus, Andresius Neapolitanus. Sed omnes vita functi sunt nondum perfecto labore. Proximus jam ad metam accesserat Catiforus, cujus studia indefessa plures manuscripti tomi testantur Venetiis, uti diximus, asservati. Hic Amphilochianas quæstiones collegerat, Latina versione et notis instruxerat; idem Photii *Bibliothecam* seu *Myriobiblion* felicius quam antea Andreas Schottus Latinæ linguæ reddiderat; cuncta pene opuscula Photii nomine insignita, inter quæ tamen haud pauca sunt pseudepigrapha, in unum conjunxerat, adeo ut nonnisi postremæ curæ defuerint ad Photii opera quam exactissime evulganda. Mirum est hæc Catifori studia tot doctos viros latuisse, qui post eum aut de Photio scripsere aut ejus opuscula ediderunt. Sane cardinalis Maius ex his reliquiis Catiforianis insigne commodum percepisset, nonnulla accuratius elegantiusque edidisset, si nota ei fuissent ea, quæ ille tot laboribus exantlatis sibi comparaverat, omni tamen apud posteros laude privatus, quam jure optime meritus fuerat.

A 21. Nonnisi per partes ergo Amphilochianæ quæstiones evulgatæ fuere ac per fragmenta primum quæ tum Allatius, tum Franciscus Turrianus, societatis Jesu sodalis, in medium produxere (16). Idem tamen Turrianus e codice Bavarico sex quæstiones Latine primum in Canisii Sylloge (17) evulgaverat, quarum textus Græcus nondum tunc prodiit. Petrus Stevartius (18) vero, ejusdem sodalis, quæstionem de voluntatibus gnomicis ex Turriani versione publici juris fecit. Has vero dissertationes ad laudatissimum *Amphilochiorum* opus pertinere ignorarunt eruditi (19); primus J. A. Fabricius (20) ut videtur, id suspicatus est. Anno deinde 1644 Franciscus Combefisius quæstionem contra ubiquistas falso sancti Amphilochii inscriptam nomine edidit (21)
B (quem errorem Allatius (22) detexit), deinde vero quæstionem *de Asteriis* ab eodem Allatio acceptam (23). Prodiit præterea opera Richardi Montacutii anno 1651 Londinensis Photianarum epistolarum editio, ex quibus multæ (24) *Amphilochiis* fuerant insertæ, neque tamen eæ tunc ceu partes nostri operis agnitæ fuerunt. Ita toto sæculo decimo septimo nonnisi pauca ex toto opere segmenta publicam lucem aspexerunt.

22. Majores progressus nacta est hujus operis evulgatio sæculo decimo octavo. Anno 1715 Montefalconius seu Bernardus de Montfaucon dato Coisliniani codicis indice quatuor Amphilochianas quæstiones evulgavit (25), quarum tamen tres jam dudum prodierant: prima de Hercule ceu epist. 209;
C altera de Eusebio Cæsariensi inter Photii epistolas, n. 144; tertia *de Asteriis* in Combefisii *Auctario novo*. Anno vero 1723, J. Basnagius novam H. Canisii *Antiquarum lectionum* editionem procuravit, in qua (præter unam) Dissertationes a Turriano Latine editæ Græco textu, quem D. Caperonnier subministraverat, exhibitæ fuerunt (26). Tandem J. Chr. Wolfius quadraginta sex quæstiones exegeticas sub titulo *Amphilochianarum* edidit (27), quæ exinde in Patrum Bibliothecam Gallandianam transierunt (28). Quid vero M. J. Justus Spier (29) hac

(11) Allat. *Contra Hottinger.* c. 17, p. 266.
(12) *Syntagmate de Engastrimytho*, c. 2, *De Simeonibus*, p. 3.
(13) Teste Basnagio in *Antiquis lectionibus*, ed. Antwerp. 1725, f. tom. II, parte II, p. 378.
(14) Wolf. *Curæ. philol. et critic.* t. V, Basileæ. 1747. 4, Præf.
(15) Wolf. l. c. Fabricius, *Bibl. Gr.* t. XI, p. 27, ed. nov.
(16) *Defens. epistolar. Pontif.*, p. 24, 65; Not. in *Constitut. apostol.* VIII, 41, p. 155; lib. *De jure ordinandi ministros Ecclesiæ*, p. 155. Allat. c. Hotting. p. 266, 267. Fabric. *Bibl. Gr.* l. c.
(17) *Antiqu. lect.* t. V, p. 188 seq. ed. vet. Ingolst. 1604.
(18) *Auctar. antiqu. lect.*, Ingolst. 1616, 4, pag. 437 seq.
(19) Maius, Præf. cit.
(20) *Bibl. Gr.* t. XI, p. 23, ed. nov.
(21) Opp. Amphilochii, Andreæ Cretensis et Method. p. 226.
(22) *De consens.* l. c. p. 576. C. Combefisii *Recensiti auctores; Biblioth. PP. concionatoriæ*, Paris, 1662, 8, p. 152.
(23) *Auctar. PP. Nov.* 1648, p. I, p. 279. Est ea quæstio in Coislin. codice, q. 127, in Vatic., 312.
D (24) Wolfius numeravit 65 epistolas *Amphilochiis* insertas. Sed ex cod. Vat. præter has 7 aliæ addendæ sunt (epist. 34, 77, 135, 205, 219, 228, 241, quæ apud Montefalconium respondent quæstionibus 222, 239, 167, 127, 135, 136, 137). Et una ex illis 65 bis numerata fuit; nimirum epist. 163, quæ in Coisliniano codice bis occurrit (p. 255, 271) in Vaticano tamen nonnisi semel (q. 90).
(25) Bibl. Coislin. p. 346-348. Sunt vero: q. 129, *De Hercule Amaltheæ cornu gerente* (Vat. q. 107); q. 125, *de Asteriis* (Vat. q. 312); q. 166, *De Eusebio* (Vat. q. 331); q. 160; *De Sibyllis* (Vat. q. 64).
(26) *Thesaurus monumentorum eccles. et historicorum, sive* Henr. Canisii. *Sectiones antiquæ ad sæculorum ordinem digestæ*, Antwerp. 1728, f. t. II, p. II, p. 379 seq.
(27) *Curæ philol. et crit.* t. V, p. 651-815.
(28) Galland. *Bibl. PP.* t. XIII, p. 695-732, Venet. 1779.
(29) Harlessius in Fabricii *Bibliotheca Græca*,

in re præstiterit, nondum plaulmes reperire. Reipsa sæculo decimo octavo exeunte 128 diatribæ ex *Amphilochiis* publicatæ fuerunt : 71 apud Montacutium : 8 apud J. Basnagium (30), 2 apud Combefisium, una apud Montefalconium (31), 46 apud Wolfium.

23. Sæculo demum nostro A. Scottus (32) primum 17 quæstiones novas dedit una cum alia, quam Combefisius mutilam dederat, quæstionem videlicet contra Ubiquistas (33). Angelus vero cardinalis Maius 150 novas quæstiones evulgavit (34); quæ vero reipsa solum 147 constituunt, cum inter has tres jam antea fuerint publicatæ (35). Hinc a Scotto et Maio 164 quæstiones datæ sunt, quæ cum illis 128 jam antea editis faciunt 292.

24. Eumdem quæstionum editarum numerum jam Gieseler (36) annotaverat, sed ex falso omnino calculo; nam omissis septem quæstionibus, quæ vere omnes inter epistolas leguntur (37), totidem alias bis recensuit (38).

25. Non est hujus loci singulorum editorum vel merita extollere vel negligentias accusare. Non omnes iisdem codicibus manuscriptis utebantur, nec eadem methodo procedebant nec pari ἀκριβείᾳ editiones præparabant. Quoad rei tamen summam utiliter omnes operam navabant illustri sane inter posteriores Græcos scriptori, quem alii nimiis extulerunt laudibus, alii justo levioris pretii æstimarunt, operique, quod inter theologica ipsius scripta, quamvis non integrum ex ejus ingenio profectum, primum tamen locum merito obtinet. Tot vero insignes viri, qui in hoc opus sua contulerunt studia, ipsius quoque magnæ sunt commendationi.

§ VI. — *De præsenti Amphilochianarum quæstionum editione.*

26. Eminentissimus Maius postremas centum et triginta quæstiones typis mandans censuisse videtur, se nunc omnia, quæ nondum edita fuerant, *Amphilochia* publici juris fecisse totumque hunc dissertationum thesaurum absolvisse (39). Sed rem non ita se habere, ex Vaticani codicis inspectione et indicis Coisliniani a Montefalconio descripti collatione satis edocti jam alibi (40) docuimus, et pariter ostendimus saltem triginta duas quæstiones adhuc remansisse ineditas, et neque Vaticanum codicem iis, quæ Maius dederat, fuisse exhaustum.

27. Ut quanta maxima fieri potest certitudine numerum harum quæstionum determinaremus, codices potiores conferendos esse statuimus. Illico apparebat Taurinensem codicem unam solum continere quæstionem (41), quæ cæteris desit; hac dempta Coislinianum omnia suppeditare, quæ in illo exstant; præterea Coislinianum, licet 308 quæstiones recenseantur, tamen nonnisi 306 reipsa exhibere (42); Vaticanum vero ultra 313 præ se ferre, quarum plures a Coisliniano absunt; numeros demum apud Maium notatos in pluribus esse turbatos, cum idem numerus diversis quæstionibus fuerit assignatus. Quare post tot eruditorum circa hoc opus labores nondum potuit totius collectionis ordo ac series neque numerus quæstionum ad amussim (43) determinari. Sperabamus quidem promissam dudum omnium *Amphilochiorum* editionem, quam in Græciæ regno Constantinus Œconomus ...

t. XI, p. 26 notat ista : «M. J. Justus Spier in *Wittenbergische Anmerkungen ueber theologische, philosophische, historische, philologische und kritische Materien*. t. I, Wittembergæ 1738, 8. (Vide *Ephemerid litt.* Lips. 1738, p 695 seq.) edidit observationes *in Photii Amphilochia* et in fine quædam ex illis *Amphilochiis* nondum publicata. Confer Kordes in Lips. *Allegemeiner literarischer Anzeiger*, n. 97, p. 925 seq. a, 1801, ubi plura *de Spirio*. Confer et supplementum ad *introductionem Hist. lingu. Gr.* II, p. 47.» — Verum mirari subit, quod Wolfius nullam mentionem fecerit hujus Spirii ejusque laborum, et Maius observat se nullibi notitiam de iisdem nancisci potuisse. Nos haud feliciores fuimus : invenimus quidem citatum ab Harlessio *Indicatorem Lipsiensem*, d. d. 29 Junii 1801, n. 97, p. 926 seq., sed de re ipsa, quæ in quæstione est, nihil certi expiscari potuimus.

(30) Nimirum dissertatio quarta apud Basnagium, in *Amphilochiis*, in tres secta est quæstiones et dissertatio prima, utpote solum Latine edita, hic non est numeranda. Hinc una cum quæstione de gnomicis voluntatibus 8, revera habentur.

(31) Scil. antea inedita *De Sibyllis*, p. 150.

(32) Ex Photii *Amphilochiis* quædam Neapoli, 1814, 4.

(33) Q. 38 ; Scotto, q. 37, p. 88 seq.

(34) *Veterum scriptorum Nov. Collect.*, t. I, dedit 20 quæstiones una cum versione Latina ; t. vero IX, 130, alias (p. 1-158), solummodo Græce.

(35) Nam. q. 259, *Nov. Coll.* t. IX, p. 114 eadem est cum quæstione edita apud Gallandium, l. c. p. 703, q. 87 ; q. 247 *Nov. Coll.* l. c, p. 116 eadem cum illa, quæ exstat apud Gallandium l. c. p. 707, q. 99 ; q. 172 *Nov. Coll.* t. I, p. 319 seq. eadem cum Photii epistola 31, p. 90-94, ed. Londinensis.

(36) *Histor. Eccles.* t. II, sect. 1, § 43, p. 348 edit. tertiæ.

(37) Scilicet Wolfium secutus, qui 65 epistolas *Amphilochiis* insertas putavit, cum revera sint 71. (Vide supra not. 24) sex quæstiones hujus ordinis omisit; septimam vero non novit, cum Basnagio pro octo editis septem tantum ascripsit.

(38) Montefalconio tribuit 4, Combefisio 2, Wolfio 46, Scotto 18, Maio 150 quæstiones. Sed una Scotti est eadem cum Combefisii qu. contra Ubiquistas, tres a Maio editæ jam in aliis fuere numeratæ, tres a Montefalconio publicatæ jam cum epistolis numeratæ erant.

(39) Vide *Nov. Collect.* t. IX, p. 158, not. final.

(40) In dissertatione *Ephemeridibus theologicis Tubingianis* inserta (*Tuebinger Theologische Quartalschrift*), anno 1858 ; fascic. II, p. 281.

(41) Scil. q. 190, quæ nobis est q. 324.

(42) Nam Coislin. q. 90, eadem est cum q. 169 (in Vatic. est una q. 226 ; et Coisl. q. 255 eadem cum q. 271 (Vatic. q. 90.)

(43) Ex eo quod Photius in *Bibliotheca* tercentos libros recensere voluit, quorum nonnisi 280 possidemus, aliosque adhuc recensendos statuit, concludi sane poterat, non fuisse præfixum certum numerum et collectionem ipsam sensim additis novis diatribis crevisse.

mus mense Martio anni 1857 vita functus parasse A dicebatur (44), in lucem prodituram; huc usque tament ea spes in rem haud transiit. Equidem diu desideratam editionem frustra præstolatus jam ante collegeram quæ opportuna erant ad accuratius de hoc opere judicium ferendum, ac tandem occasionem nactus sum editarum quæstionum numerum ampliandi et augendi. Quod quo pacto factum sit, jam paucis est enarrandum.

28. Cum mense Octobri anni 1857 Romæ Vaticanos quosdam codices inspicerem, citatum jam codicem n. 1925 notatum, quo Em. Maius usus fuerat, perlustravi et universam quæstionum seriem una cum aliquot nondum editis hujus operis partibus descripsi. Sed Novembri mense medio in patriam redire coactus imperfectum laborem reli- B qui. Sequenti anno Venetiis in Marciana bibliotheca ejusdem Vaticani codicis apographum nactus sum, quod sibi Antonius Catiforus comparaverat, qui et Latinam versionem omnium quæstionum diligenter exaravit et adnotationibus auxit. Exinde ea quæ mihi in longioribus præsertim quæstionibus deerant complevi textumque Græcum quoad undecim de *Categoriis* Aristotelis commentationes rursus recognovi, quas tunc solas edere proposueram, eodemque tempore et Latinam versionem quæstionum quatuordecim (45) nondum editarum transcribendam majori ex parte curavi, quæ luce omnino digna visa est. Sic tandem iterato labore *viginti et unam* quæstionem (46) Græce mihi com- C paraveram, quæ nondum vulgatæ fuere; ob temporis angustias non omnes ineditas colligere licuit et reliquas solum ea mente perlegi, ut de Photii operibus acturus, quid singulæ continerent, haberem exploratum; hinc pauca mihi in schedis adnotavi huic sufficientia scopo, cætera in aliam occasionem remittens, qua Venetias, urbem mihi charissimam, et Marcianam bibliothecam, insigni urbanitate clarissimi D. Valentinelli ejusdem præfecti adhuc gratiorem, Deo propitio repeterem. Quæ spes huc usque in rem non transiit. Nunc vero scripta mea, quæ ex utroque itinere Italico reportaveram, recolligens commode editarum huc usque Amphilochianarum quæstionum numerum nova accessione a me augeri posse animadverti et cum D ea, quæ supererant edenda, omnia dare nequiverim, complura tamen majoremque partem danda existimavi. Quæ licet brevissimo tempore ex exemplaribus manuscriptis hausta non ingrata fore eruditis spero, quibus nunc 313 quæstiones præsto erunt.

29. Sed is non solus exstitit fructus mei itineris, quod 21 quæstiones nunc primum edendæ mihi in promptu sunt; verum et ex ordine ac serie quæstionum earumdem numerum probabiliorem detegere licuit. In Vaticano porro sunt 17 quæstiones, quibus Coislinianus caret (47), et Vaticanus sex destituitur quæstionibus, quæ in Coisliniano prostant (48) et una illa, quam Taurinensis propriam supra diximus (49). Si addimus Coisliniano codici quem 306 diatribas suppeditare novimus, 17 in eo deficientes ex Vaticano et unam ex Taurinensi, 324 quæstiones habebimus. Pariter si Vaticano codici membra deficientia addimus, ad eumdem numerum deducimur (50). Ut vero varius codicum ordo melius dispici queat, indices, quibus inter se comparantur, textui subjecimus.

30. Jam vero ante nos editarum quæstionum textum recognoscere omnesque eas Latina instruere versione nec temporis ratio nec nostrorum negotiorum multitudo sinebat; hinc jam publicata fere omnia intacta relinquimus. Attamen data opportunitate codicem Monacensem 553, qui Photii *Epistolas* continet (51), cum Londinensi editione conferendi, nonnullas correctiones et variantes lectiones suggessimus quoad quæstiones ex Photii epistolis in *Amphilochia* translatas. Cæterum et alibi adnotavimus, quæ nobis inter alia studia occurrebant suis locis opportune animadvertenda. Igitur cum aliis distenti laboribus nec prius novæ editioni *Amphilochiorum* intenti amicorum hortatu ad insignem hanc Patrum ecclesiasticorumque scriptorum collectionem conferre aliquid pro viribus nostris tandem decreverimus : ea quæ nobis in promptu erant, libenti animo suppeditavimus *Amphilochia*, quæ nunc primum una cum editis nondum huc usque in unum collectis in medium prodeunt. Deinde et undecim illas quæstiones, quæ edendæ supersunt, suis signavimus numeris, ut et totius operis prospectus planus fiat et ordo Vaticani codicis, quoad ejus fieri possit, conservetur. Superest ut, si quid hoc in opere pro temporis brevitate minus correctum et expolitum dederimus, si quid in ea provincia, quam suscepimus, neglexerimus, quod minime erat prætereundum, docti lectoris veniam imploremus, quem difficultatem rei et tanti negotii molem, quo dispersa disjectaque membra in unum corpus colliguntur ac recens detectis, augentur, satis jam habere perspectam confidimus.

(44) Vide *Ephemerides Augustanas*, — *Allgemeine Zeitung*, anno 1857, n. 100 Supplem.

(45) Sunt quæstiones 15, 77, 78, et cæteræ sequenti nota recensitæ præter, q. 145, 147, 154, 226, 242, 243.

(46) Sunt qq. 15, 77, 78, 137-147, 154, 226, 233, 240, 242, 245, 273.

(47) Sunt qq. 15, 142, 148, 165, 224, 225, 243, 252-254, 273, 276, 287, 314-317.

(48) Infra q. 318-323 (q. 93-97, 108, 288. Montfauc.)

(49) Q. 324.

(50) Nimirum 317+7=324.

(51) Est chartaceus in 4, sæc. XV et XVI, a duobus diversis conscriptus. Cf. de eo Aretin : *Beiträge zur Geschichte der Literatur*, t. IX, p. 899-906.

II.

JOS. CHRISTOPHORI WOLFII PRÆFATIO IN PHOTII PATRIARCHÆ QUÆSTIONES AMPHILOCHIANAS QUAS EDIDIT AD CALCEM VOL. V CURARUM PHIL. ET CRIT. IN N. T. BASILEÆ 1741.

—

Quidquid interea otii (dum *Curas philologicas et criticas in N. T.* scripsissem) reliquum mihi erat, id ad divulgandam partem *Amphilochiorum* Photii, adhuc ἀνεκδότων, quam in calce conspicis contuli. De hoc opere ita habe. Exstat illud Parisiis manu, quæ sæculum XI refert, exaratum in codice membranaceo 270 bibliothecæ Coislinianæ, olim Seguerianæ, cujus Catalogum indefessæ præstantissimi Bernardi Montefalconii industriæ debemus. Inscriptio, ex fide Catalogi illius, p. 326, ita habet : Τὰ Ἀμφιλόχια, ἢ λόγων ἱερῶν καὶ ζητημάτων ἱερολογίαι πρὸς Ἀμφιλόχιον, τὸν ὁσιώτατον μητροπολίτην Κυζίκου, ἐν τῷ καιρῷ τῶν πειρασμῶν, ζητημάτων διαφόρων, εἰς ἀριθμὸν τριακοσίων συντεινόντων ἐπίλυσιν αἰτησάμενον. Id est, *Amphilochia, seu sermones et quæstiones sacræ ad Amphilochium, sanctissimum Cyzici metropolitam, qui, tempore tentationum, quæstionum variarum, quæ numerum 300 conficiunt, solutionem expetierat.* Inscriptio hæc eadem ratione in codice Neapolitano, de quo mox dicemus, legitur in *Ephemeridibus litterariis Venetis*, Italice editis, tom. XXXII, pag. 72.

Ex illa vero apparet, Ἀμφιλόχια, vel, ut Allatius appellat, Ἀμφιλόχεια, vel, ut alii, Ἀμφιλοχικὰ, ideo appellari, quod *Responsa* illa ad Amphilochium, præsulem Cyzicenum, petentem, sint perscripta. Cave vero credas, de omnibus ita esse habendum. In *Epistolis* Photii, a Rich. Montacutio editis, sex omnino Amphilochii nomen referunt. Ex his tres tantum exstant in *Amphilochiis*, nempe epp. 137, 163, 178, cum quibus exacte conveniunt responsa 162, 255 et 178. Tres cæteræ vero nempe 168, 198 et 207 inter *Responsa* illa desiderantur. Ab altera parte in *Amphilochiis* Responsum 141, quod habes infra p. 708, inscribitur Amphilochio, quod frustra quæris inter *Epistolas*. Præterea multa *Responsa*, in *Amphilochiis* exstantia, etiam in epistolis (ceu mox ostendemus) leguntur, sed aliorum nominibus inscripta. Ita Resp. 166 est epistola 135, quæ tamen ibi Constantini fratris nomen refert. Propterea ita potius statuendum puto, quod variæ Photii epistolæ hinc inde sint collectæ, et *Amphilochiorum* nomine insignitæ, ideo, quod Photio frequens litterarum cum Amphilochio commercium intercesserit. Taceo nonnulla in his haberi, quæ non tam *Responsa*, quam *Excerpta* quædam referunt, quæ Photius ex aliis, v. c. Chrysostomo, etc., petiit. Vide ex gr. infra p. 730, 800. Id certum est, Amphilochio, episcopo Iconiensi, non tribuenda esse, quæ in *Amphilochiis* leguntur. Hoc quidem

A visum fuit Franc. Combefisio, qui responsum 37, *De incircumscripta Filii Deitate* inter Amphilochii *Excerpta*, p. 226 operum ejus exhibuit, recte ideo notatus ab Allatio *De consensione Eccles. Occid. et Orient.* p. 576. At ipse Combefisius errorem suum agnovit in *Recensitis auctoribus Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ*, p. 152, qui libellus seorsim prodiit Parisiis 1662, 8.

Quod ad argumentum collectionis hujus spectat, maxima illius pars in illustrandis Veteris et Novi Instrumenti oraculis difficilioribus occupatur. Reliqua pars nunc theologica, nunc philosophica varii generis, nunc grammatica, nunc *Historiæ ecclesiasticæ et litterariæ* capita persequitur.

B Collectio ipsa nunquam lucem vidit, quamvis manu exarata in variis bibliothecis exstet. In Gallia Parisiis bibliothecæ Colbertina et Coisliniana illius copiam faciunt. Prior in codice 444, quem ita describit Jo. Baptista Cotelerius in Notis ad tomum III *Monumentorum Ecclesiæ Græcæ*, pag. 556: « Adversus Manichaicam hæresin Paulicianam libri Photii quatuor, Euthymio Zigabeno visi, exstant cod. Colbertino 444, una cum ejusdem doctissimi viri *Amphilochiis*, ut certissimis indiciis deprehendi, quamvis titulo, capite, cauda trunca sint. Posterior in codice 270, olim 139 ex quo, quod modo monuimus, Bernardus Montefalconius et titulos et initia 308 Responsorum exhibuit in Catalogo Biblioth. Coislinianæ, pag. 325 seqq., subjectis,
C speciminis loco, quatuor Responsis, p. 346 seqq. quæ mox appellabimus. In Italia Roma duplex operis exemplum exhibet; alterum in Bibliotheca Vaticana, alterum in Barberina, atque hoc quidem Francisci Arcudii manu descriptum. De utroque testis est Leo Allatius in libris III de *Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione*, lib. II, c. 6, p. 576. « Opus est, inquit, varium et multiplice eruditione plenum, theologis ac Scripturæ expositoribus maxime necessarium, eoque magis amplectendum, quod non alibi, quam in Vaticana, nunc postremum ex libris Lollianis, sub Urbano VIII invectum, quod ipse sciam, exstet. » Et paucis interjectis : « Opus tam dignum et doctum, a Francisco Arcudio, Nuscano demum episcopo, viro
D Græcis Latinisque litteris longe doctissimo, mihique studiorum familiaritate conjunctissimo, biennium ante fato functo, characteribus elegantissimis diligentissime descriptum, in sua bibliotheca reposuit bonarum omnium artium et disciplinarum restaurator, Franciscus Barberinus, publicæ om-

nium commoditati atque utilitati. » De codice illo Lolliano videsis ipsius Lollini *Epistolas*, p. 326. Præter hæc bibliothecam Taurinensem ejusdem operis exemplum habere constat ex *Ephemeribus litter. Venetis*, tom. VI, p. 478. Ad illa accedit codex Neapolitanus, de quo Allatius l. c. ita : « Annis nihilominus elapsis, Neapoli inventus est codex antiquissimus, imo frustum antiquissimi codicis, vetustate exesum, principio et fine mutilum : ex eo transcripta dubia et solutiones viginti, cum plura non essent, et ad me, veluti thesaurus ingens, transmissa sunt ab eruditissimis viris, qui operam suam in illis illustrandis pollicebantur; verum, cum scivissent, cujus illa erant, et opus integrum exstare, neglexerunt. » Hunc ipsum codicem non ita pridem diligentius descripsit vir clarus Sebastianus Pauli, Lucensis, in epist. ad illustr. Scipionem Maffeium, quæ in iisdem *Ephemeridibus Venetis* tom. XXXII, p. 58 seqq. legitur. Ibi quidem p. 65, codex hic annorum 600 ætatem habere et anno 1717 ex *Archivo SS. Apostolorum* in Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem, una cum codicibus aliis centum et amplius, translatus esse dicitur. Comparaverat illum olim Anton. Caracciolus, et Romam miserat ad Leonem Allatium, qui eumdem, a Neophyto Rodino, monacho Cyprio, descriptum, variis lectionibus vel emendationibus ad marginem instruxerat. Hujus vero apographi copia una cum epistola Allatii ad Caracciolum adhuc exstat Neapoli in illo *SS. Apostolorum Archivo*, unde aliam sibi fecit Nicol. Falconius, abbas, qui an. 1719 conversionem ejus Latinam prelo paravit. Illo porro codice comprehenduntur viginti tantum responsa, auctore Allatio, l. c. vel octodecim, ex computo Seb. Pauli l. c. ubi singulorum titulos et initia, adjecta seorsim Latina versione, legis p. 66-72. Responsum primum refert numerum 25, ultimum vero 43, qui conjuncti conficiunt novemdecim. Huic si addideris epistolam, cujus initium ibidem, p. 72, post inscriptionem operis legis, summam, ab Allatio ductam, habebis. His itaque viginti Responsis Seb. Pauli, p. 66, nihil ait esse commune cum trecentis illis, ad *Amphilochium* datis. Ego vero ex Indice codicis Coisliniani *Amphilochiorum* intellexi, octodecim ibi legi inde a num. 24 ad 41. Eodem etiam ordine (nisi quod Responsum 35 mutato ordine, post 39 legatur), atque adeo unum tantum, quod in Neapolitano est 37, et incipit : Ὅτι μὲν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, κ. τ. λ. in Coisliniano illo codice desiderari. Atque hæc de Neopolitano illo codice sufficiant. Video præterea a Casimiro Oudino in *Commentariis de scriptoribus ecclesiast.* tom. II, p. 203, afferri biblioth. Bavaricam, cujus codice 175, *Amphilochia* Photii contineantur. At in Catalogo codicum Græcorum biblioth. Bavaricæ, p. 67, n. 175, hæc tantum inter cætera aliorum leguntur : *Photii patriarchæ de incircumscripta Filii divinitate ex Amphilochio;* ubi procul dubio legendum est *ex Amphilochiis*. In his enim hoc Quæsitum legitur, n. 37, codicis Coi-

A sliniani. Itaque absit ut de integro *Amphilochiorum* codice cogitemus.

Hi, quos dixi, codices et numero et ordine Responsorum differunt. Ita ex cod. Vaticano Responsa 313 appellat Allatius, *De consensione*, etc. p. 576. Atque totidem in Colbertino exstare intellexi ex illa, quam habeo, *Amphilochiorum* parte. Qui enim eam ex Coisliniano descriptam cum Colbertino contulit, Franc. Dionys. Camusatus, de quo mox, aliquoties monet, hoc vel illud responsum haberi in Colbertino numero 5, c. 4, ex *tredecim* illis, quæ supra 300 in Colbertino illo exstent. Ita ad Responsum 116, διὰ τί πρωτότοκον ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ καλεῖ, lego, exstare illud num. 3, ex tredecim præter 300 et ad Responsum 123, legi illud num. 10,
B ex iisdem tredecim supra 300. Observavi præterea, in Colbertino nonnunquam desiderari, quæ exstant in Coisliniano. Huc pertinent duo illa, quæ infra habes, p. 684, nec minus Responsum 95 et 96, etc. In Coisliniano apud Montefalconium numerantur Responsa 308. Porro ordo Responsorum alius atque alius est in utroque codice Parisiensi. Quamvis enim uterque usque ad Resp. 77 sibi invicem exacte respondeant, quod ad cætera tamen admodum a se ratione ordinis dissentiunt.

Quod ad *Amphilochia* ipsa spectat, sexta circiter illorum pars in epistolis Photii, quas eruditæ Richardi Montacutii industriæ debemus, exstat. Illorum dabo Indicem in gratiam eorum, qui fortasse
C *Amphilochia* edere instituerint, ordinem codicis Coisliniani secuturus, ita quidem ut littera r. *Responsa Amphilochiorum*, e. vero *Epistolas* Photii indicet. r. 128. e. 208. r. 129. e. 209 r. 130, e. 210. r. 131. e. 211. r. 132. e. 213. r. 133. e. 214. r. 134. e. 216. r. 138. e. 246. r. 139. e. 247. r. 140. e. 248. r. 163. e. 137. r. 164. e. 138. r. 165. e. 139. r. 166. e. 144. r. 200. e. 30. r. 201. e. 31. r. 202. e. 33. r. 223. e. 35. r. 224. e. 36. r. 225. e. 37. r. 226. e. 38. r. 227. e. 43. r. 228. e. 50. r. 229. e. 54. r. 230. e. 58. r. 231. e. 61. r. 232. e. 62. r. 233. e. 63. r. 234. e. 64. r. 235. e. 72. r. 236. e. 74. r. 237. e. 75. r. 238. e. 76. r. 240. e. 102. r. 241. e. 125. r. 242. e. 127. r. 243. e. 129. r. 244. e. 132. r. 245. e. 133. r. 246. e. 134. r. 248. e. 147. r. 249.
D e. 151. r. 250. e. 152. r. 251. e. 155. r. 252. e. 156. r. 253. e. 157. r. 254. e. 161. r. 255. e. 163. r. 256. e. 164. r. 257. e. 167. r. 258. e. 176. r. 259. e. 177. r. 260. e. 178. r. 261. e. 180. r. 262. e. 181. r. 263. e. 182. r. 254. e. 187. r. 265. e. 192. r. 266. e. 196. r. 267. e. 203. r. 269. e. 145. r. 270. e. 162. r. 271. e. 163. r. 272. e. 165. r. 273. e. 166. Summa omnino est 65.

Non desunt præterea viri eruditi, qui nonnulla ex his Responsa ediderunt. Inter hos est laudatissimus Combefisius, qui, quod supra jam monuimus, Resp. 37. *De incircumscripta Filii Deitate* ex Tiliano codice. (Vide ejus *Recensitos auctores Bibliothecæ PP. Concionatoriæ*, p. 152.) Inter *Amphilochii* scripta, et Respons. 125, de *Asteriis pluribus*,

in calce *Asterii* sui edidit. Postea diligentissimus Montefalconius in Catalogo Bibliothecæ Coislinianæ, p. 346 sqq. quatuor omnino Responsa, nempe 125 *de Asteriis*, 129, *de cornu Amaltheæ*, 160 *de Sibyllis*, et 166 *de hæresi Eusebii* in communem usum Græce et Latine produxit. Ubi velim, notes, Resp. 125 *de Asteriis* idem esse, quod Combefisius ediderat, 129 vero et 166, in *Epistolis* Photii, illud epist. 209, hoc autem epist. 144 jam ante editum legi. Nec omittendi sunt alii, quos celeberr. Jo. Alberti Fabricii nostri verbis in *Bibliotheca Græca*, vol. IX, p. 362, appellabo. « Locum, inquit, ex quæst. 83, producit Allatius capite 2, *Syntagmatis de Engastrimytho*; alium ex quæst. 157 in libro *De Simeonibus*, p. 6. Alia loca laudat Franc. Turrianus in *Defensione epistolarum Pontificum* (p. 24 et 165) et in Notis ad *Constitutiones apostolicas* (VIII, 41, p. 155), nec non in libro *De jure ordinandi ministros Ecclesiæ*, p. 155. »

Superest, ut de iis dicam, quæ ipse ego ex egregio opere in calce hujus voluminis exhibui. Pervenit ad me illa *Amphilochiorum* pars, quæ inde a Resp. 14, codicis Coislin. usque ad Resp. 201 legitur. Debeo illam liberalitati viri rev. et clarissimi, Jo. Jacobii Wetsteinii, apud Amstel. cum maxime litteras elegantiores ornantis, cui hoc nomine gratias habeo agoque. Ille vero eam ex sectione librorum Franc. Dionysii Camusati, an. 1732

A d. 28 octobr. Amstelodami mature defuncti (cui præter alia Alphonsi Ciacconii *Bibliothecam universalem*, quoad illa, manu exarata, circumfertur, et apud me quoque exstat, et *Historiam Criticam Ephemeridum litterariarum*, Gall. Amstelod. 1734, 8, editam, debemus,) acceperat. Camusatus quidem totum opus (cujus prima et tertia pars frustra inter schedas ejus quæsita est) manu sua ex codice Coisliniano descripserat, et cum Colbertino comparaverat, imo et initium interpretationis Latinæ, a me non visæ, fecerat. Id ipse in *Historia critica Ephemeridum*, p. 96, testatur, quemadmodum ante hoc quinquennium per litteras mihi significaverat, parare se omnium Photii (in cujus *Bibliotheca* recensenda ego nunc versor) operum, atque

B inter hæc nominatim *Amphilochiorum* editionem. Ex ea igitur illorum parte, quam habeo, illa selegi, quæ ad expositionem locorum difficiliorum Novi Fœderis spectant, omissis tamen iis, quæ jam inter *Epistolas* Photii leguntur. Non omnia, fateor, eamdem hinc doctrinam, hinc diligentiam spirant. Pleraque tamen ita comparata sunt, ut juvare et delectare possint lectorem. Illis itaque, cordate lector, frueris, et una mecum Deo O. M. gratias ages, quod curis his perficiendis et valetudinem et patientiam clementer mihi sit largitus. Ita vale in Domino, et *supplementa*, quæ supra promisi, suo

C tempore exspecta.

III.

ANGELUS ANTONIUS SCOTTUS *

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM.

Cum illud sit in more positum, institutoque scriptorum, ut publicæ lucis usuram dum suis lucubrationibus largiuntur, jam usque ab exordio diligenter exponant, quibus potissimum de causis ad illas animum appulerint; monitum te volo, amice lector, non unam fuisse, quæ mihi aliis, atque aliis occupationibus implicato, ad hoc opus, quale illud cunque sit, aggrediendum, persequendumque maximo fuit incitamento. Primum cl. viri Joannis Andresii Regiæ bibliothecæ præfecti, cujus eruditioni ac benevolentiæ plurimum me debere non diffiteor, auctoritas et imperium urgebat : is enim, pretiosissima quæque bibliothecæ κειμήλια cum sibi proposuerit in apricum proferre, noluit hæc Photii Ἀμφιλοχία, seu, ut alii scribunt, Ἀμφιλοχεία, vel Ἀμφιλοχιὰ, in tenebris jacere : ac mihi plurimis sibi nominibus devinctissimo hanc provinciam tradidit, ut editio, versioque alacri animo suscepta mature ad exitum perveniret. Quare illud

mihi liceat usurpare, quod Theodorus Balsamo, dum et Photii *Nomocanonem* commentaretur, de se dixit : Εἴ τι μὴ καθῆκον ἴσως γέγραπται...... ἐν ταῖς...... ἑρμηνείαις, ἀξιούσθω γνώμης· οὐδὲ γὰρ

D ἡμέτερον τόλμημα τὸ τοῦ πονήματος μέγεθος, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἀνάγκης ὑπακοῆς ἀποκύημα· *Si quid fortasse minus conveniens scriptum est... in.... interpretationibus, venia dignum habetor; neque enim noster est ausus ista lucubrationis moles, sed necessariæ obedientiæ partus* (1).

Præterea Græcanicæ, ac theologicæ eruditionis amatoribus me aliquid voluptatis, ne dicam utilitatis, allaturum autumabam; si isthæc Photii λείψανα typis evulgarem, ac Latina donarem civitate. Opera enim viri, nonnullis licet erroribus affecti, tamen ἐν λόγοις ὀνομαστοτάτου, ut inquit Zonaras (2), atque ἐπὶ σοφίᾳ γνωρίμου, ut Cedrenus fatetur (3), maximam sibi semper existimationem ac laudem conciliarunt; imo commodo suo consulere

(*) Præfatio operis cui titulus *Ex Photii Amphilochiis quædam*. Neapoli, 1814.

(1) Balsamo in *Nomocan.* Præfat. in fin.

(2) *Annal.* lib. XVI, pag. 127, Ven. 1729.

(3) *Histor. Compend.* pag. 433, Venet. 1729.

Catholicos, si cætera ejusdem auctoris scripta in lucem, aspectumque producerent, novissimus ille delirantium Græculorum malleus Leo Allatius disertissime docuit (4),

Deinde præclarorum quorumdam virorum me exemplum confirmavit : cum enim per Franciscum Combefisium (5), Bernardum Montfauconium (6), et Christophorum Wolfium (7) nonnullas pariter *Amphilochianas Quæstiones* in communem usum Græce et Latine prolatas vidissem : ac plura reliquarum ἀποσπασμάτια a nuper laudato Allatio (8), et a Francisco Turriano (9) in medio posita non ignorassem; eorumque editores bona, ut ita dicam, gratia ab litterarum rep. animadvertissem exceptos : par æquumque duxi ad eamdem gratiam ineundam, viribus licet imparibus, contendere. Profecto hac in re illud ego consilium secutus sum, quod plurimi jam pridem scriptores susceperant; ut scilicet quam celebritatem libellus meus ex editoris merito non posset sibi vindicare, hanc per Photii nomen acquirere videretur.

Postremo id accessit, in quo, tametsi multi puerilem quamdam sentient levitatem; tu tamen, lector humanissime, qui hominum mentem levissimis interdum rationibus moveri, ac versari non dubitas, tantum utique ponderis agnosces, quantum animo titubanti ad decernendum satis esse perspexeris. Nosti nimirum ad præclarum illud Photii Φιλοτέχνημα, quod Μυριόβιβλον, seu *Bibliotheca* inscribitur, interpretandum, post Græcam Hœschelii editionem alterum Scottum optimis auspiciis incubuisse (10) : nec te fallit, quam bene ea tempestate in ΦΩΤΙΟΥ ac ΣΚΟΤΤΟΥ nominibus luserint eruditi (11). Cum itaque hæc ego quoque perspecta haberem, in eamdem arenam mihi descendendum putavi; et certe universas hujusmodi Diatribas e Vaticano codice exscriptas facili negotio obtinuissem, prodidissemque in lucem, nisi votis meis multa et gravia obstitissent impedimenta.

Hæ autem quæstiones, ut in Latinum sermonem transferrentur, quantum habuerint difficultatis ac laboris, illi utique perspicient, qui ipsas non raptim, sed attente legent; nec quales post apertam ad sensum viam videantur, sed quales fuerint, dum ea delitescebat, diligenter expendant. Compertum est enim vel ipsis adolescentulis, qui Græcas litteras vix a limine salutarunt, quantum ad manuscriptorum, quæ nondum lucem aspexerunt, rectam lectionem statuendam insudemus : quantum medii ævi A scriptores, ac Photius ipse, auctor alioqui disertissimus, a prisca Ἀττικισμοῦ elegantia desciverint, et quanta denique obscuritate ex eodem scriptionis vitio sermones præsertim διδασκαλικοὶ obvolvantur. Verba enim τεχνικὰ, et quidem σχολαστικὰ, quæ tunc temporis percrebuerant; argumentationum cavillationumque subtilitates, quibus ingenii acumen sese jactabat; ac periodorum μεγαλοκώλων implicata prolixitas, in qua præcipuus orationis cultus constituebatur, sunt quædam veluti impedimenta, quæ lectori ad sensum recte tenendum identidem objiciuntur. Quo factum est ut ad unum omnes istorum Græcorum interpretes, dum præfantur, bonam a lectoribus precentur veniam, ut sibi παροράματα, in quæ pro vertendorum operum B difficultate inciderint, libenter ignoscant. Accedit quod Photius in epistola, quam cum hisce Dissertationibus ad Amphilochium mittit, ipse ingenue fatetur se *non elaboratam locutionem, sed obvia quæque vocabula* adhibuisse (12) : ut fortassis innuat accuratam se neglexisse dictionem, atque adeo lectoribus plus laboris reliquisse impendendum.

Quæ cum ita se habeant, nonnullis in locis, ut Fabii verbis utar, περιφραστικῶς, *seu pluribus id verbis, quod uno vel paucioribus dici potuisset, explicandum curavi* (13). Neque hujusce me consilii pœnitet; sum enim Tullii exemplum secutus, qui *nec tamen*, inquit, *exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent; cum sit verbum,* C *quod idem declaret magis minusve usitatum. Equidem soleo etiam, quod uno Græci, si aliter non possum, idem plurimis verbis exponere* (14). Itaque versionem κατὰ λέξιν, utpote minus opportunam interdum rejeci, tum quia Græcanicæ linguæ ingenium a Latiali abhorrere videbatur, tum quia perspicuitati melius consulere, ac molestis verborum ambagibus lectorem non torquere mihi proposueram. Hanc etiam ob causam nonnunquam in verborum delectu, et collocatione, ut planiorem legentibus sensum exponerem, ab incorrupta Latini sermonis integritate consulto recessi : siquidem ab hujusmodi operibus non elocutionis flores, sed veritatum fructus exspectant eruditi. Et nimirum D Clemens Alexandrinus aperte profitebatur se in scribendo elegantiam μήτε μεμελετηκέναι, μήτε ἐπιτηδεύειν...... τοὺς γὰρ τῶν λέξεων ἐχομένους, καὶ περὶ ταῦτα ἀσχολουμένους διαδιδράσκει τὰ πράγματα, *neque affectasse, nec fuisse sectatum.... eos*

(4) *De Ecclesiæ Occid. et Orient. consensione* l. II, c. 6, p. 576.

(5) *In Amphilochii, Andreæ Cretensis, et Methodii Oper.* Responsum 37 fuit editum pag. 226, et Responsum 125, *in Asterio* in calce V. *Auctarii Novum* t. I.

(6) In *Catalogo bibliothecæ Coislinianæ* habentur quatuor hujusmodi responsa diligenter edita, et Latine versa pag. 346 et seqq.

(7) In *Curis philologicis et criticis*, tom. V, pag. 551 et seqq. ubi sunt responsa 123, sed nostris, ut plurimum, breviora.

(8) V. *Syntagma de Engastrimytho*, cap. 2 *De Simeonibus*, pag. 3.

(9) *Defensio Epistolarum pontificum*, pag. 24 et 165; *De jure ordinandi ministros Ecclesiæ*, pag. 155.

(10) Vide editionem Coloniæ an. 1611.

(11) Jamotius præsertim, ac Piersennæus, quos vide, nisi piget, in Prolegomenis ad editionem modo laudatam.

(12) Vide paginam 3.

(13) *Instit. orat.* lib. VIII, c. 6, et lib. IX, c. 2.

(14) *De finibus*, lib. III, c. 15.

enim, qui a dictionibus pendent, et in iis occupantur, ipsæ res effugiunt (15). Alibi quoque ipse de se, Ἐμοὶ, inquit, πρόκειται εὐγλωττίαν μήποτε ζηλοῦντα, ἀρκεῖσθαι μόνῳ τῷ αἰνίξασθαι τὸ νοούμενον· ὁποίῳ δὲ ὀνόματι δηλοῦται τοῦτο, ὅπερ παραστῆσαι βούλομαι, οὐθέν μοι μέλει. *Mihi propositum est ut elocutionem nunquam affectans contentus sim, si cogitatum meum declarem; quanam vero istud voce explicetur, quod exponere volo, nihil mea interest* (16). Quod autem stylus potissimum in curandis versionibus ad hujusmodi regulam dirigendus sit, fuse docuit D. Hieronymus (17).

Nec minus fortasse profuit παρενθέσεις, quæ in αὐτογράφῳ deerant, pro re nata interserere, nec non et verba sacrarum Litterarum, aliorumque scriptorum, sive ἀκριβῶς, sive μεταφραστικῶς adducta *cursivo*, ut aiunt, charactere exscribere : hoc enim, quod mihi non multum negotii facessit, fortasse alicubi lectori erit adjumento. Præterea abs re non duxi loca, unde ipsa verba desumpta sunt, in ima paginæ ora indicare : ac denique versionem LXX seniorum a Photio allatam, cum nostra Vulgata, quam tibi, lector, familiariorem reor, commutare : paucis tantum exceptis locis, in quibus, uti monebimus, orationis contextus adversari videbatur.

Porro ego punctum illud, quod *finale* vocant, quoties perfectus, completusque verborum ambitus absolutæ περιόδου signum postulabat, meo jure interjeci; quod quidem non semel agendum mihi fuit, cum in codice nostro, uti et in cæteris ejusdem ætatis, rara admodum signa distinctionis occurrant. Quin etiam dissertationes singulas in quædam veluti capitula dispescendas curavi; tum ne diversas Photii animadversiones, commentationesque unica συνεπείᾳ legendas proponerem; tum ne imparitas ipsa, quæ inter textus ac versionis prolixitatem plerumque intercedit, tota in earumdem dissertationum terminum rejiceretur, atque illud nescio quid abnorme intuentium oculos posset offendere. Hos autem διαμερισμοὺς, quibus caret nostrum, in Vaticano ms., unde magnam quæstionis 33 partem obtinuimus, rite ego servatos reperi; imo notæ quædam numericæ in margine appictæ
A ibi sunt, ut ipsa capita recenseantur. At ego, nisi fallor, in minutiores utique partes totam orationem distribui : quam institutionem jam usque ab exordio susceptam, consentaneum fuit vel in nuper memorato fragmento persequi; atque adeo quod uno Vaticani codicis capite continetur, id sæpe duobus in nostra editione explendis accommodatur. Scilicet persuasum est mihi eam voluptatem per hujusmodi κεφάλαια lectoribus conciliari, quam per lapides milliaria notantes percipere solent viatores (18).

Jam vero quidquid Coisliniano, Taurinensi, Vaticano, ac Barberino mss. acceptum referimus, in notulis suo loco subjectis profitebimur. At duo quidem priora studuimus de illis tantummodo dubita-
B tionibus consulere, quas nobis primi quæstionum versus attulerunt; cum hos duntaxat Bernardus Montfauconius (19), ac Josephus Pasinius (20) ediderint : posteriora autem in cæteris difficultatibus mirum quantum nos juverunt; siquidem viri præclarissimi æque, atque humanissimi Hieronymus Amatius Vaticanæ bibliothecæ scriptor, et Joachimus Pla Barberinæ præfectus ea, quæ ad lectionis emendationem, aut complementum ὁ πάνυ Andresius postulaverat, cum eo summa benignitate communicarunt. Cæterum ubi σφάλμα, ejusque διόρθωμα facili negotio patebant, aut ad lacunam explendam sensus me recte ducebat; nolui viros adeo conspicuos pro re parvi momenti obtundere, sed medicam ipse manum codici admovi, atque id
C de meo restitui, quod et in paginæ calce indicatum conspicies. Alias deinde notas reperies, et fortasse non importunas, quibus aliquid de Photiana quæstionis solutione disseram, et quid catholicæ Ecclesiæ δόγμασι repugnet, quid adversus *novatores* nobis prodesse possit, quid denique ὀρθοδόξων scriptorum scitis suffragetur, ea, qua par erit brevitate expediam.

Quidquid autem hac de re sit, « Quod dixi, » ut D. Bernardi verbis utar, « absque præjudicio sane dicta sint sanius sapientis. Romanæ præsertim Ecclesiæ auctoritati, atque examini totum hoc...... reservo; ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicio emendare (21). »

IV.

CARDINALIS ANGELI MAI PRÆFATIO IN QUÆSTIONES AMPHILOCHIANAS PHOTII PATRIARCHÆ QUAS PRIMUS EDIDIT IN I VOL. SCRIPT. VET. NOVA COLL. VAT. AN. 1825 ET DENUO 1831.

—

I. *Codex Vat. Amphilochiorum Photii.* Quæstiones Amphilochianæ tantam propemodum in sacris Photii scriptis, quantam ejus *Bibliotheca* in profanis, famam obtinent. Primus sacri operis (sive id *Amphilochia*, sive *Amphilochianas Quæstiones* dicere mavis) notitiam vulgavit Leo Allatius (1) iisitque

(15) *Stromat*, lib. II, pag. 263.
(16) *Ibid.* lib. I, pag. 215.
(17) Epistol. 49 et 57 ad Pammachium.
(18) Id cecinit Rutilius Numatianus *Itiner.* lib. II, vers. 7 et seqq.
(19) *Catalogus bibliothecæ Coislinianæ*, pag. 328 et seqq.
(20) *Catalogus bibliothecæ Taurinensis*, t. I, pag. 111 et seqq.
(21) *Epist. ad Canonicos Lugdunenses*, quæ est 174, pag. 179 edit. Paris, 1719.
(1) *De perp. cons.* II, 6, p. 576.

opus varium et multiplici eruditione plenum, theologis ac Scripturæ interpretibus maxime necessarium : quod ego doctissimi Allatii de Photiano scripto judicium, neoterici critici malevolentiæ valde antefero. Idem Allatius nos docuit de præclaro *Amphilochiorum* codice Vaticano, Urbano VIII pontifice maximo e Lollini Feltrini episcopi bibliotheca in Vaticanam migravit. Existimabat autem Allatius unicum esse *Amphilochiorum* hunc codicem, dempto Neapolitano, de quo mox dicemus, fragmento. Postea tamen aliquot alii innotuerunt, veluti Taurinensis Regius 31 (2); Coislinianus 270 (3); Colbertinus 444 priscus, ut aiunt, sæculi XI, qui nunc est Regius Parisiacus 1577 (4); Sevinianus recens Parisiacus, deinde et ipse Regius (5). Mitto apographum e Vaticano ab Arcadio olim expressum, de quo Allatius loco prædicto : mitto item apographum a Camusato curatum e Coisliniano quo Wolfius usus est (6) : mitto denique Miscellos diversarum bibliothecarum codices, in quibus operis particulæ aliquot insunt, veluti Tilianus Combefisii (7); Bavaricus a Wolfio Andresioque commemoratus (8); Vindobonensis 29 (9), in quo est Photii synopsis categoriarum Aristotelis, quam nonnulli (quos inter Cavæus) ab *Amphilochiis* immerito distinguunt: denique et Vaticani nonnulli codices fragmenta aliquot *Amphilochiorum* fortuito continent in Miscellis : de quibus omnibus sive longinquis sive etiam Romanis parum mihi laborandum est, qui nulla horum ope egeo, quandoquidem Vaticanum quem supra dixi plenissimum habeo. Est autem hic bombycinus in-fol. sæculi ferme XIII, Græca manu eleganter scriptus. Olim tamen huic codici damna duo contigerant; primum quod ejus folia ab inscito bibliopego perturbata susdeque fuerant; iterum quod ejus Indicem primumque operis folium blattæ aut mador partim corruperant : mox tamen doctus aliquis materiæ ordinem instauravit, in marginibus scribens qua quodque folium sede esset collocandum : tum illi initio pessumdato, ope alterius exemplaris, supplementum fecit recenti manu, in vulgari charta scriptum : sic tamen ut veterum quoque foliorum lacinias seorsim in volumine conservandas curaverit, nec quidquam veteris scripturæ perire passus sit. Instaurati codicis meritum Andresius (10) Allatio tribuit. Illud tamen falsissime a nescio quo relatore dictum Andresio fuit, recentia scilicet hæc Supplementa Allatium manu sua conscripsisse : est enim mihi vulgoque notissima Allatii manus, a cujus indole longe abest supplementorum scriptura, quæ non librarium tantummodo diversum exhibet, verum etiam supinum Græcique sermonis prope ignarum. gitur exscribenti mihi quæstionem primam Amphilochianam, ad vetera illa fragmenta respiciendum non semel fuit (quæ in volumine conservata jam dixi), ut librarii novi mendis gravissimis medicinam facerem, meaque editione hanc labem excluderem. Codex ergo Vaticanus plenissimus Quæstiones Amphilochianas 313 continet. Exin in codice sequuntur alia Photii Opera; nimirum 1.) Ineditus et acatholicus de Spiritus sancti a solo Patre processione liber, de quo nos infra loquemur. 2.) Alius de eodem argumento Photii libellus, nempe ipsa secunda epistola, quæ in Montacutii editione occurrit, hic autem novo titulo instruitur : Ἑτέρα ἔκδοσις περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Ἐξεδόθη ἐν τῷ πατριαρχείῳ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς ἐξορίας; scriptus nimirum a Photio libellus post reditum ab exsilio. 3.) Extremi in codice sunt libri Photii quatuor adversus Manichæos, quorum primum Montfauconius e codice Coisliniano (11), tres reliquos Wolfius edidit (12) ex Holsteniano codice, quem a Vaticano nostro fuisse haustum suspicatur rectissime editor, ego vero nullus dubito, quandoquidem etiam clausula, quæ Wolfio imperfecta videtur, non alia in codice Vaticano, quam in Wolfii editione est.

II. *Pars Amphilochiorum antehac edita.* Cum plures igitur exstarent in Europæ bibliothecis *Amphilochiorum* codices, primus Franciscus Turrianus S. J. e Bavarico codice Amphilochianas sex quæstiones interpretatus est; easque Canisio anno 1674 in *Antiquarum Lectionum* sylloge Latine tantum edendas concessit (13). Eæ sunt in Vaticano codice 180, 181, 182, 185, 186; nam Turriani primam in codice non invenio; quare et Basnagius cum anno 1725 Canisium repeteret, et Græcum cæterarum textum ederet (14), primam Latine tantummodo posuit, quia Græce non habuit. Porro Turrianus alibi quoque *Amphilochia* memoraverat, nempe ad *Epist. pont.* p. 124, 165, ad *Const. ap.* VIII, 6, *De jur. ord.* p. 155; quod eruditi jamdiu dixerunt. Post Canisium anno 1616 Petrus Stewartius S. J. prolixam Photii Amphilochianam de Christi voluntatibus gnomicis (quæ in cod. Vat. est octogesima) eodem Turriano interprete edidit (15); cujus Græcum deinde textum Basnagius suppeditavit (16). Jam quia Canisius atque Stewartius quæstiones has sub Photii quidem, non tamen *Amphilochiorum*, nomine ediderunt, hinc accidit ut qui eruditi deinceps de *Amphilochiis* verba fecerunt, ii prædictarum septem editionem nescire

(2) Catalog. p. 108.
(3) Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 325.
(4) Coteler. *Monum.* tom. III, p. 556, et Catalog. mss. Reg. Paris. Gr. tom. II, p. 259.
(5) Montfauc. *Bibl. mss.* p. 1031.
(6) Præf. ad *Cur. philolog.* tom. III, p. 7.
(7) *Bibl. conc.* tom. I, Præf. p. XXXVIII.
(8) Wolf. Præf. p. V; Andr. prodrom. ad mss. Neap. p. 81.
(9) Lambec. t. VII, p. 146.
(10) Prodrom. p. 83.
(11) *Bibl. coisl.* p. 349 sq.
(12) *Anecd.* tom. I et II.
(13) Ed. vet. tom. V, p. 188 seqq.
(14) Tom. II, part. II, p. 420.
(15) *Auctar.* p. 437.
(16) Tom. II, part. II, p. 439.

videantur; quorum in numero sunt Combefisius, Allatius, Montfauconius, Wolfius, Gallandius, Andresius, Scottus. Unus fortasse Fabricius in Gr. bibliotheca lucubrationes illas ad amphilochiorum syllogen pertinere suspicatus est. Petavium denique ipsum miror, qui cum in Opere suo theologico (17) de monothelitis tandiu disserat, Photii tamen Opusculum *de voluntatibus Christi gnomicis*, quod ejus argumento commodissimum erat, penitus ignoraverit, tot licet ante annos ab ejus sodalibus et Latinum factum et editum. Tertius Amphilochiorum editor Combefisius est, qui anno 1644 e Gallicano Tilii codice Amphilochianam quæstionem protulit contra ubiquistas, quæ in Vaticano codice tricesima octava est. Graviter tamen erravit non intellecto codicis titulo Combefisius, ita ut scriptam ad Amphilochium a Photio quæstionem, pro Amphilochii scripto vulgaverit. Sed dein admonitus ab Allatio Combefisius retractavit errorem, atque alteram ab eodem Allatio acceptam de Asteriis (quæ in cod. Vat. est 312) edidit Amphilochianam in *Auctarium Patrum*, p. 279; rem cæteroqui tam parum adhuc edoctus, ut scribere non erubuerit ambigere se quisnam hic Photius fuerit, qui ad Amphilochium quæstiones miserit. Ignorabat scilicet Combefisius, quæ Allatius in libro *De consensu super Amphilochiis* scripserat; quia nimirum eodem anno 1648 tum Combefisius *Auctarium*, tum Allatius volumen suum *De consensu* imprimebant. Quartus *Amphilochiorum* editor Montfauconius est (18), qui anno 1715 vulgavit quatuor, nempe de Hercule Amalthea cornu gestante, de Sibyllis, de Cæsariensis Eusebii hæresi, de Asteriis (in Vat. cod. 107, 150, 221, 312). Profecto Montfauconius de universo Photiano opere bene meritus est, cujus integrum descripsit indicem, quæstionum scilicet octo et trecentarum : sed idem magnopere erravit, primum quia se dixit edere ex Amphilochiis quæstiones illas, quæ majoris momenti esse videbantur; quo judicio nihil inconsideratius, nihil falsius fieri potuit. Nam si quis Amphilochia a me nunc edita, itemque illa a Scotto Wolfioque vulgata, cum his breviculis ac valde levibus Montfauconii conferet, præposteram Hercle laudem prædicatam comperiet. Num ergo Montfauconius quem vulgavit indicem ab amanuensi aliquo accepit, ipse vero codicem vix aspexit? Alioquin vix fieri poterat ut vir summus tot longissimas atque optimas lustrans quæstiones, neglectis his, breviores illas ac levidenses eligeret, suoque præconio atque honore typorum mactaret. Sed en rursus Montfauconius peccavit dum has quæstiunculas ceu ineditas omnes vulgavit. Atqui de Asteriis quæstionem jam publici juris Combefisius fecerat : quæstiones de hæresi Eusebii et de Hercule in Photii epistolis multo ante a Montacutio editis occurrebant; id quod Wolfium certe non latuit (19) : superest igitur ut Montfauconius scriptiunculam de Sibyllis primus protulerit. Utrum quintum Amphilochiorum editorem Spierium dicam, haud satis scio; et merito id dubito. Nam Theophilus quidem Harlesius semel et iterum ait (20) « Justum Spierium anno 1738 quodam in libro Germanica lingua scripto dedisse adnotationes ad Photii *Amphilochia*, et in fine quædam ex his *Amphilochiis* nondum edita. » Jam vero quid Spierius in eo Germanico libro, quo careo posuerit, nescio : sed quoniam video Germanum hominem eruditissimum Wolfium triennio post Spierii librum vix elapso Amphilochianas quæstiones depromere, nihilque de Spierii curis, in Præfatione cæteroquin curiosa, dicere, nescio, inquam, quid ego demum temporibus locoque distans de Spierii opere judicem, quod ætate par et in limine versans Wolfius non agnovit. Sequitur jam sextus multo prædictis copiosior Amphilochiorum editor Wolfius, a quo in philologicis curis Amphilochianæ quæstiones quadraginta sex (a 74 ad 119) anno 1741 publicatæ fuerunt; quæ deinde anno 1779 in *Gallandiana Bibliotheca* t. XIII, repetitæ sunt. Et quidem adversus Gallandium expostulare liceret, cur contra institutum suum minora Patrum Opera coacervandi, quæstiones a Wolfio editas receperit, antiquius editas prætermiserit; nisi jam dixissem ignotas Gallandio fuisse cæteras, id quod ejus quoque Præfatio satis demonstrat. Inter eos qui de *Amphilochiis* vulgandis solliciti fuerunt, proximus nobis ætate fuit πολυΐστωρ Andresius, vir magnus meique dum vixit amantissimus, qui de anecdotis Neapolitanæ bibliothecæ Prodromum scribens, Amphilochiorum quoddam fragmentum diu commendavit, atque ut luce donaretur, magnopere auctor fuit. Quod autem fieri optavit Andresius, id mox magna cum laude præstitit vir illustrissimus Angelus Scottus, bibliothecæ post Andresium præses, et regiorum principum in litteris institutor. Nimirum is, qui septimi editoris locum obtinet, amphilochia duodeviginti, præter Præfationem, cum sua interpretatione Scholiisque Neapoli typis excudit; usus etiam Vaticani codicis suppetiis aliquot, quas cl. noster Amatius ad eum submisit. Amphilochia igitur ante me sex edidit Canisius, Stewartius I, Combefisius II, Montfauconius I, Wolfius quadraginta sex breviora, Scottus duodeviginti. Summa itaque ante me editorum *Amphilochiorum*, 74. Octavus demum editor ego sum, qui viginti amphilochia hoc volumine exhibeo : quare centenarius jam numerus propemodum expletur. Atqui codex Vaticanus tredecim continet supra trecenta. Sed tamen scimus reliqua ex his complura inter epistolas a Montacutio editas jamdiu exstare. Insuper ego dedi operam ut *Amphilochia* pleraque longissima, dilatis brevioribus, ad edendum deligerem.

(17) *De incarn.* lib. IX.
(18) *Bibl. Coisl.* p. 346-348.
(19) Præf. ad *Cur.* T. III, p. 7.

(20) Supplem. ad *Introd. hist. ling. Gr.* tom. II, p. 47; et addit. ad Fabr. *Bibl. Gr.* tom. IX, p. 26.

Quibus rite perpensis, dimidiam fere Operis partem post me adhuc ineditam superesse judico.

III. *De mea editione.* Jam editionis meæ ratio etsi simplex est, labore tamen ac difficultate non caruit. Nam in primis tantam operis partem ex antiquo codice exscribere, apte digerere, orthographia pausisque interpungere, mendis etiam aliquot perpurgare, non levissimum negotium fuit. Eo accessit Latinæ interpretationis elucubratio, qua Photium necessario declarandum putavi, propter eos qui Græce nesciunt vel qui Græce se scire simulant. Sed tamen ut citior editor fierem, paulo incultior interpres videri malui : igitur quidquid menti primum occurrit, id fere calamo pinxi, expoliri autem sermo non potest, nisi quem decens mora limaverit. Curavi tamen ubique, ut Græcam veritatem Latina servaret translatio. Adnotationes raras subtexui; his enim lectores carere facilius poterant: Biblicarum autem auctoritatum, quæ tot a Photio laudantur, sedes proprias in libri marginibus demonstravi. Quæstiones ipsas, quæ in codice continenter scribuntur, in articulos minores distinxi, quo scilicet perspicuitati sermonis consulerem, et iis qui locos citabunt rem commodam facerem. Cæteroqui ordinalem numerum, quo unaquæque quæstio notatur in codice, idcirco servavi, ut ne tum quidem citandi ratio varietur, cum universum opus exstabit. Illud verissime testari queo, me de codice Vaticano *Amphilochia* omnium ferme potissima decerpsisse; quæ nimirum vel ipsa prolixitate sua, vel argumento gravi et theologico, vel doctrinæ altitudine, vel novitate aliqua commendabantur, et quæ neque cum *Amphilochiis* editis, neque rursus cum epistolis congruebant. Profecto in his tanta rei bonæ copia est, ut quas de hoc Opere laudes Allatius, Wolfius, Andresius, Scottus aliique pleno ore prædicaverunt, eas nemo, ut spero, nimias judicaturus sit. Mihi vero cogitanti permirum videri solet, qui fieri potuerit ut Photius in sæcularibus curis muneribusque versatus usque ad episcopatum, ad quem laicus subito evectus fuit, tantam divinarum Scripturarum atque abstrusioris theologiæ notitiam facultatemque adeptus fuerit. Tres tamen in Latinis occurrunt Patribus, quos æquo jure Photii ingenio opponamus; hique sunt Cyprianus, Ambrosius, atque Augustinus; quorum primus a foro et honoribus ad sanctuarium subito transiit, et tamen in acutissimis Ecclesiæ theologis reputatur. Secundus a sæculari Liguriæ præfectura ad infulas repente raptus, nihilominus tantam mox edidicit sacræ doctrinæ copiam, quantam edita ejus opera demonstrant; præter illa quæ celeberrima olim, nunc amissa querimur. Augustinus item profanis studiis usque ad adultam ætatem innutritus, brevi mox maximum omnis theologiæ lumen inclaruit. Jam qui sacræ Hermeneuticæ canones cognoscere avet, is Photii primam quæstionem, A tum vicesimam, tum alias aliquot, tum denique 260^{am} adeat. Bibliorum locos qui repugnantium speciem habent, recte conciliant complures ex his quæstiones, ut 6, 23, etc. Nonne ipsa theologiæ penetralia cernimus in quæstionibus de baptismo et de vitæ termino? Utique et illæ de personarum divinarum proprietatibus persubtiles perque accuratæ sunt. Nonne demum componendis moribus prosunt illæ de Eucharistia, et de Providentia, et de sempiternis scelerum pœnis?

IV. *Controversiæ aliquot de amphilochiis.* Age vero quia hoc opus ad Amphilochium scribi videmus, nemo existimet, omne id quæsitis ab hoc homine forte propositis respondere. Est enim hic B solemnis προσφωνούντων mos, ut ob captandam scribendi ansam, rem ejusmodi fingant. Sic Eusebium simulavisse puto, dum ad Stephanum Marinumque scriberet. Sic Theodorus Mopsuestenus, teste Ebediesu in Catalogo, singula prope opera ad amicos misit, quasi ab iis rogatus fuisset : et sic ab aliis Ecclesiæ Patribus, nec non a scriptoribus ethnicis factitatum scimus. Profecto Photii has quæstiones non ad unum missas fuisse vel inde patet, quod ex his complures in epistolis ad varios mittuntur homines : tum etiam quod loci multi in Commentariis biblicis a Photio tractati, deinde in *Amphilochia* translati fuerunt. Ergo ex his recte concluditur, Photium cum multa in epistolis, in commentationibus, in homiliis, de sacra doctrina disseruisset, C ad extremum præclare et utiliter cogitavisse de universis scriptis his in unum corpus coacervandis; quod cum mitteret honoris ergo ad amicum Amphilochium, nomen inde subortum est, vel Photii ipsius vel posterorum voluntate, *Amphilochia.* Jamdiu quidem dubitavit Fabricius (21) num auctores catenarum evangelicarum locos Photii, quos identidem proferunt, ex *Amphilochiis* mutuati sint, an potius ab ejusdem qui aliquando exstiterint Commentariis evangelicis. Ego utrumque factum judico; neque solum abs catenarum auctoribus, verum ab ipso Photio materiam eamdem non uno in loco neque semel usurpatam existimo. Nam et in catenis reapse plures loci Photiani occurrunt, qui in *Amphilochiis*, quæ nunc omnia D novimus, non comparent. Et quidem Scholiorum Photii ad Lucam ineditorum ego ipse in prima hujus voluminis editione specimen exhibui post Apollinarium ; plura daturus, nisi pleraque agnovissem in *Amphilochiis* vel in *Epistolis* prope ad verbum repeti. Quam rem ut lectoribus probem, idoneis argumentis parcendum non est.

1. Matthæi locum XI, 17, quo aiunt pueri *Cecinimus vobis*, etc. interpretatur iisdem verbis Photius tum in Catena Vaticana cod. 758, p. 28, tum in *Amphilochiana* quæstione 34, a Scotto edita.

2. Lucæ locus II, 35 : *Et tuam ipsius animam pertransibit*, etc., illustratur a Photio tum in Catena

(21) *Bibl. Gr.* ed. nov. t. XI, p. 27.

Vaticana cod. 1933, p. 63, tum etiam in Amphilochiana quæstione 176.

3. Luc. XIII, 14 : *Respondens archisynagogus*. Verbi ἀποκρίνομαι notiones variæ enucleantur a Photio breviter in Catena Vaticana 1933, p. 368, tum prolixius et doctius in Amphilochiana a me edita 21.

4. Luc. XVI, 26, de epulone et Lazaro Photii locus est in Catena Vaticana 759, p. 66, qui scribitur in epistola edita 52. Porro et locus adversus Origenis errorem de pœnis peccatorum minime æternis, qui ibidem paucis verbis in catena ponitur, is, inquam, prætermittitur in epistola 52, sed de eo copiose in prima disseritur.

5. Luc. XXII, 36 : *Nunc qui habet sacculum*, etc. Locum hunc tractat Photius in Catena Vat. 1933, p. 557, itemque amplissime in Amphilochiana prima quæstione iisdem fere verbis utens.

6. Luc. XXII, 44, locum de sudore Christi sanguineo, in eamdem sententiam iisdemque verbis explicat Photius tum in Catenis Vat. 759, p. 211 ; et 1933, p. 562, tum in epistola 138.

7. Luc. XXIII, 25. Disserit Photius in Catena Vat. 758, p. 78, de Christi sanguine redemptionis pretio, quod ipsum iisdem fere verbis fit in Amphilochiana 24

8. Luc. XXIV, 31, verba *Aperti sunt oculi eorum* eodem modo explicantur a Photio in Catena Vat. 759, p. 253, atque in Amphilochiana quæstione nondum edita 14.

9. Luc. XXIII, 50, de Josepho ab Arimathæa narratio est apud Photium initio epistolæ 91. Verum eadem scribitur in Catena Vat. 759, p. 244. Atque ego vix dubito quin ex illa Photii Oratione in Domini sepulturam, quam Combefisius (22) in Mazariniano codice vidit, sed quia carebat exordio edere noluit, vix inquam dubito quin hoc Photii elegans ἀποσπασμάτιον de Josepho ab Arimathæa Vaticanus eclogarius decerpserit, quod speciminis loco non me piget exscribere. Pergit enim ad Pilatum Josephus, eumque ut sibi Christi corpus concedat composita oratione sic deprecatur : Δός μοι, φησὶν ὁ Ἰωσήφ, εἰ βούλει, θάψαι τὸν νεκρὸν τοῦ Ἰησοῦ, ὃν οἱ γνωστοὶ πάντες ᾤχοντο καταλιπόντες, οὗ πολλοὶ μὲν συνέῤῥεον ἐπὶ τῷ πάθει θεαταὶ, νῦν δ' οὐδεὶς ὑπέμεινεν, οὐδὲ τῶν φίλων, ἐνταφιαστής· ἄπεστί σοι φόβος βασιλείας· τέθνηκεν ὁ τὸ κράτος μὲν τῆς ἐξουσίας ἁρπάσαι κατηγορούμενος, μέχρι δὲ καὶ αὐτῆς προφάσεως ἀθῷος ὀφθεὶς παντὸς ἀδικήματος· ὃν προφητοκτόνος γλῶσσα καὶ φωνὴ καὶ χεῖρες, σοῦ δοκοῦντος φέρειν φιλανθρωποτέραν ψῆφον, ὑπὸ κρίσιν ἤγαγον θανάτου· δός μοι χάριν ὁμολογεῖν, δι' ἧς ἑτέρους οὐδὲν ζημιοῖς· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁ τῶν Ἰουδαίων ὄχλος ἀνιάσεται γῇ μαθόντες τὸν ἐχθρὸν καλυπτόμενον. Μᾶλλον μὲν οὖν δυσχεραίνουσι καὶ νεκρὸν τὸν ὑπ' αὐτῶν μισούμενον βλέποντες· τοῦτο μὲν τὴν αὐτῶν μιαιφονίαν τῷ σταυρῷ θριαμβεύοντα, τοῦτο δὲ τῶν ὁρώντων τὸν ἔλεον ἕλκοντα, καὶ τῶν σταυρωσάντων ἐκκαλούμενον μυσάττεσθαι τὴν ὠμότητα· οὐδὲ τὴν Καίσαρος ἐπισείσουσι φιλίαν, Οὐκ εἶ φίλος, λέγοντες, τοῦ Καίσαρος, εἰ νεκρὰν δίδως τῇ γῇ κατορύττεσθαι· ἀπροφάσιστος, εἰ βούλει μόνον, ἡ πλήρωσις τῆς αἰτήσεως. Τούτοις τὴν τοῦ Πιλάτου κατεπᾴδων ψυχὴν, τυγχάνει τοῦ σκοποῦ, καὶ λαμβάνει καθαιρεθὲν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῆς συνήθους ἀξιοῖ φροντίδος.

V. Jamvero ut a seipso multa sumpsisse (23) Photium vidimus (nam plura nobis persequi non vacabat), ita eum non pauca quoque ab aliis, pro re nata vel prout institutæ suæ scriptionis ratio poscebat, tacito licet auctorum nomine, sumpsisse comperimus. In exordio quæstionis de voluntatibus gnomicis, ait Photius se idcirco hanc lucubrationem instruere, quia nemo e sanctis dignisque obsequio Patribus eam ad liquidam perduxisset, vel quidquam frugi de hoc argumento dixisset, magno Maximo excepto. Porro statim Photius plane ad verbum expilare incipit sancti Joannis Damasceni opus de fide orthodoxa, suppresso auctoris operisque titulo : quam rem deprehendere licet comparato Photii textu cum Damasceno Lequinii t. I, p. 187 seqq. Nequid de Anastasii Sinaitæ *Hodego* dicam, cujus æque definitiones clam Photius sectari videtur. Utique Photius in Amphilochiana quæstione 40, anonymo auctore se uti dicit, quem Damascenum intelligendum esse tempestive monuit nos Photii interpres cl. Scottus. Quæstionem Amphilochianam amplissimam 149, de vitæ termino universam nullo verbo commutato Photius e Germani patriarchæ penu ad se clam transtulit. Item quæstiunculam 152 de obscuritate S. Scripturæ tacite ad verbum sumpsit Photius e Polychronii prologo ad Jobum : quæ brevis lucubratio, quia non exstat cum cæteris Polychronii ad Jobum excerptis, a me libenter edita fuit. Denique quæstionem 154 de variis Bibliorum sacrorum editionibus tacite ad verbum exscripsit Photius ex edita pseudo-Athanasii quæstione, sive etiam ex Epiphanii Panario : id quod ego sentiens, scriptum prætermisi. Cæteroqui ne gravius accusare Photium videar, hoc quoque observandum est, Photium ipsum in suo *Amphilochiorum* Procemio, tum etiam quæstione I, cap. 10 (quo postremo loco de superioribus Bibliorum interpretibus mira cum reverentia loquitur), manifeste dicere, se acceptis ex illa vetustate seminibus, longe accuratiores contradictionum solutiones in medium proferre. Idque Photii dictum neque falsum, ut puto, neque arrogans est ; quandoquidem hæ Photii quæstiones seu biblicæ seu theologicæ, etsi non omnes pari pondere ac dignitate sunt, tamen veterum multorum de simili re scriptionibus præstare videntur : et quidem, exempli gratia, Cæsarensis Eusebii quæstionibus evangelicis, quominus has photianas anteferam, nullus ambigo.

(22) *Auctar. nov. PP.* p. 1605.
(23) Id fatetur ipse Photius procem. *Amphiloch.* apud cl. Scottum.

V.

EJUSDEM CARD. MAI PRÆFATIO IN QUÆSTIONES AMPHILOCHIANAS QUAS GRÆCE EDIDIT IN SCRIPTORUM VET. NOV. COL. T. IX, P. 1-158. ROMÆ, 1837.

De Photii Amphilochianis quæstionibus partim A editis partim ineditis, deque ipsarum viginti ex codice Vaticano a me jampridem divulgatis, abunde, ut puto, disserui in voluminis primi Præfatione. Nunc earumdem quæstionum apographum ex Vaticano codice sumptum forte nactus, constitui denique quidquid præclari operis adhuc invulgatum supererat, typis committere; exceptis iis, quæ etsi titulum *Amphilochiorum* gerebant, nihilominus alibi, puta inter Photii *Epistolas*, jam exstabant: quanquam non ita fui morosus, ut si res alibi interdum, brevioribus aut diversis verbis, dicta vel adumbrata fuisset, eam idcirco prætermitterem. Latinam autem quæstionum interpretationem non addidi, quia me festinare oportebat: attamen argumenta saltem hic Latine exponam, ut Græce B ignari rem interim summis labris delibent. Porro in editione quidem numerandi ordinem, ut est in codicibus, conservavi, ut si aliquando totum *Amphilochiorum* opus uno volumine comprehendatur, suum unaquæque quæstio locum occupet: hic tamen Latina argumenta continuatis numeris scribo.

Photii quæstionum Amphilochianarum CXXX, quibus universi operis editio nunc demum absolvitur (1), *Argumenta.*

1. Si septimo die requievit Deus a cunctis operibus suis, quomodo salutare Patris Verbum ait: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.*
2. Cur Dominus luti usu, non alia ratione, C cæci oculos persanavit.
3. Quid est, odientes etiam carnalem maculatam tunicam.
4. Si quidquid necessitati subjacet, invitum violentiæ paret, prætereaque necesse est scandala in orbe fieri, haud juste diris devovetur qui fuit coactus, vel pœna peccati de eo sumitur.
5. Si fines sæculorum jam in nos pervenerunt, quibusnam sæculis divitiæ Christi nobis ostendentur.
6. Cur Dei filii dicuntur nequaquam peccare; hos autem Scriptura esse asserit qui per aquam et spiritum geniti sunt; et tamen multos cernimus, qui, etiamsi baptismate D adoptionem consecuti fuerint, nihilominus peccant.
7. Quomodo theopatre dicente Davide, *Homo sicut fenum dies ejus*, etc., filius illius Salomon hanc protulit sententiam: Res magna homo, et pretiosum aliquid est vir.
8. Cur dæmoniaco morbo correptos evangelista appellat lunaticos.
9. Cur, etiamsi Adam peccavit, et pœnali mortis decreto perculsus fuit, nihilominus ejus filius innocens præmortuus est.
10. Quod minime repugnant dicta (etsi aliter quibusdam videtur): *Ego veni ut mundum judicem;* itemque: *Non veni ut mundum judicem, sed ut mundus per me salvetur.*
11. Quid est, *Aperti sunt oculi eorum?* et quomodo præcepti transgressio vim aperiendi oculos habuit.
12. Cur tellurem Moyses invisibilem appellavit.
13. Cur Deus esum carnium a feris discerptarum hominibus interdixit.
14. Quomodo intelligendum illud: *Non apparebis vacuus coram me.*
15. Quomodo non repugnant dicta hæc, nempe *Omnia erant valde bona;* deinde vero distinctio, qua alia animalia dicta sunt munda, alia immunda.
16. Cur vir ab hæresi resiliens, si modo vitam inculpatam habeat, ad sacerdotium admittitur; qui autem corporeis maculis fuerit inquinatus, etiamsi pravis actibus abstinuerit, nihilominus ad sacerdotium non promovetur.
17. Curnam antequam Joseph de dimittenda Maria cogitaret, haud astitit angelus cogitationem eam antevertens; verum postquam a cogitatione ad actum ille venit, tunc astitit? Et cur virginem, Josephi uxorem dixit.
18. Quid significant verba: *Ecce Adam tanquam unus ex nobis factus est, ad boni pravique cognitionem.*
19. Quid significant illa dicta: *Omni tempore vestes tuæ sint candidæ, neque oleum desit capiti tuo; et oculi sapientes in capite ejus.*
20. Verba, *Quænam est mater mea, et quinam sunt fratres mei*, quomodo intelligenda? Multi enim hinc offendiculi ansam sumpserunt.
21. Quomodo dictum illud antiquis: *Oculum pro oculo, et dentem pro dente*, non repugnat huic dicto: *Ego autem dico vobis, ne malo resistatis; sed si quis in dextera gena te percusserit, ei præbeto etiam alteram.*
22. Cum Dominus dixerit: *Vos estis ex patre diaboli*, quæritur quemnam diabolum dicat, et quemnam diaboli patrem.
23. Quotnam illæ sint, quæ Dominum unguento unxerunt.
24. Quomodo intelligendum illud: *Quodlibet peccatum remittetur hominibus; blasphemanti*

(1) Doctissimus vir putat totam collectionem Amphilochiorum his editis quæstionibus absolvi, sed fallitur, ut probat doctissimus Hergenroether in sua Dissertatione supra edita. Edit.

autem adversus Spiritum sanctum neque in A
hoc sæculo venia dabitur neque in futuro.

25. Cum beatus Marcus evangelista scripserit: *Exierunt cognati ejus ut eum comprehenderent, dicebant enim ipsum insanire*; quemnam sensum huic verborum structuræ tribuentes, haud procul evangelica narratione abibimus.

26. Cur paradisum Deus conseverit, siquidem illico hominem ex eo depulsurus erat.

27. Divo monente apostolo: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitiverit, potum da; hoc enim agens, igneos carbones super caput ejus congeres*; quomodo intelligemus illud, *Carbones igneos congeres super caput ejus.*

28. Quomodo intelligendum dictum illud a Deo B
Moysi: *Ecce constitui te Pharaonis Deum.*

29. Quomodo intelligendum apostolicum dictum: *Quod si invicem mordetis ac devoratis, cavete ne invicem consumamini*, etc.

30. Quænam sententia subsit his verbis: *Ubicunque prædicatum fuerit Evangelium hoc, dicetur et quod hæc fecit mulier, in memoriam ejus.*

31. Quinam congruentior honestiorque sensus a nobis excogitari possit verborum illorum: *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.*

32. Cur baptizantibus Servatoris discipulis, Joannes adhuc baptizabat. C

33. Cur in Genesi Moyses principum familiæ Esau genealogias recensens, cæterorum quidem nuda ponit nomina; ad Ænam autem deveniens: *Hic*, inquit, *invenit Jamin in deserto, dum Seegonis patris sui subjugalia pasceret?* quidnam ergo is invenit? et cur memoria dignus habetur.

34. Quid significat in Deuteronomio: *Quod si ædificaveris novam domum eique coronidem imposueris, non facies cædem domi tuæ.*

35. Cur vetante lege leprosi contactum; secus, impurum fore qui tetigerit, usque ad vesperam; cum quidem leprosum sanavit Servator, ipsum tetigit, etiamsi verbo sanare poterat.

36. Quid significant verba: *Sperare licet, viventem* D
anem præstare leoni exstincto.

37. Quid significat Ecclesiastæ dictum: *Mitte panem tuum in superficiem aquæ, etenim in multitudine dierum reperies illum.*

38. Quid significat: qui foveam fodit, in ipsam incidet.

39. Quinam est sensus verborum apud Ecclesiastem: *Qui ligna fundit, periclitatur in ipsis, si forte securis exciderit; et ipse faciem turbavit, et vires roborabit; et abundantia viri, sapientia.*

40. Quo spectant verba: *Generatio abit, et generatio venit; terra autem æternum stat.*

41. Quemnam sensum continent verba: *Est justus qui in justitia sua perit; et est injustus in sua injustitia permanens.*

42. Quomodo intelligendum illud: *Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat.*

43. *Si genuerit quis centum liberos, et multos annos vixerit, et quantoscunque dies ætatis habuerit, non satiabitur felicitate, neque illi sepultura erit. Dixi melius esse ipso abortivum, quod incassum venit, ejusque nomen occulitur tenebris, neque enim solem vidit aut novit.* Huic magis quam illi requies est. Nempe hoc dictum quodnam judicium aut notionem exhibere potest.

44. Quid significant verba: *Vive in bono, et vide in die mala*; vide, siquidem hoc consonum illi fecit Deus circa loquelam, ne homo quidquam post se reperiat.

45. Quænam intelligendæ sint pelliceæ tunicæ, quibus Adam et Eva post prævaricationem induti fuerunt.

46. Ad quamnam sententiam nos vocant illa verba: *Non recte obtuleris, recte autem non diviseris; peccasti? quiesce*, etc.

47. Divo Paulo dicente: *Adam non est deceptus, mulier autem decepta in prævaricatione fuit; verumtamen propter liberos pariendos servabitur*; quomodo intelligenda sunt verba, *propter liberos pariendos servabitur.*

48. Quomodo Deus ubique esse dicitur; et quomodo dissolvi possunt dubitationes, quæ adversus hanc sententiam a nonnullis proferuntur.

49. Cum Deus ipse Hebraicum populum in Samariticum et Judaicum diviserit, sicut ipsemet Salomoni se facturum dixit, cur nos eos reprehendimus qui a Deo divisionem passi sunt.

50. Quomodo cœli enarrant gloriam Dei.

51. Quid est: *Increpasti gentes, et periit impius.*

52. Cujusnam est illa vox: *Quis est iste rex gloriæ?*

53. Cur jejunii tempus quadragenario dierum numero præfinitur.

54. Cum primogenitum Deus Israelem appellaverit.

55. De ethnicorum sententiis, quæ in Scriptura nostra reperiuntur.

56. Tiaram, inquit, Scriptura, in capite pontifex gerebat.

57. Quomodo legatus venit Christus a Patre.

58. Cur omissa visione Isaias de cœlo terraque disserit.

59. Quomodo intelligendum illud de Jobo dictum: *Maledicta dies qua natus sum.*

60. Quid est illud: *Per memetipsum juravi*, inquit *Dominus.*

61. Quid est: *Et tuam ipsius animam gladius pertransibit:*

62. Quid est: *Nolite ingemiscere in alterutrum, ne invicem judicemini.*

63. Quinam sunt mœchi et mœchæ.

64. Quid est apostolicum illud: *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, tanquam libertate utentes.*

65. Si Deus ubique est, curnam sit calumnia adversus mysterium, præsentia ejus in feminæ utero? Utique, ait adversarius, haud est calumnia præsentia Dei in feminæ utero, sicut alibi ubique; verumenimvero incarnatio Dei ex ipsa, qui fieri potuit? A

66. Utrum dæmones sciverint, quod si resipuissent, veniam peccati consequerentur; an potius divina sapientia semel amissa, hujus quoque rei notitia spoliati fuerint.

67. Curnam totus leprosus in Testamento Vetere, mundus existimabatur; leprosus autem ex parte, immundus.

68. Cur Spiritus dicitur Filii imago? et quinam est Pythagoreorum quaternio.

69. Cur lapidem Jacob unxerit. B

70. *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut vincas cum judicaris.*

71. *Scio, quod in me non habitet* (id est *in carne mea*), *bonum.*

72. Cur admonemur renuntiare Satanæ, non item pravis hominibus.

73. Cur Samonæ inditum nomen confessoris.

74. Cur crucifixus Christus fuerit.

75. Quomodo apostolicum dictum *Signa non sunt fidelibus, sed infidelibus* cum Dominicis verbis : *Fides tua salvum te fecit ;* et : *Haud potuit signa facere propter eorum incredulitatem ;* et cum cæteris ejusmodi, conciliabitur.

76. Si tellus erat, quomodo facta est? Ait enim : *Tellus erat.* C

77. Si lucem Deus creavit, nequaquam ipse et tenebras fecit; sunt enim hæc inter se contraria.

78. Cur feras et reptilia Deus creavit.

79. Cuinam dixit Deus : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

80. Quid est, ad imaginem.

81. Qui Deum appellatis bonum, cur eidem tantam duritiem attribuitis? Crudelitas enim atque sævitia est, exigui cibi causa tantam pœnam infligere, non solum peccantibus, verum etiam ipsorum posteris.

82. Quosnam Dei filios Moyses appellaverit.

83. Lege nondum posita, quæ patrem matremque revereri juberet, curnam Cham veluti parricida damnatur. D

84. Curnam Chami peccatoris filius dilectus est.

85. Curnam Abraham credentis titulo insignitur, qui Deo dixerit : *Quo signo agnoscam, me illam* (*terram*) *fore possessurum.*

86. Quam ob causam luctatur cum Jacobo angelus.

87. Cujusnam rei signum fuit, rubum ardere et non comburi.

88. Lepra manui injecta cur.

89. Cur angelus Moysen interimere voluerit.

90. Cur fugam properantibus imperavit Deus paschatis solemnitatem peragere.

91. Quomodo intelligendum illud apostoli : *Omnes in Moysen baptizati sumus,* etc., usque ad *petra autem erat Christus.*

92. Quomodo, justitia incolumi, pro parentibus puniuntur liberi.

93. Quid est, configuratus infans.

94. Cur tabernaculum Deus fieri jusserit.

95. Cur tabulas Moyses confregerit.

96. Quomodo vestimentis lepra accidebat.

97. Quid significant duæ aviculæ pro mundato oblatæ.

98. Cur procul tabernaculo Deus jussit pecudes esui aptas occidi.

99. Cur numerari populum Deus mandavit.

100. Cur farina bordeacea pro ea, quæ suspecta de adulterio erat, offerebatur.

101. Cur peccantibus statim pœnæ irrogabantur.

102. Cur seditiosorum thuribula servari deposita apud altare Deus imperaverit.

103. Cur Moysi et Aaroni indignatus est Deus propter aquam e petra eductam

104. Cur cœlum et terram testes invocari jussum est.

105. Quomodo intelligendum illud : *Lætamini, gentes, cum populo ejus,* et : *Huic auxilientur angeli Dei.*

106. Cur ob leve erratum Moyses jussus est terram procul aspicere, illuc autem populum inducere vetitus.

107. Quid est, in modico mihi persuades ut Christianus fiam.

108. Quid est, qui præfinitus est Filius Dei in virtute.

109. Quid est, prohibitus sum usque adhuc, quominus fructum aliquem caperem.

110. Quid est, justitia autem Dei in ipso revelatur.

111. Quid significat dictum illud apostolicum : *Tradite ipsum Satanæ.*

112. Quid est : *In finem propter eam quæ hæreditatem sortitur.*

113. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.*

114. *Quia conturbata sunt ossa mea.*

115. *Domine, ad te clamavi, exaudi me.*

116. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea Dominum deprecatus sum.*

117. Quid est, quod Michol Davidi benedixit.

118. Cur David ephod indutus est.

119. Quidnam agebat Adam in paradiso

120. Cur sub vesperam immolabatur agnus.

121. Quid est, *Ponam arcum meum in nube.*

122. Justus Noe cur ebrius deprehenditur, neque pœnas dat.

123. Quid est, *Domine, non est exaltatum cor meum.*

124. Qua de causa in rubo, non autem in alio arboris genere, Moysi Deus apparuerit.

125. Cur a Deo permissum sit, divum Davidem in tale tantumque peccatum incidere.

126. De populi descriptione sub David.

127. Cur David dictus sit vir secundum cor Dei

128. Cur mane deplueret in desertum manna.

129. Cur a Deo dictum Abrahamo : *Ponam pactum meum inter me et te*

130. De Jacobo et Lia.

ΦΩΤΙΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΑΜΦΙΛΟΧΙΑ

Η

ΛΟΓΩΝ ΙΕΡΩΝ ΚΑΙ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΙΕΡΟΛΟΓΙΑΙ.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

AMPHILOCHIA

SIVE

IN SACRAS LITTERAS ET QUÆSTIONES DIATRIBÆ.

ΠΡΟΣ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΝ ΤΟΝ ΟΣΙΩΤΑΤΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΗΝ ΚΥΖΙΚΟΥ ΕΝ ΤΩ ΚΑΙΡΩ ΤΩΝ ΠΕΙΡΑΣΜΩΝ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΙΣ ΑΡΙΘΜΟΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ ΣΥΝΤΕΙΝΟΝΤΩΝ ΕΠΙΛΥΣΙΝ ΑΙΤΗΣΑΜΕΝΟΝ.

A Τῆς σπουδῆς σου τὸ γνήσιον δυσωπηθεὶς τὴν σὴν ἀφῆκα πρὸς πέρας ἐλθεῖν, ὡς ἐλπίσας, αἴτησιν· καί τοι πολλὰ ἦν, καὶ κράτος εἶχεν, ἃ τὴν ἐμὴν γνώμην ἐκεῖθεν ἀνέστελλεν. Ἓν μὲν ὅτι περ οὐκ ὀλίγοις τοῖς πρὸ ἡμῶν ἱερῶν ἀνδρῶν τὰ πλεῖστα τῶν σῶν ἀποῤῥημάτων τῆς δεούσης διακρίσεως ἔτυχεν. Ἕτερον δὲ ὅτι ἡμῖν αὐτοῖς οὐκ ὀλίγα τούτων ἀλλαχόθεν ἐπιλέλυται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὄχλον τοσοῦτον διελθεῖν συχνὸν ἀπαιτεῖ χρόνον· καίτοι τοῦ καιροῦ συνεσταλμένου κατὰ τὴν θείαν τοῦ Κήρυκος φωνὴν, καὶ ὀψὲ B τυγχάνοντος· ἡμῖν δὲ οὐχὶ τῷ κοινῷ λόγῳ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου μόνον, ἀλλά γε καὶ νῦν, καὶ τῷ ἰδιάζοντι ὁ καιρὸς, ὡς ὁρᾷς, ὑποστέλλεται. Πῶς δ' ἂν πλῆθος ζητημάτων εἰς τριακοσίων συγκεφαλαιούμενον ἀριθμὸν (μέχρι γὰρ τοσούτου τὸ περὶ ταῦτά σου

AD AMPHILOCHIUM SANCTISSIMUM CYZICI METROPOLITAM, QUI VARIARUM QUÆSTIONUM SOLUTIONEM AD TRECENTARUM USQUE NUMERUM TEMPORE TENTATIONUM FLAGITAVIT.

Tandem studii tui sinceritate permotus, ut petitio tua ad finem, uti sperabas, perduceretur, acquievi: etiamsi multa, et quidem non levis momenti forent, quæ animum meum inde avocarent. Primum erat, quod sacrorum virorum plurimi ante nos intricata hæc argumenta maxima ex parte debita enucleatione donarint. Alterum, quod eorumdem non pauca alibi per nos ipsos explanata sint (1). Nihilo tamen minus tantam percurrere multitudinem diuturni temporis opus est; atqui tempus breve est, uti fert divina Apostoli sententia [1] et factus adest vesper; nobis autem non eo tantum sensu, quo de humana vita dicitur, sed et in præsenti, et peculiari ratione tempus, ut probe nosti, aufugit. Quomodo autem fieri poterat, ut ar-

[1] II Cor. VII, 1 sq.

(1) Revera ejus epistolas aliqua primum ex parte 37 Græce tantum David Hœschelius Augustæ Vindelicorum an. 1601, ac deinde universas 253, et quidem Latina versione ditatas Richardus Montacutius Londini 1651 publici juris reddiderunt: et quædam nulla ferme verborum diversitate, quantum ex his, quas Montfauconius edidit in lucem, huc usque licuit eruere, hæc ipsa argumenta tractarunt. Istarum numerus, videlicet 65, ad quintam circiter interrogationum partem, quarum syllabum cum codice Coisliniano collatum suæ versioni prætexit Christophorus Wolfius, protenditur. Nec solum in litteris Amphilochio missis, quarum septem protulit Montacutius; sed in aliis quoque ad plures suæ tempestatis philologos exaratis his ipsissimis interdum quæsitis satisfacit. Quare si datur conjecturis locus, quod facere vel morosissimi homines in re non intercedent, Photius, opinor, multas identidem quæstiones pro re nata amicorum commodo solverat: deinde vero cunctæ, ne laterent, aut disperderentur, in unum fasciculum collectæ, suo Amphilochio id fortasse cupienti, petentique remissæ sunt.

gumentorum multitudo, quæ ad trecenta revocantur capita (siquidem huc usque nostras præsentes temporis angustias tuum de hisce rebus studium prolatandas duxit), et multum tempus non consumeret, et nostræ vitæ tranquillitatem non perturbaret (2)?

A φιλότιμον τὴν παροῦσαν ἡμῖν στενοχωρίαν πλατύνειν ἐνόμισεν) οὐχὶ καὶ συχνὸν συναναλώσηται χρόνον, καὶ τὴν ἡμετέραν σχολὴν ἐκβιάσηται.

Quid vero quod tu hasce interrogationes sparsim mihi proponebas, meque coram audisti proprio ore quasdam earum planas reddentem (consentaneum profecto est auditarum rerum servare memoriam): nunc autem novum me laborem aggredi, easdemque in volumen redactas ad te pervenire exflagitas.

Τί δὲ σποράδην αὐτὰ προβεβλῆσθαι τὰ ἐρωτήματα, καὶ τὸ ἀκοῦσαι παρόντα τῆς ἡμετέρας γλώττης ἐνίων αὐτῶν ἀφαιρουμένης τὸ ἄπορον (τί γὰρ ἐνὸν τὰ ἠκουσμένα μνήμην φυλάξαι), σὺ δὲ δευτέρους ἡμᾶς ἀπαιτεῖς πόνους, καὶ τὸ εἰς ὄγκον τὴν γραφὴν ἀπελθεῖν.

Cum igitur rationes his quoque minores potuissent impedimentum objicere, et quidem aliis ad excusationis argumentum essent satis, ego tamen minime ipsis utar: verum tametsi tot ac tanta sint, quæ contrarium requirerent, habes tandem, uti jam pridem aiebam, quod postulasti; ita vero ut non elaboratam fucatæ lucubrationis locutionem reperias, sed obvia quæque vocabula, et quæ lectorem ad dubiorum solutionem contendentem rerum multitudine non implicant. Tu interea non modo, ut es bonus, expetere nosti, et accipere: sed mihi, si fruaris hoc munere, usque melior videri poteris.

Ὅτι τῶν εἰρημένων εἴην (3) ἐλάττω κωλῦσαι, καίπερ ἑτέροις ἤρκεσεν ἂν εἰς κωλυμάτων ὑπόθεσιν, οὐ μὲν οὖν ταῦτα οὐκ αἰτιάσομαι· πλὴν τοσούτων γε, καὶ τηλικούτων ὄντων τῶν πρὸς τἀναντία φερόντων, B ἔχεις, ὥσπερ φθάσαντες ἔφαμεν, ὅπερ ᾔτησας, οὐ λέξει μὲν ἐξειργασμένῃ καλλωπιζομένου τοῦ συντάγματος, τοῖς ἐπιτυχοῦσι δὲ τῶν ὀνομάτων, καὶ ἃ μὴ ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς περιόρατον νοῦν τῶν ἠπορημένων ἐκκαθαίροντος. Σὺ δὲ μὴ μόνον ἀγαθὸς ἦσθα ζητεῖν, καὶ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς δωρεᾶς ἀπολαύειν (4) ὀφθείης μοι σπουδαιότερος.

QUÆSTIO I (7).

Photii Amphilochia sive ad Amphilochium Cyzici metropolitam sacrorum sermonum collectio, in qua quæstiones de Scriptura divina solvuntur. Princeps autem perpenditur illa Domini jussio dicentis, « Ne habeatis zonam, neque calceamenta, neque peram. Item, nunc vero qui habet crumenam, sumat pariter et peram, » et reliqua.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Φωτίου Ἀμφιλόχια πρὸς Ἀμφιλόχιον μητροπολίτην Κυζίκου λόγων ἱερῶν συλλογή, ἐν ᾗ ζητήματα τῆς θείας Γραφῆς διαλύεται (5)· ὧν προδιευκρινεῖται τὸ δεσποτικὸν ἐκεῖνο παράγγελμα τὸ λέγον· « Μὴ ἔχετε ζώνην (6), μήτε ὑποδή- C *ματα, μήτε πήραν· ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν, » καὶ τὰ ἑξῆς.*

Edita a cardinali Angelo Maio *Vet. script. Nova Collectione*, I, pag. 1-47, ed. 1831. Quæstio hermeneutica et exegetica de verbis Christi Matth. x, 9, 10; Luc. IX, 3; x, 4; XXII, 36. Marc. VI, 8 et *de antilogiis Evangeliorum universim.*

1. Dubitationes multæ sunt, quæ absque prævio sermone ac veluti præparatione dissolvi nequeunt. Rei ac dispensationis hujusmodi, prout certe quidam existimant atque credunt, tua quoque prudens interrogatio rationem sciscitatur. Quamobrem præfari oportet, sedemque futuræ doctrinæ antecapere; non omnia videlicet quæ pugnæ speciem præ se ferunt, reapse pugnantia comperiri. Multa quippe sæpe videntur sibi invicem adversari, quanquam ea minime ita se habent. Neque enim temere aut quomodocunque repugnantia exsistit sive in sermonibus sive in rebus gestis, verum ea e multarum circumstantiarum concursu exsurgit atque creatur. Neque id cognitu difficile est: non solum enim qui

α'. Πολλὰ τῶν ἀπορημάτων προκατασκευῆς δεῖται, καὶ τὴν λύσιν ὑποφεύγει χωρὶς ἐπιούσαν προκαταστάσεως. Τοιαύτης τινὸς οἰκονομίας λόγον, κατ' ἐνίων δόξαν καὶ ὑπόληψιν, καὶ τῆς σῆς συνέσεως ἀπαιτεῖ τὸ ἐρώτημα· διόπερ ἐκεῖνο δεῖ προειρῆσθαι, καὶ προλαβεῖν τὴν τάξιν εἰς μάθησιν, ὅτι οὐχ ὅσα φαινομένην ὑποβάλλει μάχην, ἤδη καὶ τῇ ἀληθείᾳ ὁρᾶται μαχόμενα· πολλὰ μὲν γὰρ φαίνεται πολλάκις ἀλλήλοις ἀντιπίπτοντα, οὐκ ἔστι δέ· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἡ μάχη συνέστηκεν, οὐκ ἐν λόγοις, οὐκ ἐν πράγμασιν, πολλῶν δὲ περιστάσεων D συνδρομὴ ταύτην συγκροτεῖ καὶ συνίστησιν. Καὶ οὐκ ἔργον τοῦτο συνιδεῖν· οὐ γὰρ ὅσοι τὰ παλαιὰ φιλοσοφεῖν καὶ τὰ ῥητόρων πράττειν ἐγνώκασιν, οὐκ ἐν

NOTÆ.

(2) Obiter animadverto quod numerus iste tercentenarius Photio adeo in deliciis fuisse videatur, ut ad ipsum codices quoque, quibus in sua *Bibliotheca* memorandis incumbit, amet redigere: siquidem ἔστι δὲ ταῦτα, inquit, εἴκοσι δεόντων ἐφ' ἑνὶ τριακόσια, *sunt hi* (codices) *uno et viginti a tercentum deficientes.* Imo et ejus epistolæ, quæ post tantum librorum naufragium hactenus colligi potuerunt, et lucis usura fruuntur, a simili summa non nimis absunt. Idcirco nihil est, quod Photium hunc numerum, ut aiunt, rotundum pro vero ac proprio adhibuisse miremur.

(3) Εἴπεν habet codex, sed facili negotio id cum εἴην confusum arbitror.

(4) Ad σύνταξιν planiorem mal.em ἀπολαύων.

(5) Titulum qualis apud Maium reperitur integre retinendum putavimus. Edit.

(6) Hieronymus, *Adv. Jovin.* II, 6, *æs in zona.* Zona ergo dicitur pro crumena. Porro in codicibus Vaticanis Lat. 3740 et 4008, scripta plurima occurrunt circa quæstionem de paupertate Christi et apostolorum. Et quidem hujus primæ amphilochianæ ingens tractus recitatur etiam in catena inedita Nicetæ ad Lucam.

(7) Ordo quæstionum quem hic damus e codice Vaticano desumptus est. Edit.

τούτοις μόνον πολὺ καὶ ἄπειρον ὑπονοηθὲν τὸ διάφορον, ὕστερον ἀκριβείας δικαζούσης, διαφορᾶς ἀφείθη ἐλεύθερα· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ γε τῇ καθωμιλημένῃ τῶν πολλῶν χρήσει πολλὰ μὲν ἁπλῶς οὕτως ἀκοῦσαι φαίνεται μάχεσθαι· κριθέντων δὲ, εἰς συμφωνίαν ἡ μάχη μετέπεσεν. Εἴ τις οὖν τὴν μὲν ἐν τῇ ἀνὰ χεῖρα ὁμιλίᾳ φαινομένην στάσιν τῆς ἀληθοῦς μάχης ἀδεκάστῳ γνώμῃ διακρίνει, ἀφορίζει δὲ κἂν τοῖς τὸν φιλόσοφον καὶ ῥήτορα βίον ἀσκουμένοις τὰ μαχόμενα τῶν φαινομένων, ἐπὶ δὲ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν φιλοσοφίας οὐ τὸν αὐτὸν διασώζει νόμον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπιπόλαιον ἀντιλογίαν εἰς ἄσπονδον ἐκβιάζεται, οὗτος καὶ χωρίς τινος αἰτιωμένου συκοφάντην ἑαυτὸν καὶ φαῦλον κριτὴν ἀποφαίνει.

A veteres doctrinas profitendas et rhetoricas artes exercendas sibi sumpserunt, multam in his atque infinitam discordiam cernere sibi principio videntur, quæ mox res diligenter perpensæ ab omni contradictione absolvuntur; verum etiam in ipso familiari vulgi usu haud pauca primo auditu videntur repugnare, quibus ad trutinam revocatis, conflictus in concordiam vertitur. Si quis igitur rerum quotidianarum apparentem dissensum, incorrupto mentis judicio, a vera differentia discernit; itemque in philosophicis disciplinis atque in rhetoricis, a discordibus in speciem pugnantia vere distinguit; in sacra vero nostra doctrina eodem jure non agit; sed vel superficiariam quamlibet verborum pugnam ad insolubilem vertere nititur contradictionem; hic, inquam, quin opus accusatore sit, sycophantam se malumque judicem esse prodit.

β'. Αὐτίκα γοῦν ἵνα ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν συνηθείας ἄρξωμαι, ὁ φόνος αὐτοῖς καὶ πολιτείας ἐστὶ φύλαξ, καὶ μύσους ὑπόθεσις· καὶ δὴ καὶ ἡ ἐμπορία κόσμος τῇ πόλει, καὶ ὕβρις οὐχ ἔλαττον. Καὶ πῶς οὐκ ἐναντία ταῦτα; Ὅτι φονεύειν μὲν οὐκ ἔξεστιν εὐεργέτην, οὐδὲ πολίτην εὔνουν τῇ πόλει· οὐδ' εἴ τις ἀναίτιος· πολέμιον δὲ καὶ κακοῦργον καὶ προδότην ἄλλως ἔνδικον τεθνάναι. Καὶ δὴ καὶ τὸν ἀλλοτρίους γάμους διορύττοντα, ἐπ' αὐτοφόρῳ ἁλόντα, κύριός ἐστιν ὁ ἠδικημένος καὶ τοῦ εἰσπράττεσθαι τὴν δίκην· ἔξω δὲ τοῦ μύσους λαβὼν, δικαστὴν ἄλλον ἐπιζητεῖ τοῦ ἐγκλήματος. Πάλιν ὅσοι τὸ ταπεινὸν σχῆμα τῆς πολιτείας ὑποδύονται, ἐμπορίαις τὴν πόλιν συναύξουσιν· οἱ δὲ στρατηγεῖν ἢ δημαγωγεῖν ἢ τὰ τοιαῦτα ταχθέντες, εἰς ἐκείνην καταβαίνοντες τὴν πρᾶξιν, τῆς πολιτείας ἐξυβρίζουσι τὸ ἀξίωμα· καὶ τῶν C παραδειγμάτων οὐκ ἔστι πέρας τῷ βουλομένῳ διαπεράνασθαι. Ὁρᾷς ὡς πολλὰ μὲν φαντασίαν παρέχεται ἀντιθέσεως, ἐξεταζόμενα δὲ τὴν συμφωνίαν ἀσπάζεται; Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν Γραφῆς δέον θεωρεῖν, ἧς ῥητὸν καὶ τὸ σὸν πρόβλημα, πρὸς ὃ δηλονότι διετυπώθη καὶ τὸ ὅλον τοῦ λόγου προοίμιον.

B 2. Profecto ut a re satis communi exordiar, homicidium et reipublicæ tutela creditur apud vulgus, idemque materia sceleris. Tum mercatura decori simul civibus, simulque dedecori est. Quidni igitur hæc contraria sunt? quia videlicet neque benemeritum occidere licet civem, neque urbis studiosum, nec quemvis innocuum: hostem vero et maleficum et præcipue proditorem, æquum est interfici. Præterea qui alienos thalamos violat, si in facinore deprehendatur, licet conjugi læso pœnas de illo sumere: si tamen aliunde facinus cognoscatur, alium judicem causa postulat. Rursus homines obscuro vitæ generi dediti, mercimoniis suis civitatis commoda augent: qui vero aut ordines militares, aut civiles magistratus, aut similia munera gerunt, hi si ad illa negotia se forte demittant, vitæ suæ dignitatem dedecorant. Nullus exemplorum finis erit, si quis omnia persequi velit. Viden' ut multa speciem præ se ferunt contrarietatis, quæ mox perpensa concordiam tuentur? His igitur considerationibus in sacra quoque Scriptura nostra uti oportet, cujus est effatum illud quod tu mihi objicis, et cujus gratia totum sermonis hujus præmium adornatum fuit.

γ'. Μωσῆς ὁ νομοθέτης εἶπε, μᾶλλον δ' ὁ κοινὸς καὶ πλάστης καὶ νομοθέτης δι' αὐτοῦ, « Οὐ φονεύσεις· » καὶ πάλιν· « Θέσθε ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ῥομφαίαν ἐπὶ τὸν μηρὸν, καὶ διέλθετε καὶ ἀνακάμψατε ἀπὸ πύλης εἰς πύλην διὰ τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἀποκτείνατε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἔγγιστα αὐτοῦ. » D Πῶς οὖν αὗται αἱ φωναὶ τὴν ἀλλήλων οὐ νομοθετοῦσιν ἀναίρεσιν; Ἢ δηλονότι οὐ φονεύσεις μὲν τὸν ἀναίτιον· τὸν δέ γε θανάτου ἔνοχον, καὶ τὸν πατρῴους νόμους ἐνυβρίσαντα, εἰδώλοις τε τὸ τοῦ Πλάστου σέβας ἀναψάμενον, φόνῳ κολάσεις. Ἐάσειν μοι δοκῶ τό· « Οὐ μοιχεύσεις, » καὶ τό· « Λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας καὶ τέκνα πορνείας. » Ἔχει γάρ τι καὶ τοῦ ζητουμένου βαθύτερον (8)· πλὴν ὅτι περίστασις κἀνταῦθα ποιεῖ τὴν φαινομένην μάχην μὴ μάχεσθαι·

3. Legislator Moses (imo vero communis omnium creator et legislator ore ejus loquens) ait: « Non occides [1*]. » Rursusque: « Accingite unusquisque latus ense; itote ac circumite castrorum portas; occidant singuli fratrem suum et necessarium ac proximum [2]. » Quidni igitur dicta hæc mutuas cædes lege sanciunt? nisi quia intelligimus parcendum esse innoxio; mortis autem reum, et qui patrias leges violavit, debitumque Creatori obsequium ad idola transtulit, hunc, inquam, neci esse tradendum. Libenter omitto verba « Adulterium ne facito; » et: « Cape tibi feminam meretricem, ac liberos nothos erea [3]; » habent enim altiorem præsenti quæstione sensum: sed tamen hic quoque circumstantia facit, ut apparens pugna reapse non pugnet. Haud licet Dei prophetam manu, lingua,

[1*] Exod. xx, 13. [2] Exod. xxxii, 27. [3] Osee i, 2.

NOTÆ.

(8) Videsis Theodori Mopsuesteni interpretationem Oseæ prophetæ.

modo quolibet, violari. Rei testes illusores pueri, qui cum prophetam risui habuissent, convicia sua corporum suppliciis luerunt [a]. Cæteroqui et alium invenies, qui quia prophetæ faciem non verberavit, in extremum exitium incidit [b]. Quodque magis difficultatem roborat, et illos qui injurii fuerant fera laniavit, et eum similiter qui ab eo facto imitando caverat, alia fera invasit. Quid ergo? nonne hæc contraria sunt? Minime gentium. Etenim quædam proprio judicio instinctuque suscepta, prorsus non licent : verum ubi Deus jusserit, et sententia cœlitus lata fuerit, non solum verbo *non licet* locus haud est, verum etiam inobsequentem pœna acerba consequitur. Utrumque igitur sacrarum Litterarum exemplum apparentem contrarietatem dispellit; alterum quidem noxii et innoxii circumstantia; alterum a divino decreto et hominis voluntate.

4. Multa quoque alia quæ aliter pugnare videntur, perpensis recte circumstantiis, ad consensum revocantur. Id vero accidit nunc loco, nunc tempore, interdum quoque persona. Et sunt quidem in tempore differentiæ non paucæ, multo autem in persona plures; dominus et subditus; dux et ductus; initians et initiatus; discipulus et magister; noxius et innoxius. Rursus communis est personæ divisio, immutatio ejusdem vel suppositio. Namque alia species consurgit mutato more, manente persona; alia rursus cum uni rei alia supponitur. Veluti, regem, fecit Deus Saulem, et vicissim eidem regnum ademit. « Adhuc tres dies et Ninive subvertetur [c]; » exspectat autem urbs præstitutum tempus libera malo et illibata. Sexcenta alia sunt, quæ per morum mutationem personam subdividentia, mentis tumultum ad quietem vocant. Jam quod Aaron pœnas non dederit conflati vituli, quo tempore affines eidem crimini gladius ulciscebatur, id ipsum, inquam, aliis causis imputare licet, atque ejus rei repugnantiam ad æquitatem pertrahere. Itaque personarum diversitas non mediocriter ad conciliandas dissonantias valet; quandoquidem et aliæ res circa personam præcipue atque ab ea momentum accipiunt. Et quidem in sacris litteris multa et frequens est ob personæ circumstantiam varietas. Complura item, quæ dempta inscitia malitiave legentis, nihil dissonum habent, nihilominus ceu nullo effugio consonantiam nancisci queant, objiciuntur.

5. Ex hujusmodi ergo inscitia vel malitia manat item quæstio illa, « Ne habeatis zonam neque calceamenta neque peram : » tum etiam, « Nunc vero qui habet crumenam, sumat pariter et peram : quas

A Οὐκ ἔξεστιν εἰς Θεοῦ προφήτην ὑβρίζειν, οὐ χειρὶ, οὐ γλώσσῃ, οὐχ ἑτέρῳ τρόπῳ τινί· καὶ μαρτύριον, παῖδες ἀθύροντες καὶ προφήτην ποιούμενοι γέλωτα, ἀντὶ σκωμμάτων σωμάτων εἰσεπράχθησαν ὄλεθρον· ἀλλ' εὑρήσεις τινὰ, ἐπεὶ μὴ τοῦ προφήτου τὴν ὄψιν ἐπάταξεν, ὅτι τὴν ἐσχάτην δίκην ἀπέτισε· καὶ τὸ κρατύνον μᾶλλον τὸ ἄπορον, τούς τε πρὸς ὕβριν ἐξενεχθέντας θηρίον ἐσπάραξε, καὶ τὸν εὐλαβηθέντα τὴν μίμησιν, θηρίον ἄλλο διέσπασε. Τί οὖν ἄρα οὐκ ἐναντία ταῦτα; Οὐ μὲν οὖν οὐδὲ πολλοῦ δεῖ· οὐκ ἔξεστι μὲν γὰρ οὐδ' ὅλως οἰκείᾳ κρίσει καὶ ὁρμῇ ἀνερεθισόμενον· ἐπειδὰν δὲ Θεὸς κελεύῃ καὶ ἡ ψῆφος ἄνωθεν φέροιτο, οὐ μόνον οὐκ ἔχει χώραν τὸ Οὐκ ἔξεστιν, ἀλλὰ καὶ τὴν παρημεληκότα πικρῶς ἡ δίκη μετέρχεται. Ἑκάτερον οὖν τῶν ἱερῶν γραμμάτων B παράδειγμα τὴν δοκοῦσαν ἐναντίωσιν ἀποσκευάζεται· τὸ μὲν ἐκ τῆς τοῦ ἀνευθύνου καὶ ὑπευθύνου δηλονότι περιστάσεως, τὸ δὲ παρὰ τὴν θείαν ψῆφον καὶ τὸ ἀνθρώπινον ὅρμημα.

δ'. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τὴν ἐν ἄλλοις μάχην προφαίνοντα, τῶν περιστατικῶν ὀρθῶς διακριθέντων, εἰς συμφωνίαν μεθίσταται· ἄλλο δὲ γίνεται ποτὲ μὲν παρὰ τὸν τόπον, ἄλλο τε παρὰ τὸν χρόνον, ἐνίοτε δὲ καὶ παρὰ τὸ πρόσωπον. Ἔχει μὲν οὖν καὶ ὁ χρόνος διαφορὰς οὐκ ὀλίγας, πολὺ δὲ τὸ πρόσωπον πλείους· ἄρχοντα καὶ ἀρχόμενον· εἰσάγοντα, εἰσαγόμενον· τελειοῦντα, τελειούμενον· μαθητὴν, διδάσκαλον· καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἀναίτιον· καὶ κοινὴ πάλιν τοῦ προσώπου τομὴ, μεταβολὴ τούτου καὶ ὑπαλλαγή· ἄλλο C γὰρ εἶδος ἀποτελεῖται, τοῦ ἤθους μὲν μεταπίπτοντος, τοῦ προσώπου δὲ διαμένοντος· καὶ ἕτερον πάλιν ὅταν ἀνθ' ἑτέρου ἕτερον ὑποβάλληται· οἷον ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ, καὶ πάλιν ἀφεῖλεν αὐτὸν τῆς βασιλείας· « Ἔτι τρεῖς (9) ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται, » καὶ μένει χρόνον ἡ πόλις τῆς προθεσμίας ἐλεύθερος τοῦ πάθους ἀπείρατος· καὶ ἄλλα δὲ μυρία τῇ μεταβολῇ τῶν ἠθῶν τὸ πρόσωπον μεριζόμενα, τῶν λογισμῶν τὴν στάσιν καλεῖ πρὸς διάλυσιν. Τὸ δὲ τὸν Ἀαρὼν μὴ δοῦναι δίκην τῆς μοσχοποιίας, ὅτε τὸ ξίφος τοὺς μετεσχηκότας τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐδίκαζε, καὶ εἰς ἄλλας μὲν ἔστιν ἀναφέρειν αἰτίας, καὶ τὸ ἀντιπῖπτον ἐκεῖθεν συνάγειν εἰς τὸ ἀκόλουθον, ἀλλ' οὖν γε καὶ ἡ τῶν προσώπων ἑτερότης οὐ μικρὸν διαλύσασθαι τὴν ἐναντίωσιν, εἴ γε μάλιστα καὶ τὰ D ἄλλα περὶ αὐτό τε καὶ ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει τὴν πρόοδον· ἀλλὰ πολὺ μὲν καὶ πολλαχοῦ τῆς θείας Γραφῆς τὸ ποικίλον τῆς ἐν τῷ προσώπῳ περιστάσεως· καὶ πολλὰ παρὰ τὴν ἄγνοιαν ἢ κακουργίαν τοῦ θεωρήματος οὐκ ἔχοντα μάχην, ὡς μηδ' ἀποστροφὴν εὑρεῖν δεδυνημένα συμφωνίας, προτείνεται.

ε'. Ἐκ τῶν τοιούτων τοιγαροῦν ἀγνοημάτων ἢ κακουργημάτων καὶ τὸ « Μὴ ἔχετε ζώνην μήτε ὑποδήματα μήτε πήραν, « καὶ τὸ » Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν· » καὶ « Ὁ μὴ ἔχων πωλήσει

[a] IV Reg. II, 24. [b] III Reg. XX, 35. [c] Jonæ III, 4.

NOTÆ.

(9) Τρεῖς pro τεσσαράκοντα habes etiam apud Theodorum Mopsuestenum comm. in Jonam, et apud pseudo-Cyrillum comm. æque in Jonam; conciliationem quamdam legesis apud Augustinum, *De civ. D.* XVIII, 44.

τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἀγοράσει μάχαιραν,» ὡς ἐναντία A προβάλλονται καὶ μαχόμενα. Ἐγὼ δὲ οὔπω μὲν λέγω τὰ ἄλλα, ἀλλ' ἐκεῖνο, πῶς ἡ τῶν ῥητῶν ἐφεξῆς καὶ κατὰ συνέχειαν σύνθεσις οὐκ ἐδυσώπει φυγεῖν τὴν τῆς μάχης ὑπόληψιν, παραπέμπει δὲ μᾶλλον ἐλθεῖν ἐπὶ ζήτησιν καὶ τὸ βάθος ἀνιχνεύειν τοῦ προστάγματος; Ἅμα γὰρ καὶ ἐν τῷ ἀχαρεῖ μήτε λήθης ἐμπιπτούσης, μήτε γνώμης ἀστατούσης, οὐ μὴν οὐδὲ βίας ἰσχυούσης, ἀλλ' οὐδ' ἀκοῆς τὸ διάφορον ὑποβαλλομένης, πῶς ἐνῆν τὸν αὐτὸν τἀναντία ἐπισημαινόμενον νομοθετεῖν αἱρεῖσθαι ἃ καὶ φεύγειν προσέταττεν; Ἀλλ' εὐγνώμονος μὲν ἴσως ἂν εἴη λαβεῖν ἐντεῦθεν τῆς θεωρίας ὑπόθεσιν· τὸ δὲ καὶ ῥητῶς τὸν χρόνον ἀμείβειν καὶ τοῖς ῥᾳδιουργοῦσιν ἀντιστήσεται· ὅτι γάρ φησιν, «Ἀπέστειλα ὑμᾶς· — Νῦν δὲ λέγω ὑμῖν·» ἄλλῳ δὲ καὶ ἄλλῳ καιρῷ ἑτέραν καὶ ἑτέραν B ἐναρμόζειν ἐντολὴν, οὐ μόνον οὐδὲν ἄτοπον, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε μᾶλλον οἰκειότερον, ἢ εἴ τις τὰ αὐτὰ προστάττει, τοῦ κατὰ τὸν καιρὸν διαφόρου ἐξ ἀνάγκης ζητοῦντος διάφορα.

ϛʹ. Ἀλλὰ γὰρ οὕτω τῶν εἰρημένων διεσκευασμένων, τινὲς προκείμενον ἐπιλυόμενοί φασι τὸν κοινὸν Δεσπότην τοὺς μαθητὰς πάλαι μὲν παιδοτριβοῦντα, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀκτημοσύνης εἰσάγοντα στάδιον, μηδὲν αὐτοῖς τῶν προσύλων καὶ χαμαὶ καθέλκειν δυναμένων ἐπιτρέψαι συνεφέλκεσθαι, μηδ' ἂν εἴη οἷς ὁ ῥέων βίος οὗτος καὶ πρὸς τὴν φθορὰν ἐλαύνων συνέχεται· εἴωθε γὰρ πολλάκις καὶ μάλιστα τοῖς ἀτελεστέροις ἡ τῶν ἀναγκαίων μέριμνα, καὶ τῶν περιττῶν C καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν τὴν σπουδὴν κατ' ὀλίγον συνεπισύρεσθαι, καὶ πολλὴν τῇ ψυχῇ τὴν λύμην συγκατεργάζεσθαι. Διὰ τοῦτο, φασὶν, ὁ Σωτὴρ ἄρτι μυσταγωγουμένοις ἀπεῖπε τότε μηδὲν τοῖς μαθηταῖς τῶν γηΐνων καὶ σωματικῶν συνεφέλκεσθαι· ὕστερον δὲ τὸν ἀγῶνα διηνυκότας ἀνύβριστον, καὶ πεῖραν ὅσον ἔδει δόντας ἐν οἷς τοῦ σαρκικοῦ κατεφρόνησαν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ σωτηρίου πάθους λοιπὸν ἐστηκότος, μεθ' ὃ πολλῶν πειρασμῶν νιφάδες τοὺς ἀγωνιστὰς περιστοιχίζειν ἠφίεντο, καὶ χειμὼν ἀνυπόστατος διωγμῶν καὶ θλίψεων ὑπεδέχετο, διὰ ταῦτα τὴν τῶν μετρίων κτῆσιν καὶ ἃ συγκροτεῖ τὴν ζωὴν μὴ διαῤῥυῆναι, συγχωρεῖ. Τοῦ γὰρ τῆς φιλοχρηματίας πάθους τῶν ἀποστολικῶν ἠθῶν τε καὶ τρόπων ἐξ αὐτῆς κρηπῖδος ἀνατραπέντος, καὶ τοῦ διωγμοῦ σφοδρὸν καὶ ἀνυπόστατον πνέοντος, D ἐχρῆν τι παραμύθιον εἰς ἐφόδιον φέρειν τῆς πανταχόθεν ἐπηρεαζομένης ζωῆς· καὶ οὐδ' ἐν οὐδ' ὅλως θατέρᾳ τῆς ἐντολῆς ἡ ἑτέρα λυμαίνεται· ὥσπερ οὐδ' εἴ τις στρατιώτην μετὰ νίκας καὶ τρόπαια τῶν πολεμικῶν ἀγώνων τέως ἀπάγων δίδωσι πιεῖν καὶ ὅσα εἰρήνη χαρίζεται· ἢ εἴ τις εἰς διδασκάλου μὲν φοιτῶντα ἄλλαις συνασκεῖ μελέταις, τὸν ἔφηβον δὲ διεξιόντα βαθυτέροις νόμοις καὶ ὑψηλοτέραις ἐγγυμνάζει θεωρίαις· καὶ ποίμνιον μὲν ἄλλοις ἔθεσι καὶ θεσμοῖς εὐθηνεῖται, τὸν ποιμένα δὲ οὐχ ἡ αὐτὴ τοῦ βίου τρίβος κατευθύνει.

ζʹ. Ἀλλ' οὕτω μέν τινες εἰς συμφωνίαν τὰς ἐν τοῖς

A si quis non habet, vestimenta sua vendet gladiumque emet. » Ego vero, aliis interim omissis, illud rogo, cur non ea quæ ibi consequenter dicuntur, contextusque structura, suffecerint ad excludendam omnem repugnantiæ opinionem; imo vero non impulerint ad exquirendum altiusque vestigandum præcepti sensum arcanum? Nullo enim interjecto temporis spatio, neque subrepente oblivione, neque mentis inconstantia, neque vi aliqua ingruente, neque rumore quolibet rem diversam subjiciente, qui fieri poterat ut idem contraria approbans, eadem facere juberet, quæ cavere imperaverat? Imo hominis prudentis erit hinc sumere explicandæ rei argumentum. Illud etiam contradicentium levitati adversatur, quod diversa tempora diserte Servator B innuit; cum enim, inquit, « Misi vos; — Nunc autem dico vobis. » Jam quod diversis temporibus diversa præcepta congruant, non solum non est absurdum, verum etiam quandoque aptius, quam si quis eadem imperet, etiamsi diversitas temporis necessario diversam rem postulet.

6. Quæ cum ita se habeant, nonnulli ut propositam quæstionem solvant, aiunt communem Dominum discipulos olim erudientem atque in paupertatis curriculo exercentem, nulla eos re materiali atque humi deprimere solita sivisse abripi, ne illis forte fluxus hic mundus, qui ad interitum ducit, adhæreret. Solet enim sæpenumero, præcipue imperfectioribus, victus necessarii cura, rerum quoque superfluarum quasque usus non postulat C paulatim studium ingerere, multumque animæ detrimentum afferre. Propterea, dicunt, Servator nuper initiatis discipulis interdicebat, quominus terrenis rebus corporeisque distraherentur. Deinde autem agone jam honorifice peracto, documentoque satis edito quantopere carnalia spernerent, Dominica insuper passione instante, postquam tentationibus innumeris athletæ propemodum obruendi erant, atque intolerabili persecutionum angustiarumque procellæ objiciendi; idcirco modicæ rei familiaris possessum concedit, quo scilicet vita sustentaretur. Namque avaritiæ vitio ex apostolicis moribus vitaque funditus everso, persecutione autem vehementer atque intolerandum in modum D flante, æquum erat solamen aliquod ac tanquam viaticum circumferre vitæ quaquaversus calamitatibus appetitæ. Neque alterutrum præceptum ab altero prorsus læditur. Veluti si quis militem post victorias atque tropæa bellicis certaminibus aliquandiu subducens, potu recrearet vel cæteris quæ pace suppeditantur. Vel si quis puerum dum in ludo magistri versatur certis quibusdam imbueret rudimentis, tum vero in ephebos productum gravioribus institutis celsioribusque doctrinis exerceret. Denique qui grex est, aliis ritibus atque præscriptis bene se habet; qui autem pastoris munere fungitur, non eadem vitæ semita commode utitur.

7. Sic ergo nonnulli Scripturarum varias senten-

tias ad concordiam trahunt. Aliis vero quædam aliæ, præter prædictas, solutiones haud minus placent. Aiunt igitur, quo tempore discipuli primum erudiebantur ac tyronum ordinem tenebant, opus fuisse ut nulli alii rei partem tribuere cogitationum permitterentur; ut nimirum ad ediscendam exercendamque Servatoris doctrinam tota mente vacarent: præsertim quia magister ipse aderat, suppeditabatque ex tempore non solum ea sine quibus vita ruit, verum etiam manus eorum ita implebat, ut illaboratas epulas multis turbis impertiri possent. Sed enim cum jam ipsi imperfectorum rudimenta excessissent, atque a statu perfecto prope abessent, magister autem præsentiam suam voluntaria salutarique nece paulo post ipsis erepturus esset; tum etiam prædicationem iisdem commissurus, atque ad magistrorum pastorumque prærogativam promoturus; tunc eos admonuit, minime esse vetitum quominus necessarium vitæ viaticum secum ferrent: qui mos eo tempore inceptus, curæ quoque asseclis impendendæ ortum dedit; id quod ex ipsis rebus deinde gestis cognoscere licet. Namque ante pedes apostolorum pretia domorum agrorumque allata ponebant: vicissimque singulis id quod usui esset suppeditabatur.

8. Insuper aliud quoque præclare considerandum exhibent. Creator ipse omnium rerum et conservator, dum omni cura terrestri discipulos possessuque arcebat, marsupium tamen habebat, et qui aliquid injicerent non respuebat. Quare hoc quoque præcepto haud prorsus opibus interdicit, sed ne his simus obnoxii ac dediti: nam et ipse, ut diximus, non habendo habebat: nempe egentium tantummodo causa, et ob eorum solandas angustias, atque ad necessitatis depulsionem quamdam atque medelam. Sicuti ergo minime repugnabat, ipsum ferre loculos, illis simul interdicere quominus quidquam retinerent; ita non est contrarium, olim quidem eos ad asperum paupertatis arduumque culmen contendisse; postea vero modica rei necessariæ possessione multis se sollicitudinibus expedivisse, ac summarum angustiarum solamen obtinuisse. Sed præter hæc, imo vero in primis, cum videris, aiunt, paupertatis præmium divitias, tum demum cogitando clarius intelliges non esse hæc invicem peremptoria, neque pugnare mandatum non possidendi cum illo quod ejus rei copiam facit: dummodo prius illud de homine pecunia perturbari solito dictum putes; possessio autem rei familiaris vacuum te perturbatione relinquat. Quomodo enim mentis liberalitas et paupertatis sublime studium multiplicem opum mirabilemque copiam pareret ac germinaret, si forte confligerent inter se justa possessio et paupertatis doctrina? Quinam vero est hujus rei testis? quis adeo sermonis auctor? nimirum ipse communis hominum Servator ac Dominus, qui propria omnia propter eum deserentes, centuplicem fructum relaturos denuntiavit: neque hactenus præmium circum-

A ῥητοῖς συνάγουσι διανοίας· οἱ δὲ τὰ μὲν ἄλλα τῶν προτεθειμένων οὐκ ἔλαττον ἀγαπῶσι· φασὶ δὲ τῶν μαθητῶν πρότερον μὲν εἰσαγομένων καὶ τελειουμένων τάξιν ἐπεχόντων, ἀναγκαῖον εἶναι περὶ μηδὲν ἄλλο τοὺς λογισμοὺς μερίζεσθαι ἐπιτρέπειν, ὅλον δὲ τὸν νοῦν πρὸς τὴν μάθησιν τῶν σωτηρίων καὶ μεταχείρισιν ἐπεστράφθαι· ἄλλως τε καὶ τοῦ διδασκάλου παρόντος καὶ παρέχοντος αὐτοσχεδίως οὐχ ὅσα μόνον ἡ φύσις οὐκ ἔχουσα λύσιν ἔχει, ἀλλὰ καὶ χεῖρας πολλοῖς πλήθεσι τροφὴν ἀγεώργητον ὑπηρετουμένας. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοὶ μὲν τὴν τῶν ἀτελῶν ὑπερανέδραμον παιδαγωγίαν, ἐγγυτέρω δ' ἐγένοντο τοῦ τελείου, αὐτὸς δὲ ἤδη τῷ ἑκουσίῳ καὶ σωτηρίῳ θανάτῳ τῆς σωματικῆς αὐτοὺς ἀποστερεῖν ἐπλησίαζε παρουσίας, καὶ πρός γε τὸ κήρυγμα αὐτοῖς ἐγχειρίζειν,
B καὶ εἰς διδασκάλων καὶ ποιμένων προνόμιον ἀναβιβάζειν, ἀκώλυτον αὐτοῖς τότε τὰ ἀναγκαῖα τῆς ζωῆς ἐφόδια φέρειν ἀποφαίνει· ὅπερ, ἐκεῖθεν φὺν τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν τῶν διδασκομένων πρόνοιαν ἐκαρποφόρει, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ἔστι τοῖς ἔργοις προϊὸν ἰδεῖν· καὶ γὰρ παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων τὰς τιμὰς τῶν οἰκιῶν καὶ τῶν ἀγρῶν φέροντες ἐτίθουν, καὶ ἐδίδοτο ἑκάστῳ καθ' ὃ ἄν τις χρείαν εἶχεν.

η'. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο καλῶς ἐπιθεωρεῖν ὑποτίθενται. Αὐτὸς ὁ Δημιουργὸς καὶ συνοχεὺς τοῦ παντὸς, ὅτε συμπάσης ἀπῆγε τοὺς μαθητὰς περιπαθείας προσύλου καὶ κτήσεως, γλωσσόκομον εἶχε καὶ τοὺς
C βάλλοντας ἀπεδέχετο· ὥστε οὐ τὸ μὴ κεκτῆσθαι ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ μὴ τούτοις ἔχεσθαι καὶ προσηλῶσθαι, καὶ διὰ τῆς ἐντολῆς ταύτης κωλύει· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς, ὥσπερ ἔφημεν, εἶχεν οὐκ ἔχων· ἕνεκεν γὰρ τῶν δεομένων, καὶ παραμύθιον τῶν ἀπορουμένων, καὶ τῆς ἀνάγκης ἀποστροφήν τινα καὶ λύσιν. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἐναντίον αὐτὸν μὲν γλωσσόκομον φέρειν, ἐκείνους δὲ μηδὲν συνεπιφέρειν ὅλως ἀπαγορεύειν, οὕτως οὐκ ἔστιν ἐναντίον οὐδὲ πάλαι μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸ τῆς ἀκτημοσύνης τραχύ τε καὶ δυσπρόσοδον ἀνατρέχειν, ὕστερον δὲ καὶ τῇ συμμέτρῳ τῶν ἀναγκαίων κτήσει τῶν πολλῶν ἀνίεσθαι πόνων, καὶ τῆς ἐσχάτης ἔχειν παραμύθιον στενοχωρίας. Ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τούτοις, μᾶλλον δὲ πρὸ τῶν εἰρημένων, ὅταν ἴδῃς, φασὶ, τῆς ἀκτημοσύνης ἆθλον τὸν πλοῦ-
D τον, σαφέστερον ἂν ἐπιστήσας συνήσῃ ὡς οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικὰ, οὐδὲ διαμάχεται ἡ ἐντολὴ τοῦ μὴ κεκτῆσθαι πρὸς τὴν ἐπιτρέπουσαν κεκτῆσθαι, ἂν τὸ μὲν συνάπτῃς δηλονότι τῷ ἐμπαθεῖ, ἡ κτῆσις δέ σοι τοῦ πάθους ἐλεύθερον. Πῶς γὰρ ἂν τὸ ἀφιλάργυρον τῆς γνώμης καὶ τὸ τῆς ἀκτημοσύνης ἀνυπέρβλητον εἰς τὸ πολλαπλάσιον καὶ θαυμασιώτερον ἐβλάστανεν ἂν, καὶ ἐκαρποφόρει τῆς περιουσίας τὸ ἄφθονον, εἰ διὰ μάχης ἀλλήλοις ἡ δικαία κτῆσις καὶ ὁ τῆς ἀκτημοσύνης λόγος προΐεσαν; Καὶ τίς μάρτυς; τίς δὲ παραστάτης τοῦ λόγου; Αὐτὸς ὁ κοινὸς τοῦ γένους Σωτὴρ καὶ Δεσπότης, ὃς τοῖς δι' αὐτὸν λιποῦσι πάντα τὰ αὐτῶν ἑκατονταπλασίονα λήψεσθαι ἐπηγγείλατο· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων τὸ ἔπαθλον περιέγραψεν, ἀλλ' ἔτι πρὸς τὸ μεῖζον, καὶ

οὐδ' ὅσον ἔστιν εἰπεῖν μεῖζον, ἐξαίρει καὶ ὑπερτίθησι· τὴν γὰρ τῶν οὐρανῶν βασιλείαν κλῆρον αὐτοῖς ἐπιφέρει.

θ'. Τοιαῦτα μὲν οὖν καὶ οἱ μετὰ τοὺς πρώτους συμφωνεῖν ἀλλήλοις τὰ ἱερὰ κατασκευάζοντες λόγια· καὶ δῆλον ὡς ἑκατέρα μοῖρα διὰ τῆς κατὰ τὸ πρόσωπον περιστάσεως ἑλκύσαι τὴν λύσιν ἐνεδυναμώθη τοῦ ἀπορήματος· ἕτεραι δὲ παρ' ὅσον ἐπήλθομεν δόξαι ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν ἐγγὺς ἐκείναις ἀφορμῶν ἔσχον τὴν κίνησιν· οὔτε δὲ ταῖς προλαβούσαις οὔτε πρὸς ἀλλήλοις τὰ αὐτὰ διασώζουσι τέλη· ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς τῶν προσώπων ἑτερότητος, καὶ αὐταῖς τὸ ἄπορον λύεται. Λέγουσι δὲ τὴν μὲν προτέραν ἐντολήν, ἥτις τὸν τῆς ἀκτημοσύνης εἰσέφερε νόμον, πρὸς τοὺς μαθητὰς ὡς ἀληθῶς εἰρῆσθαι, κἀκείνοις ἐφαρμόζειν μόνοις, καὶ ὅσοις τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔντονον καὶ παραπλήσιον ἄλυτον διὰ βίου μένει· τὴν δὲ δευτέραν οὐδὲν μὲν παρακινεῖν τοῦ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης τοῖς ἀθληταῖς δεδομένου νόμου, πρόσωπον δὲ ὑποβάλλειν μὲν τῶν μαθητῶν, εἰς ἑτέρους δὲ τὴν ἀναφορὰν ἔχειν. Ἀλλ' ἑκατέρᾳ μὴν δόξῃ τὰ κοινὰ μέχρι τούτου· σχίζεται δὲ τὸ λοιπὸν θατέρας ἡ ἑτέρα· καὶ ἡ μὲν πρόσωπον ὑποτιθεμένη ὅσον πολιτικόν τε καὶ τοῦ μιγάδος οὐδὲν ἀνέχει, ἅτε δὴ πρὸς μείζονα φιλοσοφίαν δυσανάγωγόν τε καὶ δυσήνιον· τούτοις δὲ ἄρα ὑπαγορεύει διοικονομεῖσθαι καὶ τὴν τῶν μετρίων κτῆσιν, καὶ τῆς τοὺς μαθητὰς ἀθλοθετούσης νομοθεσίας ἐλευθέρους τούτους ἀφίησιν· ἡ δὲ τοὺς Ἰουδαίους τῶν μαθητῶν ἀντεισάγουσα προφητείαν εἶναι τῆς δευτέρας τὰ ῥήματα διατίθεται κατὰ παντὸς τοῦ γένους, ἥτις καὶ πρὸς ἔργον ἐκβέβηκεν, Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου εἰς πολιορκίαν τῆς Ἱεροσολύμων πόλεως καταστάντων, οἳ, καὶ ταύτην πολέμου νόμῳ παραστησάμενοι, μαχαίρας ἔργον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐπέδειξαν. Τότε γὰρ δὴ τότε οἷς μὲν ἡ κτῆσις ἔπιπλά τε καὶ ὅσα ἄλλα κομίσαι ῥᾴδια, ταῦτα φέροντες εἰς τὰς ἐπέκεινα τῆς Ἰουδαίας πόλεις τῆς οἰκείας ἀπέτρεχον μητροπόλεως· οἱ δ' ἄλλως πλούτῳ βαρυνόμενοι, ἢ καί τισιν ἑτέροις τρόποις ἐνεσχημένοι, οὗτοι δὴ τῇ πόλει μένειν ἐξαπαιτούμενοι, ξίφη καὶ μαχαίρας καὶ τὰς ἄλλας πολεμικὰς πανοπλίας ἐξωνεῖσθαι συνηλαύνοντο, τοῦ πολέμου πρὸς τὴν πρᾶξιν καὶ μὴ βουλομένους ἐπαναγκάζοντος· καὶ τοῦτο δὴ τοῦτο εἶναι ὃ τὸ δεσποτικὸν προαπεθέσπισε στόμα· « Νῦν δὲ ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν· ὁ δὲ μὴ ἔχων πωλήσει τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀγοράσει μάχαιραν· » τοῦτο δὲ ἄρα καὶ χρησμοῖς ἄνωθεν προδηλοῦσθαι· « Συγκόψατε τὰ ἄροτρα ὑμῶν εἰς ῥομφαίας, καὶ τὰ δρέπανα εἰς σειρομάστας, » τοῦ θείου προκαταγγέλλοντος. Οὕτως οὖν φασιν, οὐδαμῶς μάχεσθαι τὸ μὴ ἔχειν ζώνην μήτε ὑποδήματα μήτε πήραν, πρὸς τὸ « Νῦν δὲ ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν· ὁ δὲ μὴ ἔχων πωλήσει τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγοράσει μάχαιραν. »

ι'. Ἀλλά γε τοῖς οὕτω τὴν ἀπορίαν ἐπιλυομένοις ἀντιπεσεῖται μὲν ἴσως αὐτὰ τὰ δεσποτικὰ ῥήματα· « Ὅταν γὰρ ἀπέστειλα ὑμᾶς, » φησί. Καί, « Νῦν δὲ

A scripsit, sed magis extulit et cumulavit, ita ut nihil majus dici queat: regni videlicet cœlestis hæreditatem illis adjecit.

9. Hæc aiunt qui post illos priores dant operam, ut sacra oracula inter se consonent. Et sane exploratum est partem utramque a personæ circumstantia ad conciliandam dubii solutionem vires colligere. Cæteræ vero, quantum novimus, sententiæ ex iisdem fere principiis manant; neque tamen sive cum prioribus sive ipsæ secum ad finem usque consentiunt. Nam et ipsæ quidem a personarum diversitate quæstionem solvunt: cæteroqui prius præceptum, quod paupertatis legem sanciebat, discipulis revera aiunt traditum, hisque solis con- B gruere, nec non iis hominibus qui religiosi instituti parem severitatem insolubiliter per omnem vitam amplexi sunt. Altero autem mandato haud infirmari aiunt latam perfectioribus illis paupertatis legem; idque personam quidem prætendere discipulorum, verumtamen alios homines reapse spectare. Hactenus sententiæ utrique commune aliquid inest. Deinde in diversa abeunt: etenim altera personam proponit ab omni quidem re politica ac populari abhorrentem, cæteroqui sublimioris vitæ haud capacem neque patientem: his, inquam, hominibus modicum rei familiaris possessum attribuit, eosdemque legis ejus, quæ discipulis coronata certamina indicit, immunes esse sinit. Altera vero sententia Judæos discipulorum loco ponens, in poste- C rioris mandati verbis vaticinium contra universam gentem contineri ait: quod sane exitum nactum est, cum Vespasianus ac Titus Hierosolyma urbem obsidione cinxerunt; qui post hanc belli jure subactam, Judæos gladiis consumendos tradiderunt. Tunc enim quorum possessio supellex erat et quidquid facile asportari poterat, id in alias extra Judæam urbes ferentes, a sua metropoli diffugiebant: dum alii interim divitiis gravati, aut quolibet modo detenti, dum urbanæ stationis tenaces sunt, mucrones et enses atque alia arma bellica coemere festinabant, bello ad id invitos urgente. Atque hanc rem nimirum Dominico ore prædici; nunc vero qui habet crumenam, sumat pariter et peram: quas si D quis non habet, divenditis vestimentis gladium acquiret. Id ipsum antiquioribus quoque oraculis significatum fuerat, propheta dicente: « Aratra vestra in gladios, et falces in lanceas concidite[7]. » Sic igitur verba: « Ne habeatis zonam neque calceamenta neque peram, » negant pugnare cum his. « Nunc qui habet crumenam, sumat pariter et peram: qui vero non habet, vestimenta sua vendet, gladiumque coemet. »

10. Sed enim his qui hac ratione controversiam dirimunt, ipsa fortasse Dominica verba contradicunt: « Cum misi vos, » inquit. « Nunc autem dico

[7] Joel. III, 10.

vobis; » non aliis sed vobis ipsis, quos antea prædicatum misi. Quare locus recipiendæ personarum mutationi nullus est. Imo vero quid consentaneum, vel quem nexum habent verba: « Nunc qui habet crumenam, sumat pariter et peram, » cum paupertatis mandato? Cur enim pauper crumenam haberet? Jam ipsa peræ cum crumena assumptio, quodnam, quæso, Judaici exitii vaticinium innuit? Sane hæc opinionum indagatio si libero judicio fiat, prædictarum quoque sententiarum nonnullis obstabit, neque sinet indubiam solutionem evadere. Namque olim interdixisse discipulis, deinde concessisse, opes; his, inquam, mandatis qui fieri potest ut accommodetur dictum illud: « Nunc qui habet crumenam, sumat et peram? » rursusque illud: « qui autem non habet, divenditis vestibus gladium emet? » Neque vero, si vel hæc concedantur, idcirco apparet prioris mandati apud eos qui acceperant observantia: alioqui nullus crumenæ locus esset. Posterius autem mandatum non tam possidendi copiam facit, quam superioris violationem coarguit. Quæ cum ita se habeant, nihilominus sacros illos interpretes propter sua priora tentamina piumque animum divinis præconiis efferre decet. Opum quippe hermeneuticarum initium inde traxerunt ii, qui illos consecuti sunt, interpretes, seminibus nimirum acceptis ac solutionum accuratiorum primitiis. Idque magis illis patrum jus erga nos asserit, nosque omnis observantiæ debitores demonstrat, quod nimirum acribus eorum conatibus ac laboribus, nunc demum ad apicem videre licet sacrarum Litterarum interpretationem provectam, nec cuipiam inscitiæ aut dubitationis ansam jam esse relictam.

11. Quod si forte aliquis sancti Spiritus instinctu dicat, prædictas offensiones declinandi causa, plerasque earum quæ in divina Scriptura videntur contradictiones, inscitia malitiave eorum fieri qui textus illos oppugnant; id, inquam, recte admodum justeque dicetur. Etenim partim haud considerant circumstantias quibus repugnantiæ auferuntur, partim vero improbitate sua difficultatem exaggerant. Attamen personarum circumstantia haud magnopere præsenti argumento prodest, sed ipsarum potius sacrarum litterarum diligens consideratio, inscitiæ sordes puritate sui sensus hinc ejiciet. Sequere me igitur cogitatione tua, meamque operam comitare. Primo quidem Dominus haud jubet discipulos crumenam gerere, verum eos qui hanc haberent, peram quoque simul ferre sinit. Qui, quæso, hæc inter se dissonant, vel quomodo sibi adversantur? in discipulorum numero habere ac prædicare eos qui paupertatis mandatum curant; violatoribus autem indulgere, atque ejus rei præceptum antiquare. Etenim infirmæ menti severitas regulæ inutilis est; et qui superiore vita neglectum legis præ se tulit, is inhibet ulteriorem legislatoris providentiam. Conceditur ergo, ut diximus, habentibus crumenam etiam pera; vel potius futu-

A λέγω ὑμῖν· » οὐχ ἄλλοις ἀλλ' ὑμῖν αὐτοῖς, οὓς καὶ κηρύσσειν ἀπέστειλα· ὥστε νῦν ἡ τῶν προσώπων ὑπαλλαγὴ οὐδεμίαν εὑρίσκει χώραν ἀποδοχῆς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τίνα λόγον, ποῖον δὲ συνδιασώσει εἱρμὸν τὸ, « Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω καὶ πήραν, » πρὸς τὴν τῆς ἀκτημοσύνης ἐντολήν; Πῶς γὰρ ἂν ὁ ἀκτήμων βαλάντιον ἔχοι; Τίνα δὲ προφητείαν τὸ προσλαβεῖν τῷ βαλαντίῳ καὶ πήραν τῆς τῶν Ἰουδαίων ὑπογράφει καταστροφῆς; Ἀλλ' ἡ τοιαύτη μὲν ἔρευνα τῶν λογισμῶν ἀδεκάστῳ κρίσει καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀποδεδομένων λόγων ἐνίοις τισὶ διανοίαις ἐμποδὼν ἂν σταίη, καὶ οὐκ ἂν συγχωρήσειε τὴν λύσιν ἀναμφισβήτητον προελθεῖν· τὸ γὰρ πάλαι μὲν τοῖς μαθηταῖς ἀποκωλῦσαι, ὕστερον δ' ἐπιτρέψαι τὴν κτῆσιν· ταύταις δὲ ταῖς ἐντολαῖς πῶς ἂν B ἐφελκυσθείη συναρμόσαι τὸ, « Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω καὶ πήραν; » καὶ τὸ, « Ὁ δὲ μὴ ἔχων πωλήσει τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγοράσει μάχαιραν; » Οὔτε γὰρ εἰ ταῦτα δοθείη, τῆς προτέρας ἐντολῆς οὐδαμῶς ἐπιγινώσκεται τοῖς λαβοῦσιν ἡ φυλακή· οὐ γὰρ ἂν χώραν εἶχε τὸ βαλάντιον. Καὶ ἡ δευτέρα δὲ οὐχ ἐπιτροπὴν εἰσάγει μᾶλλον τοῦ κτήσασθαι, ἀλλ' ἔλεγχον τοῦ μὴ φυλάξαι τὰ πρότερα· ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν ἱεροὺς ἐκείνους ἄνδρας ἄγειν τε χρεὼν καὶ θειάζειν τῆς τε πρώτης ἐπιβολῆς καὶ τῆς εὐσεβούσης γνώμης· καὶ ὅτι τὴν ἀρχὴν τῆς εὐπορίας ἐκεῖθεν οἱ μετ' αὐτοὺς ἀνεδέξαντο, σπέρματα λαβόντες καὶ ἀπαρχὰς ἀκριβεστέρων ἐπιλύσεων καὶ τό γε πατέρας αὐτοὺς μᾶλλον ἡμῖν ἐπιγράφων, καὶ C τροφείων ἡμᾶς ἀποφαῖνον χρεώστας, ὅτι ταῖς συντόνοις αὐτῶν ἐπιβολαῖς καὶ φιλοπονίαις, εἰς ἄκρον ἔστιν ἰδεῖν τὰ πλεῖστα τῶν ἱερῶν γραμμάτων τὴν ἐργασίαν ἀπειληφότα, καὶ μηδεμίαν ἀγνοίας ἢ ἀμφισβητήσεώς τισι καταλελοιπότα πρόφασιν.

ια'. Φαίη δ' ἄν τις ἴσως ὁδηγῷ τῷ Πνεύματι χρώμενος, ὥστε καὶ τὰς εἰρημένας λαβὰς ἐκφυγεῖν, ὡς τὸ μὲν πολλὰ τῶν φαινομένων ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ μάχεσθαι παρὰ τὴν ἄγνοιαν ἢ τὴν κακουργίαν τῶν τοῖς ῥητοῖς ἐπιβαλλόντων, ὀρθῶς τε καὶ δικαίως εἴρηται· οἱ μὲν γὰρ οὐ συνορῶντες τὰ περιστατικὰ δι' ὧν τὰ μαχόμενα λύεται· οἱ δὲ κακομηχανοῦντες τὴν ἀπορίαν κρατύνουσι· πλὴν ἀλλά γε νῦν ἡ ἀπὸ τοῦ προσώπου περίστασις οὐδὲν μέγα τῇ παρούσῃ θεωρίᾳ συμβάλλεται, αὐτῶν δὲ μᾶλλον τῶν ἱερῶν D γραμμάτων ἡ ἀκριβὴς συνεξέτασις ἐξ ἑαυτῶν διασκεδάζεται ἐπιθολοῦσαν ἄγνοιαν τῇ καθαρότητι τοῦ νοήματος. Καί μοι συνδιασκόπει τοῖς λογισμοῖς καὶ συνακολούθει τῷ ἐγχειρήματι. Πρῶτον μὲν ὁ Δεσπότης οὐκ ἐπιτάττει τοὺς μαθητὰς βαλάντιον αἴρειν, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας, καὶ πήραν συνεπιφέρειν ἀφίησι. Ποῦ τοίνυν ταῦτα ἀσύμφωνα, καὶ πῶς ἂν ἀλλήλοις μάχοιτο; μαθητὰς μὲν ποιεῖν καὶ δεικνύναι τῆς ἀκτημοσύνης νομοφύλακας, τοὺς ἠθετηκότας δὲ συγχωρεῖν, κἀπὶ τῶν ὁμοίων λύειν τὸ πρόσταγμα· ἀῤῥωστήματι γὰρ γνώμης κανὼν ἀκριβείας ἀσύμφορον· καὶ ὁ δοὺς τοῖς προλαβοῦσι τῆς ὀλιγωρίας τὸν ἔλεγχον, αὐτὸς ἀναχαιτίζει τοῦ νομοθέτου τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι πρόνοιαν. Συγχωρεῖται μὲν οὖν, ὡς ἔφημεν, τοῖς κτησαμένοις τὸ βαλάντιον καὶ ἡ

πήρα· ἢ, εἰ βούλει, προαναφωνεῖται τῆς ἐσομένης πολιτείας τοῖς μὴ τὰ φθάσαντα συντηρήσασιν ὁ τρόπος· ἐναντίον δὲ τῇ ἐντολῇ, δι' ἧς οἱ τελειωθέντες τὴν ἀκτημοσύνην κατώρθωσαν, οὐδαμῶς ἂν τοῦτο συνορωθείη. Ὁρᾷς πῶς ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως καθαρῶς ἡ λύσις προέρχεται, μηδὲν ἐργῶδες μηδὲ περινενοημένον παρέχουσα· « Ἀλλὰ νῦν, φησὶν, ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν. »

ιβ'. Δύο τάξεις νῦν, ὃ καὶ ἐπὶ πάσης ἄλλης ἔστιν εὑρεῖν ἐντολῆς, συνορῶνται· οἱ μὲν κατορθοῦσιν, οἱ δὲ τὸ πρόσταγμα παραβαίνουσι· τοῖς μὲν κατωρθωκόσι καὶ τῶν μειζόνων ὁ πόνος πιστεύεται, τοῖς δ' ἐῤῥᾳθυμηκόσι, οὐδὲν ἄλλο βάρος ἐπιτίθεται· ἀλλὰ καὶ συγχωρεῖται τὸ φθάσαν, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἐξ ἀπογνώσεως ἀπολέσωσι. Ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς μηδὲν κεκτῆσθαι· οὐδὲν αὐτοῖς τῶν ἀναγκαίων ἐπιλέλοιπεν, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα· οὐχ εὗρον ἀφορμὴν οὐδεμίαν οὐδ' αἰτίαν πλάσαι παραβάσεως· καὶ μάρτυρες αὐτοὶ τοῦ μηδενὸς ἐν ἐνδείᾳ νομοφυλακοῦντες καταστῆναι. « Μήτινος γὰρ, » φησὶν, « ὑστερήσατε; » οἱ δὲ « Οὐδενός. » Ἐπεὶ οὖν ὁμοτίμως μὲν ἡ ἐντολὴ ἐδόθη, ὁμοτίμως δὲ τὸ τῆς χρείας ἄφθονον ὑπῆρχεν· ἀλλ' οἱ μὲν, οὐ δέον συνεπιφέρειν, βαλάντιον εἶχον· οἱ δὲ τῆς ἐντολῆς ἦσαν· τοὺς μὲν ὑπεριδόντας τὸ πρόσταγμα, ἅμα μὲν ἐλέγχων, ἅμα δὲ ἀφιεὶς φέρεσθαι τῇ γνώμῃ, καὶ οὐ συγκλείων εἰς βίαν· ἅμα δὲ εἰ βούλει καὶ προαναφωνῶν αὐτοῖς τῆς πολιτείας τὸ μέλλον, « Ὁ ἔχων, φησὶ, βαλάντιον, ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν. » Προανεκήρυξε γὰρ ὁ παραβὰς οἷς ἔφθασε πράξας, καὶ τῆς ἐντολῆς ἀλογήσας, οἵαν καὶ περὶ τοῦ συστοίχων τὴν ἐν τῷ μέλλοντι διάθεσιν δείξει· τοῖς δὲ καθαρῶς ἀσπασαμένοις τὸ πρόσταγμα, τῆς γνώμης αὐτῶν ἀποδεξάμενος τὸ στεῤῥὸν, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν κατορθωμάτων ἐν ἀγῶνος μοίρᾳ χαρίζεται καὶ πρὸς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἄκρον οἷς εἰσάγει ἀναφέρει.

ιγ'. Διό φησι πρὸς ἑκατέρους τοῦ λόγου σχιζομένου· Νῦν δὲ ὅτε μάλιστα τὸ πάθος ἥκει τὸ ἐμὸν, καὶ ὁ καθ' ὑμῶν ἐπὶ μέγα κρατύνεται πόλεμος, καὶ πολλῶν ἔλεγχον δώσουσι λογισμοί· οἷς μὲν ὁ τῆς ἐντολῆς λόγος οὐδ' οὕτω χαλεπὸς ὢν οὐκ ἐφυλάχθη, τούτοις ἀκολουθήσει μετὰ τοῦ βαλαντίου καὶ ἡ περιποίησις τῆς πήρας· οἷς δ' ἀνωτέρω γενέσθαι τῆς ἀθετήσεως διεπονήθη, οὗτοι καὶ τὸ τέλος οἰκεῖον τῶν προηγωνισμένων ἐπιθήσουσι· καὶ τοὺς μὲν τῆς ἄκρας φιλοσοφίας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἀκτησίας κατενηνεγμένους, ἡ τῶν πολλῶν μέριμνα καὶ ἡ φροντὶς ὑποδέξεται· οἷς μετὰ τοῦ βαλαντίου καὶ ἡ πήρα, καὶ ὅσα ἂν τὸ εὐπερίστατον ἐπιτάττῃ τοῦ βίου, οὐ διαλείψει δι' ὄχλου γινόμενα· τοῖς δέ γε τηρήσασιν ἐν σπουδῇ καὶ πόνοις τὸ ἀγώνισμα. Ἐπεὶ τοῦτο, φησὶν, ὑμῖν ὀρθῶς τε καὶ ἐπιμελῶς διαπέπρακται, καὶ τὸ τῆς ἀκτημοσύνης ἄλθον ὥσπερ ἀῤῥαγῆ κρηπῖδα τῶν μελλόντων ἀγώνων ἐπήξατε, λείπεται δὲ παρεσκευασμένους ἔτι μᾶλλον καὶ ἑτοίμους ὑμᾶς εἶναι νῦν ἢ πρότερον πρὸς τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ θάνατον· ἤδη γὰρ κἀγὼ τὸν ὑπὲρ τοῦ κόσμου ὑπέρχομαι. Εὖ δὲ ποιοῦντες προαπέθεσθε μὲν πάντα τὰ τοῦ βίου· οὐδὲν δ' ὑμῖν ἐπισύρεται τῶν μεθέλκειν δυναμένων ἀπὸ τοῦ μὴ

A rum vitæ genus eorum, qui priora mandata minime observaverunt, prædicitur. Verum id profecto haud contrarium apparet mandato illi, cui perfecti discipuli obsequentes, paupertatem sedulo retinuerunt. Viden' ut ex ipsa locutione perspicue solutio fluat, sine ullo vel labore vel subtili excogitatione: « Nunc vero qui habet crumenam, sumat pariter et peram! »

12. Duos hic hominum ordines (ut in alio quovis jusso deprehendere licet) videmus: alii scilicet mandatum curant, alii violant: recte agentibus majoris quoque molis labor concreditur; socordibus nullum insuper pondus adjicitur, imo et illud prius remittitur, ne omnia desperatione pessumdent. Mandavit discipulis nihil ut possiderent: B nihil iis necessarium, sive id parvum esset sive magnum, defuit; nullam occasionem causamve confingere potuerunt, cur obedientiam abjicerent. Quin ipsi testati sunt nulla se egestate laboravisse dum ei præcepto obsequerentur. « Nunquid, » ait, « vobis defuit? » responderunt, « Nihil. » Quandoquidem igitur commune mandatum erat, communis quoque fuit victus copia. Verumtamen alii contra officium crumenam habuerunt, alii mandato adhæserunt. Quare mandati violatores simul reprehendit, et simul suo quemque permittit arbitrio ferri, nullaque vi cogit. Simul autem, si ita placet, prædicens illis futuram ipsorum vitam: « Qui habet, ait, crumenam, sumat pariter et peram. » Nam qui C antea deliquit, mandato contempto, is satis portendit qualem postero quoque tempore in re simili animum gesturus sit. Contra eorum, qui accurate rem imperatam fecerunt, constans ingenium probans, summam quoque perfectionem in agonis partem largitur, eosque ad religiosæ vitæ culmen monitis suis subvehit.

13. Quamobrem ait utrique ordini, bipartito sermone: Nunc cum maxime passio mea appropinquat, bellumque magnum contra vos ingravescit, multorum denique revelabuntur cogitationes. Etenim illos, a quibus superius mandatum, licet non ita arduum, violatum fuit, eos, inquam, post crumenam consequetur peræ quoque adjectio: contra illi, quibus curæ fuit ut ab inobedientia caverent, D coronidem quoque idoneam prioribus actibus imponent. Hinc eos qui a sublimi philosophia ideoque etiam a paupertatis laude exciderunt, multarum rerum sollicitudo et cura excipiet: eosdemque præter crumenam et peram, cætera etiam, quæ vitæ lautitia exigit, turmatim circumsistent. At vero illis qui sedulo et fortiter in proposito opere perseveraverunt, quoniam hoc, inquit, recte et diligenter a vobis peractum certamen est, ac paupertatis laborem ceu immobilem futurorum agonum columnam constituistis, superest ut nunc apprime morti pro me obeundæ parati sitis: nam et ego necem pro mundo mox subiturus sum. Bene autem est, quod antea mundana omnia abjecistis: nihil ut vos pelliciat eorum, quæ impedire possent, quomi-

nus lætabundi ad summam rei veniatis, nempe ad A cædem mei causa patiendam. Pronum oppido vobis erit alacribus fieri, atque extremum amiculum tradere, et mei gratia mortem cum vita commutare. Id enim commodissime omnium prædicta verba significant, crumenam non habere, vestimenti venditio, gladius : veluti ne novissimo quidem amiculo perfectus paupertatis assecla parsurus sit, verum illud quoque cessurus, dum expedite currit ad gladium. Hinc non ait *vendat* aut *emat ;* sed *vendet* et *emet :* quibus verbis neque legem neque jussum statuit; et tamen rem futuram ante denuntiat. Scilicet haud mando, inquit, ut hæc fiant, sed futuri præscius ante edico, fore ut præcepti custodia ad extremum quoque et insigne facinus viam vobis muniat : illa enim suadebit vobis, ut necem quoque B mei causa libenter adire velitis, omni cura sæculari vacetis, nihil corporale sectemini, cuncta ad meum famulatum referatis. Quod autem haud alius rei gratia gladios memoret arcano Dominicus sermo, jamdiu parabolis uti solitus, nisi ut eos suæ ac discipulorum passionis symbolum faciat, manifeste enucleat in subsequentibus. Cum enim respondissent discipuli præsto esse gladios duos, nihil præterea ab iis exquisivit, puta vel ut vestem divenderent, vel an ii, quibus esset crumena, peram quoque sumpsissent, neque ad alias eos transtulit cogitationes; sed « Satis est, » ait : scilicet signis res quæ portenditur circumscripta est; atque hæc assequendo scopo sufficiunt. Totum quippe negotium C gladii duo oculis subjiciunt, et quid sibi velit symbolum patefaciunt. Alter enim gladius Dominicæ passionis imago erat, alter Evangelii genuinorum et sine fuco discipulorum, qui cunctis infra Domini charitatem locatis, novissimum quoque amiculum exuunt, atque omni terrestri re, imo et ipsa natura, nudati, simul ac occasio athletas evocat, ad necem pro dilecto ovantes convolant.

14. Atque ita hæc etiam quæ in manibus est disputatio consonantiam dictorum demonstrat, haud equidem personarum differentia, quam divinæ Scripturæ locutio hic non patitur, sed consequentibus factis, et progrediente sermonis ordine symbolicam D verborum significationem aperiens. Profecto licet non solum prædictis modis simulamentum pugnæ cognoscere, sed aliis etiam multo iis, qui dicti sunt, pluribus, quorum expositio atque percensio, peculiaris cujusdam, non præsentis, tractationis est. Nihil tamen vetat quominus aliquot perstringamus, qui etiam nonnullis aliis dubitationibus tuis, si quis rem tecum considerabit, responsionem suppeditabunt. Nam multa eorum, quæ minime inter se pugnant, si partim secundum œconomiam dicantur, partim secundum naturæ ordinem, tuque ea minime discernas, contradictionis fucum facient. Œconomia

χαίροντας ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ πάντων κεφάλαιον τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ σφαγήν· ἕψεται πάντως ὑμῖν προθύμους εἶναι, καὶ τὸ ἔσχατον ἀποδοῦναι περιβόλαιον, καὶ ἀλλάξασθαι τῆς ζωῆς τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ θάνατον. Τοῦτο γὰρ σημαίνοι ἂν τῶν εἰρημένων πάντων εὐστοχώτερον τὸ βαλάντιον μὴ ἔχειν, καὶ ἡ τοῦ ἱματίου πρᾶσις, καὶ ἡ μάχαιρα· ὡσανεὶ ὅταν περ οὐδὲ τοῦ ἐσχάτου περιβολαίου ὁ τὴν τῆς ἀκτημοσύνης τελεσάμενος φείσεται, ἀλλὰ κἀκεῖνο δώσει χωρῶν εὐθύμως πρὸς μάχαιραν. Διὸ οὐ *πωλησάτω*, φησὶν, οὐδὲ *ἀγορασάτω*, ἀλλὰ *πωλήσει* καὶ *ἀγοράσει*· ἅμα μὲν οὐ νόμον, οὐδ' ἐπίταγμα τὰ ῥήματα ποιῶν, ἅμα δὲ καὶ τὸ μέλλον προαγορεύων· οἷον, Οὐκ ἐπιτάσσω, φησὶ, τοῦτο γένεσθαι, ἀλλ' εἰδὼς τὸ γενησόμενον προλέγω, ὡς ἡ τῆς ἐντολῆς φυλακὴ καὶ τὸ ἔσχατόν που καὶ μέγα ὑμῖν προϋπογράφει κατόρθωμα· ἐκείνη γὰρ πείσει καὶ τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ θάνατον ἡδέως ἑλέσθαι, τὸ πάσης ὑμᾶς βιωτικῆς ἐλευθέρους εἶναι μερίμνης, πρὸς τὸ μηδὲν ἐπιστρέφεσθαι τῶν σωματικῶν, τὸ πάντα πρὸς τὴν ἐμὴν ἀναφέρειν θεραπείαν. Ὅτι δὲ οὐ μᾶλλον ἑτέρου τινὸς χάριν τὰς μαχαίρας ὁ τὰ ἀπ' ἀρχῆς προβλήματα φθεγγόμενος αἰνιγματίζεται λόγος, ἢ σύμβολον αὐτὰς πεποιημένος τοῦ τε οἰκείου πάθους καὶ τῶν μαθητῶν, σαφῶς ἀναπτύσσεται τοῖς ἐφεξῆς. Ἀποκριναμένων γὰρ τῶν μαθητῶν ὡς μάχαιραι δύο εἰσὶν, οὐθ' ἕτερόν τι προσαπῄτησε παρ' αὐτῶν, οἷον ἱμάτιον πωλῆσαι, ἢ τοῖς ἔχουσι τὸ βαλάντιον, εἰ καὶ ἡ πήρα προσείληπται, οὔτε πρὸς ἄλλην διάνοιαν μετεβίβασεν, ἀλλ' Ἱκανόν ἐστι, φησίν· ἀντὶ τοῦ περιεγράφη τοῖς συμβόλοις τὸ μηνυόμενον, καὶ ἀρκούντως ἔχει παραστῆσαι ταῦτα τὸν σκοπόν. Αἱ γὰρ δύο μάχαιραι τὴν χρείαν ὅλην ὑπογράφουσι, καὶ τοῦ συμβόλου τὸ βούλημα διαγγέλλουσι· καὶ γὰρ τούτων ἡ μὲν παραβολὴν ἐπεῖχε τοῦ δεσποτικοῦ πάθους, ἡ δὲ τῶν γνησίων τε καὶ ὡς ἀληθῶς τοῦ λόγου μαθητῶν οἷς ἅπαντα τῆς εἰς τὸ Δεσπότην εὐνοίας ἀλλασσομένοις καὶ αὐτὴ προσαποδεύεται ἡ τελευταία περιβολή· γυμνοὶ δὲ τῶν περιγείων, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως, χαίροντες ἔδραμον πρὸς τὴν, ὅταν ὁ καιρὸς ἐκάλει τοὺς ἀθλητὰς, ὑπὲρ τοῦ ποθουμένου σφαγήν.

ιδ'. Ἀλλὰ τοιαύτην μὲν καὶ ἡ νῦν τῶν ῥητῶν τὴν συμφωνίαν δεικνῦσα θεωρία, τῇ μὲν τῶν προσώπων οὐ χρησαμένη διαφορᾷ, ὅτι μηδ' ἐπέτρεπε τοῦτο τῆς ἱερᾶς Γραφῆς ἡ φωνὴ, ὑπ' αὐτῶν δὲ τῶν ἐκβεβηκότων πραγμάτων καὶ τῆς καθ' εἱρμὸν προόδου τοῦ λόγου τὴν συμβολικὴν τῶν ῥημάτων σημασίαν ἀναπτύσσουσα. Ἔστι μὲν οὖν, ἔστιν οὐ κατὰ τοὺς εἰρημένους μόνον τρόπους τὴν φαντασίαν τῆς μάχης ἀπαντῶσαν λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλους πολλῷ τῶν εἰρημένων πλείονας, ὧν ἡ στοιχείωσις καὶ συγκεφαλαίωσις ἰδιαζούσης, ἀλλ' οὐχὶ τῆς νῦν ἐστιν ὑποθέσεως. Πλὴν οὐδὲν κωλύει καί τινας αὐτῶν διελθεῖν, οἳ καὶ πρὸς ἄλλα τινὰ τῶν σῶν ἀπορημάτων τοῖς συνεπισκοποῦσι πόρον παρέχονται. Πολλὰ μὲν γὰρ τῶν οὐ μαχομένων, ἂν τὸ μὲν οἰκονομίᾳ λέγῃ, τὸ δὲ τῆς φύσεως τὸ ἀκόλουθον, σὺ δὲ μὴ διαστείλῃς, πλάνην ποιεῖ ἀντιθέσεως· οἰκονομίᾳ (10) δὲ λέγοιτ'

NOTÆ.

(10) De hoc sacro vocabulo multus est Suicerus in *Thesauro*, quem cum fructu adibis.

ἂν κυρίως μὲν ἡ τοῦ Λόγου φρικτικὴ ὑπὲρ ἔννοιας ἐνανθρώπησις. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τῶν ἀκριβεστέρων νόμων ἡ ἐπί τινα χρόνον ὑποστολὴ ἢ σχολὴ ἢ τῶν ἀνειμένων εἰσφορὰ πρὸς τὴν τῶν δεχομένων ἀσθένειαν, διοικονομοῦντος τοῦ νομοθέτου τὸ πρόσταγμα. Προκύπτουσι δὲ τῆς πρώτης οἰκονομίας, οὐδὲ τῆς δευτέρας ἐχούσης τὸ ἀδιαίρετον, καὶ ἄλλοι τρόποι διάφοροι. Αὐτίκα ὁ Σωτὴρ ἠγωνία τε καὶ παρῃτεῖτο τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ ἐξουσίαν εἶχε θεῖναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Καὶ ὅρα ὡς, εἴ τις μὴ τὸ μὲν τῇ οἰκονομίᾳ δοίη, τὰ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ θεϊκῇ, ἑαυτὸν τοῖς ἐναντίοις περιτρέψειε. Καὶ τό γε νῦν τῆς οἰκονομίας ὄνομα φύεται μὲν, ὥσπερ εἴρηται, ἀπό γε τῆς δηλούσης τὴν ἐνανθρώπησιν, ἥτις καὶ κυρίως ἂν καὶ πρώτως οἰκονομία τῷ ἀξιώματί τε καὶ τῷ αἰτίῳ τῆς ἐξ αὐτῆς λέγοιτο· οὐ μὴν εἰς ὅλον ἐκείνῃ συμφύεται· σχίζεται γὰρ εἰς δύο τέως καὶ αὕτη· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπὶ μᾶλλον, τὸ δὲ ἐπ' ἔλαττον τῷ σημαινομένῳ συμβιβάζεται. Εἰ μὲν γάρ τις τὴν ἀγωνίαν καὶ τὴν τοῦ θανάτου παραίτησιν καθ' ὃ γέγονεν ἄνθρωπος λαβεῖν ἐθελήσοι, οἰκονομίαν ἐνταῦθα τὴν μᾶλλον προσφυομένην ἕξει τῷ προταχθέντι ῥήματι· εἰ δ' ἀγωνιᾷν καὶ παραιτεῖσθαι τὸν θάνατον, οὐκ αὐτὸ τοῦτο διότι γέγονεν ἄνθρωπός τις ὑπολάβοι (πολλοῖς γὰρ καὶ τῶν μαρτύρων καὶ ἀσκητῶν ἑκούσιος ὁρμὴ καὶ χαρὰ πρὸς τὸν θάνατον), ἀλλ' οἰκονομεῖσθαι νῦν τὴν ἀγωνίαν καὶ τὴν τοῦ θανάτου παραίτησιν εἰς βεβαίωσιν μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἔλεγχον δὲ φθάνοντα τῶν ὑποθεμένων φαντασίαν τὸ φρικτὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ παράδοξον, τὴν ἐπ' ἔλαττον οὗτος συναπτομένην τῆς οἰκονομίας φωνὴν πρὸς τὴν τῆς μάχης λύσιν εὗρεν ἐπίκουρον· πλὴν ἀλλ' οὐδὲν ἔλαττον ἑκατέρωθεν ἡ φαντασία τῆς μάχης ἐλαύνεται.

ιε'. Εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τούτοις οἰκονομίας διάφορα μὲν σημαινόμενα, τῆς αὐτῆς δ' ὅμως λαχόντα γενέσεως, πλὴν ἀλλά γε νῦν μυρία μὲν καὶ ἄλλα τῶν εἰς ἀπορίαν ἀναφερομένων, τῇ ἐπικρίσει τε καὶ διαλήψει τοῦ τὴν κυρίως οἰκονομίαν δηλοῦντος ὀνόματος ἡ λύσις ἐκεῖθεν πρὸς τὸ σαφὲς ἄγει· ἐπιλύσεως δὲ οὐδὲν ἔλαττον διὰ ταύτης τύχοι ἂν ἢ δι' ἄλλης ἐφόδου καὶ τὸ, « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα ὑμῖν; » καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » Συγκρούειν μὲν γὰρ ἀλλήλοις δοκεῖ πως τοῖς ἀσυνέτοις ἢ ῥᾳδιουργοῦσι τὰ ῥητά· ἀλλ' ὅ γε σοφὸς τῆς ἀληθείας λόγος τὴν μὲν τῶν φωνῶν τῇ ἀκηράτῳ καὶ μακαρίᾳ τῆς θειότητος ὑποφέρων φύσει, τὴν δὲ καθ' ἣν αὐτὴν ὁ Λόγος τὴν ἡμετέραν οὐσίαν προσείληφεν, πᾶσαν διωθεῖται ἀμφισβήτησιν. Οὐκ ἀποστατήσειε δ' ἂν τοῦ εἰκότος καὶ εἴ τις τῇ αὐτῇ διαλύοιτ' ἂν ἐπισκέψει καὶ τὸ, « Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι· » δεῖται μὲν γὰρ συνετῶν καὶ καθ' ἑαυτὸ τοῦτο τὸ ἱερὸν χωρίον ἀκροατῶν. Μᾶλλον δ' ἂν δεηθείη καὶ τῆς εἰρημένης φωνῆς ἥτις ἐδήλου τὴν ἰσότητα Πατρὸς, συνεξεταζομένης καὶ συμπαραβαλλομένης αὐτῷ· εἰ γὰρ καὶ ἑτέραις

A vero principaliter dicitur Verbi incarnatio supra omnem intelligentiam admirabilis. Rursus alio modo œconomia intelligitur severi juris ad certum tempus remissio atque justitium; vel etiam immunium pensitatio propter ægros recipientium animos præstita; sic videlicet legislatore mandatum suum moderante. Exsistunt autem e priore œconomia (neque posterior ipsa abhorret) alii quoque modi plures. Exempli causa, Servator in agonia positus mortem deprecabatur [8]. Atqui idem potestatem habebat deponendi animam, atque iterum sumendi eam [9]. Constat, nisi quis prius illud œconomiæ ascribat, alterum vero divinæ potestati, ipsum se contradictionibus implicaturum. Et hoc loco quidem œconomiæ nomine intelligitur, ut diximus, B incarnatio, quæ præcipue primitusque ob dignitatem suam et efficientiam merito dicitur œconomia. Neque tamen prædictum nomen in hac una notione consistit. Nam et ipsa notio interdum in duas scinditur; quarum altera magis, altera minus cum re intellecta congruit. Nam si quis agoniam mortisque deprecationem quatenus homo erat intelligere volet, is œconomiam præposito nomine maxime dignam habebit: sin agoniam] pati et mortem deprecari, haud a Christi humanitate repetet (propterea quod multi martyres piique athletæ sponte atque alacriter ad necem properaverunt); verum idcirco positum esse in agonia Jesum et mortis fugam appetivisse judicabit, ut humanitatis suæ fidem faceret, atque ut in antecessum eos re- C felleret, qui admirabile atque inopinum incarnationis opus phantasiæ ascripturi erant; qui, inquam, sic opinabitur, is œconomiæ vocabulum secundario sensu ad repugnantiæ conciliationem auxiliarium habebit: æque tamen utrinque simulata repugnantia expellitur.

15. Sunt autem præter has aliæ quoque et variæ vocabuli œconomiæ significationes, quæ tamen ab eadem origine manant. Denique alia innumera quæ ad dubitandum trahunt, judicio et discretione nominis quod principaliter incarnationem significat, declarationem perspicuam consequuntur. Et hac quidem ratione, nihilo secius quam alia, solutionis compotes fieri licet. Veluti in hoc loco: « Cur me D quæritis interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis [10]? » Tum: « Ego et Pater unum sumus [11]. » Stultis oppido hominibus levique mente præditis contraria hæc dicta videntur: sed enim sapiens veritatis sermo alterum quidem dictum ad immortalem beatamque divinitatis naturam referens, alterum ad humanam cum Christus communem nobis substantiam sumpsit, universam profligat ambiguitatem. Neque a justa sententia recedet, si quis eodem consilio explicet etiam, « Pater major me est [12]. » Nam cum sacer hic locus per se prudentes auditores postulat, tum multo etiam magis indiget, ut supradicta vox, quæ cum Patre æqualitatem significat, adjungatur huic juxtaque ponatur. Nam si aliis

[8] Luc. XXII, 43. [9] Joan. X, 18. [10] Joan. VIII, 40. [11] Joan. X, 30. [12] Joan. XIV, 28.

quoque patriis notionibus simulata ipsorum pugna concordiam exhibet; veluti quia vocabulum *major* ad causam refertur; *unum* autem naturæ æqualitatem significat; sequitur ut œconomiæ quoque sermo, qui in se recipit vocem *major*, liberam errore comprobet per vocem *unum* Patris cum Filio æqualitatem. Porro nihil prohibet quominus ii sermones qui adhærente sibi contentione laborant, diversis hanc propulsent argumentis. Et quidem hoc ipsum, de quo nunc agimus, « Pater major me est, » aliis a me rationibus, quæ mentem auditorum pervicerunt, omni dubitatione expeditum fuit, cum probabili ut arbitror solutione.

16. Præter hactenus dicta, et præter necessitatem et immunitatem, ii qui difficultatem calumniose sermones clamitant, auctorum suorum sycophantiam coarguunt. Quare et communis Dominus et Creator generis atque Servator Davidem, qui panes oblationis comedit, de læso jure absolvit. Nam utpote legislator, naturam legis vimque cognoscens, et quibus actibus moderandis lex sit posita probe sciens, injurios equidem et qui per contemptum peccant, pœna dignos sæpe declaravit: verumtamen iis quibus amor et reverentia legum inest, sed necessitas cum infirmitate conjuncta amorem reverentiamque labefactat, veniam mollitudinis impertitur, neque in hos sine misericordiæ affectibus sententiam fert. Sicuti beatum quoque Davidem de læsis legibus absolvit; iis qui panes abstulerant haud audacem legum contemptum exprobrans; sed quia naturæ robur non satis mentis proposito respondebat, id eis in defensionis loco ponens, absolutionem decernit clemens Jesus. Et aliæ quidem controversiæ multæ ad liquidum hac ratione deducuntur.

17. Cæteras autem circumstantias recensere quid interest? Nam et ipse per se lectionis modus, si cuique sententiæ proprium vocis sonum accommodet, aditum omni dubitationi obstruit: sin apta vocis ratio a significatu suo demutetur, res perspicua in obscuram vertitur. « Ego vos elegi, » ait Servator discipulis [14]. Itemque, « Non (13) ego elegi vos [15]? Si quis igitur utramque ex his periodis eodem vocis tono figuret; vel vice versa priorem interrogative, alteram ita efferat ut priorem oporteret, rem manifestam ad perplexitatem trahet, et ea quæ nulli criminationi obnoxia erant, in culpa ponet. Nam qui elegerat, cum electionis suæ conscius esset, atque hanc discipulis in mentem revocaret, ne antiquum scilicet benevolentiæ erga se debitum oblivionis fluctibus abriperetur, atque ut eos promptio-

A πατρικαῖς ἐπιστασίαις ἡ ἐν αὐταῖς φαινομένη μάχη τὴν συμφωνίαν προήνεγκεν, οἷον ὅτι τὸ μὲν *μείζων* εἰς τὸ αἴτιον (11) ἀναφέρεται, τὸ δὲ *ἓν* μηνύει τῆς φύσεως τὴν ἰσότητα, ἀλλ' οὖν καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος εἰς ἑαυτὸν τὸ *μείζων* ἀναδεχόμενος, ἐλευθέραν ἐπηρείας τὴν τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν διὰ τοῦ *ἑνὸς* συγκατασκευάζει ἰσότητα. Οὐδὲν δὲ κωλύει τοὺς τὴν ἔριν ἐπιτιθεμένην αὐτοῖς ὑποφέροντας λόγους διαφόροις ἀποσκευάζεσθαι ταύτην ἐφόδοις· ἐπεὶ καὶ ὅπερ νῦν εἴρηται, « Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, » ἑτέραις παρ' ἡμῶν ἐπισκέψεσιν, αἳ τὴν τῶν ἀκροατῶν ὑπόληψιν ὑπε[ρε]βάλοντο, τῆς ἀπορίας ἀνεκαθάρθη, οὐ μεμπτὴν, οἶμαι, τὴν λύσιν ἀπενεγκάμενον.

B ιϛ'. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων καὶ παρὰ τὴν ἀνάγκην καὶ τὴν ἄδειαν, οἱ εἰς τὸ ἄπορον ἐπηρεαζόμενοι λόγοι συκοφάντας τοὺς ἐπιτιθεμένους αὐτοῖς ἀπελέγχουσιν. Ἐξ οὗ καὶ ὁ κοινὸς Δεσπότης καὶ πλάστης τοῦ γένους καὶ Σωτὴρ τὸν Δαβὶδ τοὺς ἄρτους φαγόντα τῆς προθέσεως, νόμων ἀφίησιν ἀθετήσεως. Ὡς γὰρ θέμενος, καὶ εἰδὼς τήν τε φύσιν καὶ ἰσχὺν τοῦ νόμου, καὶ ὧν ὁ νόμος τὴν πολιτείαν ἐτέθη ῥυθμίζειν, τοὺς μὲν ὑβριστὰς, καὶ οἷς ὑπεροψία ποιεῖ τὴν παράβασιν δικαιοῖ τὴν δίκην ἐν ἄλλοις πολλάκις ὑπέχειν· οἷς δὲ στοργὴ μὲν καὶ αἰδὼς τῶν νόμων, ἀνάγκη δὲ τὴν στοργὴν καὶ τὸ αἰδούμενον διὰ τῆς ἀσθενείας ἐκλύει, συγγνώμην διδοὺς τῇ ἀτονίᾳ καὶ σπλάγχνοις ἐλέους τούτους ἀνακρίνων. Καθάπερ δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ νόμων παραβάσεως ἀπολύει, τοῖς ἐνεγκαμένοις οὐχ C ὑπεροψίαν ἐγκαλῶν τολμῆσαι τῶν νόμων, τῆς δ' ἐν τῇ φύσει ῥώμης οὐ συμπαρατεινομένης τῇ γνώμῃ, καὶ τοῦτο λόγον αὐτοῖς τιθέμενος ὁ φιλάνθρωπος γράφει τὴν ἐλευθερίαν. Καὶ πολλὰ ἄλλα τῶν ἀπορουμένων εἰς τὸ εὔπορον διὰ τῆς αὐτῆς ἐπιβολῆς μεθοδεύεται.

ιζ'. Τί δὲ δεῖ τὰς ἄλλας ἐπεξιέναι περιστάσεις; Αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ὁ τῆς ἀναγνώσεως τρόπος οἰκείως μὲν τοῖς νοήμασι τῆς φωνῆς τὸν ἦχον ἐναρμοζόμενος, πάσης ἀπορίας ἀποτειχίζει πάροδον· ἀπαλλαττομένης δὲ τῆς καταλλήλου φωνῆς τῷ νοήματι, εἰς τὸ ἀδιανόητον τὸ σαφὲς καταδύεται· « Ἐγὼ, φησὶν, ἐξελεξάμην ὑμᾶς, » πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ Σωτήρ· καὶ, « Οὐκ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς (12); » Εἴ τις οὖν ἑκα- D τέραν τῶν προκειμένων περίοδον τῷ αὐτῷ τῆς φωνῆς κατασχηματίσειε τόνῳ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν τὴν μὲν προτέραν ἐν ἐρωτήσει, τὴν δὲ δευτέραν ὅπερ ἦν τῆς προτέρας ἀποφηνάμενος προενέγκοι, τὰ σαφῆ ποιήσει δυστέκμαρτα, καὶ τὰ λαβῆς ἁπάσης ὑπερανεστηκότα ἐπίμωμα. Ὁ γὰρ ἐκλεξάμενος, εἰδώς τε ὡς ἐξελέξατο, καὶ τοῖς μαθηταῖς τὴν ἐκλογὴν ἐπὶ μνήμης φέρων, ὡς ἂν τό τε ἀρχαῖον χρέος τῆς εἰς αὐ-

[13] Marc. II, 25. [14] Joan. XV, 16. [15] Joan. VI, 71.

NOTÆ.

(11) De vocabulo αἴτιον, de aliis Dei Patris nominibus et de toto hoc loco theologico legesis præclaras SS. Patrum auctoritates apud Petavium, *Theol. dog. de Trin.* V, 5.

(12) Antiqua scilicet Græcorum scriptura carebat nota illa interrogandi, qua nunc perspicuitatis gratia utimur. Reapse vix in codicibus recentissimis prædicta nota conspicitur.

(13) Si *nonne* Latine dicas, vim sententiæ Photianæ infringes.

τὸν εὐνοίας μὴ ῥεύματι λήθης ὑποσύροιτο, καὶ πειθηνίους μᾶλλον τοῖς προσταττομένοις ἔχοι, δῆλον ὡς οὐκ ἀπαγορεύων οὐδ' ἐξαρνούμενος ὅπερ ἔπραξε, ἀλλ' ἐπιβεβαιούμενος μᾶλλον δι' αὐτῆς ἐρωτήσεως· « Οὐχ ἐγὼ, φησὶν, ἐξελεξάμην ὑμᾶς ; » Εἴωθε γὰρ ἐν πολλοῖς ὁ λόγος ἐκεῖνα τῶν εὐεργετημάτων ἐρωτήματα ποιεῖν, ἃ περιφανεστάτην ἔχει τὴν ἐνάργειαν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδενὶ τῶν λαβόντων ἐξαρνεῖσθαι τὴν χάριν. Ὑπάγοιτο δ' ἂν τῷ αὐτῷ κανόνι καὶ τὸ, « Ἐὰν ἐγὼ περὶ ἐμαυτοῦ μαρτυρῶ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστι. » Καὶ, « Ἐὰν ἐγὼ περὶ ἐμαυτοῦ μαρτυρῶ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής ; » Εἰ γὰρ καὶ ἑτέρᾳ διασκέψει τὸ δοκοῦν ἐνταῦθα διαμάχεσθαι λύσιν εὑρίσκει (14), ἀλλ' οὖν οὐδεὶς ἂν ἐπιτιμήσειεν ὁρῶν πρὸς τὴν δίκην, καὶ εἴ τις μὴ ἀποφαινομένου λέγοι τὸ, Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἀληθής, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐρωτήσεως ἀπογυμνοῦντός τε καὶ ἀνακαλύπτοντος τὴν τοῖς Ἰουδαίοις ἐμβαθυνομένην καὶ ἀνελιττομένην τῆς ἀποστασίας τε καὶ κακουργίας γνώμην. Εἰ μέντοιγέ τις τὰς ἀποφάσεις ἐν ὁμοίῳ σχήματι τῶν καταφάσεων τῇ ἀναγνώσει διεξίοι, μάχης ὡς ἀληθῶς ἑαυτὸν καὶ ταράχου ἐμπλήσει, κἂν τῆς θεορημοσύνης τὸ θαυμάσιον πάσης ἐπιβουλῆς καὶ ἐναντιώσεως ὑπερανῳκισμένον ὁρᾶται. Τῆς αὐτῆς δ' ἂν εἴη διασκέψεως καὶ ἡ, « Μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐκ ἐγήγερται ἐν τοῖς γεννητοῖς τῶν γυναικῶν, » Δεσποτικὴ μαρτυρία· εἶτα, « Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι· » ἐρωτηματικῆς γὰρ ἀναγινωσκομένης τῆς, « Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι ; » φωνῆς, οὐδεμία δὴ μικρολογίας εὑρίσκεται χώρα, οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ περινοίας ἄλλης δεήσεται ἡ τῶν προκειμένων ῥημάτων σαφήνεια. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν καὶ ἰδίας ἐν ἄλλοις ἔτυχεν ἐργασίας (15). Τοιοῦτον ἂν εἴη καὶ τὸ, « Καθεύδετε (16) τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε ; οὐ γὰρ ἀποφαινομένου τὸ ῥῆμα, ἐν ἐρωτήσει δὲ ποιουμένου τὴν τῆς ὀλιγωρίας ἐπιτίμησιν· οἷς ἐπιφέρεται ἀκόλουθόν τε καὶ συναρμοζόμενον τὸ, « Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. » Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἑτοιμότερον ἡ τῶν ῥημάτων συνέπεια ἐλευθεροῦσαν ὑπέλθοι ψῆφον τοῦ μηδὲν μάχεσθαι, εἰ μὴ τὸ, « Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, » τὴν ἐρωτηματικὴν διὰ τῆς ἀναγνώσεως προβάλλοιτο ἐπιτίμησιν· καὶ μυρία ἄλλα.

ιη'. Κακουργήσειε δ' ἄν τις τῶν τὰ τοιαῦτα τολμᾷν εἰωθότων παρὰ τὴν σύγχυσιν τῆς αἰτίας τὸ κακούργημα διαπλέκων, καὶ πρὸς τὸ, « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, » τὴν ἀντενεχθεῖσαν τῷ τυπτήσαντι Δεσποτικὴν φωνὴν, « Τί με δέρεις ; » ὡς ἀντιπράττουσαν προβαλλόμενος (17)· ἀλλ' εἰς τὸ ἐμφανέστατον

A res mandatis curandis faceret; hunc patet neque retractare quod egerat neque negare, sed ipsa potius confirmare interrogatione : Non ego, inquit, elegi vos? Solemus enim in sermone ea beneficia interrogando commemorare, quæ indubitam evidentiam habent, et quorum nemini bene his adfecto licet gratiam inficiari. Sub eamdem regulam cadit etiam illud : « Si ego mihi ipsi testimonium do, testimonium meum verax est [16]. » Item, « Si ego mihi ipsi testimonium do, testimonium meum non est verax [17] ? » Quanquam enim alia quoque consideratione quod hic videtur pugnare dirimitur, nemo tamen objurgabit dicamve impinget, si quis dicat non esse hoc negativum, Testimonium meum non est verax ; sed ejus qui retegit denudatque in-
B situm Judæis atque implicitum apostasiæ et improbitatis ingenium. Si quis igitur affirmationes eodem tenore quo negationes inter legendum pronuntiet, is enimvero pugna seipsum ac perturbatione complebit; etiamsi divini oraculi dignitas incursioni omni et contrarietati superior esse videatur. Illud etiam pari cautela tractandum est Dominicum testimonium : «Major Joanne Baptista inter filios mulierum nemo surrexit.» Deinde : «Qui autem minimus est in regno cœlorum, hic major illo est [18]. Interrogative enim prolata voce. Minimus autem in regno cœlorum major illo est? neque prædictum testimonium perimitur, neque ullus cavillando locus superest. Quin adeo nulla præterea solertia
C opus erit ut supra dicta verba inclarescant. Sed enim hic locus alibi quoque peculiarem nactus est lucubrationem. Hujusmodi erit etiam : « Dormitis jam et requiescitis [19] ?» non enim pronuntiativa locutio est, sed ejus qui interrogando socordiam objurgat. Cui sermoni subtexitur consectaneus alius et congruus : « Surgite, eamus hinc [20]. » Neque enim promptius aliter sermonis series ab omni contradictione felici calculo liberabitur, quam si «Dormitis jam et requiescitis» interrogativam in legendo præ se ferat increpationem. Ejus generis innumera sunt.

D 18. Maligne aliquis eorum, quibus hæc artificia familiaria sunt, versutiam suam cum causæ perturbatione miscebit, dum ei locutioni, « Siquis te percusserit in dextra gena, præbe illi et alteram [21];» opponet Christi responsum, qui percussori ait, «Cur me cædis [22] ?» Verum ubi perspicue patefactum fuerit causam rei esse aliam, criminatio illico

[16] Joan. VIII, 14. [17] Joan. V, 31. [18] Matth. XI, 11. [19] Matth. XXVI, 45. [20] Joan. XIV, 31. [21] Matth. V, 30. [22] Joan. XVIII, 23.

NOTÆ.

(14) In amphilochiana quæstione 98.

(15) Lege quæstionem amph. 122 (nunc 309) apud Wolfium, et in epistola Photii 180. (nunc q. 98).

(16) Terminatio τε indicativi æque modi et imperativi apud Græcos propria est. Verumtamen in Latina lingua huic ambiguitati locus non est : quare in vulgato Bibliorum nostrorum textu interrogare non licet.

(17) Quæstionem hanc aliis verbis versat Photius etiam in Amphilochiana 157 (nunc 135), quam Wolfius edidit.

refelletur. Etenim homini qui pecuniæ aut aliarum opum aut corporis detrimentum passus fuerit, mandat pacis Deus ne repugnet, atque ut omnium indici persecutionem injuriæ permittat. Verum enimvero ubi quispiam scelestas manus intulerit, non ut alicui prædictarum rerum noceat, sed ut in oris contumelia rem præcipuam pessumdet, nempe religionem; tunc demum haud æque animo injuriam pati jubemur, ne patientiæ obtentu audaciorem impium reddamus, neu silentio augeamus hosti animos, quo pietati petulantius insultet. Huic divus etiam Paulus, ceu sincerus Evangelii discipulus, sapienter præcepto paruit [23]. Idcirco etiam tribuno Romanum incussit timorem, ne salutis propriæ, quam facile consequi poterat, ultro proditor videretur, ac pietatis cederet inimico. Ideo denique uberrimus eos repressit refutationibus, qui religioni calumnias struebant [24]. Et quidem fortissimorum quoque martyrum egregius chorus adversus tyrannos ob eamdem causam constanti lingua firmisque oculis armabatur, pietatem oratione tuens, ac superstitionis flagitium coarguens. Quoad enim tyrannus veram ipsam accusationem maligno animo dissimulat, aliis interim sycophantiis ceu quibusdam velitationibus athletam exercens, silere præstat clementerque molestiam pati. Verum ubi aulæo sublato, haud jam personatus contra religionem aggreditur fabulam, tum denique strenui viri est, et cum Deo gratum opus tum Dominici facti æmulum, verbis adversantibus uti, neque per silentium malis histrionibus Dei cultum prodere; imo vero hunc ab omni criminatione atque impetu vindicare, tum veridica scilicet oratione tum etiam animi strenuitate. Nocet aliquis pecuniæ, agris, vel contumeliosam quoque manum corpori affert? patienter ferre decet, constantia mitigare iracundiæ flammam, damnique contemptu insatiabilem avaritiæ sitim inhibere. Ubi tamen piacularium atque impiorum instar, honesti moris assecclæ religionisque præcones, ab harum virtutum hostibus traducentur malisque irretientur, tunc haud taciti injuriam perferemus; sed quia iniqua patimur pii, et quia Evangelii sacrario vis infertur, mente linguaque audebimus. Nam cum priore rerum conditione silentium miræ virtutis significatio est, posteriore tamen si forte vocem contineamus, impietatis audaciam contra evangelicum verbum exacuemus.

A καθισταμένου, ὡς ἡ αἰτία διάφορος, θᾶττον ἀπαιτεῖται τὸν ἔλεγχον. Καὶ γὰρ τῷ μὲν εἰς ἀργύριον ἢ κτῆσιν ἄλλην καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τὴν ζημίαν ὑπομένοντι μὴ ἀντεπεξιέναι, παραχωρεῖν δὲ τῷ κριτῇ τῶν ὅλων, τῆς εἰρήνης Θεὸς ἐπιτάττει τὴν ἐκδίκησιν. Ἐπειδὰν δέ τις τὰς ἀδίκους ἐκτείνῃ χεῖρας οὐχ ὅπως εἴς τι τῶν εἰρημένων τὴν βλάβην ἐναπστίξειεν, ἀλλ ἐν τῇ τοῦ προσώπου ὕβρει τὸ πρεσβευόμενον λωβήσηται τὴν εὐσέβειαν (18), τότε μὴ φέρειν ῥαθύμως τὴν ὕβριν προσταττόμεθα, μηδὲ σιγῇ συγκατασκευάζειν τῷ ἐχθρῷ τὸν προπηλακισμὸν τοῦ σεβάσματος Ταύτην καὶ ὁ θεῖος Παῦλος, ἅτε δὴ γνήσιος τοῦ λόγου μαθητής, ἐν σοφίᾳ τὴν ἐντολὴν κατωρθώσατο· τοῦτο μὲν Ἐλύμαν τὸν μάγον (19) ἐπιβουλεύοντα τῷ κηρύγματι στερήσει τῶν ὄψεων, ἀναστέλλων τε τοῦ τολ- B μήματος καὶ δίκην ἀπαιτῶν· τοῦτο δὲ τῷ χιλιάρχῳ τὸν Ῥωμαϊκὸν ἐπισείων φόβον, ἵνα μή, ῥᾷον ὂν ἀνασώσασθαι, τῆς σωτηρίας προδότης ἁλῷ, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας ὑποκατακλινόμενος ἐχθρῷ· τοῦτο δὲ μακροῖς ἐπιστομίζων ἐλέγχοις τοὺς τὴν συκοφαντίαν κατὰ τῆς πίστεως συσκευάζοντας. Καὶ τῶν καλλινίκων δὲ μαρτύρων ὁ θεῖος χορὸς διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πρὸς τοὺς τυράννους ἐπαῤῥησιάζοντο ἀπτοήτῳ γλώσσῃ καὶ δυσωπήτοις ὀφθαλμοῖς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας λόγον συνείροντες, καὶ τῆς ἀσεβείας τὸ δύσφημον διελέγχοντες. Ἐν οἷς μὲν γὰρ ὁ τύραννος τὸν τοῦ μαρτυρίου λόγον ἔνδον κακούργως ἀποκρυπτόμενος ἄλλαις ἐπηρείαις, ὥσπερ τισὶ προαγωνίσμασι, τὸν ἀθλητὴν δοκιμάζει, σιγᾷν ἄμεινον καὶ πράως φέρειν τὴν C ἐνόχλησιν· ἐπειδὰν δὲ τὴν σκηνὴν διαλύσας, ἀπρόσωπον τὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας εἰσέρχεται κωμῳδίαν, τότε δή, τότε γενναῖόν τε καὶ φίλον Θεῷ, καὶ τῆς Δεσποτικῆς ἐργασίας μίμησις, ἀντεπεξιέναι λόγοις, καὶ μὴ τῇ σιωπῇ προδιδόναι ταῖς κωμῳδίαις τὸ λατρευόμενον· κρεῖττον δὲ παρέχειν λαβῆς ἁπάσης καὶ συσκευῆς, τοῦτο μὲν ἀληθέσι λόγοις, τοῦτο δὲ τῷ τῆς ψυχῆς παραστήματι. Εἰς ἀργύριόν τις ἐπιβουλεύει, εἰς ἀγρούς, ἢ καὶ χεῖρα ὕβρεως ἐπανατείνεται τῷ σώματι; ἀνεξικάκως προσήκει φέρειν, μακροθυμίᾳ διαπραΰνειν τὸ φλεγμαῖνον τῆς ὀργῆς, καὶ τῆς φιλαργυρίας, ὀλιγωρίᾳ τῆς ζημίας, ὑποστέλλειν τὸ ἄπληστον. Ἀλλ' ὡς ἐναγεῖς, ὡς ἀσεβεῖς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐργάτας καὶ τῆς εὐσεβείας κήρυκας ὁ ταύτης ἐλαύνει ἐχθρὸς καὶ κακοῖς παραδίδωσιν, οὐ σιγῇ τὴν D ὕβριν οἴσομεν, ἀλλ' ὡς ἄδικα μὲν πάσχοιμεν εὐσεβοῦντες αὐτοί, ἄδικα δὲ πάσχοι τὸ σεπτὸν τοῦ κηρύγματος, καὶ γνώμῃ καὶ γλώσσῃ παῤῥησιασόμεθα. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἡ σιγὴ θαυμασίας ἐστὶν ἀρετῆς ὑποτύπωσις· ἐνταῦθα δὲ τὸ σιγᾷν καταθρασύνεσθαι τοῦ λόγου μᾶλλον παρακαλεῖ τὴν ἀσέβειαν.

[23] Act. XIII, 8. [24] Act. XXII, 25.

NOTÆ.

(18) Cicero in *Or. post red.* in sen. V, et Lactantius, *Inst.* V, 9, caput dicunt partem hominis sanctissimam. Photius autem anagoge nititur.

(19) *Elymas* vocabulum significat *Persam* (Polychron. ad Dan. cap. VII, 2). Magi autem genus hominum Persarum. Photio nomen proprium visum est *Elymas*. Ad hunc Actuum apostolicorum locum respexisse arbitror Menandrum historicum in Excerptis a me editis Porphyrogeniti (t. II Coll. Vat. p. 359) ubi exstat epigramma de alio mago recentiore Persa prædictioni evangelicæ obsistente.

ιθ'. Ὑπάγοιτο δ' ἂν τῷ αὐτῷ τῆς διακρίσεως τύπῳ καὶ ὁ Ἀνανίας καὶ ἡ Σάπφειρα τῷ κορυφαίῳ ποινὰς εἰσπραττόμενοι, καὶ ἡ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ ἐντολὴ μετροῦσα τοῖς ἁμαρτάνουσι τὴν συγχώρησιν. Καὶ γὰρ διὰ μὲν τῆς ἐντολῆς αὐτός τε Πέτρος καὶ ἡμεῖς τὰ εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτήματα πολλάκις ἀφιέναι διδασκόμεθα· τὴν δ' εἰς τὸ θεῖον ὕβριν οὔτε παρορᾷν ἐντολὴν ἔχομεν, οὔτε παρεῖδεν ἐκεῖνος, ὅς γε τοὺς ἠσεβηκότας καὶ νοσφισαμένους μὲν τὰ ἀναθήματα, ψευσαμένους δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν ἐσχάτην δίκην ἀπῄτησε. Ναὶ δὴ καὶ ὁ τοῦ κορυφαίου μὲν συνόμιλος, οὐκ ἐλάττοσι δὲ πρεσβείοις τῶν ἄλλων μαθητῶν φέρων τὸ προνόμιον, Παῦλον λέγω πάλιν τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον· ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐν τῷ λέγειν· « Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε, » καὶ πάλιν· « Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλὰ κακά μοι ἐνεδείξατο, » ἀπολυθείη ἂν τῆς δοκούσης ἐναντιώσεως. Τὸ μὲν γὰρ δίκην δοῦναι τὸν ἠδικηκότα ἐπαρᾶσθαι, ὁ προπηλακισμὸς ποιεῖ καὶ ὁ πόλεμος τοῦ κηρύγματος, ὧν ἐπαίτιος καὶ Ἀλέξανδρος· τὸ δὲ εὐλογίαις ἀμείβεσθαι τοὺς ὑβριστὰς, ἐφ' οἷς εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τὸν διωγμὸν παλαμῶνται, διατέτακται.

κ'. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὡς οὐκ ἀρᾶς ἐπέχειν λόγον τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ τὰς περὶ τοῦ χαλκέως φωνὰς ἔνιοί φασιν, ἀλλὰ πρόῤῥησιν μᾶλλον εἶναι τῶν μελλόντων αὐτὸν ἐπ' ἐσχάτῳ δεινῶν καταλαμβάνειν δυσσεβοῦντά τε καὶ τὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας πνέοντα πόλεμον· καὶ ταῦτα προανακηρύττειν καὶ ὑπογράφειν διὰ ῥημάτων τὸν κήρυκα· ἅμα μὲν τῆς τοσαύτης λύσσης τὸν ἀποστάτην ἀπάγοντα, ἅμα δὲ καὶ τοῖς συναθλοῦσιν εἰσάγοντα παραμύθιον, τὸ δοῦναι δίκην πάντως τὸν ἐπηρεαστὴν, μηδὲ λαθεῖν ἐφ' οἷς ἔδρασε τὸ τῆς Προνοίας ἀλάθητον· δι' ὧν καὶ τῶν πολλῶν τοὺς ὀκλάζοντας ἀνακτώμενόν τε καὶ πρὸς τὸ θαῤῥεῖν ἔστι συνορᾷν ἐπανάγοντα. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν μηδαμοῦ κατὰ τῶν ἐπιβουλευόντων τῷ δόγματι μηδεμίαν εἶδον τοῖς ἁγίοις ἢ ἀγανάκτησιν ἢ ἐπιτίμησιν, οὐδ' αὐτὸς ἂν ἀποστροφὴν ἄλλην ἐποιούμην τῆς νομιζομένης νυνὶ μάχης, ἢ τὴν πρόῤῥησιν· ἀλλ' ὅ γε μάγος Ἐλύμας πλήρης μὲν παντὸς δόλου, πλήρης δὲ ῥᾳδιουργίας, υἱὸς δὲ καταβοώμενος διαβόλου, καὶ πάσης δικαιοσύνης ἐχθρός· καὶ δὴ καὶ αὐτὰς πικρῶς ἀφῃρημένος τὰς ὄψεις καὶ ὁ κεκονιαμένος τοῖχος, εἴτε τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἔφερε τυπτομένῳ τῷ ἀθλητῇ γνώρισμα, εἴτε καὶ μή· καὶ ὅσα μὲν ἄλλα πρὸ βραχέος εἴρηται, ὅσα δὲ καὶ τῶν ῥηθέντων πλέον πανταχοῦ τῆς ἱερᾶς φέρεται Γραφῆς. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα δὴ ταῦτα λαμπρῶς οὐ κοινὴν οὐδ' ἀσφαλῆ τὴν διὰ τῆς προῤῥήσεως καταφυγήν μοι δεικνύουσι.

κα'. Πλὴν ἡμῖν οὐχ ἑρμηνείας νῦν ἀκρίβεια, παραδείγματα δὲ μόνον ζητημάτων, ὧν ἡ λύσις γυμνάζεται, πραγματεύεται· ἐπεὶ καὶ ἄλλην τινὰ οἶδα τοῦ προκειμένου ῥητοῦ διασάφησιν, ἥτις καὶ τὴν ἀρὰν καὶ τὴν πρόῤῥησιν ἀποκλίνουσα, οὐδὲν χαλεπὸν οὐδ'

19. Porro ad exemplum discriminis sistere licet Ananiam atque Sapphiram, qui apostolorum principi pœnas dependerunt [25], itemque mandatum illud quo peccantibus indulgentiam septuagies septies impertiri jubemur [26]. Sane hoc præcepto tum ipse Petrus tum nos de condonandis multoties adversus nos peccatis admonemur : cæteroqui contumeliam adversus Deum neque nos dissimulare jubemur, neque ipse neglexit Deus, a quo rei qui seposito sacro pretio, Spiritui sancto mentiti fuerant, summo supplicio affecti fuerunt. Profecto etiam principis socius, atque haud minoribus meritis inter alios discipulos prærogativa fulgens (Paulum rursus dico mundi magistrum); hic, inquam, divinus vir qui dixerat : « Benedicite persequentibus vos, benedicite et ne maledicatis [27]; » idem cum postea sic : « Alexander ærarius multa mihi mala intulit : retribuat illi Dominus secundum opera ejus [28]; » eodem effugio expedietur ab apparente contradictione. Namque ut imprecetur vindictam reo, contemptus atque oppugnatio Evangelii in causa est, quorum reus Alexander : verum benedictionibus remunerari offensores, quatenus nosmet persecutione oppugnant, id demum præceptum est.

20. Non ignoro equidem negare nonnullos, ea quæ divus Paulus de ærario dicit, dirarum vim habere; sed vaticinium magis esse pœnarum quæ ipsum denique correpturæ erant, impium videlicet et qui religioni bellum conflabat : atque has præconem Paulum designare verbis illis atque prædicere; dum una studet a tanto furore apostatam revocare, et suis pariter sociis laborum solamen insinuare; propterea quod maleficus omnino puniendus foret, neque omnituentem Providentiæ oculum facta ejus laterent. Atque his locutionibus multorum demissos animos erigi a Paulo et ad fiduciam revocari videmus. Equidem si nusquam cernerem sanctorum hominum contra dogmatis hostes iracundiam vel invectionem, haud aliud effugium simulatæ hujus repugnantiæ quærerem quam vaticinium. Sed enim cum magus Elymas plenus omni dolo, plenus fallacia et diaboli filius dicatur, atque omnis justitiæ hostis [29]; cumque idem oculis acerbe multetur; verba insuper paries dealbatus [30] (sive is pontificatus insignia coram cæso apostolo gerebat, sive secus,) et quotquot paulo ante dicta sunt, et quæ plura dictis in sacra passim Scriptura feruntur; hæc, inquam, evidenter admodum mihi demonstrant, quam nec obvium neque tutum ad prophetiam perfugium sit.

21. Sed enim haud accurata interpretatio, sed exempla modo quæstionum, cum solutionum tentamine, mihi nunc in manibus sunt. Nam et aliam novi prædictorum verborum declarationem, quæ a diris simul vaticinioque declinans, nihil grave aut

[25] Act. v, 1. [26] Matth. xviii, 22. [27] Rom. xii, 14. [28] II Tim. iv, 14. [29] Act. xiii, 10. [30] Act. xxiii, 3.

contumeliosum Alexandro imponit. Etenim a Domino, qui est omnis clementiæ salutisque fons, hominem illum aiunt traditum maleficis, haud equidem puniendi causa creaturam suam neque in eam animadvertendi, verum potius ut a malis operibus revocaret atque ad meliorem frugem traduceret. Qua in re quid, oro, dirarum est? quid vaticinii pœnam clamantis? Sed enim sicuti uni prædictarum sententiarum, ita mihi videntur etiam huic adversari quæ sequuntur verba : « Quem tu quoque cave, valde enim obstitit prædicationi nostræ. » Hæc, inquam, aliis fortasse sententiis adversantur; favent vero interpretibus iis qui locum ad diras referunt.

22. Neque vero nobis obstabit beatus Stephanus [31], martyrum primus, qui interfectores suos bonis verbis non diris remuneratus est; neque ante hunc communis Dominus, qui pro crucifixoribus Patrem exoravit [32]. Quanquam reapse Servatoris oratio habet aliquid altius atque augustius, quam ut nunc indagari pro dignitate queat. Triumphalis tamen martyr quidni nobis patronus causæ adsit? qui Judæos cernens ira inflammatos vecordiaque ebrios, seque cæde penitus impiantes, ipse jam in martyricæ necis limine versans, et jam supplicio adhortationem quamlibet sibi eripiente, neque locum objurgationi largiente, tum quia summi discriminis impendebat hora, tum quia nullus sperabatur fructus increpandi vel adhortandi homines ita percitos; quod reliquum erat, extremum athleta erga suos carnifices expromit officium, atque ut ne illis peccatum imputet, communem Dominum deprecatur. Quis autem hic? nempe is qui longam nuper apud Judæos recitaverat admonitionem atque doctrinam : idem cum eos vidisset adversus hortamenta sua contumaces, atque ad scelus alacriores, juste admodum reprehensionibus atque invectionibus onerans, incircumcisos corde durisque cervicibus, homicidas ac proditores, vocavit atque coarguit, et patrio crimine imbutos, prophetarum scilicet occisoribus genitos. Quare non solum nobis vir hic gratia et sapientia sanctoque Spiritu ac virtute plenus non adversatur, verum maxime favet ac patrocinatur. Quod si verissimus Domini discipulus, martyrumque primus, sententiam nostram factis ipsis secutus est, satis hinc apparet in eodem instituto fuisse magistrum. Ne jam commemorem verba : « Vos ex patre diaboli estis [33]; » et « Generatio prava ac adultera [34]; » et sexcenta alia : quorum et reum esse judaicum populum; simulque coronæ auctorem Dominum in eodem secum opere doctrinaque versantem, seu prædicationis sinceritate seu fundendi sanguinis alacritate, evidenter ac splendide coronatus noster ostendit : etiamsi deinde bonis precibus atque venia, post cæteram omnem

ἐφύβριστον τῷ Ἀλεξάνδρῳ περιτίθησι. Τὸν γὰρ Κύριον, ὅς ἐστι φιλανθρωπίας καὶ σωτηρίας πηγή, τοῦτον ἀποδιδόναι φησὶ τοῖς κακούργοις οὐ τιμωρούμενον τὸ οἰκεῖον πλάσμα, οὐδὲ κολάζοντα, μεθιστῶντα δὲ τῶν φαύλων ἔργων καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀμεινόνων πρᾶξιν μεταῤῥυθμίζοντα. Ὁ τίνος ἂν εἴη ἀρᾶς; τίνος δὲ ποινὰς ἀναβοώσης προῤῥήσεως; Ἀλλ' οὖν ὥσπερ καὶ θατέρᾳ τῶν ἐπιβολῶν, οὕτω μοι δοκεῖ καὶ ταύτῃ τὰ ἐφεξῆς διαμάχεσθαι· καὶ γὰρ ἐπάγει· « Ὃν καὶ σὺ φυλάσσου· λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις. » Ἀλλ' ἐμποδὼν μὲν τοῖς ἄλλοις ἴσως ἵσταται ταῦτα· συμφωνεῖ δὲ μᾶλλον τοῖς εἰς ἀρὰν τὸ χωρίον ἀναφέρουσι.

κβ'. Οὐκ ἐναντιώσεται δὲ ἡμῖν οὐδὲν οὔτε Στέφανος τῶν μαρτύρων πρῶτος, τοὺς φονευτὰς εὐλογίαις, ἀλλ' οὐκ ἀραῖς ἀμυνόμενος, οὔτε πρὸ αὐτοῦ ὁ κοινὸς Δεσπότης ὑπὲρ τῶν σταυρούντων τὸν Πατέρα ἐξιλεούμενος. Ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ Σωτῆρος λόγος ἔχει τι καὶ τῆς παρούσης ἐρεύνης βαθύτερόν τε καὶ μυστικώτερον· ὁ δὲ καλλίνικος μάρτυς πῶς ἡμῖν οὐ δι' ἀγῶνος ἐλεύσεται; ὅτι, τοὺς Ἰουδαίους βλέπων τοῖς κατ' αὐτοῦ θυμοῖς ἀναφλεγομένους καὶ τῇ ἀπονοίᾳ μεθύοντας, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ὅλους τῷ φόνῳ βαπτίσαντας, αὐτὸς ἤδη λοιπὸν ἐπὶ πύλαις ἑστηκὼς τοῦ μαρτυρικοῦ θανάτου, καιρὸν δὲ παραινέσεως πάντα τῆς μιαιφονίας ἀποτειχιζούσης, οὐδεμίαν τε ἐπιτίμησιν ἐνδιδούσης, τοῦτο μὲν ὅτι ἐπὶ ξυροῦ ἵστατο ἀκμῆς, τοῦτο δὲ ὅτι μηδεμία ὄνησις τοῖς οὕτω κεκρατημένοις ἐπιτίμησις ἢ παραίνεσις, ὃ λοιπὸν ἦν, τὴν ἐσχάτην ὁ ἀθλητὴς ἐπὶ τοὺς φονευτὰς ἁρπάζει θεραπείαν· καὶ μὴ στῆσαι αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν τὸν κοινὸν Δεσπότην ἐξαιτεῖ. Τίς οὗτος; Ὁ μακρὰν μὲν αὐτοῖς πρότερον νουθέτησιν καὶ διδασκαλίαν ἀποτείνας· ὡς δ' ἀπειθεστέρους τε τοῖς παραινοῦσι λόγοις, καὶ μᾶλλον ἑώρα πρὸς δυσσέβειαν παροξυνομένους, τότε δή, τότε καὶ μάλα δικαίως, καὶ τοῖς ἐλέγχουσί τε καὶ στηλιτεύουσι τούτους ὑποβαλών, ἀπεριτμήτους τῇ καρδίᾳ καὶ σκληροτραχήλους (17), φονεῖς τε καὶ προδότας, καὶ προγονικὸν τὸ μίασμα φέροντας, ἅτε δὴ προφητοκτόνων τέκνα, δεικνὺς ἅμα καὶ ἀποκαλῶν. Ὥστε οὐ μόνον οὐδαμῶς ἡμῖν ὁ πλήρης χάριτος καὶ σοφίας καὶ Πνεύματος ἁγίου καὶ δυνάμεως οὐ μὲν οὖν ἀνταγωνιστὴς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ πάντων μάλιστα συναγωνιστὴς καὶ ὑπέρμαχος. Εἰ δ' ὁ γνήσιος τοῦ Δεσπότου μαθητὴς καὶ μαρτύρων πρῶτος δόξαν ἡμῖν τοῖς ἔργοις ἔδειξε μετελθὼν τὴν αὐτήν, δῆλον ὅτι καὶ τὸν διδάσκαλον· ἵνα μὴ νῦν λέγω· « Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου (18) ἐστέ· » καί· « Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίς· » καὶ μυρία ἄλλα ὧν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ὑπεύθυνον, τὰ αὐτὰ καὶ τελεσάμενον καὶ διδάξαντα τὸν στεφανοδότην τῷ γνησίῳ μάλιστα τοῦ κηρύγματος, καὶ τῷ δι' αἵματος πόθῳ λαμπρῶς καὶ ἀναμφιβόλως ὁ στεφανίτης παρέστησε· κἂν εὐχῇ καὶ συγγνώμῃ μετὰ προκαταβλη-

[31] Act. vii, 60. [32] Luc. xxiii, 34. [33] Joan. viii, 44. [34] Matth. xii, 39.

NOTÆ.

(17) Cod. σκληροκαρδίους.

(18) Vocabulum διαβόλου regi a πατρὸς existimarunt nonnulli teste Photio, qui de patre diaboli disputat in amph. quæst. 88 (nunc 241) apud Wolfium, et prolixius in quæst. 47 codicis Vaticani.

θεῖσαν πᾶσαν ἄλλην προνοίας τε καὶ φιλανθρωπίας A μέθοδον ὁ Σωτὴρ τοῦ γένους τοὺς διὰ σταυροῦ θάνατον αὐτῷ ἐπενεγκόντας ἀνέφερεν.

κγ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ τῆς παρούσης μακρότερον ὑποθέσεως· χωρὶς μέντοι γε τῶν προεκτεθέντων, καὶ παρὰ τὸ διττὸν τοῦ ὀνόματος συνταράξοι ἄν τις τὸ βούλημα τῆς Γραφῆς οὐκ ἐν ὀλίγοις. Αὐτίκα «τὰ κακὰ καὶ οὐκ ἔστιν ἃ μὴ κτίζει Κύριος·» καὶ, «Τῶν κακῶν πάλιν οὐδενός ἐστιν αἴτιος.» Καὶ πῶς ἂν συμβιβασθείη ταῦτα, εἰ μὴ τὸ διττὸν τῆς φωνῆς διαιτήσειε; κακὰ μὲν λέγεσθαι κυρίως τὰ ἁμαρτήματα, ὧν ἐστι καὶ τὸ Θεῖον ἀναίτιον· κακὰ δὲ καὶ τὰ λυποῦντα πάλιν καὶ ἀβούλητα, νόσος καὶ πενία καὶ τραύματα, ἀκρὶς καὶ βροῦχος καὶ ἐρυσίβη καὶ κάμπη καὶ χάλαζα, καὶ ὅσα ἄλλα πολλάκις ἡ Πρόνοια, τὰς τῶν B πλημμελούντων ὁρμὰς ἀναστέλλουσα, καὶ τῶν κηλίδων ἀποκαθαίρουσα, τοῖς ἐνόχοις ἐπαφιέναι καὶ λέγεται καὶ πιστεύεται· οὐ κακύνουσα τὸ ἀνθρώπινον, οὐδὲ πρὸς τὸ χεῖρον τὸ δημιούργημα μεταπλάττουσα, μή τι γένηται· ἀπάγουσα δὲ τῶν κακυνόντων μᾶλλον, καὶ τῇ καταλλήλῳ τοῦ νοσοῦντος θεραπείᾳ τὸ ἠῤῥωστηκὸς τῆς γνώμης πρὸς τὸ ἄμεινον ἐπανάγουσα. Τοιοῦτον ἂν εἴη καὶ τὸ, «Παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.» — «Καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας.» — «Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν.» Τῆς γὰρ φωνῆς τὸ ὁμώνυμον κἀνταῦθα, οὐ τυχὸν μὲν διακρίσεως, εἰς ἀτοπίαν συστρέφει τὸ νόημα. Πῶς γὰρ καὶ πότε ψυχικὸν ὄμμα τυφλοῖ ὁ Θεός; πῶς δὲ πάθεσιν ὁ τούτων καθαιρέτης καὶ ἀσεβείᾳ καὶ πλάνῃ C παραδίδωσι; Διακριθέντος δὲ τοῖς σημαινομένοις τοῦ ῥήματος, παντὸς ὁ λόγος σοφίσματος ἀπολύεται. Τὸ γὰρ, *παρέδωκε*, σημαίνει μὲν καὶ τὸ ἐνεχείρισε καὶ παρέπεμψεν, ἢ συνώθησε καὶ συνήλασε· σημαίνει δ' οὐδὲν ἔλαττον καὶ μάλιστά γε τῷ βουλήματι τῆς Γραφῆς καὶ τὸ συνεχώρησε, καθυφῆκε καὶ ἐνέδωκεν, εἴασε φέρεσθαι ταῖς ὁρμαῖς, ἀφῆκε τὸ ἑκούσιον αὐτοδέσποτον· καθ' ὃ σημαινόμενον ὑπειλημμένου τοῦ *παρέδωκεν*, οὐδὲν τῶν παραλόγων ὅλως ὑφίσταται. Ἀφέλκει μὲν γὰρ τὸ Θεῖον νόμῳ φιλανθρωπίας καὶ προνοίας τῶν παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων τὸ ἀνθρώπινον· ἐπειδὰν δὲ μοχθηρίας ὑπερβολῇ τὸ ἀναστελλόμενον τῆς εὐεργεσίας καὶ χάριτος οὐκ ἀνέχοιτο, οὐδ' ἐθέλοι τῷ μεθέλκοντι πείθεσθαι, τότε δὴ, τότε ὑπενδίδωσι φέρεσθαι τῇ ῥύμῃ τὸ ἀπειθοῦν, καὶ ἀφίησιν D ἀποκεχρῆσθαι τῷ βουλήματι, ἵνα μὴ, ἐπὶ πλέον ἀναστέλλων καὶ ἀναχαιτίζων τῆς ῥοπῆς, δόξῃ διαφθείρειν τὸ αὐτεξούσιον· καὶ ἡ εὐεργεσία καὶ ἡ πρόνοια τοῖς ἀγνώμοσι καὶ ἀχαρίστοις εἰς ἔγκλημα περιτρέποιτο.

κδ'. Κατὰ τοῦτο δὴ τὸ σημαινόμενον ἔθος ἐστὶ παραλαμβάνεσθαι τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν Γράμμασι τὸ *ἔδωκε* καὶ *παρέδωκε* καὶ εἴ τι τοιοῦτον· ὅπερ οὐδένα μῶμον οὐδὲ λαβὴν τῇ φιλανθρωπίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐδ' ἡντιναοῦν, ὡς πᾶσίν ἐστι φανερὸν, προσάπτει. Οὕτω λέγεται σκληρῦναι πάλιν τὴν καρδίαν Φαραώ· οὐχ ὅτι λαβὼν εἴκουσαν καὶ πειθομένην αὐτοῦ τοῖς προστάγμασιν, εἰς τὸ σκληρὸν καὶ ἀτέρα-

curæ ac dilectionis exhaustam rationem, Servator generis auctores sibi per crucem necis prosecutus est.

23. Verum hæc fortasse longius a præsente proposito abeunt. Et quidem præter hactenus dicta, nominis quoque ambiguitas haud raro fieri potest ut sententiam conturbet. Veluti, «Non est malum quod non faciat Dominus [35];» rursusque, «Nullius mali auctor Dominus est [36].» Quomodo hæc, inquam, congruent, nisi ambiguum vocabuli sensum distinguas? Mala scilicet primario sensu dicuntur peccata, quorum Deus causa non est: mala præterea sunt illa quæ molestia afficiunt, nobisque invitis accidunt, morbus, paupertas, vulnera, locusta, bruchus, rubigo, eruca, grando, et quotquot alia sæpenumero reis immitti a divina providentia dicuntur atque creduntur, vel ut ruentes ad peccata mortales cohibeat, vel ut labes abluat: minime vero ut depravet humanum genus, neque ut pejorem conditionem creaturæ suæ faciat Deus; quod absit; imo potius ut a vitiorum irritamentis abstrahat, atque ut congrua laborantis cura, infirmam animi partem ad meliorem frugem revocet. Hujusmodi erit etiam locutio: «Et tradidit eos servire militiæ cœli [37].» — «Et tradidit eos in passiones ignominiæ [38],» — «Et dedit eis spiritum compunctionis, oculos ne videant [39].» Nam vocabuli homonymia hic quoque, nisi discernatur, absurdam sententiam parit. Quomodo enim aut quando animæ oculum excæcat Deus? quomodo passionibus, ille qui harum purgator est, et impietati atque errori tradit? Distinctis autem vocabuli notionibus, omni cavillatione expeditur sermo. Nam verbum *tradidit* significat sane: alienæ potestati dedidit, transmisit, compulit: nihilominus, imo vero potissime secundum Scripturæ sensum, concessit, indulsit, permisit, ferri sivit impetu suo, arbitrium esse liberum passus est: juxta quam notionem verbo *tradidit* intellecto, nulla absurditas sequitur. Avocat enim Deus ingenito bonitatis providentiæque suæ more a passionibus ac peccatis homines: verumtamen ubi hi, superante malitia, frenos a divina beneficentia gratiaque injectos indignantur, noluntque retrahenti morem gerere, tum demum sinit cursu suo contumaces ferri; atque arbitrio abutendi copiam facit: ne si forte vehementius inhiberet ac sisteret propensionem, liberæ voluntatis facultatem pessumdare videretur: atque ita beneficia ejusdem vis ac providentia vecordibus atque ingratis crimini verteretur.

24. Hac igitur ratione solent Scripturæ nostræ verbis uti *dedit* et *tradidit* et horum similibus: id quod nullum probrum nullamque ansam vituperandi Dei bonitatem atque justitiam, ut cuique exploratum est, parit. Sic rursum Deus dicitur induravisse cor Pharaonis [40]: non quod illud molle pridem suisque jussibus docile, ad duritiem, pertinaciam, contumaciamque converterit; sed quia diu

[35] Amos III, 6. [36] Jac. I, 13. [37] Act. VII, 42. [38] Rom. I, 26. [39] Rom. XI, 8. [40] Exod. VII, 3.

data opera ut cor illud ab inobedientia et refractario spiritu revocaret, postquam Ægyptium nullo modo cedentem neque ad obedientiam reversum sensit, imo vero se totum in contraria repugnantique sententia obfirmantem; Deus qui nunquam liberi vim arbitrii lædit, sivit eum sua voluntate ferri, qui meliori consilio morem gerere recusabat. Neque erit absurdum, siquis hoc loco vocem *induravit* sic fere intelligat, ut durum regis cor atque præfractum Deus editis prodigiis evidentius coarguerit, et contumaciam ejus quasi triumpho ostentaverit, desperatumque et intractabile mentis vulnus, nondum omnibus satis cognitum, manifesta luce impertiverit. Prodigiorum sane magnitudo cum omnis adhortationis suasionisque fines excesserit, neque tamen Pharaonis animum expugnaverit, nonne summam atque insanabilem cordis ejus duritiam demonstravit? Sic ergo locutiones, « Dedit Deus *vel* tradidit in passiones ignominiæ; » itemque, « Et induravit cor Pharaonis, » quaslibet calumniæ insidias astumque frustrantur.

25. Jam quid opus est me cætera homonyma persequi? siquidem vel *quis* syllaba præter distinctionis leges posita, non mediocrem perturbationem confusionemque ignaris harum legum creat. *Quis* enim, de qua nunc agimus, syllaba interrogationem significat. Tum vero cum ea quoque negatione construitur, quæ vel apprime illi adversatur, cum vocabulo scilicet *nemo*. Alias autem indefinitam rem ostendit. Sed neque admirationis stuporisque vim recusat. Quin adeo ad raritatem quoque indicandam adhibetur, nec non ad objurgationem; interdum quoque ad perplexitatem atque dubitationem. Denique quia restrictio modestis hominibus familiaris est, ne humilitatem quidem neque alia similia non significat. Plenæ exemplorum sacræ Litteræ sunt : quas circumstantias nisi quis discernat, et suum cuique voci officium tribuat, nihil attinet dicere, quantis erroribus mentem suam inficiet. Atque id ipsa locutionum prolatione perspicuum fiet. Exempli gratia : « Quis est iste rex gloriæ [41]? » Et : « Quis es tu, ut respondeamus his qui nos miserunt [42]? » et quotquot similia vel interrogationem significant, vel nullam quæstionem commovent. Quod si quis propter vocabuli similitudinem, locutiones quoque : « Quis novit mentem Domini? aut quis consiliarius ejus fuit [43]? » et : « Quis ante dedit illi, ut ei retribuatur [44]? » et : « Quis est homo qui vivet, nec mortem videbit [45]? » si quis, inquam, has locutiones propter eamdem vocabuli formam, ad eamdem notionem vi pertrahet, procul admodum a veritate aberrabit. Quippe hæ cum negandi vim habeant, interrogandi rationem non recipiunt. Nemo enim vel mentem Domini

A μνον καὶ ἀπειθὲς μετεπλάσατο, ἀλλ' ὅτι μεθέλκων καὶ ἀνακόπτων τῆς ἀπειθείας καὶ τοῦ ἀντιτύπου φρονήματος, ἐπείπερ οὐδαμῶς εὗρεν ὑπενδιδόντα καὶ πρὸς πειθὼ μεθιστάμενον τὸν Αἰγύπτιον, ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν ποιοῦντα τοῦ ἀντιθέτου καὶ ἀντι[τε]ταγμένου βουλήματος, ὁ μηδαμοῦ φθείρων τὸ αὐτεξούσιον ἀφῆκε τῇ γνώμῃ φέρεσθαι τὸν οὐ βουληθέντα πεισθῆναι τῷ κρείττονι. Εἴη δ' ἂν ἀπᾷδον οὐδὲν καὶ εἴ τις ἐνταῦθα τὸ *ἐσκλήρυνεν* ἀντὶ τοῦ, σκληρὰν οὖσαν καὶ ἀπότομον αὐτὸς διὰ τῶν ἐπενεχθέντων σημείων μᾶλλον ἐξήλεγξε, καὶ τὴν ἀπείθειαν ἐθριάμβευσε· καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀμείλικτόν τε καὶ ἀνίατον, οὔπω τοῖς πᾶσιν οὕτω γνώριμόν τε καὶ περιβόητον περιφανῶς ἐστηλίτευσεν. Ἡ γὰρ τῶν θαυμάτων ὑπερβολὴ, παρακλήσεως καὶ πειθοῦς ἁπάσης τοὺς νόμους νικῶσα, τοῦ Φαραὼ δὲ τῆς γνώμης ἐλαττουμένη, πῶς οὐχ ἀνυπέρβλητον αὐτοῦ καὶ ἀθεράπευτον τὴν σκληροκαρδίαν B παρίστησιν; Οὕτω μὲν οὖν τὸ, « Ἔδωκεν ὁ Θεὸς, » καὶ « παρέδωκεν εἰς πάθη ἀτιμίας, » καὶ, « Ἐσκλήρυνε τὴν καρδίαν Φαραὼ, » πᾶσαν συκοφαντίας ἐκφεύγει περιδρομὴν καὶ δεινότητα.

κε'. Τί δὲ τὰ ἄλλα με δεῖ τῶν ὁμωνύμων ἐπέρχεσθαι; ὅπου γε καὶ ἡ *τίς* συλλαβὴ, τοὺς τῆς διαστολῆς λανθάνουσα νόμους, οὐ τὴν τυχοῦσαν σύγχυσιν καὶ ταραχὴν τοῖς μηδὲν τούτων ἐπικοινωνοῦσιν εἰσάγει. Καὶ γὰρ δηλοῖ μὲν αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸ ἀνὰ χεῖρα τὴν ἐρώτησιν· συμφθέγγεται δὲ καὶ τῶν ἀποφάσεων ἥτις αὐτῷ μάλιστα διαμάχεται, τῇ *οὐδείς* (19). Ἄλλοτε δὲ τὸ ἀόριστον σημαίνει· οὐ μὴν οὐδὲ θαυμασμοῦ καὶ καταπλήξεως τάξιν ἀπαρνεῖται· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ σπάνιον ὑποφέρεται, ἐπιτίμησιν δὲ πάλιν ἔσθ' ὅτε καὶ ἀμηχανίαν καὶ διαπόρησιν· ὅτι δὲ C καὶ προσδιορισμὸς τοῖς φιλοσοφοῦσι καθωμίληται, οὐδὲ τὴν εὐτέλειαν οὐδὲ τοιαῦτα ἕτερα παρατρέχει. Καὶ τῶν παραδειγμάτων τὰ ἱερὰ γέμει Γράμματα· ἅπερ εἴ τις μὴ φιλοχρινήσῃ, μηδ' ἑκάστῳ τῆς φωνῆς τὸ προσῆκον ἀπονέμοι, οὐδὲ λόγου δεῖ, πλάνης ὅσης τοὺς ἑαυτοῦ λογισμοὺς ἀναπλήσει. Καὶ τοῦτο κατάδηλον ἀπ' αὐτῆς γε τῆς τῶν ῥημάτων παραθέσεως· αὐτίκα τὸ, « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; » καὶ τὸ, « Τίς εἶ σὺ, ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς; » καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐρώτησίν (20) τε δηλοῦσι καὶ οὐδεμίαν ἀπορίαν κινοῦσιν. Εἰ δέ τις διὰ τὴν τῆς φωνῆς ὁμοιότητα, καὶ τὸ, « Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; » καὶ, « Τίς προέδωκεν αὐτῷ καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; » καὶ, « Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐχ ὄψεται D θάνατον; » εἴ τις οὖν καὶ ταῦτα διὰ τὸν αὐτὸν τύπον τῆς φωνῆς πρὸς τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐκβιάσοιτο, πολὺ ἂν τῆς ἀληθείας ἀποσφαλείη· ταῦτα γὰρ, τὴν τῆς ἀποφάσεως ἐπέχοντα δύναμιν, τὴν τῆς ἐρωτήσεως οὐκ ἀναδέχεται τάξιν. Οὐδεὶς γὰρ οὔτε νοῦν ἔγνω Κυρίου, οὔτε σύμβουλος αὐτοῦ γέγονεν· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ἔστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐχ ὄψεται θά-

[41] Psal. XXIII, 8. [42] Joan. I, 22. [43] Rom. XI, 34. [44] ibid., 35. [45] Psal. LXXXVIII, 49.

NOTÆ.

(19) Nempe οὐδείς τις, Latine *nemo quisquam*.

(20) Cod. ἀπόκρισιν, *responsionem*.

νατον· οὐδ' ἑτέρῳ δὲ πάλιν τῶν εἰρημένων συμφέρεται, εἰ καὶ τῇ προόδῳ τοῦ ῥήματος οὐ διήλλακται· οὐδὲ τὸ, « Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ [*cod.* Ἰσραὴλ] εἰς Ἱεριχώ· » τὸ γὰρ ἀόριστον ἡ φωνὴ νυνὶ σημαίνει τῶν ἄλλων ἀποστήσασα· ὥσπερ καὶ τὸ, « Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, » τὴν τοῦ προσδιορισμοῦ χρείαν ἀναπληροῦν. Ἀρκεῖ γὰρ καὶ μνήμη μόνον ἑνὸς παραδείγματος τὴν χρῆσιν ἐπιδεῖξαι τῆς φωνῆς, ὡς οὐδενὶ τῶν προτεταγμένων συμβιβάζεται.

A novit, vel ejus consiliarius fuit; neque est homo qui victurus sit, mortemque non visurus. Neque hæc rursus cuiquam ex ante dictis locutionibus congruunt, etiamsi terminatio vocabuli nequaquam differt: neque item: « Homo τὶς erat in regione Ausitide [46]; » et: « Homo τὶς Hierosolymis Jericuntem veniebat [47]. » Vox enim hic ostendit indefinitum aliquid, atque a superioribus sententiis abludit. Veluti et illud: « Sunt τινὲς de hic præsentibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei [48], » restrictionis officium implet. Sufficit autem vel unius exempli mentio indicando vocabuli usui, nempe qui nulli superiorum congruit.

κϛ'. Τίνα δ' ἂν ἔχοι κοινωνίαν πρὸς τὰ προλαβόντα, εἰ καὶ τῆς φωνῆς ἀπαράλλακτος ὁ ἦχος, τὸ, « Τίς ἀνήγγειλέ σοι, ὅτι γυμνὸς εἶ; » καὶ, « Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; » καὶ, « Τίς εἶ σὺ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; » καὶ, « Τίς ἐπάταξε τὸν Ἀβιμέλεχ υἱὸν Ἱεροβοάμ; » καὶ, « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ κρύπτων με βουλήν; » Ταῦτα γὰρ εἰς ἀγανάκτησιν μὲν καὶ ἐπιτίμησιν ἀφορῶσιν, οὐδὲν δὲ ὅμοιον τῶν προδεδηλωμένων παριστῶσιν. Εἰ δέ τις καὶ ταῦτα εἰς τὸν τῆς ἐρωτήσεως μεθελκύσει νόμον, ἵνα μὴ πρὸς τὰ ἄλλα λέγω, ἄγνοιάν τε κατηγορήσοι τοῦ Θείου, καὶ οὐ καταμέμφεσθαι τὰς πράξεις διὰ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ μαθεῖν ζητεῖν ἐξ ἀγνοίας τὸν παρασχόντα τὴν τοῦ πρᾶξαι ἄδειαν· ναὶ δὴ καὶ τὸ, « Τίς εἰμι ἐγώ; Κύριός μου, Κύριος· καὶ τίς ἐστιν ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου; » ἐπὶ τοσοῦτον ἐμφανεστάτην φέρει τὴν παραλλαγὴν, ἐφ' ὅσον ἀπαράλλακτον προάγει τὴν φωνήν· εὐτελείας γὰρ ὁμολογίαν ἰδίας, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν εὐχαριστίας γνώμην ἀναφαίνει· οὐ μὲν εἰς ἐρώτησιν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ πρὸς ἐπιτίμησιν ἢ ἀγανάκτησιν, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν προειρημένων τὸν λογισμὸν διαβιβάζει.

B 26. Sane quid commune habent cum suprascriptis, quanquam vocis sonus haud immutatur, locutiones hæ? videlicet: « Quis tibi nuntiavit te esse nudum [49]? » — « Quis te Dominum constituit judicemque nostrum [50]? » — « Quis es tu, qui alienum servum judicas [51]? » — « Quis percussit Abimelechum Jeroboami filium [52]? » — « Quis est qui me sententiam celat [53]? » — Nimirum hæ locutiones ad indignationem objurgationemque spectant, nihil autem simile prædictarum exhibent. Quod si quis eas ad interrogationis regulam traheret, nequid præterea dicam, ignorantiam quoque in Deo coargueret; neque ab eo reprehendi hac voce actiones hominum suaderet, verum operam dari ab eodem propter suam inscitiam ut sciat aliquid, C qui aliis facultatem agendi suppeditat. Utique et illud: « Quis sum ego? Dominus meus, Dominus; et quæ est domus patris mei [54]? » tanto magis hæc diversitatem rei palam faciunt, quanto similiore voce dicuntur. Significatur enim propriæ vilitatis confessio, gratusque adversus Deum animus. Neque licet hic cogitare interrogationem, multoque minus objurgationem aut indignationem, aut quemlibet e prædictis modum.

κζ'. Τὸ μέντοι σπάνιον εἴπερ τι ὅλως δηλοῖ τὸ, « Τίς σοφὸς, καὶ φυλάξει ταῦτα; » καὶ τὸ, « Τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; » καὶ, « Ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; » Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες, ἀλλ' οὖν γέ τινες καὶ πεπιστεύκασι, καὶ τὴν φρουρητικήν τε καὶ κυβερνητικὴν καὶ παντοκρατορικὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐκ τῆς περὶ αὐτοὺς καὶ τῆς περὶ τὸ σύμπαν εὐεργεσίας τε καὶ προνοίας συνιδεῖν ἠξιώθησαν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν μαρμαρυγῆς ταῖς λαμπηδόσι τὸν νοῦν ἐλλαμφθῆναι. Πῶς δ' αὐτίκα τὸ θαῦμα καὶ τὴν ἔκπληξιν οὐκ ἀφίησιν ὁ λέγων· « Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ; » καὶ, « Τίς ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ ἡ θάλασσα καὶ οἱ ἄνεμοι ὑπακούουσιν αὐτῷ; » ὅπερ οὐδεμία τῶν προτεταγμένων φωνῶν οὐ μὲν οὖν οὐκ εἶχεν ἰσχὺν σημαίνειν. Προσθείη δ' ἄν τις τοῖς εἰρημένοις καὶ τὸ, « Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ; » καὶ, « Τίς ἄν με θείη κατὰ μῆνα ἡμερῶν τῶν ἔμπροσθεν; » καὶ, « Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος! τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; » Εὐ-

27. Jam etiam raritatem quam quod maxime hoc vocabulum designat. Nempe: « Quis sapiens, et custodiet hæc [55]? » et: « Quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est [56]? » Nam si minus cuncti, certe aliquot crediderunt; quibus sane conservatricem, rectricem, D dominamque omnium Dei vim tum e beneficiis in se mundumque totum collatis, tum etiam e providentia contueri dignanter concessum fuit: quorum luminum radiis collustrati, mentis tenebras dispulerunt. Nonne vero admirationem stuporemque prodit is qui ait: « Quis est iste veniens ex Edom [57]? » — « Quis est hic, cui mare ventique obediunt [58]? » quem sane significatum, dictarum antea locutionum nulla præ se fert. Adde his, si libet: « Quis dabit capiti meo aquam [59]? » — « Quis me ponet juxta mensem superiorum dierum [60]? » Et: « Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus [61]? » Scilicet hæc hominem in

[46] Job I, 1. [47] Luc. X, 30. [48] Luc IX, 27. [49] Gen. III, 11. [50] Exod. II, 14. [51] Rom. XIV, 4. [52] II Reg. XI, 21. [53] Job. XLII, 3. [54] II Reg. XVIII, 18. [55] Psal. CVI, 43. [56] Isa. LIII, 1. [57] Isa. LXIII, 1. [58] Marc. IV, 40. [59] Jerem. IX, 1. [60] Job XXIX, 2. [61] Rom. VII, 24.

angustiis ad preces confugientem exhibent, cum sententiarum priorum nulla congruunt: et vota quidem pro malorum depulsione continent, non tamen vel interrogationem, vel modestiæ significationem, vel indefinitum quid, vel aliquam increpationem; neque rursus raritatem, neque gratiarum actionem, neque admirationem vel stuporem.

28. Præterea istud etiam mecum considera: «Quis decipiet Achaabum [62]? et, «Quem mittam [62*]?» et: «Quis ibit ad populum [63]?» Nonnullam hæc quidem speciem habent, fore ut sub aliquo e præcedentibus modis concludantur, re tamen vera aditum illuc non inveniunt, sed provocandi potius, vel modi nescio cujus sententiam continent. Illud autem: «Quæ enim fortitudo mea ut sustineam? aut quodnam tempus meum ut perferam [64]?» quidni alium sensum sibi deposcet, ita ut consilium minime injurium Deo sit? Ille enim calamitatibus pressus, dum vitæ brevitatem viriumque infirmitatem et paucitatem declarare studet, his quæ dixi verbis et illa simul mala, et suum ob ea mœstum defessumque animum aperit. Insuper illud: «Num quis novit an eum deprehensurus sim [65]?» et: «Quis novit, utrum sit reversurus [66]?» hæc, inquam, dubitanter dicta, si ita intelligantur, nequaquam sententiam obscurabunt, nullaque auditorem ambiguitate irretient. Sin eadem a prædicta significatione recedent, perplexitas auditorem obruet, contraria prorsus illi perspicuitati, quæ rectæ intelligentiæ fructus est. Atque hujus vocabuli τις multas alias differentias a me prætermissas, qui scrutari sacros Libros voluerit, profecto inveniet, quas et aliis ostendere non secus ac deprehendere, perfacile negotium est.

29. Non solum autem unica interdum brevis dictio multiplici significatu prædita, siquando haud convenienter intelligatur, mentem etiam cordatorum hominum obscurat atque conturbat; sed litterulæ quoque aberratio, additio vel detractio, vel dirum quid aliquoties parit, vel certe absurdum solet efficere. Atque ut cætera interim omittam, si quis verbum ἔκτησε longa syllaba præditum, brevi scribat (ἔκτισε) atque ita intelligat in ea locutione «Dominus ἔκτησε (nempe *creavit* pro *possedit*) me initium viarum suarum ad opera sua [67],» deinde ad Arii sententiam inclinet; is contra filii divinitatem linguam acuet. Sed Arii sævitatem multifariam insectari et coarguere pronum est: præsertim quia verbum ἔκτησε, haud per iota litteram sed per eta pronuntiandum si quis demonstret, is loquacem hæreticæ superbiæ audaciam ad silentium turpe compellet. Nam verbum hoc longa littera prolatum, nullo modo naturam imminuit, neque intra minorem modulum coarctat, neque ad

A χῆς μὲν γὰρ καταφυγὴν ἐξ ἀμηχανίας τὰ εἰρημένα δηλώσει, εἰς οὐδὲν δὲ τῶν προδιεσταλμένων συνε[νε]χθείη· καὶ ἀπαλλαγῆς μὲν ἐξαίτησιν τῶν συνεχόντων, οὐ μὴν ἐρώτησιν, οὐδὲ προσδιορισμὸν, οὐδὲ τὸ ἀόριστον, οὐδ' ἐπιτίμησιν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ σπάνιον, ἀλλ' οὐδὲ εὐχαριστίαν, ἢ εὐτέλειαν, οὐδὲ θαῦμα καὶ ἔκπληξιν ὑπογράφει.

κη'. Σὺ δέ μοι κἀκεῖνο προσεπιζήτει, τὸ, «Τίς ἀπατήσει τὸν Ἀχαάβ;» καὶ, «Τίνα ἀποστελῶ;» καὶ, «Τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαόν;» Φαντασίαν μέν τινα παρέχεται ὡς δυνατὸν ὑφ' ἓν τῶν προδιευκρινημένων ἀναχθῆναι· οὐ μήν γε καὶ τῇ ἀληθείᾳ πάροδον εὑρίσκει, ἀλλὰ προκλητικῆς μᾶλλόν ἐστι διανοίας, ἢ ἑτέρου τινὸς τύπον διασώζει. Τὸ δὲ, «Τίς γάρ μου ἡ ἰσχὺς, ὅτι ὑπομένω; ἢ τίς μου ὁ χρόνος,
B ὅτι ἀνέχομαι;» πῶς οὐχ ἕτερόν τι σημαινόμενον ἐπιζητήσει, δι' οὗ τὸ ἐκείνου βούλημα οὐκ ἐξυβρίσοι; Τὸ γὰρ βραχὺ καὶ ἄτονον καὶ ὀλιγοχρόνιον τοῦ βίου καὶ τῆς ἰσχύος ὁ τῇ ταλαιπωρίᾳ ἐκτρυχωθεὶς παραστῆσαι βουληθεὶς, διὰ τούτων τῶν ῥημάτων ἐκεῖνά τε ἅμα καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς ὀλοφυρόμενον νοῦν καὶ ἀπειρηκότα ἀναπτύσσει. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ, «Τίς ἄρα γνοίη, ὅτι εὕροιμι αὐτόν;» καὶ τὸ, «Τίς οἶδεν εἰ ἐπιστρέψοι;» κατὰ διαπόρησιν εἰρημένα, εἰ οὕτως προσληφθείη, οὐδὲν μὲν τὴν διάνοιαν ἀμαυρώσει, εἰς οὐδεμίαν δὲ ἀμφιβολίαν τὸν ἀκροατὴν περιτρέψει· ἐκπεσόντα δὲ τῆς τοιαύτης σημασίας, οὐδὲν ἔλαττον ἢ ὅπερ ἐβούλετο δηλοῦν ὀρθότης τοῦ σημαινομένου, ἀπορίας αὐτὸν ἀναπλήσσει. Καὶ οὐ ταύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ἄλλας διαφορὰς τῆς προκει-
C μένης φωνῆς παραλελειμμένας ὁ βουλόμενος τὴν ἱερὰν ἀναλεγόμενος Γραφὴν εὑρήσει, ἃς οὐδὲν ἔργον οὔτε αὐτὸν λαβεῖν οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐκκαλύψαι.

κθ'. Οὐ μόνον δὲ μία λέξις καὶ τότε βραχεῖα κατὰ πολλῶν μὲν ὑποκειμένων φερομένη, οὐ προσφυῶς δὲ παραλαμβανομένη, τὸν νοῦν τῶν ὀρθῶς ἐχόντων ἐπιθολοῖ καὶ διαταράττει, ἀλλὰ καὶ γράμματος παραλλαγὴ, ἡ πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, εἰ καὶ μὴ χαλεπὸν ἀποσκευάσαι, ὅμως ἄτοπόν τι ἀπαντᾷν εἴωθε παρασκευάζειν. Καὶ ἵνα νῦν ἐάσω τὰ ἄλλα, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ *ἔκτησεν* εἴ τις μηκυνόμενον διὰ τοῦ βραχυνομένου (21) καὶ γράψειε καὶ νοήσειεν ἐν τῷ, «Κύριος ἔκτησέ με ἀρχὴν ὁδῶν [cod. ὁδὸν] αὐτοῦ
D εἰς ἔργα αὐτοῦ·» εἶτα πρὸς τὴν τοῦ Ἀρείου γνώμην ἀποκλίνοι, κατὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ θεότητος τὴν γλῶσσαν ὀξύνοι· οὗ τὸ δύσφημον πολλαχῶς μὲν ἐῤῥαπίζειν καὶ διελέγχειν ῥᾷον, ἀλλ' οὐδὲν ἔλαττον καὶ ὅτι τὸ *ἔκτησεν* οὐ τῆς διὰ τοῦ ἰῶτα γραμμῆς, διὰ δὲ τῆς τοῦ ἦτα προφερόμενον ὁ ὑποδεικνὺς ἀνακαλύπτων, εἰς σιγὴν αἰσχύνης τοῦ αἱρετικοῦ φρονήματος τὸ λάλον θράσος συνελάσει· ἡ γὰρ μετὰ τοῦ μεγέθους προϊοῦσα λέξις οὐκ ἐλαττοῖ τὴν φύσιν, οὐ μὲν οὖν οὐδὲ συστέλλει πρὸς τὸ βραχύτερον, οὐδὲ εἰς κτίσμα

[62] III Reg. xxii, 20. [62*] Isa. vi, 8. [63] Jerem. xv, 5. [64] Job vi, 11. [65] Job xxiii, 3. [66] Jon. iii, 9. [67] Prov. viii, 22.

NOTÆ.

(21) Hinc cognoscimus Photium pronuntiavisse unico sono tam *eta* quam *iota*. De re legesis disputantem Villoisonum Proleg. ad Homer. p. iv, et *Anecdot. Gr.* tom. II, p. 126 seqq.

A τὴν ἄκτιστον οὐσίαν κατάγει· μή τι γένηται· οἰκείωσιν δὲ μᾶλλον καὶ πρόσληψιν καὶ κοινωνίαν τῶν ὁμοφυῶν Πατρὸς ὑπογράφει καὶ Υἱοῦ. Ὁ γὰρ διαστατῶς πανταχοῦ συνὼν τῷ γεννήματι γεννήτωρ, καὶ μηδὲν ἀπότομον καὶ διῃρημένον τῆς ἐκείνου βουλῆς καὶ γνώμης κατὰ δημιουργίαν μηδὲ κατὰ πρόνοιαν πράττων, δῆλον ὅτι μετ' οἰκειώσεως καὶ προσλήψεως τῶν βουλευμάτων τῶν τοῦ Υἱοῦ πάντα ἂν καὶ προαγάγοι καὶ προνοίας ἀξιώσῃ. Οἷς γὰρ ἀπαράλλακτον καὶ κοινὸν τὸ ἀξίωμα καὶ ἡ φύσις καὶ ἐξουσία, τούτοις δηλονότι καὶ τὸ δημιουργεῖν καὶ προάγειν, ἀμέριστόν τε καὶ ἀδιάστατον, καὶ παραλλαγὴν τῆς γνώμης οὐ φέρον οὐδεμίαν. Ὃ καὶ ἡ παροῦσα συνεπιμαρτύρηται ῥῆσις· ἐπί τε γὰρ τῇ κοσμογενείᾳ τοῦ παντὸς, καὶ ἐπὶ τῇ ἀνακαινίσει καὶ σωτηρίᾳ B τοῦ παρολισθήσαντος ἡμῶν γένους καὶ καταπεσόντος εἰς συντριβὴν, κοινὴν καὶ τὴν δημιουργίαν εἶναι καὶ τὴν πρόνοιαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκδιδάσκει· ἥ τε γὰρ τῶν ὅλων ἐκ μὴ ὄντων πρόοδος, καὶ ἡ τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ χεῖρον ἀπονευσάσης ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἀνάκτησις καὶ ἐπιστροφὴ, δῆλον ὅτι τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματός ἐστι δημιουργίας καὶ προνοίας· ἀλλ' ἡ μὲν ἐκ τοῦ συστέλλεσθαι καὶ μηκύνεσθαι γραφὴ, ὡς ἐπὶ παραδείγματος εἰπεῖν, τὴν ἀπορίαν οὕτως διασκεδάζει. Ὡσαύτως καὶ τὸ *ἐγέννησεν* ἀφαίρεσιν μὲν ἐξ ἐπιβουλῆς ἢ ἐξ ἀγνοίας τοῦ ἑνὸς ν πεπονθὸς, κτισμάτων ὕπαρξιν ἐπεισάγει· λαβὸν δὲ τὸ ἀφαιρεθὲν, πρὸς τὸ ὁμοφυές τε καὶ ὁμοούσιον κατευθύνει· καὶ πολλὰ δὲ ἄλλα κατά τε τοὺς ἔξω λόγους κἀν τοῖς ἱεροῖς δὲ καὶ ἡμετέροις χρησμοῖς φωράσειέ τις εἰς τὴν αὐτὴν ἀναφερόμενα σκέψιν.

creaturæ conditionem substantiam increatam redigit; quod absit; sed necessitudinem potius et societatem communionemque unitæ naturæ Patris Filiique describit. Qui enim distincte simul exsistit cum genito genitor, nihilque separatum aut divisum ab ejus voluntate ac mente in creationis ac providentiæ opere facit, hunc patet fore ut non sine conjuncto socioque Filii consilio omnia producat ac providentia dignetur. Quibus enim similis inest communisque dignitas, natura et potestas, his nimirum creare etiam et condere inseparabile erit atque indistinctum, neque ulla consilii dissensio accidet : id quod præsens etiam testatur locutio. Nam sive in universi creatione, sive in lapsi nostri generis atque in perniciem decidui renovatione ac redemptione, communem esse docet Patri Filioque creationem ac providentiam. Nam et universi ex nihilo exitus, et naturæ nostræ deorsum per se ruentis instauratio ac reparatio, id omne, inquam, a Patris et Filii et Spiritus creatione procedit. Tum vero brevis aut longa scripturæ prædictæ positio, ut id exempli instar sit, ambiguitatem hoc modo dissipat. Similiter verbum ἐγέννησεν, si unius litteræ ν inscitia vel astu detrimentum patiatur, creatam naturam asserit. Veruntamen si quæ ablata fuerat littera resumatur, unita et consubstantialis natura revocatur. Multa alia sive in profanis scriptis sive in sacris nostris oraculis deprehendere licet, quæ sub eamdem considerationem cadunt.

C λ'. Οὐ μόνον δὲ γράμματος ἑνὸς πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις οὕτω πολλῶν πραγμάτων καταστροφὴν καὶ ἀλλοίωσιν ἀπεργάζεται, ἀλλὰ καὶ τόνου χρῆσις (22) οὐκ εὔκαιρος, τό τε ῥῆμα ἀνθ' ἑτέρου, καίτοι τῆς γραφῆς ἀναλλοιώτου μενούσης παρέδειξεν ἕτερον, καὶ εἰς νόημα παντελῶς ἀλλοτριώτατον τὸν νοῦν ἐκτοπήσασα, ἢ δυσσεβῆ δόξαν ἢ γελώμενον λῆρον συνήγαγε· τί δὲ λέγω γράμματα; ὅπου γε καὶ αὐτὸ τὸ πάντων βραχύτατον ἡ στιγμὴ κακουργούμενον ἢ παρορώμενον, καὶ τῆς οἰκείας μετατιθέμενον λήξεως, παντοδαπὰς μὲν καὶ μεγάλας αἱρέσεις ἀπέτεκεν· ἀφρόνων δὲ πολὺν χρόνον κατενεμήθη φρονήματα, καὶ τοῖς εὐσεβοῦσιν ὥστε θριαμβεῦσαι τὰ τῆς δυσσεβείας δόγματα, μακρὰ παρέσχε τὰ ἀγωνίσματα. Αὐτίκα, ἵνα τὰ ἄλλα παρῶ, ὁ μετάρσιος ἄνθρωπος καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος ὁ μέγας D Ἀπόστολος ἔν τισι τῶν αὐτοῦ γραμμάτων (Κορίνθιοι δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὑποδέχονται) οὕτω φησίν· « Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ ἐναυγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. » ἀλλ' ὁ μὲν τοῦτο εἰπὼν, θαυμάσιόν τινα καὶ τῶν οὐρανίων ἀπηχημάτων ἐπάξιον νοῦν τοῖς τετελεσμένοις

30. Neque vero unius tantummodo litteræ adjectio vel subductio, tot rerum subversionem mutationemque facit, verum etiam accentuum usus intempestivus facit ut aliud pro alio vocabulum sit, quanquam immota scriptura maneat; tum ad sententiam plane diversam mente abstracta, aut impium sensum aut ridiculas ineptias invehit. Sed cur litteras dico, quandoquidem interpunctio (qui brevissimus omnium apex est) prava interdum aut neglecta, suove loco demota, multiplices magnasque hæreses peperit ? Stultorum autem multo tempore mansere opiniones, piisque hominibus ut de impietatis dogmatibus triumpharent, diuturnorum certaminum causa fuerunt. Exempli causa, ut cætera prætermittam, vir ille in cœlum mortalis adhuc sublatus, et mundi doctor, magnus apostolus, in suis quibusdam litteris (nempe in ea quæ scripta est ad Corinthios epistola) sic ait ; « In quibus Deus hujus sæculi excæcavit cogitationes incredulorum, quominus his illucesceret lumen Evangelii gloriæ Christi [66]. » Equidem qui ita locutus est, mirificam quamdam vocibusque in cœlo auditis dignam sententiam discipulis sapientiæ suæ imper-

[66] II Cor. IV, 4.

NOTÆ.

(22) Res notissima lexicographis, quos inter adi seu Cyrillum seu Philoponum.

titus est. At enim Manetis Marcionisque scelesti asseclæ locutionem hanc ad sensum suum captivam quodammodo pertrahunt : qui videlicet dum inter *Deus* et *hujus sæculi* interpunctionem fieri non sinunt, eo sceleris progressi sunt, ut non solum ipsi gravisime religionem læderent, verum etiam sacris Litteris causam affingerent adversandi Deo : ita ut alter sit Deus, qui invisibilium rerum ac spiritalium dominatum creationis causa tenet; alter autem ab ipsis prædicetur Deus præsentis sæculi, et earum rerum, quæ huic cohærent similesque sunt, creator. Sed enim insana circa dictum hoc cavillatio, alibi quoque et sæpenumero futilis demonstrata fuit : præcipue vero convincitur, quia non sinit interpunctionem statione sua quiescere. Tum denique quia præsens sæculum modo quidem temporis spatium, modo vero etiam flagitiosos actus, qui per hanc vitam germinare solent, significat. Quare si quis etiam illam circa interpunctionem malitiam impunem esse sinat, nihilominus hæreticorum sententiam funditus perimet. Malorum enim operum atque actuum cum sator et incitator diabolus sit ; hunc si forte talium rerum dominum et auctorem et deum etiam dicamus, verbis inflexis maxime ad eorum opinionem qui illius malitiæ morigerantur, nullum hinc apostatica improbitas lucrum faciet. Nam et gentium idola, casso sane nomine, sed tamen dicebantur dii. Et diabolus quidem creaturæ alicujus vel rerum firmam certamque substantiam habentium nunquam deus dicetur vel existimabitur : cæteroqui ad pravos affectus quod attinet et peccatum, quibus ipse et gaudet atque lætatur, et alios fraudulenter illicere nunquam desinit ; quoad quidem ita se geret, nemo eum pernicioso hoc infelicique dominatu atque imperio pollere negabit.

31. Et sacrum quidem Pauli dictum probe novi, non prædicta solum demonstratione, apostatarum sensum vitare ; verum etiam omissa interpunctionis mentione, nihilominus posse temeritatem illorum infringi. Nam sicuti verus Deus noster universi creator, Deus cœli terræque, nihilominus dicitur etiam Deus Abrahami et Isaaci atque Jacobi, et Deus consolationis, et Deus pacis ; neque tamen idcirco cæterarum similium ejusdemque ordinis rerum non est Deus : imo potius quia dicitur prædictorum elementorum et hominum bonitatisque Deus, aliarum quoque rerum Deus comprobatur ; ita cum dicitur hujus sæculi Deus, a parte simul intelligitur simulque prædicatur rerum omnium Deus, sive quæ ad spiritalium sive quæ ad sensilium ordinem pertineat. Quin adeo si latiore sensu dictum hoc intelligatur, facile id rursus calumniatorum insidias evadet. Mentes nimirum incredulorum hujus sæculi Deus excæcat ; hoc est indignas judicat defæcatarum rerum contemplatione, cujus ope contingeret eis Evangelii lumine collustrari. Incredulis enim hujus sæculi hominibus rebellare atque adversari Domino suo Creatorique permittitur;

A τὴν ἐκείνου σοφίαν μυσταγωγεῖ. Οἱ δ' ἀπὸ Μάνεντος καὶ Μαρκίωνος δυσσεβεῖς ἁρπάσαντες τὴν φωνὴν, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν αἰχμαλωτίσαντες ὁρμὴν, εἶτα μεταξὺ τοῦ Θεὸς καὶ *τοῦ αἰῶνος τούτου* οὐ παρέντες κεῖσθαι τὴν στιγμὴν, εἰς τοσαύτην ἦλθον δυσσεβείας ὑπερβολὴν, ὡς μὴ μόνον τὰ ἔσχατα δυσσεβεῖν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἱεραῖς φωναῖς ἀνάπτειν τὴν αἰτίαν τοῦ θεομαχεῖν· καὶ ἕτερον μὲν εἶναι δοξάζειν Θεὸν ὃς τῶν ἀοράτων τε καὶ νοητῶν τῆς δημιουργίας ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἕτερον δὲ τὸν τοῦ παρόντος αἰῶνος, καὶ ὅσα σύστοιχα τούτου καὶ ὁμοταγῆ, ἀνακηρύττειν Δημιουργόν. Ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τὸ ῥητὸν φρενοβλαβὴς ἐπιβουλὴ καὶ ἄλλοτε μὲν πολλαχόθεν δείκνυται σαθρὰ, οὐδὲν δὲ ἧττον διελεγχθείη ἂν καὶ ὅτι μὴ τὴν στιγμὴν ἐπὶ τῆς οἰκείας χώρας ἀφῆκεν ἠρεμεῖν· B ἐπεὶ καὶ ὁ παρὼν αἰὼν ποτὲ μὲν αὐτὴν τὴν χρονικὴν παράτασιν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὰς ἀτόπους πράξεις, αἳ κατὰ τὸν παρόντα βίον εἰώθασιν ἀναφύεσθαι σημαίνει· ὥστε καὶ εἴ τις αὐτοῖς τὸ περὶ τὴν στιγμὴν κακούργημα ἐνδώσει, οὐδὲν ἔλαττον αὐτῶν τὸ φρόνημα καθαιρούμενον διελέγχει. Τῶν γὰρ πονηρῶν ἔργων καὶ πράξεων ἅτε δὴ σπορεὺς καὶ ὑποβολεὺς ὁ ἀρχέκακος ὢν, εἰ κύριος αὐτῶν καὶ δημιουργὸς καὶ θεὸς ῥηθείη, πρὸς τὴν δόξαν μάλιστα τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῦ τῇ πονηρίᾳ τῶν ῥημάτων μεθαρμοζομένων, οὐδὲν ἂν ἡ ἀποστάτις ἐπιβουλὴ κέρδος εὑρήσει· ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα, οὐκ ἦσαν μὲν ὅπερ ἐλέγοντο, ἐλέγοντο δ' ὅμως θεοί. Θεὸς μὲν γὰρ δημιουργίας τινὸς ἢ πραγμάτων C ἐχόντων σταθηρὰν καὶ γνωριζομένην ὑπόστασιν, οὐ μὲν οὖν οὐκ ἂν οὔτε λεχθείη οὔτε νομισθείη· ἐκθέσμων δὲ παθῶν καὶ ἁμαρτίας, οἷς ἥδεται καὶ τρυφᾷ καὶ τοὺς ἄλλους πρὸς αὐτὰ δι' ἀπάτης ἕλκειν ἄπαυστον ἔχει τὸ φιλονικεῖν, μέχρις ἂν ταῦτα ἐνεργῇ, οὐδεὶς αὐτὸν οὔτε τῆς ὀλεθρίου ταύτης καὶ ἀθλίας κυριότητος, οὔτε μὴν τῆς ἀρχῆς ἀπαλλάξει.

λα'. Οἶδα δ' ὅτι τὸ ἱερὸν τοῦ Παύλου ῥητὸν, οὐ μόνον ἐκ τῆς τοιαύτης θεωρίας τὴν δόξαν διαφεύγει τῶν ἀποστατῶν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις τὸν περὶ στιγμῆς λόγον ἐάσει, οὐδὲν ἔλαττον αὐτῶν καταισχύνῃ τὸ προπετές. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀληθὴς Θεὸς ἡμῶν καὶ τοῦ παντὸς Δημιουργὸς, Θεὸς οὐρανοῦ καὶ γῆς, λέγοιτ' ἂν καὶ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ Θεὸς παρακλήσεως, καὶ Θεὸς εἰρήνης, καὶ οὐδέπου D διὰ ταῦτα τῶν ὁμοταγῶν καὶ συστοίχων οὐκ ἔστι Θεὸς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐξ ὧν λέγεται τούτων, καὶ τῶν ἄλλων συνεισάγεται Θεός· οὕτω καὶ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου λεχθεὶς, ἀπὸ μέρους καὶ τοῦ παντὸς, ὅσα τε εἰς νοητὴν λῆξιν καὶ ὅσα πρὸς αἴσθησιν ἀναφέρεται, συνεπινοεῖται καὶ συνανακηρύττεται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ὑπέρθεσιν τὸ ῥητὸν ἐκληφθὲν, πᾶσαν ῥᾳδίως τῶν ἐπηρεαζόντων διαφεύγει λαβήν. Τὰ γὰρ νοήματα τῶν ἀπίστων τοῦ αἰῶνος τούτου ὁ Θεὸς τυφλοῖ· τουτέστιν ἀνάξια κρίνει τῆς τῶν κεκαθαρμένων θεωρίας· δι' ἧς αὐτοῖς ἐνῆν τὸν φωτισμὸν ἐναυγασθῆναι τοῦ Εὐαγγελίου. Οἱ μὲν γὰρ τοῦ νῦν αἰῶνος ἄπιστοι, καὶ στασιάζειν καὶ προσφιλονεικεῖν ἀφίενται τῷ οἰκείῳ Δεσπότῃ καὶ Δημιουργῷ· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι ὅτε πᾶν γόνυ κάμψει αὐτῷ ἐπουρα-

νίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ, οὐδεὶς αὐτῶν οὔτε ἀποστασίας οὔτε φιλονεικίας ἢ ἀγνοίας εἰς τὸ μὴ συνιδεῖν τὴν κατὰ πάντων κυριότητα καὶ τὸ κράτος, ἐπιπροσθήσει γνόφος ἢ ἀχλύς.

accipiendum raperetur, tyrannidis suæ vice versa perniciem retulit, atque inopinam et sine medela plagam: de qua pridem suspicans, partim quidem ad crucem ruebat, partim retinebatur atque a sacrilego impetu abstinebat. Atque adeo quæstio hæc jam non poterit piorum auribus esse molesta. Cæteroqui nihil vetat quominus nuper promissa faciamus. Redemptis pretium dupli:i sub notione considerare licet, nimirum ut captivorum redimias, atque ut captivorum Domino donum. Christi sanguis quatenus redimiarum vice fungitur, sane pretium redemptionis dici potest; verumtamen quatenus donum mangoni est, illo nomine uti nequit. Et quidem alia multa redemptionis proprie dicto pretio insunt, quæ arcanæ huic et inenarrabili œcónomiæ non congruunt. Siquidem qui pretium dedit, quia rei ejus deinceps dominus esse non potest, detrimentum necessarium patitur: contra qui accipit, lucro augetur, fitque rei dominus, quæ in ejus potestate antea non erąt. Nunc omne contra est. Qui pretium obtulit (quandoquidem omnia in Dei potestate sunt, neque ipsius Abelis neque martyrum sanguis ab ejus providentia dominioque abfuit), hic, inquam, nullum cepit detrimentum. Nam quis omnino dicere velit, ab ėo qui famulorum suorum, et quorum sanguis exhaustus fuit, curam gerit, quique mortuorum ut viventium clamores audit; quis, inquam, dicat, salutarem et qui orbem vivificat sanguinem, in thesauris providentiæ suæ ab eo non fuisse incolumem conservatum, atque ab omni corporea corruptione protectum? Non igitur damnum pertulit qui pretium contulit: imo universi generis nostri clemens Jesus salutem lucratus est. Qui vero se accepturum putabat, dum de suo unice lucro cogitat, illam quoque amisit, cujus vires tantopere jactabat, tyrannidem. Quare Dominicus salutaris sanguis pretium revera redemptionis est, quia nos captivitate expedivit: sed idem a redemptionis pretio differt, tum quia illi, qui naturam nostram fraudulenter servitio oppressit, non est oblatus; tum quia pretii quidem præclarum lucrum esse solet, nullo damno comite: attamen diabolo captivorum hero duplicatum potius summumque damnum evenit. Præterea redemptionibus aliis pacifica verba præeunt; hic dum pretium redemptionis persolvitur, justum Dei judicium, quam firmissime olim decreverat in hostem pœnam, eam hoc potissimum tempore facinoribus ejus inflixit. Denique in cæteris redemptionibus fœdera quædam vel ad longum vel ad breve tempus feriuntur; in hac, de qua agimus, nihil tale suspicari licet. Atque ejusmodi aliæ plurimæ differentiæ sunt. Quare fieri non potest ut oratio necessitatem præ se ferat, quemadmodum eam obtendere potest, cum vox redimiæ primario sensu intelligitur. Nam figurate hoc loco, si unquam alias, vox accipitur.

A αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν καὶ τὴν ἀπροσδόκητόν τε καὶ ἀνίατον πληγήν· ἣν καὶ ὑπιδόμενος, ἅμα τε ἐπεπήδα τῷ σταυρῷ, καὶ ἅμα συνεστέλλετό τε καὶ ἀφίστατο τῆς θεομαχούσης ὁρμῆς· καὶ οὐκέτι παρενοχλεῖν οἶμαι τὸ τῆς ἀπορίας ἰσχὺν ἕξει τὰς τῶν εὐσεβούντων ἀκοάς· πλὴν οὐδὲν κωλύει πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν ἐλθεῖν· ὡς ἐπεὶ τὸ λύτρον πρὸς δύο τινὰ τὴν ἀναφορὰν ὡς ἐπίπαν ἔχει, ῥύσιόν τε τῶν κατεχομένων εἶναι, καὶ δῶρον ὁρᾶσθαι τῷ κατέχοντι· ὡς μὲν ῥύσιον τῶν κατεχομένων, λύτρον ἂν εἴη τὸ σωτήριον αἷμα, ὡς δὲ δῶρον τοῦ κατέχοντος, οὐδαμῶς· ἐπεὶ καὶ πολλὰ ἄλλα τῷ κυρίως λεγομένῳ προσόντα λύτρῳ τῇ ἀφράστῳ ταύτῃ καὶ ὑπὲρ λόγον οὐ πρόσεστιν οἰκονομίᾳ· καὶ γὰρ ὁ μὲν τὸ λύτρον διδοὺς, οὐκέτι δυνάμενος εἶναι Κύριος ὧν παρέσχε, τὴν ζημίαν ἔχει B κατὰ τὸ ἀπαραίτητον ἀκολουθοῦσαν· κερδαίνει δ' ὁ λαβὼν [καὶ] καθίσταται δεσπότης ὧν πρότερον τὴν ἐξουσίαν οὐκ εἶχε· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον ἅπαν· ὁ μὲν καταθέμενος τὸ λύτρον (καὶ γὰρ πάντα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ οὐδὲ τοῦ Ἄβελ αἷμα, οὐ μὴν οὐδὲ τῶν μαρτύρων ἔξω τῆς αὐτοῦ καθέστηκε προνοίας καὶ χειρὸς) οὐδὲν μὲν δηλονότι ἐζημίωται· τίς γὰρ ἂν ὅλως εἰπεῖν ἐννοήσῃ, ὡς μὲν τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ ὧν ἐκενώθησαν αἱμάτων ἔστι λόγος αὐτῷ, καὶ μετὰ θάνατον ὡς ἀθανάτων βοώντων ἀκούει; τὸ δὲ σωτήριον καὶ ζωοποιὸν αἷμα τοῦ κόσμου οὐκ ἐν τοῖς ἀθανάτοις τῆς αὐτοῦ προνοίας ταμείοις συνέχει ἀνώλεθρον αὐτῷ, καὶ φθορᾶς σωμάτων ἀνέπαφον συντηρούμενος (39); οὐκ ἐζημίωται τοίνυν οὐ μὲν οὖν ὁ τὸ λύτρον καταC θέμενος, ἀλλὰ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν παντὸς ὁ φιλάνθρωπος προσεκέρδησε τὴν σωτηρίαν· ὁ δὲ λαβεῖν νομίσας, ὅτι λαβεῖν μόνον ἐνόμισε, καὶ αὐτὴν προσαπώλεσεν, ἐφ' ᾗ τε μέγα ἐφρόνει καὶ ἣν ἐνισχύειν ἐνόμισεν αὐτοῦ τυραννίδα· ὥστε τὸ σωτήριον καὶ δεσποτικὸν αἷμα καὶ λύτρου χώραν ἂν ἐπέχοι, ἀνεκομίσατο γὰρ ἡμᾶς τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τοῦ λύτρου παραλλάσσει, ὅτι μηδὲ προσενέχθη τῷ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀπάτῃ δουλωσαμένῳ· καὶ ὅτι ἐν μὲν τῷ λύτρῳ τὸ κέρδος ὁρᾶται μέγα, μηδὲ μιᾶς συνεπινοουμένης ζημίας· ἐν δὲ τῷ κατέχοντι τοὺς αἰχμαλώτους, διπλῆ μᾶλλον δὲ παντελὴς ἡ ζημία· εἰ βούλει δὲ καὶ διότι τῶν μὲν ἄλλων λύτρων συμβατήριοι προηγοῦνται λόγοι, ἐνταῦθα δὲ τοῦ λύτρου μελετωμένου, ἡ δικαία κρίσις ἐκ παλαιτάτου τῷ πολεμίῳ τὸ ἄσπονδον καταD ψηφιζομένη, ἔτι μᾶλλον τηνικαῦτα τὴν τοιαύτην ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἔπραττεν ἐπιβάλλει καταδίκην· καὶ δὴ καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, σπονδαὶ πάντως ἢ ἐπὶ πολὺν ἢ ἐπ' ὀλίγον συνίστανται χρόνον· ἐν δὲ τῷ παρόντι λύτρῳ οὐδ' ἐπινοίᾳ λαβεῖν ἔστι ψιλῇ τοιοῦτόν τι προενηγμένον, καὶ πόσα ἄλλα τοιαῦτα· ὥστε χώραν ὁ λόγος προτείνεσθαι ἀνάγκην οὐκ ἔχει, ὃν τρόπον ἐπὶ τοῦ κυρίως δύναται προβάλλεσθαι λύτρου· ἐκ μεταφορᾶς γὰρ ἐνταῦθα, εἴπερ ἀλλαχοῦ, παρείληπται ἡ φωνή.

NOTÆ.

(39) Notandus hic Photii locus propter famosam de sanguine Christi fuso versatam inter catholicos theologos quæstionem.

ε'. Καὶ δῆλον ὡς οὐ χρὴ βιάζεσθαι συνεφαρμόττειν A τοῖς κατὰ μεταφορὰν λεγομένοις, ὅσα πάντως παρέπεσθαι εἴωθε τῷ κατὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς θέσιν τῆς φωνῆς ὠνομασμένῳ· δεῖ γὰρ εἰς κοινὸν ἀναγαγεῖν τύπον, ἃ νῦν ἐπὶ τοῦ προταθέντος ἐγυμνάσθη προβλήματος· ὡς ἂν πρὸς πολλὰ εἴη τῶν αὐτὴν ἀπορίαν συνάγεσθαι δυναμένων, ἐξ ἑτοίμου καὶ καθολικωτέρας ἐφόδου τὴν λύσιν ἐπάγειν, καὶ τὸ συνταράττον ἀποσκευάζεσθαι, οὐ τοῦτο δέ φημι, ἄπαγε, ὡς τοῖς τροπικοῖς τῶν ὀνομάτων οὐ δεῖ κεχρῆσθαι· σύντροφος γὰρ ἡμῖν οὐ πολὺ τῶν κυρίων ἔλαττον ἡ χρῆσις αὐτῶν· καὶ εἴ τις ἀφέλοι ταύτας ἔκ τε τῆς ἀνὰ χεῖρα ὁμιλίας, καὶ ἐξ αὐτῆς γε τῶν συγγραμμάτων τῆς ἑρμηνείας, καὶ μάλιστά γε τὰς πολλὴν ἐχούσας τὴν ὁμοιότητα καὶ ἐγγύτητα πρὸς τὰς οὐδὲν τετραμμένον B παρεχομένας, οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔλαττον εἰς στενὸν κομιδῇ τὴν τῶν λόγων συγκλείσει χρείαν· ὡς πολλὰ τῶν πραγμάτων μηδ' ἔχειν ὀνόματι δηλῶσαι, ἢ εἴ τις τὴν κυριότητα τῶν ὀνομάτων τῆς ἡμετέρας χρήσεως ὑπερόριον ποιήσει· οὔκουν ἀχρηστίαν ἔτι καταγινώσκειν τῶν ἀπὸ τῆς τροπῆς τὴν γένεσιν ἐχόντων ὀνομάτων· ἀλλ' ἐκεῖνο φαίην ἂν ὡς εἰδέναι χρὴ λέξεως ἰδίωμα κυρίως τε λεγομένης καὶ κατὰ μετάθεσίν τινα τοῖς πράγμασιν ἐπιτιθεμένης· καὶ χρῆσθαι μὲν ταῖς φωναῖς ὡς ἐπιτρέπει τὸ ἔθος, μὴ μέντοιγε τὰ ὑπ' αὐτῶν σημαινόμενα εἰς τὴν αὐτὴν ἐξ ἀνάγκης συνάγειν τε καὶ συνδιαπλέκειν φύσιν· μεγάλων γὰρ γένοιτ' ἂν τοῦτο σφαλμάτων αἰτία, καὶ ἀπορίαι δόξουσι προκύπτειν, ἀπορίας μὲν τῇ ἀληθείᾳ λόγον οὐδένα προβεβλημέναι, τῇ δὲ μὴ κατὰ λόγον χρήσει C τῶν σημαινομένων, οὐ πρὸς ἑτέρους μᾶλλον ἢ καθ' ἑαυτῶν τῶν οὕτω χρωμένων ταῖς φωναῖς τὴν ἀπορίαν ἐπινοούντων.

ϛ'. Αὐτίκα μάρτυρας καλοῦμεν τοὺς ὑπεραθλήσαντας Χριστοῦ, καὶ τὰ αἵματα αὐτῶν προσαγαγεῖν φαμὲν τῷ Θεῷ καλῶς γε καὶ δικαίως· ἀλλ' ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀνομάτων ἑκάτερον λέγεται· ἀπὸ γὰρ, οὓς ἡ πολιτεία μάρτυρας καλεῖν οἶδεν οἳ πάρεισιν ἐπὶ βεβαιώσει τῆς κατὰ τὸν βίον ἀληθείας, καὶ πίστιν δι' ὧν ἴσασιν ἐπάγουσι τοῖς προτεινομένοις, ἀπὸ τούτων καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὰς ὀνομάζομεν μάρτυρας· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς οὗτοι τὴν ἐνυπόστατον θεολογοῦντες ἀλήθειαν, ἐνώπιον τυράννων καὶ βασιλέων ἐμαρτύρησαν· καὶ προσενεγκεῖν αὐτῶν τὰ αἵματα τῷ Χριστῷ φαμεν, μετενεγκόντες τὴν προσφορὰν D ἀφ' ὧν τε Ἄβελ ὁ δίκαιος τὰ τῶν ἀρνῶν ἐστεατωμένα, καὶ Ἀβραὰμ τὰ διχοτομήματα, καὶ τοὺς ἄρτους καὶ τὸν οἶνον ὁ Μελχισεδὲκ τῷ Ἀβραάμ· εἰ βούλει δὲ καὶ τὴν δεκάτην τῷ Μελχισεδὲκ ὁ προσδεξιωθεὶς προσενήνοχε· καὶ δῆλον ὡς ἕκαστος τῶν προσενεγκόντων, ἕτερον προσήνεγκε παρ' ἑαυτὸν, καὶ μηδὲν ἀνιαρὸν ὑφιστάμενος, οὐδέ τι τῶν μελῶν περικοπτόμενος· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες οὔτε τι κεχωρισμένον προσήνεγκαν, οὐδ' ἀπαθεῖς τὸ σῶμα προσφέροντες ἔμειναν· ἀλλ' οὐδὲ κληθέντες ὑπό τινος, μαρτυρεῖν ἐφεστήκασιν, ἀλλ' αὐτοκλήτῳ γνώμῃ τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ θεόλογον μαρτυρίαν ἐμαρτύρησαν· εἴ τις οὖν μὴ διαστείλας τὰ τοῦ μάρτυρος σημαινόμενα, ἐπὶ θατέρου τὰ τοῦ ἑτέρου συμ-

5. Profecto constat non esse adnitendum ut ad ordinem metaphoricorum trahamus ea, quæ prorsus sectari solent id quod appellatum fuit secundum primam vocis positionem. (Nam me jam oportet ad generalem formam redigere id quod hactenus de proposito themate disputavi. Sic enim licebit et aliis multis, quæ eamdem perplexitatem creare possent, expedite et communiore ratione solutionem adhibere, atque obscuritatem avertere.) Cave autem putes, me verborum metaphoricorum usum interdicere : est enim nobis horum innata familiaritas, non minus propemodum quam eorum quæ proprio sensu efferuntur. Ac si quis ejus generis verba ex hoc ipso, qui in manibus est, tractatu, vel a Scripturarum enarratione submoveat, præsertim valde similia ac proxima illis, quorum nullus tropus est; is haud multo secius arctis admodum finibus sermonis usum concludet. Quin adeo multæ res sunt, quas ne nomine quidem appellare possumus, nisi proprietas nominum procul usu quotidiano submoveatur. Ergo non licet inutilitatis accusare nomina illa, quæ a metaphora originem ducunt : sed vis potius cujusque vocabuli cognoscenda est, sive proprie usurpati, sive cum aliqua translatione rebus impositi. Atque verbis utendum est prout consuetudo fert, non autem illorum significantiæ ad eamdem naturam necessitate cogendæ et convolvendæ sunt. Hinc enim magni orientur errores, ac dubia passim emergent; quæ quidem veram nullam perplexitatem exhibebunt, verumtamen ob absurdum significatuum usum, hi qui ita vocabula usurpant, non tam aliis quam sibi dubitationes creabunt.

6. Exempli gratia testes (martyres) vocitamus eos qui pro Christo certamen subierunt, eosque sanguinem suum obtulisse Deo dicimus. Præclare id quidem et merito : sed tamen sine metaphora neutra locutio est. Nam quia politica consuetudo testes appellat eos qui ad confirmandam quotidianarum rerum veritatem adsunt, fidemque quatenus sciunt suppeditant judicio certantibus, horum, inquam, exemplo religionis quoque athletis testium nomen imposuimus. Etenim hi revera substantialem veritatem theologica oratione coram tyrannis ac regibus testati sunt. Hosque obtulisse Christo sanguinem dicimus, metaphora oblationis ex Abele justo sumpta, qui arietum adipes; et ex Abrahamo, qui divisas carnes; nec non a Melchisedeco, qui Abrahamo panes et vinum obtulit; imo et ab hoc qui susceptarum rerum decimas Melchisedeco attribuit. Cernimus autem singulos hos rem a seipsis diversam obtulisse, nihil molestum passos, nullisque suis membris amissis. Atqui Christi martyres nihil ab se alienum exhibuerunt, neque dum id sacrificium facerent, incolumia corpora retinuerunt. Sed neque ab aliquo postulati testimonio dicendo adfuerunt, verum ipsi spontaneo consilio mirum illud theologicumque testimonium præbuerunt. Si quis igitur indistinctis vocabuli *testis* significatibus, alterutri

id accommodabit quod alterius est, nonne aures imperitiorum quæstionibus onerabit? Neque minus ipse se fallet, dum se quæstionem in medium proferre judicabit, quam reapse non rerum difficultas exhibet, sed ipsius imperita vocabulorum usurpatio. Dicet enim hic etiam, ut facile puto, si testes sanguinem offerunt, quis hunc recipit? Si Christus, quomodo dici potest clemens hic sanguinibus hominum delectari? Si diabolus recepit, curnam ii voluissent suum hosti sanguinem libare? Ubinam vero judex, qui æquo jure cum disceptantibus agat? Disceptantes autem, quorum alterutri testis ad victoriam testimonium dat, quinam sunt?

7. Innumera ejusmodi a forensibus testibus sumpta ad sacros transferet testes, quicunque inepto studio quæstionum tenetur, aut quem in re seria fabulas venditare aut jocari non pudet. Atqui perfacilis solutio est, si ad primam dubitationum speciem dicamus, Christum quidem haud athletarum cruore sed mente delectatum, cædem eorum sanguinemque exhaustum recepisse. Neque facile minus dicas, cæsos fuisse pro Christo testes et sanguinem effudisse; id enim proprie dicitur, non figurate. Verum dictiones *obtulerunt* et *offerebant* et aliæ ejusmodi, in verbis translatis numerandæ sunt. Neque igitur necessarium est exquirere cuinam obtulerint: sicuti nihil opus est quærere, quonam ii pacto dici queant obtulisse, quorum corpora exhausto sanguine exanimata fuerunt. Quomodo enim offerrent, cum nihil a se distinctum afferrent, secus ac fit ab illis qui proprie offerunt? Hæc, inquam, omnia tantopere absunt a forma dubitativa, ut negligere satius sit, ne forte tibi videamur non immerito reprehendendi, quia cum ludentibus dimicemus. Nam sicuti in re seria ludere insanum est, sic in ridiculis serio agere dignissimum risu est. Si quæ vero locutiones absunt quidem a manifesta absurditate, neque semet ipsæ refutant, sed tamen perturbationem confusionemque multorum auribus creant, hominibus videlicet qui discernere nesciunt verba tropo carentia, ab iis quæ troporum legibus figurantur; facilius, inquam, est si differentiæ earum considerentur, propulsare ac dissolvere umbratilis controversiæ subtilitatem. Deligendæ igitur voces sunt, collocandæque quo loco adhiberi solent. Scire etiam oportet utramque circumstantiam, ita ut distincti serventur significatus et proprietas. Hinc specimen esto. Forensis testis dum uni e disceptantibus favet, alterum iniquum coarguit: at judex interim æquam sententiam hominibus reddit. Verum in sacro teste ubinam hic rerum status? vel undenam libera dicendi copia? Rursus athleta adversarium manibus pugnisque verberans, ac denique superans, victoriæ coronam impetrat: hic autem qui percutitur ac vulneratur, flammaque aut ferro interficitur, vel aliis cruciatuum generibus, quæ carnificum contra humanam naturam crudelitas ob enecandos homines excogitavit, hic, inquam, victoriæ corona insignitur. Atque

A διδάζειν φιλονεικήσει, ἆρ' οὐκ ἐκπλήσει ἀποριῶν τὰ ὦτα τῶν ἀπειρότερον ἀκουόντων; σφαλείη δὲ οὐδὲν ἔλαττον αὐτὸς ἀπορίαν οἰόμενος προκομίζειν, ἣν οὐχ ἡ τῶν πραγμάτων δυσκολία παρέσχεν, ἀλλ' ἡ ἐκείνου τῶν ὀνομάτων οὐκ ἐν γνώσει μεταχείρισις· ἐρεῖ γὰρ κἀνταῦθα ῥᾷον, Τῶν μαρτύρων προσενεγκάντων τὸ αἷμα, τίς ὁ προσδεξάμενος; Εἰ μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ πῶς ὁ φιλάνθρωπος ἀνθρώπων αἵμασιν ἐπαγάλλεται; εἰ δ' ὁ πονηρὸς, καὶ πῶς ἠνέσχοντο τῷ ἐχθρῷ τὸ οἰκεῖον αἷμα σπείσασθαι; ποῦ δ' ὁ κριτὴς, ὃ; τὴν ἴσην γνώμην τοῖς κρινομένοις διένειμεν; οἱ δὲ κρινόμενοι, ὧν ὁ μάρτυς θατέρῳ τὴν ἐπὶ νίκῃ ῥοπὴν παρασχεῖν ἐφέστηκε, τίνες;

ζ'. Καὶ πόσα ἄν τις τοιαῦτα λαβὼν ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν μαρτύρων ἐπὶ τοὺς θεολόγους διαβιβάσειε B μάρτυρας, ᾧ φορυτὸς ἔρως ἀποριῶν, καὶ μυθολογεῖν καὶ παίζειν κἀν τοῖς σπουδαίοις ἀνύβριστον. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἔργον πρὸς τὸ πρῶτον σχῆμα τῶν ἀπορημάτων εἰπεῖν, ὡς οὐχὶ τῷ αἵματι τῶν ἀθλητῶν, τῇ δὲ γνώμῃ συναρεσκόμενος ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν σφαγὴν καὶ τὸ κενωθὲν αἷμα προσεδέξατο· ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐπενεγκεῖν ὡς ἐσφάγησαν μὲν οἱ μάρτυρες ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ τὸ αἷμα ἐξέχεαν, τοῦτο κυρίως καὶ οὐ τροπικόν· τὸ δὲ προσήνεγκαν καὶ προσέφερον καὶ τὰ τοιαῦτα, ῥημάτων ἐστὶν ἐξοικειουμένων τὴν τροπήν· οὔκουν οὐδ' ἀναγκαῖον ἐπιζητεῖν τίνι προσήνεγκαν· ὥσπερ οὐδὲ ζητεῖν πῶς οἱ νεκρωθέντες τὸ σῶμα τῇ κενώσει τοῦ αἵματος δύναιντ' ἂν προσενεγκεῖν λέγεσθαι· πῶς δὲ προσέφερον, οὐχ ἕτερον προσάγοντες, ὅπερ ἐστὶ τῶν κυρίως προσφερόντων; C τὰ γὰρ τοιαῦτα τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ διαπορητικοῦ τύπου, ὡς ἄμεινον ὑπεριδεῖν, μή ποτε ἄρα σοι δόξωμεν συμπλεκόμενοι τοῖς παίζουσιν, οὐκ ἔξωθεν τοῦ εἰκότος συνδιαβάλλεσθαι· ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σπουδαίοις παίζειν ἀσύνετον, οὕτω πρὸς τὰ γελοιότερα σπουδάζειν καταγέλαστον· τὰ δὲ τῆς ἐμφανοῦς μὲν ἀτοπίας καὶ οἴκοθεν ἐχόντων τὸν ἔλεγχον ἀνακεχωρηκότα, ταραχὴν μὲν καὶ θόρυβον προτεινόμενα ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς, καὶ οἷς οὐκ ἔστι κρίσις διαστέλλειν τῶν ἄνευ τροπῆς προαγομένων φωνῶν, ἃς ὁ τῆς τροπῆς νόμος ἐσχημάτισεν· ἐπεὶ ῥᾷόν ἐστι τοῖς τὸ διάφορον αὐτῶν ἐπεσκεμμένοις, ἀποκρούεσθαι καὶ διαλύειν τῆς δοκούσης ἀπορίας τὸ περίεργον· δεῖ δ' οὖν λέγειν μὲν τὰς φωνὰς καὶ τιθέναι ἐφ' ὧν D φέρειν εἰώθαμεν· εἰδέναι δὲ τὰ ἑκάτερα παρεπόμενα, καὶ φυλάττειν αὐτῶν ἀσύγχυτον καὶ τὸ σημαινόμενον καὶ τὸ ἰδίωμα· ὁρᾷν δὲ ἔστι κἀντεῦθεν· ὁ μάρτυς ὁ πολιτικὸς ἕνα τῶν δικαζομένων συνιστῶν, τὸν ἕτερον συκοφάντην ἀπελέγχει τοῦ κριτοῦ τὴν γνώμην ἴσην διανέμοντος τοῖς προσώποις· ἐν δὲ τῷ θεολογοῦντι μάρτυρι, ποῦ σχέσις; ἢ πόθεν ἔχει παρρησίαν ἡ τοιαύτη; πάλιν ὁ ἀθλητὴς τὸν ἀντίπαλον χερσὶ καὶ πυγμαῖς παίων, καὶ καταχρατῶν εἰς τέλος, τοῦ νικητικοῦ τυγχάνει στεφάνου· ἐνταῦθα δὲ βαλλόμενός τε καὶ τιτρωσκόμενος, καὶ πυρὶ θανατούμενος ἢ σιδήρῳ, ἢ δι' ὧν ἄλλων ἐπενόησεν ἡ δήμιος ὠμότης κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τοὺς ἀνθρώπους ἐξαγαγεῖν τῆς ζωῆς, τὰ τῆς νίκης ἐστὶν ἀναδούμενος διαδήματα· καὶ ἐπὶ μυρίων ἄλλων ἡ

διαφορά· πῶς οὖν οὐ παράλογον ἐν ἑκατέρῳ τῶν σημαινομένων τὰ αὐτὰ ζητεῖν ἐπιθεωρεῖν; καὶ ἃ προσῆν τῷ ἑτέρῳ, τὰ αὐτὰ θατέρῳ περιάπτειν ἐκβιάζεσθαι;

η'. Πολλὰ μὲν οὖν τῶν ἐπὶ διαφόρων πραγμάτων ταττομένων ὀνομάτων ἐμφανεστάτην ἔχει τὴν διαφοράν· ὡς μηδέ τινα τῶν εἰς ἄκρον ἀναισχυντίας ἢ ἀσθενείας ἡκόντων χωρὶς αἰσχύνης ἢ εὐλαβείας μετενεγκεῖν ἐπὶ θάτερον ἃ τῷ ἑτέρῳ διωμολόγηται· πολλὰ δὲ κρύφιον φέρει τὴν ἑτερότητα, ὡς ὁ μάρτυς, ὡς ὁ ἀθλητής, ὡς τὸ λύτρον, ὡς τὸ τρόπαιον, ὡς τὰ τοῦ ᾅδου βασίλεια, ὡς μυρία ἄλλα ἐφ' ὧν ἐστι ῥᾷον καὶ αὐτὸν πολλάκις ἀπάτης λαβεῖν τὴν ἀπορίαν παραδυόμενον, ἢ ἑτέροις τὴν ἀπάτην προάγειν ἐν τῷ λανθάνοντι· δεῖ δ' οὖν ἐκ τῶν ἐμφανεστάτην ἐχόντων τὴν παραλλαγὴν καὶ παντελῶς ἐπιπόλαιον τῶν προτεινομένων τὴν διάλυσιν, τὸν κανόνα λαβεῖν, καὶ ἀπευθύνειν τῇ κοινῇ μεθόδῳ καὶ ἃ πολλὴν τὴν ἐγγύτητα πρὸς ἄλληλα κεκτημένα, τὸ τῆς ἀπάτης σχῆμα πιθανώτερον προβάλληται, καὶ οὕτως ἀπ' ἐκείνων τὴν κρίσιν ἀπλανῆ καὶ ἐπὶ τούτων συνδιασώζειν· αὐτίκα τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ· τὸ δὲ πτερύγιον οἷς μέλει τῆς Ἀττικῆς γλώττης, οἱ μὲν ἀετὸν, οἱ δὲ καὶ ἀέτωμα καλοῦσι, καὶ στέγασμα φασιν εἶναι τοῦτο τῶν ἱερῶν οἴκων, τῷ σχήματι τὴν πτῆσιν τοῦ ζώου μιμούμενον, ὃ δὴ καὶ πτερὸν ἔνιοι καλοῦσιν· οἱ δὲ διαστέλλουσι τὸ πτερὸν καὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἀετοῦ τε καὶ τοῦ ἀετώματος· φασὶ γὰρ εἶναι τὸ δηλούμενον ὑπ' αὐτῶν, τὸ πρὸ τῶν ἱερῶν ἐκ λίθου πρὸς ὕψος ἀνατεινόμενον μᾶλλον κατεσκευασμένον οἰκοδόμημα· πλὴν ἀλλὰ γὰρ εἴ τις προτείνας τὸ πτερύγιον, διερωτήσῃ πότερον ἐξήπλωτο τῷ ἀέρι καὶ ὑπηρέτει κινούμενον τῷ ὄρνιθι τὴν πτῆσιν, ἢ συνέσταλτό τε καὶ συνεπτύσσετο, καὶ εἰς τὸ σχῆμα τῶν ἠρεμούντων τὸ πτηνὸν συνῆγεν, οἶμαι ἂν ἀντὶ τοῦ λύσιν αἰτεῖν τῆς ἀπορίας, γέλωτα παρασχεῖν· καίτοι γ' ἂν ἴσως καὶ ἐπινεωτερίσαιτο, ὡς ὁπότερον ἄν τις δοίη, ἀδύνατα λέγων φωραθήσεται· οὔτε γὰρ ἐκτεταμένον τὸ πτερύγιον ὄγκον σώματος καὶ βάρος ἐπιβαῖνον ἀνέχειν δύναται, οὔτε τὴν κατὰ συστολὴν θέσιν ἔχον· πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τὴν ἐπίβασιν ὅλως παραδέχοιτ' ἄν· ἆρα γὰρ οἱ τὰ τοιαῦτα προάγοντες ἀντὶ τοῦ συνάγειν εἰς ἀπορίαν ἑτέρους, οὐ πολὺ πρότερον ἑαυτοὺς εἰς χλεύην ἀπάγουσιν; Ἐρεῖ γὰρ, οἶμαι, ῥᾳδίως καὶ τῶν ἐπιτυγχανόντων ἕκαστος, ὡς, Ὦ βέλτιστοι, ταυτά που τὰ δριμέα διαπορήματα ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου σημαινομένου ἀπορίαν ἐμποιήσειεν, ἐνταῦθα δὲ καὶ οὐδ' ἕτερον ἔνεστιν εἰπεῖν, καὶ οὐδεμία φαίνεται πρόφασις ἀπορίας ἀνακύπτουσα· ἀπὸ γοῦν τῶν οὕτω περιφανεστάτην τὴν διαφορὰν ἐχόντων, εὐχερέστερόν ἐστι καὶ οὐδὲν ἐργῶδες, καὶ ἐπὶ τῶν ἐγκεκρυμμένην ταύτην φερόντων, τῷ κοινῷ χρωμένους κανόνι, τὰς ἀπορίας εἰς εὐπορίαν μεταβάλλειν.

θ'. Τρόπαιόν ἐστιν ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ κατὰ τοῦ διαβόλου ἱστάμενον· καὶ τροπαίων τὸ λαμπρότατον, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ τύπος αὐτοῦ τῷ ἀέρι χαρασσόμενος, πᾶσαν αὐτῷ συμφυγαδεύει τὴν δύναμιν· καὶ οὐδήπου δεῖται βαθυτέρας περινοίας, εἴ τις εἰς ἀπο-

[24] Matth. IV, 5.

A aliæ præterea innumeræ differentiæ sunt. Quidni itaque sit absurdum, in utraque re significata easdem circumstantias exquirere? et quæ uni congruunt, easdem ad alteram vi pertrahere?

8. Multa igitur ex iis nominibus, quæ diversis rebus imponuntur, manifestissimam differentiam habent: quare nec ulli homines quanquam apprime impudentes vel ingenio imbecillo præditi, sine pudore aut metu transferre solent ad rem alteram quod alterius proprium est. Multa tamen subobscuram diversitatem continent, ut testis, ut athleta, ut redimiæ, ut tropæum, ut inferorum regnum, ut alia plurima: in quibus facilius est ipsum falli qui quæstionem ingredietur, quam aliis fucum facere in re latente. Oportet itaque ex iis quæ mani- B festissimam transmutationem habent, atque omnino tritam contradictionis suæ solutionem, normam sumere: atque ad communem methodum illa quoque exigere, quæ quia valde invicem propinqua sunt, erroris speciem credibilioris suppeditant: atque ita ex his certum judicium de aliis quoque facere. Exemplo sit πτερύγιον (pinnaculum) templis. Πτερύγιον Atticæ linguæ studiosi, alii aquilam, alii fastigium (aquilæ figura præditum) atque tectum esse aiunt sacrorum ædificiorum, cujus figura volantem avem imitatur: quam ædificii partem nonnulli etiam pinnam appellant. Alii distinguunt pinnam et pinnaculum [24] sive aquilæ sive fastigii. Aiunt enim his significari partem illam ædificii la- C pideam, altiusque elatam, quæ sacrarum ædium frons est. Si quis tamen pinnam seu pinnaculum inculcans, rogaret utrum id expanderetur in aere, commotumque avis volatui faveret? an potius contraheretur atque complicaretur, avisque quiescentis speciem exhiberet? credo equidem excitatum iri potius ab hoc risum, quam curatum ut quæstio solvatur. Fortasse etiam novo alio argumento utetur, nempe quod alterutrum quis concedat, impossibilia dicere deprehendetur. Nam neque extensa pinna gravitatem corporis pondusque impositum sustinere potest, neque item cum est complicata. Illud vero præcipuum, quod ascensum in aera non patitur. Nonne qui talia in medium ferunt, nedum D aliis dubitationes haud creant, sed ipsos, se multo citius ludibrio objiciunt? Existimo enim quemvis facile sic dicturum: O boni, hæ peracutæ dubitationes cum aliis fortasse significatibus quæstionem conflabunt; hic tamen neutrum dici potest, nullaque ansa dubitandi hinc exsistit. Ex his igitur, quæ tam exploratam differentiam habent, facilius est nulliusque laboris, eorum etiam, quorum differentia abstrusior est, communi regula adhibita, perplexitatem perducere ad liquidum.

9. Tropæum est contra diabolum Christi crux excitatum; et quidem splendidissimum, quandoquidem vel ejus typus in aere impressum quamlibet cum illo potestatem fugat. Neque tamen altiore certandum est acumine, si quis forte de hoc voca-

bulo quæstionem aliquam conflandam susceperit : A namque e superius dictis solutionem deprehendere perfacile est. Si crux, inquit, aliquis, tropæum est, quis id erexit? nam si ipse victor, cur jam temere Judaico populo Christi cædes imputatur? Quod si illud Judæi statuerunt (quod reapse extra aleam contentionis est) quonam pacto Christus contra diabolum constituisse tropæum dicitur? Item si quis de regno inferorum sermonem injiciens, pergat porro dicere : si est inferorum regnum, sine dubio intelligitur quoque rex. Et quidem ait Paulus [26] veritatis præco, regnavisse mortem ab Adamo ad Mosem, non in eos solum quorum peccatum secundum Adami similitudinem erat, verum in eos quoque qui ejus exemplo peccaverunt. Quod si rex est, regi autem lege et subditorum suffragio B dignitas attribuitur; cui hæc dignitas suppetit, quomodo consentaneum sit, eum honoris loco perpeti justi muneris abdicationem? Nam utraque locutio, et quidem ex eodem fortasse fonte, rem studiose pensantibus et dubitationem suppeditat et explanationem. Præcipue vero ex ante dictis prona responsio manat. Est enim satis exploratum, tropæi nomine dici crucem, a tropæo bellico voce translata : siquidem Christus præclare hostem vi propria superavit; non autem quod ipse crucem constituerit : hanc enim sacrilega gens defixit; neque uti tropæum de hoste, verum ut communis Servatoris supplicium. Sed tamen ille malitia eorum in victoriam de hoste versa, cruce, tanquam tropæo usus est. Neque igitur Judæorum impietas tropæum statuit, neque rursus Servator hominum crucem sibi defixit : sed quod illi lignum ad Domini supplicium defixerant, hic ad salutem naturæ nostræ tropæi forma donavit. Item inferorum regnum dicitur, reginaque mors; non quod decretis suffragioque subditorum dominatum in eos impetraverit; hæc enim regis vocabulo proprie dicto conveniunt; sed quia quam rex terrenus liberam potestatem in subditos suos exercet, eamdem sibi mors peccati causa vindicavit : atque ob id et regina mors et inferorum regnum translatis appellationibus dici possunt. Et sane mortis erat in nos ante crucem potentia invicta, omni spe resurrectionis præcisa et exstincta : verum enimvero cum Dominica passio vim illius omnino abstulerit, jure meritoque dicimus regnum ejus esse direptum.

ρίαν διαπλάσαι τὸ ῥῆμα προέλοιτο· ἐκ γὰρ τῶν προειρημένων, εὐφωρότατον ἔχει τὴν διάκρισιν· οἷον εἰ τρόπαιον ὁ σταυρὸς, τίς ὁ στήσας τὸ τρόπαιον; εἰ μὲν ὁ νικήσας, τί μάτην τὸ Ἰουδαίων ἔθνος εἰς χριστοκτονίαν διαβάλλεται; εἰ δ' αὐτοὶ τοῦτον ἐπήξαντο· οὐδὲ γὰρ ἀμφισβητήσιμον τοῦτο· πῶς ὁ Χριστὸς κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον στῆσαι λέγεται; Ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τις λαβὼν τῷ λόγῳ τὰ τοῦ ᾅδου βασιλείας, δηλονότι τὸν βασιλέα συνεπάγεται. Λέγει δέ που καὶ Παῦλος ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ, ὡς ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, οὐ μόνον ὧν ἦν τὸ ἁμάρτημα καθ' ὁμοιότητα τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς κατ' ἐκείνην τὴν μίμησιν ἁμαρτήσαντας· εἰ δὲ βασιλεὺς, τῷ δὲ βασιλεῖ νόμος τε τὸ ἀξίωμα καὶ ἡ τῶν ὑπηκόων ἐγχειρίζεται ψῆφος, ᾧ δὲ ταῦτα περίεστι, πῶς ἂν εἴη λόγον ἔχον τῆς ὅτι δικαίως ἐβασίλευε τιμῆς, ἀντὶ τοῦ γέρας προσλαμβάνειν, ὑπέχειν τὴν στέρησιν; καὶ γὰρ ἑκάτερον τῶν εἰρημένων, ἴσως μὲν καὶ αὐτόθεν, τὴν ἀπορίαν τοῖς ἀκριβέστερον ὁρῶσιν οὐδὲν ἧττον ἢ τὴν λύσιν προβάλλεται· μάλιστα δὲ ἐκ τῶν προειρημένων, ῥᾳδίαν ἔλκουσι τὴν ἀπάντησιν· καὶ γὰρ ἐπίδηλον τρόπαιον μὲν λέγεσθαι τὸν σταυρὸν, ἀπὸ τοῦ κατὰ τοὺς πολέμους τροπαίου τῆς φωνῆς μετενεχθείσης· ἐπεί γε λαμπρῶς καθεῖλεν ὁ Χριστὸς δι' αὐτοῦ τὸν ἐχθρόν· οὐ διότι δὲ τὸν σταυρὸν ἔστησεν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἔστησεν, ἐπήξατο μὲν γὰρ αὐτὸν τὸ θεομάχον ἔθνος, οὐχ ὡς τρόπαιον δὲ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἀλλ' ὡς τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος κολαστήριον· ὁ δὲ τὴν ἐκείνων κακουργίαν εἰς τὴν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ νίκην ἀντιστρέψας, C οἷα δὴ τροπαίῳ τῷ σταυρῷ προσεχρήσατο· οὔτε γοῦν τὸ τῶν Ἰουδαίων ἄγος τὸ τρόπαιον ἔστησεν, οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ὁ Σωτὴρ τοῦ γένους ἑαυτῷ τὸν σταυρὸν συνεπήξατο, ἀλλ' ἐκείνων ἐπὶ κολάσει τοῦ Δεσπότου πηξαμένων, αὐτὸς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τρόπαιον μετετάξατο· καὶ ᾅδου δὲ βασίλεια λέγεται, καὶ βασιλεὺς ὁ θάνατος, οὐχ ὅτι θεσμοῖς καὶ γνώμῃ τῶν ἀρχομένων τὴν κατ' αὐτῶν ἔσχε κυριότητα, ταῦτα γὰρ τῷ κυρίως σημαινομένῳ διὰ τῆς τοῦ βασιλέως φωνῆς ἕπεται, ἀλλ' ἐπειδήπερ τῶν ἐπὶ γῆς ὁ βασιλεύων τὸ κράτος ἀδέσποτον φέρει κατὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα· τοῦτο δὲ ὁ θάνατος διὰ τῆς παραβάσεως ἥρπασεν· ταύτῃ δὲ καὶ βασιλεὺς εἶναι, καὶ τὰ τούτου βασίλεια λέγεσθαι μεταθεμένοις τὸ ὄνομα δύναται· καὶ ἦν μὲν αὐτῷ πρὸ τοῦ σταυροῦ καθ' ἡμῶν, D ἄμαχος ἡ τοιαύτη ἀρχὴ, πᾶσαν ἀναστάσεως ἐλπίδα περικόπτουσά τε καὶ νεκροποιοῦσα, τοῦ δὲ δεσποτικοῦ πάθους τῆς ἰσχύος αὐτὸν παντελῶς ἀφελομένου, εἰκότως καὶ κατὰ λόγον φαμὲν ἐσκυλεῦσθαι τὰ τούτου βασίλεια.

10. Ergo licet, ut arbitror, alacri animo confidentique lingua dicere, voluntariam simul et involuntariam Patri accidisse Filii necem : et id utrumque de hoste quoque diabolo pronuntiari posse videmus. Dicimus insuper cruci Christum pro nobis subjacuisse, suumque sanguinem clementiæ instinctu profudisse : neque tamen cuiquam obtulisse : non enim ei propositum erat sanguinem offerre, sed passione sua quod perierat conservare. Non igitur

ι'. Ἔνεστιν οὖν, οἶμαι, γνώμῃ τε χαιρούσῃ καὶ παῤῥησιαζομένῃ γλώσσῃ λέγειν, ὅπως τε θελητόν ἐστι καὶ ἀθέλητον ὁ θάνατος τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρί· καὶ ὅπως ἑκάτερον αὐτῶν περὶ τὸν πολέμιον ὁρᾶται λεγόμενον· καὶ ὡς μὲν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρὸν ὑπέστη, καὶ τὸ οἰκεῖον ὁ φιλάνθρωπος αἷμα ἐξέχεεν, οὐ προσήνεγκε δὲ τοῦτό τινι· οὐ γὰρ αὐτῷ σκοπὸς ἦν προσενεγκεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ πάθει τὸ ἀπολωλὸς ἀνασώσασθαι· οὐ προσήνεγκεν οὖν, εἰ μή τινι κατὰ μεταφο-

[26] Rom. v, 14.

ρὰν τὸ ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν αὐτὸν, φίλον ἐστὶν ὀνομάζειν προσενεγκεῖν· ἀκώλυτος γὰρ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς φωνῆς ἡ χρῆσις ἐν σχήματι λεγομένης τροπῆς· ὥσπερ κεκωλυμένον τῆς τὸ κύριον ἐχούσης προσηγορίας τὸ ἰδίωμα ἐπὶ ταύτης ἀπαιτεῖν· καὶ φανερὸν ὡς οὔτε προσήνεγκεν οὔτε προσέφερεν (40) ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου τὸ σωτήριον καὶ καθάρσιον αἷμα τοῦ γένους ἡμῶν· εἰ καὶ ὁ Πατὴρ ὁ διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ πάθους ἐκβεβηκὸς τερπομένῃ καὶ χαιρούσῃ γνώμῃ τὸ αἷμα τοῦ Παιδὸς ὑποδέξασθαι λέγεται· ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰ καὶ τῆς ἐλπίδος ἣν ὤδινεν ἡ ἐξαίτησις ἴσως μὲν ἐντελέστερον, πλήν γε κατὰ τὸν ἐπίτομον προενήνεκται τύπον· ἐπεὶ μηδ' ἐπιλέλησμαι κατὰ τὰς σχολαζούσας μελέτας τοῖς ἱερωτάτοις ἡμῶν δόγμασι πολλάκις ἀκοῦσαι τὴν σὴν ἀρετὴν φυλοχρινούμενα τὰ τοιαῦτα· καὶ ῥᾷόν ἐστιν ἐκ τῶν παρόντων εἴ τι καὶ λήθη τῶν λογισμῶν ἀφεῖλετο, εἰς τὴν τῶν παραλελειμμένων συνάγεσθαι μνήμην.

A obtulit : nisi forte cuipiam placet, passionem ejus pro nobis, figurate oblationem appellare. Nihil enim vetat ob vocabuli similitudinem, quominus eo utamur ex forma prædicti tropi : at vetitum contra est, propriæ strictæve appellationis characterem in eadem locutione exquirere. Sine dubio itaque neque offerebat neque obtulit Dei Agnus, qui mundi peccatum abstulit, sanguinem suum salutarem nostrique generis purgatorem : quanquam Pater, ob passionis utilitatem, libenti lætoque animo Filii sanguinem suscepisse dicitur. Jamvero etsi hæc forte supra spem postulationis tuæ paulo plenius disputata fuerunt, nihilominus eadem a summario dicendi genere non recedunt. Neque enim non recordor, tuam sæpe virtutem per scholasticas de augustis
B nostris dogmatibus exercitationes, hæc accurate digesta audivisse. Est autem facilius, si quid oblivio de cogitationibus nostris detrivit, ope eorum, quæ coram sunt, prætermissorum memoriam recuperare.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΕ'.

Τίνος ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα· «Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονε,» πότερον τοῦ συγγραφέως, ἢ τοῦ Ἀρχαγγέλου;

QUÆSTIO XXV [*al.* XXIX].

Cujusnam vox sit, quæ dicit : «Hoc autem totum factum est [26] ; *» evangelistæne, an archangeli?*

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 4-6.

Ὅτι μὲν ἐκπληττομένου καὶ θαυμάζοντός ἐστι τῶν ἔργων, καὶ τῶν λόγων τὸ ὑπερφυὲς, αὕτη τε τοῦ λόγου ἡ περικοπὴ, καὶ τῶν ὀνομάτων ἡ συνθήκη παρίστησι σαφῶς. «Τοῦτο γὰρ ὅλον γέγονε,» φησὶ, ἀντὶ τοῦ, πῶς ὅλον τοῦτο προῆλθε; Πῶς, ὢ τοῦ θαύματος! ἐφάνη τὸ ἔκπληκτον τοῦτο, καὶ γέμον ἐκστάσεως; Πῶς τοιοῦτον ἥλιος εἶδε; Πῶς ἀνθρώποις ἐπεγνώσθη τοιοῦτον; Καὶ ὅτι μετὰ τὸ ἀναχηρύξαι τό τε ἄσποραν τοῦ τόκου, καὶ τὴν ἐκ Πνεύματος ἁγίου σύλληψιν, καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος κλῆσιν, ἣν διότι σώζει, προσείληφε, τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τόγε οὐκ ἀπό τινων σωματικῶν νοσημάτων, οἷς καὶ ἰατρῶν πολλάκις χεῖρες ἐπήρκεσαν, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν γε τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων τε καὶ μολυσμάτων ὧν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν καθάρσιον οὔτε ἴαμα τῆς θείας χωρὶς εὐμενείας τε καὶ ἐπινεύσεως· διὰ γοῦν τὸ εἰπεῖν τὰ εἰρημένα, καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος, ἀπὸ τῆς κοινῆς εὐεργεσίας ὀνομασίαν, εὐθὺς ἐπήγαγε· «Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονε ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· «Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.» Ἀλλὰ ὅτι μὲν ἐκπληττομένου τε, καὶ θαυμάζοντος ἐστὶ τὸ ἄπειρον πέλαγος τῆς περὶ τὸ ἀνθρώπινον γένος προνοίας ἡ προκειμένη φωνὴ, φανερόν.

Quod stupescentis animi, et factorum verborumque nobilitatem admirantis ea sit vox ; sublimis ipsa orationis particula, nominumque contextus luculenter ostendit. Profecto «hoc totum factum est» adhibuit pro quomodo id omne contigit? Quomodo, (proh mirum!) hoc novitate percellens, et admiratione plenum apparuit? Qui tale factum
C vidit sol? Quo pacto innotuit hominibus? Patet quoque quod, ubi nuntiatum est quod Filius sine semine foret, atque de Spiritu sancto conciperetur, sumeretque Salvatoris nomen, quod illi congruit, quia salvat populum suum, non quidem ab aliquot corporis morbis, quibus curandis vel medicorum manus sæpe sufficiunt, sed ab ipsis animæ ægrotationibus et vitiis, quorum inveniri nequit, excepta Dei benignitate et indulgentia, curatio et remedium : ubi scilicet hæc omnia, et Salvatoris nomen ex beneficiis unicuique collatis susceptum præmittit, protinus subjiciat : «Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per prophetam dicentem : Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Em-
D manuel.» Porro quod obstupefacta mente, atque immensum pelagus divinæ erga humanum genus providentiæ demirante vox proposita oriatur, perspicuum est.

Εἴ τε δὲ ταύτην ἂν εἶπεν ὁ ἄγγελος, εἴ τε καὶ αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς, οὐδεμίαν ἐλάττωσιν οὐδετέρωθεν τὰ λόγια ἐπιδέχονται. Τὰ μὲν γὰρ μεγάλην τινὰ τάξιν ἔχοντα πολλάκις, εἴωθε καὶ ἐκ τῆς τῶν προσώπων ποιότητος προσλαμβάνειν τὴν αὔξησιν· ἃ δὴ

Sive autem hanc angelus, sive evangelista pronuntiarit, nequaquam sermo alterutra ex parte auctoritatis imminutionem patietur. Quandoquidem contingit, ut quæ præclarum orationis ordinem habent, ex personarum quoque qualitate splendoris

NOTÆ.

(40) Hosti scilicet et mangoni generis humani ; ut in præcedentibus Photius dixit. Nisi enim ita intelligatur, pugna quodammodo fiet cum iis quæ dicuntur a Paulo in Ep. ad Hebr.

[26] Matth. I, 22.

incrementum accipiant : quæ autem sublimitatem in sermone etiam inornato undique exhibent, ipsa quoque per se granditatem quamdam superiorem præferant; modo, qui ipsa profert, ineffabilis magnitudinis dignitatem non deprimat. Verumtamen sermonis particula in Archangelum potius subjectum contextum transfert. Neque absurdum videri debet eorum, quæ oculis vel auribus subjiciebantur, testem vocari prophetam; quia per nomina, quæ natura et notitia ad nos attinent, nostro auditui fides facilius ingeritur. Cæterum neque in propheta sistit testimonium; sed ab eo ad universalem usque Dominum illud redigit : Etenim «Quod dictum est, inquit, a Domino per prophetam. »

A (40*) ἀμετρήτῳ λόγῳ τὴν ὑπεροχὴν πρὸς πάντα φέρεται, καὶ οἴκοθεν προβάλλεσθαι τοῦ μεγέθους τὸ ἀσύγκριτον, εἴ τις ἂν ὁ (41) λέγων περὶ αὐτῶν εἴη, οὐ κατεβιβάζει τῆς ἀνεκφράστου μεγαλειότητος τὸ ἀξίωμα. Πλήν γε καὶ ἡ προλαβοῦσα τοῦ λόγου περικοπὴ εἰς τὸν Ἀρχάγγελον ἀναφέρει (42) μᾶλλον καὶ τὴν ἐπενεχθεῖσαν συνέπειαν. Καὶ οὐδὲν ἀπεικὸς μάρτυρα καλεῖν τῶν ὁρωμένων τε, καὶ λεγομένων τὸν προφήτην· διὰ γὰρ τῶν συντρόφων ὀνομάτων μᾶλλον, καὶ γινωσκομένων τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀκοῇ τὸ τῆς πίστεως ἀδίστακτον παραγίνεται. Ἄλλως τε δὲ οὐδὲ μέχρι τοῦ προφήτου προσάγει τὴν μαρτυρίαν· ἀλλ' ἐκεῖθεν εἰς τὸν κοινὸν Δεσπότην ταύτην ἀνάγει· « Τὸ ῥηθὲν γάρ, φησί, ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου. »

QUÆSTIO XXVI. [*al.* XXV].

Cur natus Christus permiserit sui causa infantium cædem evenire?

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚϚ'.

Τίνος ἕνεκα γεννηθεὶς ὁ Χριστὸς συνεχώρησε δι' αὐτὸν τὴν ἀναίρεσιν προελθεῖν τῶν νηπίων;

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 7.

Tua quidem quæstio pulchra est, atque a commiseratione oritur; nec aliqua ex infimis videtur, sed jucundius, arbitror, cæteris solutionibus obtinet judicium. Herodis crudelitatem omnibus cognitam atque compertam fieri oportebat. Itaque si ipsam quidem in eos, qui ad virilem pervenerant ætatem, ostendisset, nihil prohibebat, quominus assentatorum et parasitorum natio excusationes aliquas comminisceretur, quibus hujusmodi piaculi immanitatem extenuarent; atque prætenderent criminibus obnoxios fuisse, quos ipse interfecerat, nec decuisse regem inulta relinquere flagitia. In pueris autem quidpiam hujusmodi nec cogitandi nec fingendi copiam habebit vel impudentissimus quisque fabulator : sed omni ex parte aperta, atque inexcusabilis barbaries, et conscelerati animi, linguæ, manusque incredibile facinus deprehenditur.

Καλὸν μέν, καὶ συμπαθείας τὸ σὸν διαπόρημα, οὐ χειρόνων δ' ἴσως, ἀλλὰ καὶ κρίσεως, οἶμαι, γλυκυτέρας τυγχάνει τῶν ἐπιλύσεων (43). Ἔδει τὴν Ἡρώδου πᾶσιν ἐμφανῆ, καὶ κατάδηλον γενέσθαι μιαιφονίαν. Εἰ μὲν οὖν διὰ τῆς εἰς τελειότητα φθασάντων ἡλικίας ἐπεδείξατο ταύτην, οὐδὲν ἐκώλυε τῶν κολάκων καὶ παρασίτων τὸ ἔθνος αἰτίας τινὰς ἀναπλάττειν, δι' ὧν μετριώτερον αὐτῷ κατεσκευάζετο τὸ τῆς μιαιφονίας ἄγος· ἐνόχους τε κακῶν οὐκ ὀλίγων τοὺς ἀνῃρημένους ἀποφαίνοντας, καὶ βασιλεῖ C πρέπον μὴ καταλιμπάνειν ἀτιμώρητα τὰ ἀδικήματα. Ἐπὶ δὲ τῶν νηπίων οὐδὲν τοιοῦτον οὔτε ἐννοῆσαι οὔτε ἀναπλάσαι οὐδ' ὁ τῶν μύθων ἀναιδέστατος εὑρήσει χώραν· ἀλλὰ γυμνὸν διὰ πάντων, καὶ ἀπροφάσιστον ἐλέγχεται τὸ μισάνθρωπον, καὶ τῆς παλαμναίας γνώμης, καὶ γλώσσης, καὶ χειρὸς τὸ ἀνυπέρβλητον.

Præterquam quod opus erat, ut novi ac intemerati sacrificii, quodque nostri generis scelus expiaret, primitiæ, ab omni culpa, quæ propria actione patratur, ita procul fuissent, ut et purissima forent, et summum sacrificium sua oblatione non deturparent. Quapropter e re potius erat infantium chorum, quam hominum aliquibus culpis devinctorum ante Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi, immolari.

Ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ καινοῦ καὶ ἀναμαρτήτου θύματος, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἀποκαθαίροντος τοῦ γένους ἔδει τὰ προτέλεια κεχωρισμένα πάσης ἁμαρτίας, ὅσαι γε διὰ τῶν πράξεων πρόσεισι, κεκαθαρμένα τε εἶναι, καὶ μὴ καθυβρίζειν τὸ μέγα θῦμα αὐτῶν θυσίᾳ. Διόπερ οἰκειότερον ἦν τὸν χορὸν τῶν νηπίων, ἢ τῶν τισιν ὀλισθήμασιν ἐνεχομένων τοῦ D θείου Ἀμνοῦ τοῦ τὴν ἁμαρτίαν αἴροντος τοῦ κόσμου προθυθῆναι.

NOTÆ.

(40*) Medica manu hunc locum indigere quisque videt : vellem legisse saltem τὰ δὲ καὶ ἀμετρήτῳ λόγῳ ὑπεροχὴν πρὸς πάντα φερόμενα καὶ οἴκοθεν, κ. τ. λ., nisi forte id Photio παχυτέρως, et non ἐξειργασμένως, ut ipse inquit, scribenti tribuere malimus.

(41) Ὁ pro ὃς ex scriptoris incuria hic excidisse videtur, vel πλεονάζει τὸ εἴη.

(42) Hanc Photii sententiam non amplector quidem, sed damnare non ausim. Profecto tum orthodoxi, cum heterodoxi scriptores pene omnes, quod sciam, prophetæ testimonium a divo Matthæo potius, quam ab angelo afferri fatentur : quippe evangelistæ, non angeli frequentissime solebant Veteris Testamenti loca, ut suis narrationibus fidem, ac Judæorum benevolentiam conciliarent, memorare : imo ea, quæ sequuntur, *Surgens autem Joseph a somno fecit, sicut præcepit ei angelus Domini*, satis evincunt historicum sermonem jam prius incepisse. Etsi autem res ita se habeat, Photio tamen Patres nonnulli favent, Euthymius videlicet ac Theophylactus, nec non et is, cujus ille auctoritatem magni semper facit, et plerumque sequitur, Joannes, inquam, Chrysostomus, homil. 59 in Matth., ubi adductum Isaiæ oraculum proinde commentatur, ac si ad angelum, non ad hagiographum pertineret.

(43) Ita ex codicibus Vaticano, ac Taurinensi legendum puto : verbis enim, quæ in nostro sunt, γλυκύτερον τυγχάνει τῶν ἐπιλύσεων, quem sensum exculerim?

Εἰ βούλει δὲ καὶ παραμύθιον ταῖς μεγίσταις περιστάσεσιν ἐταζόμενον, ὁρᾷν ἔστιν ἀναφυόμενον ἐντεῦθεν. Σφαγιάζεται γὰρ τὰ βρέφη, ὧν ὁ βίος ἀνεπίδεκτος ἁμαρτίας· ἵν' ἐπειδὰν πάσχωσί τινες, μὴ, διὰ βαρύτητα πλημμελημάτων νομίζοντες πάσχειν, τὴν ἐκ τῶν παθῶν πληγὴν ὑφίστανται βαρυτέραν, ἢ πικροτέραν, καὶ πρὸς ἀπόγνωσιν ὦσιν ἀφορῶντες· ἀλλ' ἵνα τὸ ἀναμάρτητον τῶν βρεφῶν, καὶ τὸ ἐπ' ἐκείνοις τόλμημα τῶν ἀλαστόρων ἔχοντες παράδειγμα ψυχαγωγίας, καὶ ἱκανὸν παρακαλέσαι μακροθυμεῖν, εἰς εὐχαριστίαν διανίστανται τοῦ πάντα σοφῶς τὰ ἡμέτερα οἰκονομοῦντος. Καί γε δὴ καὶ τὸ δι' ὧν ὁ φθόνος οὐδεὶς ἀναφλέγεσθαι χώραν εἶχεν (ἀρτιγενῆ γὰρ βρέφη τίν' ἂν παράσχοι πρόφασιν βασκανίας), ἀλλὰ γὰρ τὸ κατ' ἐκείνων εἰς σφαγὴν οὕτως ἀναίσχυντον, καὶ ἀνιστόρητον ἐξορμῆσαι, ζητήματος λύσιν οὐκ ἔστιν ἄπορον παρασχεῖν, οὐδ' εἰς εὐμάρειαν μεταρυθμίσαι, ὅπως, τὸ μισόχριστον τῶν Ἰουδαίων γένος εὐεργετοῦντά, καὶ θεραπεύοντα, νόσους ἀνιάτους τὸν Σωτῆρα ἀντὶ τοῦ δοξολογεῖν, καὶ στεφάνοις ἀμείβεσθαι χαρίτων, σταυρῷ κατεδίκασε, καὶ ἐπονειδίστῳ θανάτῳ. Εἰ γὰρ, ἐφ' ὧν ὁ φθόνος οὐδεμίαν πάροδον εἶχε, σφαγῇ τοὺς ἀναιτίους ὁ τῶν Ἰουδαίων ἡγεμὼν μετῆλθεν, οἱ ταῖς μιαιφονίαις ὑπ' αὐτοῦ παιδοτριβηθέντες, καὶ προγυμνασθέντες τί οὐκ ἂν ἀπετόλμησαν, μάλιστα αὐτῶν τηλικούτου φθόνου στρατηγοῦντος; Καὶ γὰρ ὧν ἔστιν ὁρᾷν ἔργα μεγάλα, καὶ θαυμάσια, καὶ τῶν πολλῶν πρὸς αὐτὰ οὐδὲν ἔλαττον τὴν θέαν, ἢ τὴν εὔνοιαν ἐπιστρέφοντα, ὅσῳ τοὺς εὐγνώμονας εἰς εὐφημίαν, καὶ θαῦμα γλυκὺ καὶ σεβασμιότητα διεγείρει, τοσούτῳ μάλιστα τοῖς ἀχαρίστοις καὶ κακομηχάνοις τὸ ἐξάγιστον τοῦτο πάθος ἐνδυναστεύει καὶ τὸ κράτος ἄμαχον περιβάλλεται.

Εἰ δέ σοι φίλον καὶ πλείους ἐπιθεωρεῖν αἰτίας, πρῶτος μὲν ὁ δίκαιος Ἄβελ οὐδὲν ὀφείλων, ὅσα γε ἧκεν εἰς οἰκείων ἔργων ὀφειλὴν, παραδοθεὶς, καὶ ὑποβληθεὶς τῷ θανάτῳ σαθρὰν αὐτοῦ τῶν θεμελίων τὴν κρηπῖδα καταβαλλομένην ἔδειξεν. Ἐπεὶ δὲ μετ' αὐτὸν πολλοὶ τῶν ἐνόχων περιετείχισάν τε καὶ ἐξωρόφωσαν αὐτοῦ τὴν οἰκοδομὴν εἰς ὀχύρωμα· ἔμελλε δὲ ὁ Σωτὴρ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ γένους παραγεγονὼς σκυλεύειν αὐτοῦ τὰ βασίλεια· οἱονεὶ δορυφόροι τινὲς καὶ πρόδρομοι τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀναμάρτητοί τε, καὶ τοῖς μαρτυρικοῖς αἵμασι περιῤῥεόμενοι καταλαβεῖν τοὺς ἐν τῷ ᾅδῃ κατεχομένους διοικονομοῦνται, καὶ προαποστέλλονται· ἅμα τε τὴν Δεσποτικὴν παρουσίαν, καὶ κοινὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τῆς αὐτῶν ἐπιστασίας εὐαγγελιζόμενοι, καὶ δεικνύντες τὰς σφαγὰς, ἃς διὰ τὸν κοινὸν Ἐλευθερωτὴν ὑπέσχον· καὶ δι' αὐτῶν πιστούμενοι παραγενέσθαι τὸν ὑπὸ προφητῶν ἀνακηρυττόμενον Σωτῆρα τοῦ γένους· καὶ δὴ καὶ τὸν ᾅδην ὁρῶντα τοσαύτην φάλαγγα μυρίων ἀνευθύνων ἁμαρτίαις ἐπιστᾶσαν ἐκδειματῶσαί τε, καὶ τὴν ὅσον οὔπω, μέλλουσαν αὐτῷ παντελῆ καθαίρεσιν διὰ τῶν προοιμίων ἐπιδεῖξαι. Ἀναμαρτήτων γὰρ, καὶ τότε τοσούτων σφαγῇ καταβάλλει παντελῶς, καὶ ἀφαιρεῖται τὸ τοῦ θανάτου δικαίωμα.

Adde, si placet, quod in gravissimis infortuniis solatium hinc prodire videatur. Enecantur enim pueri, quorum vita peccato carebat, ne cum patiuntur aliqui, ob culparum gravitatem se plecti putantes, plagam ex ipsis animi perturbationibus graviorem, aut acerbiorem reddant, neque in desperationem dejiciantur; sed innocentiam puerorum, simulque in eos exsecrandæ impietatis exemplum habentes (pro argumento solatii, quod ad constantiam hortationi sufficiat, ad gratias agendas ei, qui nostra omnia sapientissime moderatur, excitentur. Porro autem ex eo quod, in quibus nullam succensendi ansam habebat invidia (quam enim nuper nati pueri præberent odii causam?) in his nihilominus usque ad necem adeo impudentem, atque inauditam impietas exarserit, difficile non est quæstionis solutionem depromi, atque in apricum proferri, quanam scilicet ratione Judæorum natio Christo infensissima, fundentem beneficia, atque immedicabiles morbos sanantem Servatorem non modo non laudibus et coronis grati animi ergo mactaret, sed etiam cruce ac morte turpissima damnarit. Si enim innocentes, in quibus nullus invidiæ patebat aditus, Judæorum princeps ad mortem persecutus est, quid non præcipue sub tantæ impietatis auspiciis auderent ii qui ab ipso sævitiæ institutionem ac præludium acceperant? Cum enim grandia et mira spectantur facinora, et quæ multorum non minus attentionem quam benevolentiam sibi conciliant, quanto magis hæc in amicis celebrationem, demirationemque jucundam atque obsequium excitant, tanto in ingratis ac malignis detestabile hoc vitium imperium vimque insuperabilem acquirit.

Quod si tibi plura quoque placeat conspicere hujusmodi crimina, memento quod Abel, primus ille justus cum nulla suarum actionum culpa teneretur, proditus atque per insidias morti subjectus, exsecranda ejusdem vitii fundamentorum principia jacta jam esse ostendit. Quoniam vero post illum multi conscelerati homines invidiæ ipsius sedem muro ac tecto munierunt, atque eam regali fastu Redemptor hominum bono natus spoliaturus erat, tanquam magni regis satellites quidam atque præcursores innocentes, et martyrii sanguine circumfusi ad eos, qui in limbo detinebantur, amplexandos diriguntur præmittunturque, ut sua præsentia simul et Domini adventum atque communem liberationem evangelizarent, mactationemque suam pro communi Servatore toleratam ostenderent, ac Patres per eos crederent a prophetis prædicatum nostri generis Liberatorem adesse; imo etiam ut infernus tanta innumerorum insontium multitudine adveniente terreretur, absolutamque debellationem a se nondum exspectatam per quædam præludia præsentisceret. Scilicet innocentium, et quidem tot puerorum occisio mortis jus prorsus evertit ac destruit.

His accedit, quod divinæ Sapientiæ consuetudo hac in re mirum quantum effulgeat. Quonam pacto? Solet in omnibus ingenium, et eloquium excedens divina Sapientia ex tristibus ea quæ gaudium et voluptatem præstant, educere, atque ex contrariis contraria comparare. Et primum quidem Josephum fraterna invidia vexatum ad Ægypti imperium evexit. Nisi enim fratres ejus invidos in ipsum oculos conjecissent, neutiquam venditus fuisset, neutiquam, nisi venditus et serviens, et pudicitiæ non erubescens libertatem, latuisset in vinculis detentus : nisi vinculis constrictus esset, duos somniis implicatos non extricasset, neque inde innotuisset Pharaoni, neque fuisset secundum hunc imperio Ægypti potitus. Cernis quantum ex invidia odioque fraterno manarit bonum, et quanta Deus Josephum gloria coronavit?

Alius deinde Pharao contra Israeliticam gentem odio exarsit, ac impius masculis infantibus Nilum pro carnifice constituit. At ex illius feritate factum est, ut pro domuncula, in qua simul multi degebant, quæque nihil a cæteris popularibus differebat, in aula Ægyptiorum regum Moyses enutriretur, inde divina Providentia ostendente quod qui insidiis impetebatur, insidiatorum imperium subacturus esset. Nimirum paulo post mortis pœna afficiens Ægyptium, qui eam contribuli suo inferebat, et jam detectus illinc fugit, ac rursum signis prodigiisque munitus, contra exspectationem exsurgit percutitque Ægyptum, et suam denique gentem a dura liberat servitute : eos autem, quibus serviebant Hebræi, cum omni exercitu maris fluctibus pro fluminis aquis tradit suffocandos. Quare ex eo quia Hebræorum insontes in fluvio enecati sunt, tota natio a servitio redempta est; ac fremitus Ægyptiorum cum ipsis agminibus, curribus, satellitibusque fluctu obruti sunt.

Et multa quidem hujusmodi ex sacris Ecclesiæ historiis collecta posset quispiam in medium afferre. Eadem itaque ratione per exsecrandam immanemque puerorum cædem coronæ martyribus dignæ, et immarcescibiles ipsis beatis exfloruerunt atque intextæ sunt : imo factum est, ut securi Deo sisterentur, ac perpetuam illam ineffabili gaudio et felicitate cum incorporeis agminibus choream plauderent, beatissimaque et perfecta optabilium rerum visione lætarentur; quibus quænam interneciones et quænam suppliciorum acerbitates condignæ æstimabuntur? Quapropter adeo non expediebat iniquam et præproperam infantium mortem quacunque ratione præpedire; ut multo melius fuerit eam permitti ac perpetrari, quo ipsi tantis in æterna et inenarrabili beatitate pullulantibus bonis cumularentur.

Atque hæc quasi ad explendam sacræ scientiæ cupiditatem tibi sufficiant. Quod si quis in arcana cum Paulo verba admissus, nobis melius ea

A Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις καὶ τὸ σύνηθες τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐνταῦθα μάλιστα παῤῥησιάζεται. Ποῖον τοῦτο; Εἴωθεν ὡς ἐπίπαν ἡ ἀπερινόητος, καὶ ἀνέκφραστος τοῦ Θεοῦ σοφία ἐκ τῶν ἀνιαρῶν προάγειν, ἃ χαρᾶς ἐστι, καὶ εὐφροσύνης παρεκτικὰ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων πηγάζειν τὰ ἀντικείμενα. Αὐτίκα ἐκ τῆς βασκανίας τῶν ἀδελφῶν τὸν Ἰωσὴφ τὸν φθονηθέντα τῆς Αἰγύπτου κατέστησε κύριον. Εἰ μὴ γὰρ φθονερὸν αὐτῷ ἐπέβαλον ὄμμα οἱ τῶν ὠδίνων κοινωνοὶ, οὐκ ἂν ἐπράθη, οὐκ ἂν μὴ πραθεὶς, καὶ δουλεύων, καὶ τὴν τῆς σωφροσύνης οὐκ αἰσχύνων ἐλευθερίαν δεσμωτήριον ᾤκησεν· εἰ μὴ δέσμιος ἐγεγόνει, οὐκ ἂν τοὺς ὀνείροις δεδεμένους, διέλυεν· οὐκ ἂν ἐκεῖθεν ἐγνωρίζετο βασιλεῖ, οὐδὲ τὴν μετ' αὐτὸν ἀρχὴν τῆς Αἰγύπτου ἐκεχείριστο. Ὁρᾷς ἡλίκον ἐκ B φθόνου, καὶ μισαδελφίας ἔφυ ἀγαθὸν, καὶ ὅσαις ὁ Θεὸς τὸν Ἰωσὴφ δόξαις κατεστέψατο;

Ἄλλος ὕστερον Φαραὼ κατὰ τῆς Ἰσραηλίτιδος φυλῆς ἐξεμάνη, καὶ τοῖς τῶν βρεφῶν ἄῤῥεσι τὸν ποταμὸν ὁ παράνομος ἐπενόησε δήμιον. Ἀλλὰ ἐκ τῆς ἐκείνου μιαιφονίας ὁ Μωϋσῆς ἀντὶ τῆς ἰδίας ἑστίας μιᾶς τῶν πολλῶν οὔσης, καὶ οὐδὲν τῆς τῶν ὁμοφύλων διαφερούσης ἐν τοῖς τῶν Αἰγυπτίων ἀνακτόρων ἀνετρέφετο, αὐτόθεν τῆς θείας προνοίας ἐπιδηλούσης, ὡς ὁ ἐπιβουλευόμενος, αὐτὸς ἐγκρατὴς τῆς τῶν ἐπιβουλευόντων δυναστείας ἔσται. Ἔπειτα γὰρ δίκας φόνου λαβὼν, ὑπὲρ ὧν ἠδίκει τὸν ὁμόφυλον ὁ Αἰγύπτιος, καὶ κατάφωρος γεγονώς τε ἐκεῖθεν, καὶ C πάλιν ὀχυρωθεὶς σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ παρὰ δόξαν ἐφίσταται, καὶ μαστίζει τὴν Αἴγυπτον· καὶ τέλος τοὺς μὲν ὁμοφύλους τῆς χαλεπῆς δουλείας ἀπαλλάττει· τοὺς δὲ καταδουλωσαμένους πανστρατιᾷ θαλάττης ἀντὶ τῆς ποταμίου μιαιφονίας ἐναποπνίγει ῥεύμασιν. Ὥστε ἐξ ὧν ὁ Φαραὼ τὰ τῶν Ἑβραίων βρέφη ποταμίῳ θανάτῳ κατεδικάσατο, ἐκ τούτων τε τὸ γένος ἅπαν ἀνεσώθη τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τῶν Αἰγυπτίων τὸ φρύαγμα αὐτῇ στρατιᾷ, καὶ ἅρμασι, καὶ τριστάταις ὑποβρύχιον γεγόνασι.

Καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐκ τῶν ἱερῶν λειμώνων τῆς Ἐκκλησίας ἀνθολογησάμενος ἐπιδείξειεν. Οὕτω δὲ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ἀλάστορος καὶ παλαμναίας τῶν νηπίων σφαγῆς οἱ μαρτυρικοί τε, καὶ ἀκήρατοι τοῖς μακαρίοις ἐξήνθησάν τε, καὶ διεπλάκησαν στέφανοι· D καὶ τὸ σὺν παῤῥησίᾳ παρίστασθαί τε τῷ Θεῷ, καὶ τὴν ἄληκτον ἐκείνην ἐν ἀδιηγήτῳ χαρᾷ, καὶ εὐφροσύνῃ σὺν τοῖς ἀσωμάτοις τάγμασι συνεξελίσσειν χορείαν, καὶ τοῦ μακαριωτάτου, καὶ ἀκροτάτου τῶν ὀρεκτῶν ἀπολαύειν θεάματος· ὧν πόσαι σφαγαὶ, ποῖαι δὲ τιμωριῶν δριμύτητες ἀντάξια λογισθήσονται; Ὥστε οὐ μόνον οὐκ ἦν ἄμεινον οὐδαμόθεν ἐπισχεῖν τὸν ἔχθεσμόν τε, καὶ ἄωρον τῶν βρεφῶν θάνατον· ἀλλὰ καὶ πολλῷ κρεῖσσον ἐναφεῖναί τε καὶ ἐνδοῦναι προελθεῖν τοσούτων αὐτοῖς ἐκεῖθεν αἰωνίων τε, καὶ ἀδιηγήτων ἀναβλαστησάντων ἀγαθῶν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔστω σοι τῆς ἱερᾶς φιλομαθίας ὥσπερ τις ἱερὰ ἀφοσίωσις. Εἰ δέ τις τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ Παύλου ῥημάτων μύστης γεγονὼς, μυστ-

γωγεῖν ἡμᾶς ἐθελήσειε τελειότερον, ἡδέως ἄν, καὶ χάριν ἀνομολογοῦντες ὀφείλειν τῷ ἀνδρὶ, διὰ βίου, καὶ κοινῇ μαθητεύσωμεν.

A mysteria pandere voluerit; tunc nos libenter, et gratiam ei fatentes habere, dum vivimus, communi usura discemus (44).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΖ'.

Πῶς λέγοντες Θεὸν μὲν ἕνα, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις, καὶ τὸν Πατέρα λέγομεν Θεὸν, καὶ τὸν Υἱὸν κατ' αὐτὸν Θεὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσαύτως· Θεότητα δὲ λέγοντες μίαν, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, οὐκ ἔτι δυνάμεθα λέγειν οὔτε τὸν Πατέρα Θεότητα, οὔτε τὸν Υἱὸν, οὔτε τὸ Πνεῦμα, οὐδ' ἅμα (45);

QUÆSTIO XXVII [*al.* XXVI].

Quomodo cum Deum unum, tres autem hypostases dicamus, et Patrem dicimus Deum, et Filium per se Deum, et Spiritum sanctum similiter: cum autem dicamus unam Divinitatem, et tres hypostases, non item liceat Divinitatem dicere Patrem, neque Filium, neque Spiritum sanctum, neque simul?

Edita ab Ant. Scotto, p. 14.

Τὸ μὲν οὖν ἅμα μὴ λέγειν τὰς θεαρχικὰς ὑποστάσεις Θεότητα, καίτοι λεγομένας ἐν μιᾷ θεωρεῖσθαι Θεότητι, εἰ βούλει δὲ, καὶ γνωρίζεσθαι, καὶ περιέχεσθαι· τοῦτο δέξοιτ' ἂν αἰτίαν οὐκ ἄλογον τὸ B μηδ' ἑκάστην καθ' ἑαυτὴν τῶν μακαρίων ἐκείνων, καὶ δημιουργικῶν ὑποστάσεων δύνασθαι λέγειν ἡμᾶς Θεότητα. Διὰ τί δὲ Θεὸν μὲν ἑκάστην τῶν ὑπερφυῶν ὑποστάσεων λέγομεν, οὐκ ἔτι δὲ καὶ Θεότητα, ὧδε ἂν ἴσως θεωροίη· μᾶλλον δὲ πρὸ τούτου ζητητέον (ἐκεῖθεν γὰρ καὶ τοῦ παρόντος ζητήματος ἡ βλάστησις τὰς ἀφορμὰς ὑπεβάλλετο) πότερον ὁ Θεὸς, καὶ ἡ Θεότης ταυτὸν εἴη, ἢ ἕτερον; Εἰ μὲν γὰρ ἕτερον, τί τοῦτο, καὶ τί παρὰ τὸν Θεόν; Εἰ δὲ ταυτὸν, πῶς ἑκάστη τῶν ζωαρχικῶν ὑποστάσεων Θεὸς λεγόμενος οὐ λέγεται Θεότης; Οἱ μὲν οὖν τὸ σχῆμα τῆς λέξεως αἰτιασάμενοι, ὡς ἡ μὲν ἀῤῥενικοῦ τύπου, ἡ δὲ πρὸς τὸ θῆλυ τῆς φωνῆς σχηματίζεται, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ὁμοίως ἑκάτερον ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος λέγεται, αὐτόθεν τὸν ἔλεγχον δέχονται. C Κατ' οὐδέτερον γὰρ σχηματισμὸν τὸ Πνεῦμα τῇ γλώττῃ προφερόμενον, οὐδὲν ἧττον Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ Θεὸς λέγεται· καὶ τῶν ὀνομάτων τὸ ἑτερογενὲς οὐδὲν ἐκώλυσε τὴν αὐτὴν προσηγορίαν ἐπάγεσθαι, ἣν καὶ οὐ τὸ αὐτὸ γένος τῆς φωνῆς περιεπτύσσετο· καὶ τούτου σαφέστερον ἔτι γένους ἑτέρου τυγχάνουσα κατὰ φωνὴν ἡ οὐσία ἐπὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος ὁμοτίμως κατηγορεῖται· οὐσίαν τε γὰρ αὐτὰς λέγομεν, καὶ μιᾶς οὐσίας· οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον δὲ ζῶον, ἢ οὐσίαν καλεῖσθαι τὸ ἑτερογενὲς τῆς φωνῆς ἀπεκώλυσε.

Quod simul divinæ personæ, licet in una Divinitate spectari, imo, si vis, et cognosci, et contineri dicuntur, tamen Divinitas non appellentur; hoc poterit hanc haud absurdam habere rationem, quod scilicet neque singulas beatas illas, creatricesque personas per se Divinitatem nuncupare possimus. Cur autem unamquamque illarum augustissimarum hypostaseon Deum quidem, at non pariter Divinitatem vocemus, hic fortasse perpendi debet: potius est autem in antecessum investigandum (quippe quia propositæ quæstionis caput inde occasionem accepit) utrum Deus ac Deitas idem sint, an aliud. Namque si aliud, quidnam hoc est, et quidnam in Deo? Si vero idem, quomodo quævis illarum vivificantium personarum Deus, et non Deitas appellatur? Qui discriminis causam in vocabuli forma quærunt, quod nempe alterum sit masculini generis, alterum vero ad feminini modum inflectatur, ac propterea non possit pariter de Patre, de Filio, et de Spiritu sancto utrumque usurpari, ex hoc ipso refelluntur: etsi enim nomen Πνεῦμα (Spiritus sanctus) nostra lingua prolatum neutrius sit generis, tamen Deus non minus, quam Pater, et Filius nuncupatur; et generis nominum diversitas non fuit impedimento, quominus hæc appellatio induceretur, quam et idem vocis genus non complectebatur: imo magis perspicue, quam hoc, vox essentia, utut ad aliud genus pertineat, tamen æquo jure de Patre, Filio, et Spiritu sancto enuntiatur: eas siquidem personas ipsam divinam essentiam, et unius essentiæ nominamus: neque generis diversitas hominem dici animal, vel substantiam unquam prohibuit.

Τί οὖν δεῖ λέγειν; Ἢ ὅτι, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος, καὶ

Quid ergo dicendum superest? An quod, quem-

NOTÆ.

(44) Profecto ubi de divinis operibus, ac præsertim de scelerum permissione sermo instituitur: tunc præcipue sunt, uti scriptum est Sap. IX, 14. *Cogitationes hominum timidæ, et incertæ providentiæ:* idque humanæ menti omnino impervium esse pluries docuit Apostolus, Rom. XI, 33; I Cor. II, 16. Nihilo tamen minus rationes illæ, ut aiunt, congruentiæ, quas Photius affert, ab iis, quæ in Patrum operibus occurrunt, non nimis absunt. Videsis inter Græcos Irenæum III, 4. Just. quæst. 13, ad Orth. Orig. hom. in Matth. Chrysost. hom. 2 in var. Ev. Eusebium Emissen.; inter Latinos autem August. III; de exposit. Symb. 4, et Serm. 8 de sanctis, Prud. hymn. Epiph. Fulgent. de Epiph. et libro ! *De Fide ad Petrum* 3 et 39; Leo. serm. I de Epiph. Bernard. serm. de Innoc et homil. in D Cantica 60.

Cæterum per Innocentium cædem, uti monet historia, factum est, ut non solum Judæi, et Samaritani, sed gentes pene omnes tempus magni illius Messiæ, qui jamdiu exspectabatur, a Prophetis prædictum advenisse audirent, atque ita prædicationi evangelicæ via sterneretur.

(45) In Coisliniano codice legitur οὐδ' ἅμα τὰ τρία, et in Vaticano ἀλλ' οὐδ' ἅμα τὰ τρία; tametsi maleferiati cujusdam critici, vel emendatoris manu hodiedum τὸ οὐδὲ deletum videatur. In Taurinensi vero ἀλλ' ἅμα τὰ τρία, et hanc lectionem sensui consentaneam esse temere Josephus Pasinius affirmat, siquidem ipsum responsionis initium refragatur.

admodum nomina homo et humanitas non ad alium atque alium sensum spectant; et nihilominus illud de Socrate nullo impedimento usurpatur, hoc autem nequaquam; ita quoque voces illæ Deus, et Deitas, licet diversas ideas non contineant, nequeant tamen de divinis personis pariter dici? At dicet fortasse elegantiorum hominum quispiam, quod augeat hoc, non diluat propositæ quæstionis difficultatem; atque petitionis principii suspicionem minime effugiat. Hos autem rem accurate non fuisse assecutos inde patet, quod non e re simili ad rem propositam in quæstione fiat transitio, neque id obscuritatem augeat, imo neque primam interrogandi causam, quasi cognitam, supponat: atque hinc potius isti rectum non tulisse judicium arguuntur. Si enim in naturæ sermone hujusmodi vocabulorum conditio animadvertitur in illis rebus, in quibus identitas non læditur, atque in enuntiationibus ipsa vocabula usum non similem habent; quomodo evidens et perspicuum non est, quod neque abstrusum putandum sit, neque absurdum in theologia, quæ a materie longo intervallo distat, quæque maxima difficultate humanam mentem undequaque gravioribus implicat quæstionibus, in quibus neque ulla alia voce adamussim licet quæstionem exprimere; in his, inquam, quoque modo hujusmodi comminisci usum vocabulorum, quæ, etiamsi rebus corporeis veteri et recepto judicio accommodari, atque idem significare videantur, eodem tamen pacto prædicari non possunt? Ubinam itaque difficultas hic augetur, aut causa pro causa ponitur?

Novi autem quosdam, qui dubium diluere arbitrantur hominem, ac naturam, speciemque humanam assumendo, quæ quodammodo in idem invicem concidere videntur; in Socratis autem prædicatione diversitatem, non convenientiam proferunt. Socrates enim homo quidem dicitur, at neque species, neque natura, si vis autem, neque forma his conjuncta appellari poterit. Hos autem fugit, ut videtur, quomodo sit de nominibus judicandum, et quod quæcunque ad physicas res nomina pertinent, ipsa ad res significatas luculenter, ac proprie ferantur: quæ vero a dialectica oriuntur speculatione, et dialecticum quemdam involvunt sensum, hæc ad significatas naturæ res vi propria non pertingunt. Homo vero et humanitas, necnon Divinitas, et Deus non sunt logicæ subtilitatis commentationes, sed exsistentis rei nomina: attamen ex his quædam quoque vestigia ingredi fas est, quæ ad dubii solutionem adducunt. Etenim cum hæc secum invicem comparantur, rerum scilicet nomina, et ea quæ logicam in verbis subtilitatem habent, non minimam in ipsa differentia mutuam communicationem retinent. Verba enim singularibus rebus tributa et involvunt ista nomina, et ipsis innituntur,

A ἡ ἀνθρωπότης οὐκ ἄλλον, καὶ ἄλλον παραδεχόμενα λόγον, ὅμως τὸ μὲν λέγεται κατὰ τοῦ Σωκράτους ἀκωλύτως, τὸ δὲ οὐκέτι· οὕτω καὶ ἡ Θεὸς φωνὴ, καὶ ἡ Θεότης, οὐκ εἰς ἕτερον, καὶ ἕτερον ἀναπτυσσόμενα νόημα, οὐχ ὁμοίως δύνανται καὶ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων λέγεσθαι; Ἀλλὰ εἴποιεν ἄν τις ἴσως τῶν χαριεστέρων· ὡς αὔξησίς ἐστιν, οὐ λύσις τοῦ ἀπορήματος τοῦτο, καὶ τὴν τοῦ ἀπ' ἀρχῆς αἰτεῖσθαι ὑποψίαν οὐκ ἐκφεύγει. Τοὺς δὲ μάθοις ἂν ἐντεῦθεν, ὡς διαπέφευγε τὸ ἀκριβές· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου πρὸς τὸ προκείμενον ἐπὶ ζήτησιν μετάβασις, οὔτε κρατύνει μᾶλλον τὸ ἄπορον· ἀλλ' οὐδ' ἐπισύρεται τὴν αἰτίαν τοῦ ἀπαρχῆς αἰτεῖσθαι· ἐκεῖθεν δὲ μᾶλλον διελέγχοιντ' ἂν οὐκ ὀρθὴν ὑπελθόντες τὴν κρίσιν. Τὸ γὰρ ὁρᾷν ἐν φυσιολογίᾳ τοιαύτην ὀνομάτων θέσιν, B ἐν οἷς καὶ τὸ ταυτὸν οὐ λυμαίνεται, καὶ πρὸς τὸ κατηγορεῖσθαι τὴν χρείαν οὐχ ὁμοίαν παρέχεται, πῶς ἐστι σαφής τε, καὶ ἀναντίῤῥητος παράστασις τοῦ μηδὲν ἄπορον νομίζειν, μηδὲ παράλογον ἐν τῇ πολλῷ τῆς ὕλης ὑπερκαιμένῃ (46) θεολογίᾳ, καὶ πολλῇ πανταχόθεν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ἐν τοῖς βαθυτέροις τῶν ζητημάτων ἀπορίᾳ περιτειχιζούσῃ, ἐφ' ὧν οὐδὲν οὐδὲ τῶν ἄλλων ὀνομάτων οὐδενὶ ῥᾷόν ἐστι δηλῶσαι τοῦ ζητουμένου τὴν ἀκρίβειαν· ἐπὶ τούτων ἁμωσγέπως τοιαύτην φωνῶν ἀνευρίσκειν χρῆσιν, αἳ κἂν τοῖς ἐνύλοις ὁρῶνται παλαιᾷ καὶ συνήθει κρίσει ἐναρμόττουσαι, καὶ τῆς μὲν ταυτότητος οὐκ ἐξιστάμεναι, ἐν δὲ τῷ κατηγορεῖσθαι διιστάμεναι; Ποῦ τοίνυν ἐνταῦθα ἡ τῆς ἀπορίας ἐπίτασις, ἢ τῆς ἄλλης αἰτίας ὑπόληψις;

C Τινὰς δὲ λύειν νομίσαντας οἶδα ἐκ τοῦ τὸν ἄνθρωπον παραλαβεῖν, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὸ εἶδος· ἃ δοκεῖ μέν πως ἀλλήλοις εἰς ταυτὸν συνιέναι· ἐν δὲ τῇ τοῦ Σωκράτους κατηγορίᾳ τὴν διάστασιν ἀντὶ τῆς ὁμολογίας ἐξοικειοῦνται. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ὁ Σωκράτης, οὔτε δὲ εἶδος, οὔτε φύσις, εἰ βούλει δὲ, οὐδ' ἡ συνταττομένη τούτοις μορφὴ δύναιτ' ἂν λέγεσθαι. Λανθάνει δὲ τούτους, ὡς ἔοικεν, ἡ τῶν ὀνομάτων διάκρισις, καὶ ὅτι ὅσα μὲν ἐστι φυσικῶν πραγμάτων ὀνόματα, ταῦτα περιφανῶς τε, καὶ καθαρῶς κατὰ τῶν ὑποκειμένων φέρεται· ὅσα δὲ διαλεκτικῆς προῆλθον ἐπινοίας, καὶ διαλεκτικόν τινα περιέχουσι D νοῦν, ταῦτα τῶν ὑποκειμένων τῆς φύσεως ἔργων ἰσχὺν οὐκ ἔχει διαβιβάζεσθαι. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἀνθρωπότης, καὶ δὴ καὶ ἡ Θεότης, καὶ ὁ Θεὸς οὐ λογικῆς ἐστι τεχνασμάτων προβλήματα, ὑποκειμένου δὲ πράγματος ὀνόματα· πλὴν κἀκ τούτου ἔστιν ἴχνη τινὰ λαβεῖν πρὸς τὴν τῆς ἀπορίας λύσιν ἐνάγοντα. Καὶ γὰρ ἀλλήλοις ταῦτα συνιόντα, τά τε τῶν πραγμάτων ὀνόματα, καὶ ἅπερ τῆς λογικῆς ἐντρεχείας, τυγχάνει πρὸς ῥήματα, οὐκ ὀλίγην ἐν τῇ διαστολῇ τὴν πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν ἀσπάζεσθαι (47). Περιέχουσι γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα καὶ ταῦτα, καὶ ὑπερίδρυται τούτων, καὶ πρὸς ἐκεῖνα λέγεται, εἰ καὶ μὴ

NOTÆ.

(46) Vide an scribi debeat ὑπερκαινουμένῃ, vel saltem ὑπερκειμένῃ.

(47) Corrigas velim ἀσπάζεται. vel ex præcedenti periodo resumas ἔστιν.

κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον. Φαμὲν γὰρ Σωκράτην φύσιν, καὶ εἶδος, καὶ μορφὴν, εἰ καὶ μὴ τῶν ἐν τῇ προτάσει μερῶν, ὥσπερ ἐν ταῖς φυσικαῖς ὁρᾶται φωναῖς, ἑκάτερον ὁμολόγως κατὰ τὴν ὀνομαστικὴν προάγεται κλῆσιν.

Ἔτι δέ φαμεν τόν τε ἄνθρωπον, καὶ τὸ ζῶον λογικὸν, θνητὸν, ταυτόν· ναὶ μὲν καὶ τὸ γελαστικὸν ἑκατέρῳ· οὐ μὴν, ὅσα περὶ ἑνὸς τούτων λέγεται, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν δυνατόν ἐστιν εἰπεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ δὲ ὅρος, οὐδέτερον δὲ τούτων ὁ ἄνθρωπος ῥηθείη ἂν ἀνθρώπου· καίτοι κατὰ τὸ μάλιστα ταυτὸν τὴν ταυτότητα διεκληρώσαντο ταῦτα. Πλὴν τὸν εἰρημένον περὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῆς φύσεως, καὶ τοῦ εἴδους λόγον κἀνταῦθα λαβεῖν ἔστι τὴν τούτων κρίσιν ἀναδεχόμενον. Καὶ γὰρ ἀφαιρουμένων τῆς λογικῆς φωνῶν ταυτόν ἐστιν ἕκαστον ἀλλήλων τῶν τριῶν.

Ἀλλὰ ἐπὶ μὲν τῶν εἰρημένων αἰτιάσαιτ' ἄν τις τὸ ἑτερογενὲς τῶν φωνῶν μεταῤῥυθμίζων εἰς τὸ εὔπορον τὴν ἀπορίαν. Ἐπὶ δὲ τοῦ ῥηθησομένου τί ποτ' ἂν ἐρεῖ; Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἐστὶν οὐσία, καὶ ζῶον· ταυτὸν δὲ ὂν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικὸν, ὅπερ ἐστὶ φυσικοῦ πράγματος φωνὴ, οὔτε οὐσία, οὔτε ζῶον ἂν ῥηθείη· ἐπεὶ ὁ ἄνθρωπος πολλαὶ ἂν εἴησαν οὐσίαι, καὶ ζῶα. Ὥστε οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται θατέρῳ τῶν συναπτομένων τῇ ταυτότητι ὅσα καὶ τῷ ἑτέρῳ παρέπεται, ἢ ὁ λόγος οὗτος διορισμοῦ δεῖται. Εἰ μὲν γὰρ γελαστικὸν λέγων τις τὴν τοῦ ἰδίου ἔννοιαν ἐνδέχεται, οὐκ ἂν οὔτε ζῶον, οὔτε οὐσία τοῦτο εἴη· εἴθ' αὐτὸ τὸ ὑποκείμενον διὰ τῶν φωνῶν τούτων παραδηλοῦσιν, οὐχ ἕτερά τινα, ἃ μὴ ἀπαρχῆς ὑπῆρχεν ἐκείνῳ, προσέτι συνάγουσι· καὶ μᾶλλον ἂν ἐπεῖχε χώραν μήτε λογικὸν ζῶον λέγειν, μήτε σῶμα· ἀλλὰ μηδὲ οὐσίαν ὑπάρχειν τὸν ἄνθρωπον, ἵνα μὴ τοιοῦτον πλῆθος ληρημάτων Σωκράτην καταλείψεται. Πλὴν εἰ καὶ καθ' ἑκάτερον μέρος τῆς διαιρέσεως ὁρᾶται μὴ τῷ ἑτέρῳ συνεπόμενα, ἃ συνόντα τῷ ἑτέρῳ ἐγνωρίζετο, οὐδὲν ἧττον ὁ λόγος εὕρετο σπουδαζόμενος· οὐδὲ γὰρ εἴ με (48) πάντα, ὅσα ταῦτα προὔκειτο, δεῖξαι τὴν διαφορὰν ἐξοικειούμενα· ἀλλ' ἤρκει τῷ λόγῳ παραστῆσαι, εἴ τινα (49) ἐν τοῖς τοιούτοις λεγομένων ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα κοινωνίᾳ καὶ τὴν ἑτερότητα διασώζουσιν.

Ὅσον δ' ἄν τις ερῃ, ὡς οὐδὲν τῶν παραδειγμάτων εἰς ὁμοιότητα τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἠπορημένοις συνέρχεται, οὔτε ἴδιον θατέρου θάτερον, οὔτε ὁρισμὸς, ἀλλ', ὡς ἂν εἴποι τις, ὀνόματα δύο περὶ ἓν ὑποκείμενον ἀναστρεφόμενα, ὡς λώπιον, καὶ ἱμάτιον. Πῶς οὖν, φασὶν, ἐν σοῖς προνομίοις τὸ ἕτερον τοῖς αὐτοῖς, οὐχὶ καὶ θάτερον ἐπιγινώσκεται; Οἶδα μὲν οὖν ἐν ταῖς γυμνασίαις λόγον εἰρημένον τοιοῦτον· ὡς ὁ μὲν ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἀνθρωπότης τὸ αὐτὸ μὲν ὑποκείμενον

A simulque referuntur ad illa, licet non eadem ratione. Dicimus enim Socratem naturam, et speciem, et formam, etiamsi non alterutra propositionis pars, quemadmodum in physicis cernitur vocabulis, eodem pacto in appellationis conditione producatur.

Præterea dicimus hominem et animal ratione præditum, et morti obnoxium idem esse, imo etiam *risibile* utrumque : non tamen, quæcunque de quopiam horum dicuntur, de reliquis quoque possunt enuntiari. Hoc profecto hominis proprium est, illud vero definitio : neutrum tamen horum in homine homo nuncupari licet; etsi hæc uni, quod idem omnino est, eadem sint. Præterquam quod sermo ipse, qui de homine, natura ac specie fa-B ctus est, hic quoque ad judicium de istis ferendum usurpari potest. Nam idem est, si logicas voces excipias, quod a singulis his tribus indicatur.

Jam vero in his, quæ dicta sunt, dicet fortasse quispiam, ut in perspicuis tenebras obfundat, ex generis diversitate causam distinctionis erumpere. At ad ea, quæ adjiciemus, quid reponet? Homo nimirum substantia et animal est : interea licet idem sit, quam homo, *risibile*, quod physicæ actionis est nomen, id tamen neque substantia, neque animal vocari debet : quia multæ substantiæ, multaque animalia homo esset. Quamobrem alterum coeuntium in idem non necessario sequuntur quæcunque et alterum comitantur, vel certe distinctio in hujus-C modi sermone adhibeatur, oportet. Si quis enim *risibile* dicens proprietatis notionem consideraret, hæc neque animal esset, neque substantia : quod si alii ipsum subjectum per has voces velint denotare, non alia quædam, quæ a principio illi non inerant, superaddunt : atque id potius copiam adimit dicendi hominem animal esse rationale, corpus imo et substantiam, ne tanta tricarum multitudo Socratis ideam destruat. Itaque, tametsi in alterutra divisionis parte quæcunque adesse deprehenduntur in altero, ad alterum confluere non animadvertantur, sermo tamen non minus accuratus invenitur : nec enim opus erat, ut omnia, quæ ita se habebant, secum invicem convenire ostenderentur : verum satis erat, ut sermo proderet, quod D aliqua eorum, quæ proferuntur, in ipsa mutua communione diversitatem quoque retineant.

Atqui id tantum reponat quispiam, quod nullum ex adductis exemplis cum proposita quæstione habeat aliquid commune; quippe in ea alterum verbum non est alterius proprietas, vel definitio, sed dici possunt duo nomina, quæ circa unum subjectum versantur, veluti vestis et indumentum. Quomodo itaque, inquiunt, his in antecessum constitutis alterum, et non alterum ipsis divinis personis tributum invenitur? Novi nimirum in sco-

NOTÆ.

(48) Pro duabus istis voculis τὸ ἐχρῆν, ni fallor, reponendum esset.
(49) Ita omnino pro τι scribendum autumo.

lasticis exercitationibus hoc dici solitum, quod scilicet homo, et humanitas idem indicent subjectum; sed non eodem pacto accipiantur; idque fortasse tu pariter memineris. Sane cum hominem dicimus, naturam individuo inhærentem intelligimus; cum vero humanitatem, ipsam quidem hominis naturam, sed non inhærentem, at qualem mens a materie abstractam secundum se considerat. Quare idem sunt homo et humanitas, sed modum significandi diversum habent: ac propterea necesse non est, ut in quibuscunque alterum animadvertitur, in ipsis conspiciatur et alterum. Modus enim significandi in quibus invicem mutatus est, in iis mutatum quoque loquendi usum reddere debet. Idcirco et Socratem recte hominem appellamus, at non præterea humanitatem. Etenim permutando enuntiationis formulam Socratem probe dicimus habere humanitatem, ac ab ipsa res ad individua pertinentes, uti et ab homine contineri; siquidem in hujusmodi loquendi modis ipsarum rerum identitas servari videtur. Etsi itaque non secundum eumdem modum, in quibus homo dicitur, in ipsis potest et humanitas apposite dici; jure tamen quispiam dicet quod et individua contineat humanitas, et complectatur hæc Socratem, atque ipsa ex individuis abstracta fuerit.

A δηλοῦσιν, οὐχ ὡσαύτως δὲ παραλαμβάνονται· καὶ σὺ δ' ἂν ἴσως ἀναμνησθείης. Ἡνίκα μὲν γὰρ ἄνθρωπόν φαμεν, τὴν ἐγκατατεταγμένην τῇ ὑποστάσει φύσιν λογιζόμεθα· ἡνίκα δ' ἀνθρωπότητα τὴν αὐτὴν μὲν ἀνθρώπου φύσιν, οὐ τὴν ἐγκατατεταγμένην δὲ, ἀλλ' ἣν ὁ νοῦς ἐξαιρῶν τῆς ὕλης καθ' ἑαυτὴν πολυπραγμονεῖ. Ὥστε ταυτόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἀνθρωπότης, καὶ τρόπον ἕτερον παραλλάττοντα· διὸ οὐκ ἀναγκαῖον, ὅσοις ἐνθεωρεῖται τὸ ἕτερον, τοῖς αὐτοῖς ὁρᾶσθαι καὶ θάτερον. Οἷς γὰρ ἀλλήλων παρήλλακται, παρηλλαγμένην πάντως καὶ τὴν χρείαν παράσχοιτ' ἄν. Διὸ καὶ ἄνθρωπον μὲν εὐλόγως φαμὲν τὸν Σωκράτην, ἀνθρωπότητα δὲ οὐκ ἔτι. Ἐν γὰρ τῷ παραλλάττοντι τῆς κατηγορίας ἔχειν μέντοι τὴν ἀνθρωπότητα τὸν Σωκράτην ἐροῦμεν· καὶ περι- B έχεσθαι τὸ καθ' ἕκαστον ὑπ' αὐτῆς, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου· ἐν τοῖς τοιούτοις γὰρ αὐτῶν ἐδόκει καὶ ἡ ταυτότης. Ὥστε εἰ καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐφ' ὧν ὁ ἄνθρωπος λέγεται, ἐπ' αὐτῶν ἁρμόζειν δύναται καὶ ἡ ἀνθρωπότης. Ἀλλὰ περιεκτικήν τε εἶναι τῶν ἀτόμων καθαρῶς ἄν τις τὴν ἀνθρωπότητα φαίη, καὶ ἔχειν ταύτην τὸν Σωκράτην, καὶ θεωρεῖσθαι αὐτὴν ἐκ τῶν ἀτόμων.

Porro ratio loquendi de naturalibus ad solvendam de rebus naturam excedentibus quæstionem opportuna est. Sed quæ hactenus enucleavimus juvenum esse, qui in dialecticis palæstris adhuc fortasse currunt, nondum autem ad bravium, quod veritatis agnitio donat, pervenerunt, existimanda sunt. Quomodo enim humanitas et ab individuis abstrahitur, et ab ipsis habetur? Quomodo autem individua continet, dum non potest omnibus modis de ipsis enuntiari? Habere profecto, et esse, etiamsi brevi litterarum varietate distent, magnam tamen rerum diversitatem important.

Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς φύσεως λόγος ἕτοιμός ἐστι καὶ περὶ τῶν ὑπερφυῶν τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύειν. Ἀλλὰ τὰ μὲν προσεχῶς εἰρημένα, σκιρτώντων ἴσως ἔτι μετὰ τὰς διαλεκτικὰς παλαίστρας, οὔπω δὲ τῶν εἰς τὸ βραβεῖον ἀφιγμένων, ὃ χαρίζεται τῆς ἀλη- C θείας ἡ κατάληψις, νομιστέον. Πῶς γὰρ ἡ ἀνθρωπότης καὶ ἐξῄρηται τῶν ἀτόμων, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἔχεται; Πῶς δὲ περιέχει ταῦτα, μηδ' ὅλως αὐτῶν κατηγορουμένη; Τὸ γὰρ ἔχειν, καὶ τὸ εἶναι, κἂν γραμμάτων ἐναλλαγῇ βραχείᾳ διίσταται, μεγάλην πραγμάτων ἀπαγγέλλει ἑτερότητα.

Facilius autem foret objectum ab identitate desumptum diluere: quandoquidem, etiamsi demus hominem et humanitatem idem esse, necessario tamen non sequitur, ut altero prædicato prædicetur et alterum. Socrates enim idem est ac homo; modo alterum de altero non enuntietur: quippe de Socrate probe prædicatur homo, sed non item Socrates prædicationem homini reddit: profecto dicitur, Socrates quidem est homo: non autem, homo est Socrates. Quare difficile non est, ut in quibusdam nominibus diversitas cum identitate prodeat.

Τὴν δ' ἀπὸ τῆς ταυτότητος καταδρομὴν εὐχερέστερον ἀναστέλλειν ἂν εἴη· οὐχ ὡς ἀνάγκη (50) τις, εἴπερ καὶ δοίη ταυτὸν ἀνθρώπῳ τὴν ἀνθρωπότητα, κατηγορουμένου τοῦ ἑτέρου καὶ τὸ ἕτερον κατηγορεῖσθαι. Ταυτὸν γὰρ ὁ Σωκράτης τῷ ἀνθρώπῳ, εἴπερ οὐχ ἕτερον ἑτέρου κατηγορεῖται. Ἀλλὰ γὰρ τοῦ Σωκράτους μὲν κατηγορεῖται δῆλον ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἔτι δὲ ὁ Σωκράτης ἀνταποδίδωσι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν D κατηγορίαν· λέγεται μὲν γὰρ ὁ Σωκράτης ἄνθρωπος, οὐκ ἔτι δὲ ὁ ἄνθρωπος Σωκράτης. Ὥστε οὐκ ἄπορον ἐπ' ἐνίων ὀνομάτων λέγειν συμπροϊέναι τὴν ἑτερότητα τῇ ταυτότητι.

Quod autem exposuimus, cum per comparationem persuadere nitatur, ad propositam quæstionem solvendam eamdem vim non exseril; siquidem in allatis exemplis aliquid commune est, aliquid vero peculiare: at in divinis communicatione æque gaudet alterutrum. Quænam igitur solutio erit, quæ omni ex parte

Ἀλλά ἐστι (51) καὶ τὸ ῥηθὲν παραδειγματικὴν πιθανότητα φέρον· οὐ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν προβάλλεται τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἠπορημένοις παρασχεῖν τὴν λύσιν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸ μὲν κοινὸν, τὸ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον· ἐν ἐκείνοις δὲ παραπλησίως ἑκάτερον ἀπολαύει τῆς κοινότητος. Τίς οὖν ἡ πανταχόθεν καὶ

NOTÆ.

(50) Vocem hanc corruptam asservat codex, quippe habet αντ' αγνη: ac fortasse pro οὐχ ὡς opportunius esset ὡς οὐκ.

(51) Verbum substantivum otiari videtur, aut pro προβάλλεται προβάλλεσθαι legendum erit.

πάσης λαβῆς ἀνακεχώρηκε λύσις; Καὶ γὰρ, ὅτι μὲν οὐ πάντα τὰ εἰς ταυτὸν συνιέντα κατὰ πάντα κοινωνοῦν ἀλλήλοις ἀπαιτεῖται, δέδεικται τρόπον τινά· καὶ ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος φωνῆς προτεινομένη χρῆσις τὴν ἐν τῇ θεολογίᾳ διαλύει ἔριν. Τάχα δ' ἂν ἐπὶ μέρους ἔτι μένει τὸ ζήτημα καὶ τὸν ἔρωτα τῶν φιλοσοφεῖν αἱρουμένων ἀναφλέγειν· ὅτι μὴ καὶ τὸ λοιπὸν συνορᾷν χειραγωγίαν εὕροι.

omne etiam devitet incommodum? Aliquo nimirum pacto ostensum est, quod non omnia, quæ eodem redeunt, mutuam in universis communicationem exposcant; et quod vocum hominis et humanitatis expositus usus dirimat in rebus divinis controversiam. Protinus itaque quæstio ex una adhuc parte enodanda superest, et desiderium eorum qui philosophari cupiunt, accendere; quia id quoque, quod iniquum est, nondum sua enucleatione potiri videtur.

Τί οὖν ἔστι φάναι; Τί δὲ σοφώτερον ἕτερον πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀπορίαν, ἢ διότι ἡ μὲν Θεὸς φωνὴ τήν τε φύσιν εἴωθε δηλοῦν, καὶ τῶν ἀτόμων ἕκαστον οὐδὲν ἔλαττον πέφυκε σημαίνειν· ἡ δὲ Θεότης σημαντικόν τε, καὶ δηλωτικὸν αὐτῆς γε μόνης τῆς φύσεως; Διὸ περιεκτικὸν μὲν ἡ Θεότης, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις, εἰκότως ἂν ῥηθείη τῶν ὑποστάσεων· οὐδὲ δὲ Θεότης τῶν ὑπ' αὐτῆς περιεχομένων (καὶ γὰρ οὐδὲ φύσις) δύναται λέγεσθαι. Ἡ δὲ Θεὸς φωνὴ, ὥσπερ περιληπτικὸν, οὕτω δὴ καὶ δηλωτικὸν τῶν ὑπερφυῶν ὑποστάσεων· διὸ καὶ ἀκολούθως ὁ λόγος ἕκαστον τῶν τριῶν Θεὸν ὀνομάζειν ἐπίσταται.

Quidnam est ergo dicendum? Et quidnam aliud magis ad quæstionem propositam facit, quam quod ex eo, quia vox Deus et naturam exprimere consuevit, et ad unamquamque personarum indicandam non minus opportuna est: vox autem Divinitas indicat exprimitque ipsam tantummodo naturam; idcirco divinitas, ut et natura, personas continere merito dici posset: at non potest Divinitas (quippe ne ipsa quidem natura) de personis quas continet, enuntiari. Vox autem Deus, utpote quia non modo ipsas personas augustissimas continet, sed et easdem exprimit, ideo consequitur, ut in sermone quamlibet trium hypostaseon possimus Deum nuncupare.

Εἰ δέ τις αἰτίαν νεανιευόμενος ἐπιζητεῖ, τί δή ποτε ἡ μὲν ἀνθρωπότης τὴν φύσιν, ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὸ καθ' ἕκαστα πέφυκε δηλοῦν· λέληθεν ἑαυτὸν ἐν τῷ νομίζειν σοφίας ὑπόληψιν θηρᾷν, εἰς ἀμαθίαν ἐκφέρεσθαι, ἀρχὰς ἐπιζητῶν τῶν ἀρχῶν, καὶ τῶν ἀναιτίων ἀπαιτεῖν αἰτίας ὑποσυρόμενος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ κεφαλαιώδης τοῦ λόγου τύπος.

Quod si quis monstrat denuo se inquirere rationem, cur humanitas naturam, homo autem tam naturam quam individuum significandi vim habeat: hic nondum sensit sese, dum sapientiæ opinionem venari putat, in stultitiam incidere, quia principiorum principia scrutatur, et eorum, quæ causam non habent, causas tentat expiscari. Atque hæc sermoni compendiario satis erunt (52).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΗ'.

Εἰ τοῦ αὐτοῦ αἰτίου πρόεισιν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, πῶς οὐχὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀναδέξονται κλῆσιν, καὶ τὴν τοῦ Υἱοῦ προσηγορίαν ὑπέλθοι τὸ Πνεῦμα;

QUÆSTIO XXVIII [*al.* XXVII].

Si ex eodem principio Filius ac Spiritus sanctus procedunt quomodo nec fratrum appellationem accipient, nec Filii nomen Spiritus sanctus. acquiret?

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 26. Dogmatica de Trinitate.

Ἡ μὲν πρόοδος, ὦ βέλτιστε, ἅμα τε καὶ *ἀδιαστάτως* [1] ἐκ τοῦ Πατρὸς τῷ τε Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι θεολογεῖται. Οὐδεὶς δ' ἀναγκάσει λόγος εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ μεταπεσεῖν προσηγορίαν, ἢ τὴν ἀδελφικὴν ἀναδέξασθαι σχέσιν· ὅτι μηδὲ τὸ ἀνάπαλιν ἐννοεῖν, ἢ λέγειν, ὡς ὁ Υἱὸς εἰς τὸ ἐκπορευτὸν μέτεστι Πνεῦμα, ἢ τὴν ἐκείνου σχέσιν ἐξιδιώσατο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕκαστος τῶν νοῦν ἔχειν ἠξιωμένων Χριστοῦ καὶ φρονεῖν, καὶ διδάσκειν ἄλλους ἕτοιμον παρέχεται τὴν χάριν. Οὐ γὰρ διότι ἐκ τοῦ αὐτοῦ θεολογοῦνται προϊέναι, ἢ εἰς υἱότητα τὸ Πνεῦμα συνδιαστήσεται τῆς

Processio a Patre, optime vir, pariter, ac *sine controversia* et de Filio, et de Spiritu sancto in sacra doctrina enuntiatur: nullus tamen insinuabit sermo, quod in Filii nomen Spiritus sanctus incidat, aut quod fraternam suscipiat conditionem: quoniam neque contra existimare possumus, aut dicere, quod Filius in Spiritum sanctum procedentem mutetur, aut ejus proprietatem sibi vindicet. Quisque autem eorum, qui Christi sapientiam censentur habere, ad hæc tam sentienda, quam aliis tradenda libenter sese exhibet. Non enim quia ex eodem principio

VARIÆ LECTIONES.

[1] Non ἀδιστάκτως. Vertendum: *sine intervallo.*

NOTÆ.

(52) Ex hac quæstione ita sese extricat D. Thomas. Fatetur primum (part. I, quæst. 39, art. 6, ad secun.) recte dici *divinam essentiam esse Patrem, quia tunc est prædicatio per identitatem;* et alibi (art. 5, ad quart.) *essentia divina*, inquit, *prædicatur de Patre per modum identitatis propter divinam simplicitatem.* Jam porro docet idcirco hanc propositionem *Pater est Deus* potius adhiberi, quia (ibid. art. 5, in corp.) *licet secundum rem sit idem Deus, quod Deitas, non tamen est idem modus significandi utrobique: nam hoc nomen Deus, quia significat divinam essentiam, ut in habente* (vide etiam art. 4, in corp.) *ex modo suæ significationis habet, quod possit supponere pro persona.... Sed hoc nomen essentia non habet ex modo suæ significationis, quod supponat pro persona, quia supponit essentiam, ut formam abstractam.* Vide etiam Estium, lib. I, distinct. 4, § 1 et 2.

uterque dicitur a theologis procedere, idcirco aut Spiritus sanctus ex proprietate sua dimotus in filiatione collocabitur; aut Filius ab ea, quæ ipsum distinguit, generatione recedens, cum Spiritus sancti proprietate confundetur: ex eodem enim principio, sed non eodem pacto ambo procedunt; nec secundum eamdem proprietatem est utriusque processio. Etenim Filius quidem procedit a Patre, nempe ut genitus, Spiritus sanctus autem per processionem, quæ aliam illi dat proprietatem, sed neque hæc processio generationis notionem sibi conciliat. Ita sane res se habet; et qui secundum diversas notiones a Patre exire dicuntur, diversam quoque nomenclationem ac personalem ineunt proprietatem, qua peculiaris notionis indoles in ipsis constituta fuerat.

A ἰδίας ἐξιστάμενον ἰδιότητος· ἢ ὁ Υἱὸς τῆς χαρακτηριζούσης αὐτὸν ἀποστὰς γεννήσεως εἰς τὸ τοῦ Πνεύματος ἰδίωμα συγχυθήσεται· ἐκ τοῦ αὐτοῦ γὰρ ἄμφω, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως, οὐδὲ κατὰ τὴν ἰδιότητα τὴν αὐτὴν ἡ ἑκατέρου πρόοδος. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ Πατρὸς προῆλθε δὴ γεννητῶς· τὸ Πνεῦμα δὲ δι' ἐκπορεύσεως οἰκειομένη (53) ἰδίωμα· ἀλλὰ οὐδὲ ἡ ἐκπόρευσις τὸν τῆς γεννήσεως χαρακτῆρα ἐναρμόζεται. Οὕτω δὲ, οὕτω. Καὶ ἃ κατὰ τὰς διαφόρους σχέσεις ἱερολογεῖται τοῦ Πατρὸς προέρχεσθαι, διάφορον ἔχουσι καὶ τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν ἰδιότητα, αἷς αὐτοῖς τὸ τῶν σχέσεων ἀφώριστο ἰδιότροπον.

At enim ita apparentis difficultatis vera solutio ad evidentiam usque est deducta: quod si mavis etiam a corporeis rebus ad incorporeas similitudinis argumenta desumere; calorem et lucem ex eodem principio ducere originem nemo est, qui ignoret; siquidem utrumque est ignis effectus ac emanatio. At vero neque calorem aerem illustrando visui ad ea, quæ cernuntur, percipienda prodesse quisquam sane mentis dicet; quæ nimirum est luminis proprietas; neque contra vim absumendi subjectas materies quisquam luci, secundum quod illa illuminat, tribuere audebit: neque alterius nomen, unde exsistentium rerum agnitionem comparat, in alterum transferet. Hac itaque ratione ex eodem principio, ut plurimum, ea, quæ simul, ac pari dignitate procedunt, sed non secundum eumdem modum originem ducunt, licet coexsistant, tamen alterum ab altero differentiam suam sine confusione ac mutabilitate conservat.

B Ἀλλὰ ἡ μὲν πραγματικὴ τοῦ δοκοῦντος ἀπορήματος λύσις οὕτως ἂν εἰς τὸ ἀναμφίβολον προαχθείη· εἰ δὲ καὶ παραδειγματικὴν ἐθέλεις πίστιν ἐκ τῶν ἐνύλων περὶ τῶν ἀΰλων λαβεῖν· τὸ καυστικὸν, καὶ φωτιστικὸν πῦρ οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀγνοεῖ ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἰτίου λαμβάνειν τὴν πρόοδον· πυρὸς γὰρ ἄμφω ἔργα τε, καὶ προβλήματα. Ἀλλὰ οὔτε τὸ καυστικὸν συνεργεῖν τῇ ὄψει τὸν ἀέρα διαυγάζον πρὸς τὴν ἀντίληψιν τῶν ὁρατῶν τοῖς γε σωφρονοῦσιν ἔνεστιν εἰπεῖν· ἴδιον γὰρ τοῦτο τοῦ φωτίζοντος· οὐ μὴν δὲ τὸ φθαρτικὸν τῆς ὑποκειμένης ὕλης οὐδεὶς ἂν ἀποδοῦναι, καθό γε φωτίζει, παρενεχθείη τῷ φωτί· οὐδὲ μεταδώσει θατέρῳ τὸ ἕτερον τοῦ ὀνόματος, δι' οὗ τὴν γνῶσιν παρέχεται τῆς ὑπάρξεως. Οὕτω γοῦν ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἰτίου, κατά γε τὸ πλεῖστον, ἅμα μὲν καὶ ὁμοτίμως προερ- C χόμενα οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τὴν πρόοδον ἔχοντα, ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς ὑπάρξεως καὶ τὸ διάφορον τῶν ἰδιωμάτων ἑκάτερον ἀσυγχύτως, καὶ ἀμεταβλήτως συνδιασώζει πρὸς ἑκάτερον.

Quod si comparationibus me cupis spatiari, Adam quoque, et Evam, et Abelem in mentem revoca. Processio enim, unde et Evæ formatio duxit originem, Adæ costa fuit; atque primi filii Abelis ortus ex Ada per generationem manavit; at neque in filiæ nomen Eva detrudetur, nec unquam Abel filius esse denegabit, et in quampiam aliam conditionem incurret atque transferetur. Quod autem sol illuminet et calefaciat, hæ quædam proprietates sunt, quæ ad corpora atque ad animos sentientes communiter pertingunt; at neque calefaciendi vis splendorem pro calore in se ipsam convertit ac transtulit; nec unquam illuminandi vis in caloris appellationem, vel naturam permutabitur: verum utraque vis legem a Conditore naturæ primitus impositam servans, dum nec separatur processio, nec mutatur essentia, immutatam et constantem nomenclationem retinere conspicitur.

Σὺ δέ μοι τοῖς παραδείγμασιν εἴ γε πλατύνεσθαι βούλει, καὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὴν Εὔαν, καὶ τὸν Ἄβελ ἐννόει· ἡ πρόοδος μὲν γὰρ, ἧς τε γέγονεν ἀπαρχὴ τῆς διαπλάσεως, ἡ πλευρά· καὶ τῆς γενέσεως αἱ πηγαὶ τοῦ πρώτου πλάσματος αἱ γοναὶ ἐκ τοῦ Ἀδάμ. Ἀλλὰ οὔτε ἡ Εὔα εἰς τὸν τῆς υἱότητος λόγον περιενεχθήσεται· οὔτε μὴν ὁ Ἄβελ τὸν υἱὸν ἀπαρνησάμενος εἰς ἑτέραν τινὰ σχέσιν παραδύσει, καὶ συμμεταστήσεται. Τὸ δὲ φωτίζειν τὸν ἥλιον, καὶ φλογίζειν, ἐστὶν ὃ τῶν σωμάτων, καὶ ὅ τε κοινόν ἐστι τῶν D αἰσθανομένων ὁμολόγημα· ἀλλὰ οὔτε αἱ φλόγες εἰς ἑαυτὰς τὴν διαύγειαν ἀντὶ τοῦ φλέγειν ἠλλάξαντο μεταστήσασθαι· οὐ μὴν οὐδὲ τὸ φωτίζον εἰς τὴν τοῦ φωτίζοντος κλῆσιν, ἢ τὴν ὑπόστασιν ἀντὶ τοῦ φωτίζειν ὑπενεχθήσεται· ἀλλὰ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐντεθέντα παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ τῇ φύσει νόμον διευλαβούμενα, ἐν τῷ ἀδιαιρέτῳ τῆς προόδου, καὶ ἀπαραλλάκτῳ τῆς οὐσιώσεως, ἀπαράβατόν τε καὶ ἀναλλοίωτον ἑκάτερον τούτων τὴν προσηγορίαν αὐτῶν ὁρῶνται διαφυλάττοντα.

Quod si tibi placet a cœlestibus ad terrena iterum descendere inspice quomodo eadem planta

Εἰ δὲ ἐκ τῶν οὐρανῶν πάλιν ἐπὶ τὴν γῆν σοι κατιέναι φίλον, ὅρα, ὡς τὸ αὐτὸ φυτὸν καρπόν τε, καὶ

NOTÆ.

(53) Οἰκειουμένης potius sensus requirit.

ἄνθος, καὶ φύλλα προβάλλεται (δεῖ γὰρ ἴσως πρὸς A τοὺς παντελῶς ἑτεροπίστους ἀνθυποφορὰς παραδειγματικὰς οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους προκομίζειν, καὶ διελέγχειν αὐτῶν εἰς τὸ μάταιον διαλυόμενον τὸ περίεργον)· ποῦ γὰρ τὰ φύλλα πρὸς τὴν ἰδιότητα τῶν καρπῶν συναγαγών τις ἐκβιάσαιτο; Τίς δὲ τὸ ἄνθος, οὗπερ ἡ ἀποβολὴ, κατὰ τὸ πλεῖστον, τοῦ καρποῦ γνωρίζεται προβολὴ, καρπὸν ὀνομάσειεν; Ἀλλὰ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδέτερον ἄν τις φύσιν εἴδους, καὶ φύσεως ἔργα, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μετὰ τοῦ συμφυοῦς οὐκ ἀγνοῶν ἑτερότητα, εἴς τινα τῶν εἰρημένων μεταμορφώσειέ τε, καὶ μεταστήσειεν ὑπόστασιν. Οὕτω γοῦν κἂν τῇ παχύτητι τῶν σωματικῶν ἔργων τε, καὶ προβλημάτων, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καθορῶνται προϊόντα, καὶ τῆς οἰκείας ὑποστάσεως, οὐ πρὸς ἄλληλα μεθιστάμενα καὶ τῆς προταθείσης κατὰ τῆς εὐσεβείας B ἐνστάσεως προφανῆ τε τὸν ἔλεγχον προβαλλόμενα, καὶ τὸ σαθρὸν τῆς κακουργίας ἐξ αὐτῶν τῶν ὁρωμένων τε, καὶ ἀνὰ χεῖρα στηλιτεύοντα καὶ μυρία ἄλλα.

Ἡ δὲ ἀπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ τὴν τέχνην μετάβασις (καὶ ὅρα μέχρι τίνος διασώζεται τὸ ἀκόλουθον μὲν τῇ φύσει, ἀντικείμενον δὲ τῇ ἐξ ἀρχῆς προθέσει) πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι τῶν παραδειγμάτων χαριεῖται· καὶ τὸν κεραμέα δέ σοι δείξει ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ καὶ φυράματος ἀμίδας τε καὶ πίνακας ἱεραῖς ἐναρμοζομένους τελεταῖς διαπλάττοντα. Ὧν οὐδὲ ἂν τοὺς ἀνιέρους ἀνερυθριάστως εὑρήσεις, οἶμαι, θάτερον τῶν κατασκευασμάτων εἰς τὴν τοῦ ἑτέρου χρείαν, ἢ προσηγορίαν μετασκευάζοντας· καὶ τὴν C ἰδιότητα συγχέειν ἑκατέρας τῶν ὑποστάσεων, ἄνευ τινὸς δαιμονίας πληγῆς συνεπαγομένης τὸ ἀνίατον.

Εἰ βούλει δὲ πάλιν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, δριμύτερον αὐτοῖς ἐπαφήσεις τὸν ἔλεγχον· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ὅ τε λόγος, καὶ ἡ φωνὴ ἀνθρωπίνου προχεόμενα στόματος, καὶ μικροῦ γε διὰ τῶν αὐτῶν ὀργάνων διαμορφούμενά τε καὶ προαγόμενα. Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων ὄντων κοινῶν, ὁ μὲν τῷ ἄκρῳ τῆς γλώττης, τὸ δὲ τῇ γλωττίδι μᾶλλον ἀποτίκτεται· καὶ τὸ μεῖζον, καὶ θαυμασιώτερον, ὡς οὐδ' ἂν προέλθοι λόγος ἄνευ φωνῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διαμορφώσει ὑπερείδει τε καὶ ὑπερανέχει τὴν τοῦ λόγου μορφὴν ἡ φωνὴ συνυφεστῶσά τε καὶ προάγουσα. Ἀλλὰ γὰρ τοσαύτης οὔσης τῆς συναφείας, καὶ συνανακράσεως, ὅμως, ὅτι μήτε λόγος D ἡ φωνὴ τοὺς καὶ τὰ μέτρια συνορᾷν δυναμένους οὐδεμία ποτὲ ἐνοχλήσει ἀμφισβήτησις. Οἷς ἐῤῥωμένον σαυτόν τε τῆς νομιζομένης ἀπορίας ἀπολύων διανάστηθι, καὶ τῶν κακουργεῖν ἐθελόντων ἐπιστόμιζε (54) τὸ περίεργον.

tum fructum, tum florem, tum folia producat (siquidem oportet in eos, qui sententiam tenent omnino contrariam, non unum argumentum ex comparationibus desumptum sed plura proferre, atque intempestivas earum argutias vanas ostendendo refellere): quisnam enim folia in fructuum proprietatem detrudet? Quis autem florem, quo recedente, ut plurimum, fructus procedere conspicitur, fructum appellet? At is, qui speciei naturam, et naturæ operationes, eorumque, quæ in ipsis ingenita sunt, diversitatem non ignorat, in quampiam prædictarum rerum essentiam alteram transformare non potest atque transferre. Ita nempe vel in crassa operationum productionumque corporearum conditione alia item innumera, quæ ab uno prodire principio, et propriam retinere essentiam, nec invicem confundi observantur, propositæ in nostram fidem objectionis apertam refutationem depromunt, et impietatis futilitatem ex iis, quæ ob oculos et in manibus habentur, commonstrant.

Porro autem si a natura ad artem gradum faciamus (atque animadverte quousque consensus cum natura, et in objectam a principio sententiam oppositio servetur), aliæ quidem atque aliæ similitudines occurrent, et præcipue figulus ex eodem luto et massa tam matulas, quam lances sacris aptas ritibus fingens tibi ostendetur. Profecto ne ipsos quidem profanos homines, opinor, reperies, qui harum supellectilium alteram in alterius usum, et nomen impudenter convertentes, etiam proprietatem alterutrius substantiæ confundant, nisi miserando mentis vulnere cum sanitatis desperatione premantur.

Quod si rursus ad hominem resilire libet, acrius illorum objecta insectaberis. Ex ipso enim humano ore tum sermo, tum vox funduntur, et parvo quidem discrimine per eadem organa formantur, et proferuntur. Profecto dum cætera sunt communia, sermo quidem a summitate linguæ, vox autem potius ab ejus radice creatur; quodque majus est, et magis mirandum, sermo sine voce prodire non potest: imo etiam sermonis formam in ipsa ejus productione suffulcit, ac sustinet vox, quæ simul advenit, atque profertur. At enim licet tanta intercedat conjunctio atque commistio, tamen, quod sermo non sit vox, ii, qui recto pollent judicio, nulla unquam altercatione turbati tenebunt. Quibus argumentis et te innixum ipse ex apparenti extricans difficultate confirma, et eorum, qui cavillari volunt, futilitatem refrena (55).

NOTÆ.

(54) Pro ἐπιστομίζειν ita saltem est legendum, aut potius verbum aliquod finitum hic desiderari putarim.

(55) Causa cur Amphilochius interrogationem istam in medium protulerit, si hariolari fas est, hæc fuisse videtur. Ut primum Photianus error de Spiritus sancti processione in Græcis Ecclesiis erumpebat, eum orthodoxi innumeris insectabantur argumentis; ac præsertim illo, quod scilicet, nisi a Filio Spiritus sanctus procederet, invicem confunderentur. Quare Amphilochius, qui hujusmodi inhærebat errori, ut Photio velificaretur, et sese extricaret a nodo, istud ἀπόρημα ipsi proposuit. Photius (uti postea etiam Scotistæ) asserere non dubitat ad Filii, et Spiritus sancti distinctionem sufficere, quod non eadem ratione ambo a Patre procedant. Jamvero

A

QUÆSTIO XXIX [al. XXVIII].

Si Baptisma Joannis peccatorum remissionem, ut S. Lucas scribit, præstabat, quidnam a Dominico Baptismate differebat?

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 32. Dogmatica et exegetica

Quod Lucas a Deo afflatus verbum hujusmodi in iis, quas ipse conscripsit [24], evangelicis narrationibus expresserit, perspicuum est: quod autem baptismati, quod mystico ritu ministrabat Joannes, hanc remissionem attribuat, non est æque perspicuum; at vero id quidem mox diligentius inquirendum. Divus autem Matthæus, licet verbo non dicat « *remissionem peccatorum,* » tamen per locutionem, qua utitur, « *confitentes peccata sua* [25] », ipse B quoque innuit remissionis peccatorum fuisse baptisma. Quorum enim operum confessio, dummodo vana non sit, est damnatio, et victoria, eorumdem remissionem quoque consequimur. Hæc quidem vel ipse scripsit, qui e Publicano factus est theologus. Beatus autem Marcus tantum abest, ut a Deiloquo Luca discrepet, ut potius ejus verborum fons non immerito videatur. Etenim « fuit Joannes, inquit, in deserto baptizans, et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum [26].

Ita prodeunt multis e locis testimonia, quibus fides remissionem peccatorum per Joannis baptisma iis, qui lavabantur, factam esse aperte docet; eo vel maxime, quod nec ipse illam cæremoniam suo libitu susceperit, sed divini nutus eum ritum C præscribentis factus sit exsecutor. Etenim Lucas, « Factum est, inquit, verbum Dei ad eum [27] »: imo etiam ipse Joannes veritatis prædicator: « Qui misit me, ait, baptizare [28]: » quæ utique omnia non modo Præcursoris baptisma divinæ donum clementiæ, verum etiam lustrationibus, sacrificiis atque cæremoniis Judaicis, per quæ Hebræi, tanquam in figura, culparum veniam merebantur, longe esse sublimius luculenter ostendunt. Quod si hoc baptisma illis præstantius erat, patet, quod et

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΘʹ.

Εἰ τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὡς ὁ ἱερὸς Λουκᾶς ἀναγράφει, παρεῖχε, τίς ἡ πρὸς αὐτὸ τοῦ Δεσποτικοῦ διαφορά;

Ὁ μὲν θεόσοφος Λουκᾶς, ὅτι μὲν τοιαύτην ἀναγράφει φωνὴν, οἷς αὐτὸς συνέταξεν εὐαγγελικοῖς λογίοις, οὐκ ἄδηλον· ὅτι δὲ τῷ βαπτίσματι, ὅπερ ὁ ἱερουργὸς ἐχρημάτισεν Ἰωάννης, τὴν ἄφεσιν, οὐκ ἔτι ὁμοίως δῆλον· πλὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἑξῆς ἀκριβέστερον τεθεωρήσθω. Ὁ δὲ θεῖος Ματθαῖός φησιν, εἰ καὶ μὴ προτίθησι ῥήματι τὸ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀλλ' οὖν, δι' ὧν εἶπεν, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ αὐτὸς δίδωσι συνεπινοεῖν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν εἶναι τὸ βάπτισμα. Ὧν γὰρ ἡ ἐξομολόγησις, εἴπερ μὴ μάτην, τῶν πεπραγμένων ἡ κατάγνωσις καὶ ὁ θρίαμβος, τούτων κερδαίνομεν καὶ τὴν ἄφεσιν. Ἀλλὰ οὕτω μὲν καὶ ὁ ἐκ τελωνῶν θεολόγος. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος τοσοῦτον ἀπέχει διαφωνεῖν τῷ Θεοῤῥήμονι Λουκᾷ, ὡς καὶ πηγὴ ἂν οὐκ ἀπεικότως δόξει τῶν αὐτοῦ ῥημάτων· λέγει γὰρ, « Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. »

Οὕτω πολλαχόθεν ταῖς μαρτυρίαις ἡ πρόοδος, δι' ὧν ἡ πίστις παῤῥησιάζεται ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα τοῖς βαπτιζομένοις, καταπράττεσθαι· καὶ μάλιστά γε, ὅτι μηδ' αὐτὸς τὴν πρᾶξιν αὐτῷ ἐνεχείρησεν· ἀλλὰ τῷ θείῳ πειθαρχῶν νεύματι τῆς ἱερουργίας ταύτης ἐγίνετο. « Καὶ γὰρ ῥῆμα Θεοῦ ἐγένετο, φησὶ, πρὸς αὐτὸν, » ὁ Λουκᾶς· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ, « Ὁ ἀποστείλας με, φησὶ, βαπτίζειν· » ἃ δὴ πάντα σαφῶς παρίστησι δῶρόν τε εἶναι θείας εὐμενείας τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν περιῤῥαντισμῶν τε, καὶ θυσιῶν, καὶ τελετῶν ὑψηλότερον, δι' ὧν ἐκεῖνοι τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἐν τύπῳ, ἠξιοῦντο τῆς καθάρσεως. Εἰ δὲ κρεῖττον ἐκείνων τοῦτο, δῆλον, ὡς καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐχαρίζετο. Ὃ γὰρ προσῆν

[24] Luc. III, 3. [25] Matth. III, 6. [26] Marc. I, 4. [27] Luc. III, 2. [28] Joan. I, 33.

NOTÆ.

D

quisque videt, quam sint ineptæ comparationes, quibus ille innititur; cum res, quas in exemplum adducit, non per diversum processionis modum, sed per materiem individuantem, et formæ diversitatem distinguantur, quæ omnia in divinis personis locum non habent: imo interdum uti videre est apud D. Thomam p. I, quæst. 36, art. 3, ad 1, similitudines propositæ contra Photium potius faciunt. Verumtamen ut omnes Photianæ evanescant offuciæ, operæ pretium duco contrarium D. Thomæ hac de re argumentum huc attexere: *Respondeo dicendum quod necesse est dicere Spiritum sanctum a Filio esse. Si enim non est ab eo, nullo modo posset ab eo personaliter distingui: quod ex supra dictis patet. Non enim est possibile dicere quod secundum aliquid absolutum divinæ personæ ab invicem distinguantur; quia sequeretur, quod non esset trium una essentia. Quidquid enim in divinis absolute dicitur, ad unitatem essentiæ pertinet. Relinquitur ergo quod solum relationibus divinæ personæ ab invicem distinguantur. Relationes autem personas distinguere non possunt, nisi secundum quod sunt oppositæ: quod ex hoc patet, quia Pater habet duas relationes, quarum una refertur ad Filium, et alia ad Spiritum sanctum: quæ tamen quia non sunt oppositæ, non constituunt duas personas, sed ad unam tantum personam Patris pertinent. Si ergo in Filio et Spiritu sancto non esset invenire duas relationes, quibus uterque refertur ad Patrem, illæ relationes non essent ad invicem oppositæ; sicut neque duæ relationes, quibus Pater refertur ad illos. Unde sicut persona Patris est una, ita sequeretur quod persona Filii, et Spiritus sancti esset una, habens duas relationes oppositas duabus relationibus Patris. Hoc autem est hæreticum, cum tollat fidem Trinitatis. Oportet ergo quod Filius, et Spiritus sanctus ad invicem referantur oppositis relationibus. Non autem possunt esse in divinis aliæ relationes oppositæ, nisi relationes originis, ut supra probatum est: oppositæ autem relationes originis accipiuntur secundum principium, et secundum quod est a principio. Relinquitur ergo quod necesse est dicere, vel Filium esse a Spiritu sancto (quod nullus dicit), vel Spiritum sanctum esse a Filio, quod non confitemur.* Ibid. art. 2, in corp.

τῷ ἐλάττονι, πῶς οὐχὶ πολλῷ μᾶλλον ἐνυπάρξει τῷ μείζονι;

Καὶ οὐδέπου γε διότι τῶν βαπτισμάτων ἑκάτερον τό τε Ἰωάννου, καὶ τὸ Δεσποτικὸν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐχαρίζετο, διὰ τοῦτο τὴν ἐν αὐτοῖς ἀγνοητέον διαφοράν. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ αἱ νομικαὶ θυσίαι, καὶ αἱ τελεταὶ, καὶ τὰ βαπτίσματα, διότι τῶν ἁμαρτημάτων ἐχρημάτιζον κάθαρσις, διὰ τοῦτο καὶ τὸ Ἰωάννου μηδὲν αὐτῶν διαφέρειν ἀπαιτήσουσιν· ἀλλὰ ὥσπερ ὁ Πρόδρομος «μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν,» οὕτω τὸ βάπτισμα αὐτοῦ μεῖζον τῶν νομικῶν· ἐπεὶ καὶ ὅσον πρὸς τὸ ἔλαττον ὑποστέλλεται ἡ φωνὴ τοῦ λόγου, ὁ κῆρυξ τοῦ κηρυττομένου, ὁ πρόδρομος τῆς βασιλικῆς παρουσίας, ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου, τοσοῦτον καὶ τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα, εἰ καὶ κάθαρσιν παρεῖχεν ἁμαρτιῶν, τὸ ἐνδεέστερον πρὸς τὸ Σωτήριον ἀποφέρεται. Πρόδρομός ἐστιν ἐκεῖνος τοῦ βασιλέως πάντων, καὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας κῆρυξ, καὶ τίμιος ὁ ἀνὴρ, καὶ «μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν·» πρόδρομός ἐστι καὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ τοῦ Σωτηρίου καὶ παγκοσμίου βαπτίσματος· καὶ τῶν φθασάντων μὲν ἐντελέστερον, πολλῷ δὲ τοῦ μέλλοντος ἐνδεέστερον· καὶ καθαῖρον μὲν ἁμαρτίας μᾶλλον (56), ἤπερ ὁ νόμος, οὐκ ἐν πυρὶ δὲ καὶ Πνεύματι, ὅπερ. ἡ τελειότης· τῆς Δεσποτικῆς γάρ ἐστι μόνης καὶ ἱερουργίας, καὶ φιλανθρωπίας, καὶ Θεῷ πρεπούσης δυνάμεως τοῦτο δῶρον καὶ χάρισμα.

Ἐπεὶ οὖν τῶν ὑψηλοτέρων τούτων οὐδέν περ ἐστὶ τῆς τοῦ Ἰωάννου κατὰ τὸ βάπτισμα τελετῆς, διὰ τοῦτο καί τινες τῶν ἱερῶν ἡμῶν Πατέρων ἐθάῤῥησαν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰπεῖν μὴ παρέχειν αὐτό. Πολλὰ γὰρ τῆς χάριτος τοῦ κατὰ τὸ Σωτήριον ἀπολείπεται βάπτισμα, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς ἐκεῖνο συγκρίσεως· ἐπεὶ τῆς ἴσης δωρεᾶς ἀπεκρίνετο, καὶ τῆς ὁμοίας οὐκ ἦν χορηγίας οὐδαμόθεν καθάρσεως. Εἰκότως οὖν οὐδὲ τὴν ἄφεσιν αὐτῷ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπελείποντο. Τοῦ γὰρ μακαρίου Μάρκου λέγοντος, καὶ τοῦ ἱεροκήρυκος Λουκᾶ συνᾴδοντος ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἶναι παρεκτικὸν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, πῶς (εἰ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον, ἀλλὰ μὴ, ὃν ἡ σύγκρισις τὸ τραχὺ τῆς ἀντιλογίας διαπραΰνουσα παραδέχεται) οὐκ ἂν αὐθαδείας ὑπαίτιον ᾖ τὸ μὴ παρέχειν αὐτὸ κάθαρσιν τῶν ἁμαρτημάτων διισχυρίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν νομικῶν κατ' αὐτό γε τοῦτο πολὺ διελέγχειν εὐτελέστερον;

Τοῖς δὲ γένοιτο ἴσως καταφυγὴ καὶ τὸ τοῦ θεοσόφου Λουκᾶ ῥητὸν διὰ τοῦ μακαρίου Μάρκου ἐξευμενίζεσθαι, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς δοκοῦσαν διαφωνίαν ἐκτρέπεσθαι. Τὸ γὰρ, «Κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν,» οὐχὶ τὸ αὐτουργούμενον βάπτισμα παρὰ τοῦ Προδρόμου εἴποιεν ἂν παραδηλοῦν· ἀλλ' ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος εἶναι παραστατικὸν οὗ κῆρυξ ὁ Ἰωάννης ἀπέσταλτο. Καὶ γὰρ τὸν

[29] Matth. xi, 11.

A criminum remissionem largiretur. Id enim quod inerat minori, quomodo in majori multo magis non invenietur?

Neque vero quia utrumque baptisma, Joannis scilicet et Christi, sceleribus remittendis valebat, propterea nulla inter ea differentia debet agnosci. Non enim et legales victimæ, et cæremoniæ, lotionesque, quia mundationem scelerum præstabant, idcirco nihil a baptismate Joannis distare contendent: sed quemadmodum «Major inter natos mulierum [29]» erat Præcursor, ita ejus baptisma legalibus antecellebat; propterea etiam quanto vox verbo, prædicator prædicato, præcursor rege præsente, et servus domino minor apparet, tanto et Joannis baptisma, tametsi delictorum veniam daret, B inferius reperitur, ubi cum Dominico comparatur. Ille est regis omnium Præcursor, communisque salutis prædicator, virque honore dignus, et «Major inter natos mulierum;» Præcursor est pariter ejus baptismus Dominici, et universalis baptismatis, atque omnibus quidem priscis ablutionibus perfectior: instituendo autem baptismo longo inferior intervallo; culpasque magis quam scripta lex, emundabat, non tamen in igne et Spiritu sancto, quod perfectionem constituebat: unius quippe Dominicæ operationis, et clementiæ, et Deo dignæ virtutis est hoc donum atque charisma.

Itaque cum nulla harum sublimiorum proprietatum in baptismatis Joannis cæremonia locum C habeat, ideo etiam nonnulli sanctorum Patrum nostrorum per eam non remitti peccata asseverare ausi sunt. In multis enim a gratia, quam Christi baptisma confert, et a dignitate cum ipso comparata deficit; siquidem in beneficii paritate distinguebatur, eademque emundationis copia nequaquam pollebat: unde fortasse ne remissionem quidem peccatorum ipsi reliquerunt. Enimvero cum beatus Marcus testetur, et sacræ præco doctrinæ Lucas consentiat, quod Joannis baptisma remitteret peccata: quomodo (si quovis alio pacto res se habeat, quam isto, quo nostra interpretatio salebrosam contradictionem imminuit, et admissibilem reddit) non esset temeritatis nota inurendus, qui remissionem peccatorum Joannis baptisma non D tribuere contenderet, illud tamen hac ipsa quoque in re veteris legis cæremoniis mirum quantum perfectius vellet arguere?

Iis autem Patribus perfugium fortasse patere poterit, et divinitus edocti Lucæ oraculum cum beato Marco conciliare, et apparentem inter eos dissensionem declinare licebit. Poterunt enim affirmare, quod verbis «prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum,» nequaquam baptisma a Præcursore administratum significetur, sed illud portendatur, cui prædicando ipse missus erat.

NOTÆ.

(56) Hoc adverbium sensu postulante supplendum putavi.

Etenim sanctum Marcum de Joannis quidem baptismate hi dixisse inquient, « Fuit Joannes baptizans in deserto; » in verbis autem « Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum » Redemptoris putabunt nuntiasse baptismum. Atque ita profecto dixerint beatum Marcum utrumque distinxisse baptisma, ipsumque testari illud remissionem peccatorum non præbere, neque eam suo baptismati fuisse a Joanne attributam: siquidem propterea Joannem opinantur ingenuam illam Deoque obsequentissimam sententiam protulisse: « Ego quidem baptizavi vos in aqua, ipse autem baptizabit vos in Spiritu sancto [30]. »

Quod si Marcus baptismatum distinctionem aperte nos docuit, dum baptismati quidem Servatoris ascribit, quod peccata dimitteret, et Spiritu sancto conficeretur; Joannis autem, quod aqua fieret, et baptisma nuncuparetur: perspicuum est Lucam quoque cum socio Evangelii, historiæque scriptore consensionem servare, et sic etiam intemeratam veritatis auctoritatem custodire: quodque ille narrat: « Et venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum [31], » intelligendum esse neutiquam de illo baptismate, quod manus Præcursoris administrabant, sed de eo, quod Salvator ac Dominus noster instituebat, quodque animæ maculis baptizatos omnes emundabat. Enimvero paulo post Lucas ipse Joannem his verbis loquentem inducit: « Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus; » deinde ad pandendam Dominici baptismatis præstantiam, « ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni [32]. Præterquam quod Marcus quoque, postquam alibi narrasset Pharisæos Sadducæosque ab ira ventura fugisse (neque aliud aderat effugium, quam ad baptisma sese recipere): « Facite, subjicit, fructus dignos pœnitentiæ [33], » perinde ac præstitum baptisma tanti non esset, ut absolutam peccatorum veniam compararet. At quispiam ponet hoc a Joanne dictum fuisse non illis, quos sacra fluenta exceperant, ac sordibus mundaverant, sed illis, qui contendebant quidem ad baptismum, nondum tamen ea ablutione digni habiti fuerant. Cæterum etsi quis baptizatis etiam allatum locum congruere concesserit, tamen ne hoc quidem peccatorum remissionem a Præcursoris baptismate necessario auferre cognoscetur. Fructus enim virtutum ferre, animi potius mundati est, quam ejus quem multæ perturbationum spinæ, et innata zizania iniquinatum reddiderunt atque corruptum; imo per ipsam productionem sanctitas fortasse brevi etiam perfectius agnoscetur.

At enim, inquiunt, quod remissionem peccatorum non præstaret Præcursoris baptismus, ipse quoque Servator cum Nicodemo de regeneratione verba faciens indicavit: « Nisi quis renatus fuerit, ait, ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in re-

A ἱερὸν Μάρκον περὶ μὲν ἐκείνου λέγειν, « Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ· » ἐν δὲ τῷ, « Κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » τὸ Σωτήριον ἀνακηρύττειν βάπτισμα. Καὶ οὕτω φαῖεν ἂν τὸν μακάριον Μάρκον ἑκάτερον τῶν βαπτισμάτων διαστεῖλασθαι ἐπιμαρτυρούμενον μὴ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχειν, μηδ' αὐτὸν ὁμολογεῖν τὸ βάπτισμα παρεχόμενον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ εἰρηκέναι φιλαλήθει τε καὶ θεοσεβεστάτῃ γνώμῃ· « Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

Εἰ δ' ὁ Μαρκος σαφῶς ἡμᾶς τὴν διαστολὴν τῶν βαπτισμάτων ἐδιδάξατο, τῷ Δεσποτικῷ μὲν βαπτίσματι τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἀπονέμων ἄφεσιν, καὶ
B Πνεύματι ἁγίῳ διατελεσιουργεῖσθαι· τὸ δὲ Ἰωάννου καὶ ὕδατος εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι βάπτισμα· δῆλον, ὡς καὶ ὁ Λουκᾶς ἄρα πρὸς τὸν συνευαγγελιστὴν καὶ συνόμιλον τὸ σύμφωνον διασώζων, οὕτω καὶ τὸ τῆς ἀληθείας ἀνύβριστον συνδιαφυλάξει ἀξίωμα· καὶ εἴη ἂν αὐτῷ εἰρημένον τὸ, « Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » οὐ περὶ ἐκείνου δήπουθεν, ὅπερ αἱ τοῦ Προδρόμου χεῖρες εἰργάζοντο, ἀλλὰ περὶ τοῦ Σωτηρίου καὶ Δεσποτικοῦ, καὶ ὃ πάντας τοὺς βαπτισαμένους τῶν ψυχικῶν μολυσμάτων ἀπεκάθαιρε. Καὶ γὰρ μετ' ὀλίγον καὶ αὐτὸς εἰσάγει τὸν Ἰωάννην λέγοντα· « Ἐγὼ μὲν ἐν ὕδατι
C βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ· » εἶτα καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ Κυριακοῦ βαπτίσματος, « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Ναὶ μὴν καὶ Μάρκος πάλιν μετὰ τὸ φυγεῖν τοὺς Φαρισαίους καὶ Σαδδουκαίους ὑπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς (οὐδὲ φυγή τις ἂν ἦν, εἰ μὴ τὸ προσδραμεῖν τῷ βαπτίσματι), « Ποιήσατε, ἐπιφέρει, καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, » ὡς τοῦ δοθέντος βαπτίσματος οὐκ ἔχοντος ἰσχὺν παρασχεῖν τὴν τελείαν ἁμαρτημάτων ἀπολύτρωσιν. Ἢ τοῦτο μὲν ἄν τις εἰρῆσθαι θείη οὐ πρὸς ἐκείνους, οὓς τὰ τελεσθέντα ῥεῖθρα δεξάμενα τῶν μολυσμάτων ἐπλύνατο· ἀλλὰ τοῖς ὡρμημένοις μὲν ἐπὶ τῷ βαπτίσματι, οὔπω δὲ καταξιωθεῖσι τῆς καθάρσεως. Πλὴν εἴ τις καὶ πρὸς τοὺς
D ἤδη βαπτισαμένους τὸν προκείμενον λόγον ἁρμόττειν δοίη, οὐδὲ τοῦτ' ἂν ἐξ ἀνάγκης ὀφθείη τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ κατὰ τὸν Πρόδρομον βαπτίσματος ἀφαιρούμενον. Ἡ γὰρ καρποφορία τῶν ἀρετῶν ἐγγυτέρω μᾶλλόν ἐστι τῆς κεκαθαρμένης ψυχῆς, ἤπερ ἣν πολλαὶ παθῶν ἄκανθαι καὶ παραφυάδες ζιζανίων, λελυμασμένην τε καὶ ῥυπῶσαν ἐξειργάσαντο· ἀλλὰ αὕτη μὲν ἡ ἐκβολὴ καὶ μετ' ὀλίγον τάχα ἂν τύχῃ καὶ τελειοτέρας διακρίσεως.

Ὅτι δὲ μὴ παρεῖχεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, καὶ ὁ Σωτὴρ, φασὶ, πρὸς Νικόδημον διαλεγόμενος περὶ παλιγγενεσίας ὑπεδήλωσεν· « Ἐάν τις μὴ γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, ἀποφαινόμενος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν

[30] Marc. I, 8. [31] Luc. III, 3. [32] ibid. [33] ibid. 8 non Marci.

οὐρανῶν. » Καὶ μὴν ὁ Ἰωάννης ἐν Πνεύματι οὐκ A ἐβάπτιζεν, οὐκοῦν οὐδὲ εἰς τὴν βασιλείαν παρέπεμπε τῶν οὐρανῶν· εἰ δὲ μὴ παρέπεμπεν, οὐδὲ τὴν ἄφεσιν ἐδίδου τῶν κωλυόντων τὴν εἴσοδον.

Ἐξ οὖν τῶν εἰρημένων, καὶ δι' ὧν προῆλθεν ἡ ἀμφισβητημάτων παράθεσις, πρός τε τὴν δίαιταν ὁ λόγος ὡρμημένος ἐφέρετο, σκοπεῖν προσῆκε τίνος μὲν ἐν κέρδει καταστήσομεν· ποῦ δὲ στησόμεθα τοῦ ζητήματος, καὶ πρὸς τὸ ἀσάλευτον ἡ διάνοια στηριχθήσεται; Ἀλλὰ γὰρ πρό γε τοῦ τέλους βραχύς τις προηγείσθω τῆς διαίτης λόγος μέχρι νῦν ὑπολειπόμενος. Τό τε γὰρ τοῦ θεσπεσίου Μάρκου λόγιον διπλῇ ἀναβαπτίζειν βαπτίσματος χρείαν ἐκβιάζεσθαι (57) (τὸ γὰρ (58) τοῦ Ἰωάννου μόνον ἀβιάστῳ κρίσει, καὶ ἀποστολικῇ φράσει, ἐπισημαίνεται)· B καὶ δὴ καὶ τὸ ἀμφιβαλλόμενον εἰς κατασκευὴν μεταλαμβάνειν διανοίας πρὸς διάφορον ὁμολογίαν ἐναρμοζομένης, ἀνακόλουθον· τοὐναντίον γὰρ ἅπαν τὸ μονότροπον τῶν ἱερῶν ῥημάτων τοῦ Λουκᾶ, δι' ὧν ἓν βάπτισμα τὸ τοῦ Ἰωάννου μόνον τρανῶς ἀπαγγέλλεται, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἡ ἄφεσις παραδίδοται. Τοῦτο μᾶλλον εἴπερ τινὰ καὶ ἀμφιβολίαν μερισμοῦ παρεῖχεν τὰ τοῦ μακαρίου Μάρκου ῥήματα, εἰς τὴν τοῦ ἑνὸς ἂν ἰθύνετό τε καὶ συναπηρτίζετο βαπτίσματος δήλωσιν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἐν ὕδατι βαπτίζειν τὸν Ἰωάννην, ἐν Πνεύματι δὲ τὸν Ἰησοῦν, τὸ μέγεθος ἴσμεν τῆς διαφορᾶς, καὶ τὸ κατὰ παραβολὴν ἀσύγκριτον ἀπαγγέλλει, οὗ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἀφαιρεῖται τῆς ἱερουργίας Ἰωάννου. Ναὶ δὲ καὶ τὸ μετὰ τὸ βάπτισμα καρποὺς ἀξίους τῆς προλαβούσης μετα- C νοίας ἐπιζητεῖν τε παρὰ τῶν βαπτισαμένων, καὶ παραινεῖν ἐπιδείκνυσθαι, ἀλλὰ μὴ καταισχύνειν διὰ τῶν ὑστέρων τὰ φθάσαντα· βεβαιωτικὸν μᾶλλον ἂν εἴη καὶ παραστατικὸν ἐκ (59) τοῦ κεκαθάρθαι διὰ τῆς ἱερουργίας Ἰωάννου τοῖς Ἰορδάνου νάμασι τοὺς λελουμένους· ἀλλὰ οὐκ ἀναίρεσις οὐ μὲν οὖν τοῖς λελουμένοις καθάρσεως.

Τούτων οὕτω διατυπωθέντων, καὶ τῶν ἀντιπίπτειν δοκούντων τῶν μὲν ἐκκαθαρθέντων, τῶν δὲ τὴν συμφωνίαν ἀνθελομένων, μετὰ παῤῥησίας φιλαλήθους, καὶ θεοφιλοῦς ἔξεστι καὶ φρονεῖν, καὶ λέγειν, ὡς παρεῖχε μὲν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, οὐ πάντων δὲ, ὥσπερ οὐδὲ αἱ νομικαὶ τελεταὶ καὶ θυσίαι. D Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν ἐκ προνοίας φόνων, οὐ μὴν οὐδ' εἴ τις ἀλλοτρίους γάμους διώρυξεν, οὐδ' ὅσα τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ οὐράνιον πῦρ τοῖς ἐνόχοις ζημίαν ἐπέβαλλον· οὐδ ἄλλων πολλῶν ἐξαγίστων καὶ παραπλησίων ἔργων τὴν κάθαρσιν οὔτε ὁ νόμος, οὔτε τὸ Ἰωάννου διεπράττετο βάπτισμα. Ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ὁ μὲν νόμος, ὅσα μὴ προλαβὼν ὁ πρῶτος νομοθέτης εἰσεπράττετο, δικαστὴν τὸ ξίφος ἐκάθιζε· τὸ δὲ Ἰωάννου βάπτισμα εἰς τὸ κοι-

[34] Joan. III, 5.

A gnum cœlorum [34]. » Et Joannes quidem in Spiritu non baptizabat, unde nec immittebat in regnum cœlorum : quod si non immittebat, certe neque illa dimittebat, a quibus ingressus præcludebatur.

Ex his igitur, quæ dicta sunt, et per quæ luctantium argumentorum crevit congeries, et sermo ad nos tandiu distinendos processit, opus esset inspicere quanti pro sua utilitate illud baptisma æstimandum sit. Quando vero a disputatione desistemus, et mens in quadam certitudine confirmabitur? At enim hæc esto velut brevis quædam ante solutionem præmissa diatriba, quæ huc usque producta est. Profecto nec ad baptismatis utilitatem excludendam valet illud divi Marci testimonium, quo denuo baptizari præscribitur (nam id solum a Joan- B ne Baptista irrefragabili illo oraculo, et apostolica sententia significatur) : nec quidquid congestum est, ut animi opinioni mihi contrariæ adhærentis astruerentur argumenta, est consentaneum : siquidem contra est totus sacrorum Lucæ verborum uniformis contextus, in quibus de uno tantum Joannis baptismo diserte fit sermo, et culparum remissio traditur. Idque eo magis, quia, si beati Marci verba quamdam distinctionis ambiguitatem afferre videbantur, ea ad unum Joannis baptisma indicandum referri atque accommodari debebant. At vero quod et in aqua baptizaret Joannes, et in Spiritu Jesus, hoc summam esse diversitatis agnoscimus, et quod in comparatione imparitatem prodit, at C remissionem peccatorum sacro Joannis ritui non adimit. Præterea si a baptizatis fructus digni susceptæ pœnitentiæ requirebantur, eorumque præscribebatur demonstratio, ne per sequentem pravitatem priora bona fœdarentur; hoc adeo baptizatos sua mundatione non destituit, ut confirmare potius, et astruere videatur, quod per sacram Joannis cæremoniam hominum inter fluenta Jordanis ablutorum corda extergerentur.

His autem ita enucleatis, et quibusdam eorum, quæ invicem adversari videbantur, rejectis, aliis autem ad concordiam redactis, oportet, ut qui et veritatem et Deum diligunt tuto sibi persuadeant, atque fateantur remissionem peccatorum Joannis baptisma præstasse, non omnium tamen, quemad- D modum ne ipsæ quidem legales cæremoniæ et sacrificia. Profecto nec homicidia dedita opera patrata, nec alieni conjugii violationes, nec ea, quæ horrendum illum, et cœlestem ignem in reos pro pœna demittebant, nec denique alia multa exsecranda, et similia opera remissionem vel ex lege, vel ex Joannis baptismate consequebantur. Sed pro omnibus his culpis lex quidem, ubi primi legislatoris providentia multam non decreverat, gladium

NOTÆ.

(57) Ita scribo pro ἐκβεβιάσθη.

(58) Supple ἀπὸ, ne tota ista periodus te quoque torqueat.

(59) Expunge τὸ ἐκ, et sensum habebis planiorem.

pro vindice statuebat : Joannis autem baptisma ad universale, et Dominicum, quod suam virtutem multo excederet, amandabat.

Quare et ipse Redemptor noster, cum duritiem cordis et incredulitatem Pharisæorum exprobraret, diceretque, quod animum magis quam fornicarii, et publicani improbum, et inemendabilem gererent; simulque doceret, quinam essent qui converterentur a peccato, et quibusnam criminibus absolverentur : « Venit ad vos, ait, Joannes in via justitiæ, et non credidistis ei [38]; » ita ut Joannes esset, qui per baptismum injustæ vectigalium exactionis, fornicationis, et hujuscemodi scelerum hominibus sincere pœnitentibus veniam præberet. At neque latrones, neque mortuorum spoliatores, neque aliorum nefandorum criminum patratores absolvebat; quoniam hi ne audebant quidem accedere, et facinus suum confiteri, cum conscientia ipsis adversaretur, et pœnam minitaretur ex legibus, nec sineret piacula coram aliis recensere.

Igitur præstabat, ut dictum est, et ipse Præcursoris baptismus peccatorum remissionem, non omnium autem ; quippe hæc Dominici ac divinissimi baptismatis peculiaris est virtus : præstabat tamen, dum perfecto Salvatoris sacramento viam sternebat ; eratque ante ablutionem ablutio, remissio particularis ante omnimodam remissionem, atque imperfecta mundatio absolutæ mundationi præmissa; sed nullam futurorum bonorum certam promissionem, ac ratam fidem faciebat. Divinus contra, et Christianus baptismus omnia ante commissa nobis indulget ; quin etiam robur et fortitudinem, ne denuo secundum priores lapsus concupiscentiæ pareamus, concedit; imo homines in regnum cœlorum infert, et quod majus est, adoptionem filiorum Dei impertitur. Joannis autem baptisma eorum criminum, quæ memoravimus, remissionem, non autem regni cœlestis præbebat hæreditatem, et multo minus ad dignitatem adoptionis homines evehebat (60).

A νὸν καὶ Σωτήριον, ὡς πολλῷ μεῖζον ὑπάρχον τῆς ἰδίας ἰσχύος, παρέπεμπε.

Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τὴν σκληροκαρδίαν, καὶ τὸ ἀπειθὲς ἐξονειδίζων τῶν Φαρισαίων, καὶ δηλῶν, ὡς τῶν ἐν πορνείᾳ καὶ τελωνείᾳ βιούντων χείρους τὰς γνώμας καὶ ἀδιορθώτους μᾶλλον ἔφερον· καὶ ἅμα διδάσκων, τίνες τε εἴησαν τῶν ἐξ ἁμαρτίας ἐπιστρεφόντων, καὶ τίνων ἁμαρτημάτων ἀπελύοντο, τὸ, « Ἦλθε πρὸς ὑμᾶς, φησὶν, ὁ Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· » ὥστε τελωνείας μὲν, καὶ πορνείας, καὶ τῶν τοιούτων εἴη ἂν ὁ Ἰωάννης διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῖς εἰλικρινῶς μετανοοῦσι πραγματευόμενος κάθαρσιν. Οὐ μὴν γε λῃστὰς, οὐδὲ τυμβωρύχους, οὐδὲ τοὺς ἄλλους ἀῤῥη-
B τουργοὺς τῶν μολυσμάτων ἀπήλλαττεν· ὅτι μηδὲ θαῤῥεῖν εἶχον οὗτοι προσιέναι, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὸ τόλμημα, τοῦ συνειδότος αὐτοῖς προαπαντῶντος, καὶ ἀπὸ τῶν νόμων δίκην ἐπισείοντος, καὶ οὐκ ἐῶντος τοῖς ἄλλοις συγκαταλέγεσθαι.

Παρεῖχε μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, οὐ πάντων δέ· τοῦτο γὰρ τοῦ Δεσποτικοῦ καὶ θειοτάτου βαπτίσματος τὸ ἐξαίρετον· παρεῖχε δὲ προευτρεπίζων τῷ Σωτηρίῳ τὴν τελειότητα· καὶ λουτρὸν ἦν πρὸ λουτροῦ, καὶ ἄφεσις ἐκ μέρους πρὸ τῆς παντελοῦς ἀφέσεως, καὶ ἀτελὴς κάθαρσις προοιμιαζομένη τὴν τελειοποιόν· οὐδὲν δὲ ἀσφαλὲς, οὐδὲ ἐχέγγυον περὶ τῶν μελλόντων χαριζόμενον. Τὸ Δεσποτικὸν δὲ καὶ
C Σωτήριον πάντων μὲν τῶν προλαβόντων ῥύσιον· ῥώμης δὲ παρεκτικὸν καὶ ἰσχύος, μὴ κατὰ τὰς πρώτας ὀλισθήσεις ἔτι πρὸς τὰ πάθη κατασύρεσθαι· καὶ τὸ μὲν εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀναφέρει βασιλείαν, καὶ, τὸ μεῖζον πάντων, υἱοθεσίαν χαρίζεται. Τὸ δὲ τὴν μὲν ἄφεσιν, ὧνπερ εἴρηται, παρεῖχεν, οὔτε δὲ βασιλείας οὐρανῶν κληρουχίαν, οὐδὲ πολλῷ μᾶλλον πρὸς υἱοθεσίας ἀναβιβάζει ἀξίωμα.

[38] Matth. XXI, 32.

NOTÆ.

(60) Ut aliqua de hac quæstione dicamus, Joannis et Christi unum idemque fuisse baptisma tribus gradibus, aqua, igne et spiritu ita consecratum, ut aquam Joannes, spiritum Christus, ignem Paracletus dederit, Petilianus commentus est : de quo legendus D. Augustinus lib. II *contra Lit. Petil.* c. 34. Melanchthon autem, Bucerus, et alii, baptismi Joannis et Christi unum idemque fuisse ministerium, eosdemque effectus sine tergiversatione pronuntiarunt. In hos præcipue sacrosancta Tridentina synodus canonem illum edidit sess. VII *De bapt.* can. 1 : *Si quis dixerit baptismum Joannis eamdem vim cum baptismo Christi habuisse, anathema sit.* Porro hanc notam Photio non inurimus; ex eo enim sæpenumero audivimus, quam perspicue baptisma Christi baptismati Joannis longe præstasse fateatur. Hoc autem baptismo peccata non fuisse dimissa ad fidem non pertinere Drouven. *De re sacram. contra hæret.* lib. II, quæst. 5, cap. I, § 4; Estius in IV *Sent.* distinct. 2, § 4, et alii opinantur; atque id propterea non fuisse a concilio definitum, D quia nonnulli Patres, præsertim sanctus Optatus Milevitanus lib. III *Contra Parmen.*, sanctus Basilius, hom. 1 de baptismo, sanctus Cyrillus Hierosol. *Catech.* II, hoc affirmare viderentur. Photium autem Cyrilli verba putarim fuisse mutuatum, ubi Joannis baptisma remissionem peccatorum contulisse, baptismum vero Christi adoptionem importare filiorum asseverat. Igitur hac in re Photio aliquantulum possumus parcere, ejusque sententiam non admodum abnormem existimare. Illa autem distinctio, quam inter crimina comminiscitur, dum quædam tantummodo illa ablutione remitti autumat, risu potius excipienda, quam argumentis refutanda videtur. Unde enim id novit? Quomodo divini consilii certior factus est? Qua de causa his, et non aliis limitibus remissionem conclusit? Nos interea communem theologorum catholicorum sententiam ea, qua par est, veneratione tenentes, dicemus per Joannis baptisma *ex opere operantis*, non autem *ex opere operato* fuisse Hebræos culpis absolutos.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Λ' (61).

Πῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος· « Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἄνευ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, » Παῦλος, ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων λαλοῦντα ἐν ἑαυτῷ φησι· « Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; » Ἀντιφθέγγεσθαι γὰρ ἡ τοῦ μαθητοῦ πρὸς τὸν διδάσκαλον φαντασίαν παρέχεται φωνή.

A

QUÆSTIO XXX [al. XXIX].

Quomodo, cum Salvator noster dicat: « Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet sine Patre meo, qui in cœlis est [36]? » Paulus, qui Christum in se loquentem habet, inquit: « Numquid de bobus cura est Deo [37]? » Nimirum vox discipuli magistro adversari videtur.

Edita ab Antonio Scotto, l. c., p. 45. De apparente contradictione inter locum Matth. x, 29 et I Cor. ix, 9.

Ὅτι μὲν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια καὶ μέχρι τῶν στρουθίων διήκει, καὶ οὐδὲ ἐν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ περιγράφει κηδεμονίαν, ἀλλ' ἤδη καὶ φυτῶν, καὶ βοτανῶν, καὶ ἁπλῶς, ὧν ἐγνώσθη γενεσιουργὸς, τούτων καὶ τῆς διαμονῆς, καὶ οἰκονομίας ἀναλλοίωτόν τε, καὶ ἀδιάδοχον φέρει τὴν φροντίδα, αἵ τε ἄλλαι τρανῶς ἡμᾶς B ἐκδιδάσκουσιν ἱεραὶ Γραφαὶ, καὶ δὴ καὶ ὁ ἔμφυτος λογισμὸς, ὃς τὸν παραγαγόντα, καὶ ὑποστήσαντα ἐκ μὴ ὄντων καὶ συνέχειν τὸ παραγαγόμενον, καὶ προνοεῖσθαι κατὰ τὸν ἑκάστῳ πρέποντα τῆς Προνοίας λόγον ἀπαιτεῖ. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν φιλανθρώπως ἀπάγων ἡμᾶς τῆς πολλῆς περὶ τὰ ἀνθρώπινα σπουδῆς τε καὶ κατατριβῆς· καὶ τῶν ῥεόντων καὶ διαλυομένων τῆς σχολῆς ἐλευθερίαν τε καὶ ἀπαλλαγὴν εἰσηγούμενος, οὐχ ἀπὸ τῶν στρουθίων μόνον καὶ τῶν ἄλλων πτηνῶν τὴν ἀρίστην ταύτην εἰσήγησιν ποιεῖται, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπ' αὐτῶν γε τῶν βοτανῶν. « Κατανοήσατε γὰρ, φησὶ, τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει· » εἶτα τοῦ ἀμφιάσματος τὸ κάλλος, καὶ τὸ ἀξίωμα· « Λέγω δὲ C ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομῶν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλλετο, ὡς ἓν τούτων, ποιῶν τούτων τῶν μετ' ὀλίγον ἐμβαλλομένων εἰς κάμινον. » Εἰ δὲ τῶν οὕτω μικράν τινα πληρούντων ἀνθρώποις χρείαν (πόσον γὰρ ἀνάφει πῦρ ἡ καλάμη τῶν κρίνων; Ἢ τοῦ χρώματος τὸ ἄνθος ἐπὶ πόσον χαριεῖται τὴν τέρψιν τῷ ὄμματι), τοσαύτην ὁ Θεὸς τὴν πρόνοιαν ἔχει, πῶς οὐχὶ πολλῷ μᾶλλον, καὶ ἀσυγκρίτῳ διαφορᾷ, τῶν ἀνθρώπων; Οὕτω γοῦν οὐ μόνον ἡ τῶν στρουθίων ἀνεῖται γένεσίς τε, καὶ αὔξησις, καὶ διαμονὴ τῷ Θεῷ, καὶ πάλιν ἡ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς λύσις, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἐν τῷ ἀγρῷ βοτανῶν· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑνὸς εἴδους καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν ὁ αὐτὸς ἂν τῆς ἀκολουθίας διαβαίνει λόγος· οὕτως οὐ μόνον τῶν βοῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀπαρχῆς ἀτελεστέρας D φύσεως τετυχηκότων ἡ κηδεμονία τῆς θείας ἐξῆπται ῥοπῆς.

Τί οὖν ἐστιν, ὃ λέγει Παῦλος ὁ μετάρσιος ἄνθρωπος, ἡ γλῶσσα τοῦ Πνεύματος, ἣν οὐδὲν δυσχερὲς, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ μάχης ἁπτόμενον; Νομίμων γὰρ παλαιῶν εἰς μνήμην καταστὰς, ἃ πολλὰ παρὰ τῶν ἀλόγων νομοθετεῖ ζώων, δι' ἐκείνων παιδαγωγοῦντα τὸ λογικόν·

Quod Dei providentia ad passeres usque pertingat et nec his limitibus ejus vigilantia concludatur; sed et arborum, et herbarum, et omnium omnino rerum, quarum creator agnoscitur, conservationi, gubernationique immutabili, ac perpetua cura prospiciat, diserte nos docent tum alia sacrarum Litterarum loca, tum ipsa insita hominibus ratio quæ postulat, ut, qui res e nihilo eduxit, atque disposuit, ipse productas secundum providentiæ rationem unicuique consentaneam conservet, atque gubernet. Quoniam et ipse Redemptor noster, cum nos ex humanarum rerum nimio studio, nimiaque curatione peramanter avocaret; atque ut a fluxorum caducorumque bonorum sollicitudine liberemur avertamurque, nobis suaderet; non a passeribus tantummodo et aliis volatilibus utilissimam hanc cohortationem exorsus est, sed ab ipsis quoque herbis: Etenim « Considerate, inquit, lilia agri, quomodo crescunt; non laborant, neque nent: » deinde de vestimenti elegantia et decore adjecit: « Dico autem, quod neque Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unus ex istis, qui paulo post in caminum immittuntur [38]. » Quod si rebus, quæ tam tenuem utilitatem comparant hominibus (quandiu enim flammam alit liliorum caulis? Aut quandiu flosculus variegatus oculo oblectamentum creat?) Deus, adeo providet, quomodo non multo magis, et immenso discrimine hominum curam gerit? Ita sane non passeres duntaxat, sed et herbæ campi ut nascantur, crescant, et conserventur, et rursus suo tempore intereant, ad Deum pertinet, quandoquidem ab una specie ad res pariter ejusdem naturæ idem ex consequentia sermo procedit: atque ita non modo boves, sed ipsas quoque res, quæ ab ortu suo minus nobilem sortitæ sunt naturam divini vigilantia auxilii non deserit.

Quid itaque est, quod Paulus docet, vir ille excelsus, sancti Spiritus lingua, quam nihil absonum, aut litigiosum decet profari? Sane dum ille veterum legalia præcepta in mentem revocaret, quæ multa de brutis animantibus statuunt, ut per ea hominem

[36] Matth. x, 29. [37] I Cor. ix, 9. [38] Matth. vi, 28.

NOTÆ.

(61) Noster exscriptor hanc quæstionem in codice bis exaravit; et primo quidem loco mutilam, altero autem integram et absolutam exhibuit. Hujus rei causa fuit, nisi conjecturis indulgere fas est, quia tunc ad vocem μέλει pro μέλλει oculos advertit, et magnam orationis partem verbis istis interjectam omisit: deinde vero vocabulorum similitudine deceptum se sentiens, laborem suum instauravit, addiditque hanc ἐπιγραφὴν secundæ exscriptioni: Αὕτη προγραφεῖσα αὖθις γράφεται. Ego vero, ne a Coisliniani, et Taurinensis codicis ordine recederem, ipsam integram sedi suæ restitui, atque hic in lucem edendam putavi.

erudiant (veluti non licere ei, qui pullos avium e nido abstulerit, parentes simul tenere [39]; nec in lacte matris suæ agnum coquere [40]; imo, si placet, nec vineam altero semine serere [41]; nec vestem ex variis contextam liciis indui [42]; et plura id genus, cujusmodi est et illud : « Non alligabis os bovi trituranti [43], ») ille, inquam, vir legis doctor, cum in hujus legis abolitæ usu natus esset, ac vellet inde cohortationem exordiri, quod nempe, qui alios ad virtutem incitat, hac prius debeat ipse pollere, et sic deinde auditores ad imitationem allicere ; imo etiam, quod oporteat laborantes debita mercede non fraudari : hæc ex Moysis quoque lege ipse personans subdidit : « Non alligabis os bovi trituranti. » Deinde ne quis diceret : Quid bovum genus ad hominum naturam ? Subjicit : Non hic « de bobus cura est Deo. » Nam propter nos hæc de ipsis posita lex est ; non enim ejus promulgatio illorum utilitati intendit neque brutorum gubernationem legum Mosaicarum institutio sibi pro scopo proposuit : sed quæ circa alia versantur animantia, hæc nostri gratia sancita sunt.

Deo itaque curæ sunt boves, ut et aliæ creaturæ non adeo vero ut pro illis leges quoque, et regiminis formas, secundum quas viverent, conderet; at potius, si quod de illis prodiit statutum, id pro humana utilitate, et disciplina meruit promulgari. Atque id magis magisque ex cæteris pariter perspicitur animantibus, de quibus nulla legum latio potest exhiberi. Quænam nimirum de leonibus, quænam de elephantibus, aut de unicornibus, aut de draconibus, aut de innumeris aliis animantium generibus, quorum quædam mansuefieri cernuntur, cætera vero hominum familiaritatem et contubernium prorsus refugiunt, inducta lex est? Hoc profecto cum beatus ille, et divinus vir, melius, quam quivis alius, comperiret, utpote legis doctor, Ecclesiæ tuba, et mens sublimis, tum rerum omnium providentiam in multis epistolis frequenter Deo attribuendam prædicat, tum docet illas de brutis leges, quas Mosaica littera adhibet, non ipsorum vivendi normam definire, neque adeo bruta Dei interesse, ut etiam jura ad ipsorum gubernationem spectantia conscriberet; at potius hæc ad indocilis Judaici populi doctrinam, regimenque sapientissimo et occulto consilio prolata, et litteris credita fuisse tradit.

Patet itaque, quod non modo prædicator documentis magistri in nulla unquam re adversetur ; verum etiam ea documenta confirmatione muniantur, præcipue dum diversis rerum argumentis usus diversitatem convenienter accommodat, et in quovis usu doctrinas inter se distinctas minime confundit; præbetque se piis viris normam, quo pacto debeat

A οἷον οὐ δεῖ νεοττοὺς ὀρνίθων τῆς νοσσιᾶς ἀφαιρούμενον καὶ τοὺς γεγεννηκότας λαμβάνειν· οὐδ' ἕψειν ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ, εἰ βούλει δὲ, μηδὲ διαφόροις σπέρμασι τὸν ἀμπελῶνα κατασπείρειν· οὐδ' ἱμάτιον διαφόρων ἐκ νημάτων ὑφασμένον περιδύεσθαι· καὶ πολλὰ τοιαῦτα, ὧν ἐστι καὶ τό· « Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. » Ἐν χρείᾳ τοίνυν ὁ νομομαθὴς ἐκεῖνος, ἄνθρωπος τοῦ πάρετος (62) νομίμου γεγονὼς, κἀκεῖθεν ὑφαίνων τὴν παραίνεσιν, ὡς δεῖ τὸν εἰς ἀρετὴν ἑτέρους προτρεπόμενον, αὐτὸν ταύτης ἀπολαύειν πρότερον, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὴν μίμησιν τοὺς ἀκροατὰς παρακαλεῖν· ἢ, εἰ βούλει, τοὺς κοπιῶντας τῆς ἀπὸ τῶν πόνων παραμυθίας μὴ ὑστερεῖσθαι· ταῦτα καὶ διὰ τῆς Μωσαϊκῆς νομοθεσίας συγκροτῶν, ἐπήγαγεν· « Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. » Εἶτα ἵνα μή
B τις εἴπῃ· Ἢ τί πρὸς ἀνθρώπων φύσιν τὸ τῶν βοῶν γένος; « Οὐ τῶν βοῶν, φησὶν, ἐνταῦθα μέλει τῷ Θεῷ. » Δι' ἡμᾶς γὰρ ὁ ἐπ' αὐτοῖς ἐτέθη νόμος· οὐ γὰρ ἔχει προηγουμένην τὴν θέσιν ἐπ' ἐκείνων· οὐδὲ τῆς τῶν ἀλόγων πολιτείας ἡ Μωσαϊκὴ νομοθεσία στοχάζεται· ἀλλ' ἅπερ ἑτέροις περιετέθη προσώποις, ταῦτα δι' ἡμᾶς ἐῤῥέθη.

Μέλει μὲν γὰρ τῶν βοῶν τῷ Θεῷ, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων κτισμάτων· ἀλλ' οὐχ ὥστε περὶ αὐτῶν καὶ νόμους ἐκτίθεσθαι, καὶ τῆς πολιτείας τύπους, καθ' οὓς γε βιώσονται· ἀλλὰ καὶ ὧν προῆλθε διάταγμα, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν καὶ παιδαγωγίαν τὴν εἰσφορὰν οἰκειώσατο. Καὶ τοῦτο φανερὸν οὐδὲν ἔλαττον καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ζώων καθίσταται, περὶ ὧν
C οὐδεμία νόμων εἰσφορὰ διαδείκνυται. Ποῖος γὰρ περὶ λεόντων; τίς δὲ περὶ ἐλεφάντων, ἢ μονοκερώτων, ἢ δρακόντων νόμος εἰσενήνεκται, ἢ μυρίων ἄλλων γενῶν, ὧν τὰ μὲν ὁρᾶται χειροήθη γινόμενα, τὰ δὲ παντελῶς τὴν πρὸς ἀνθρώπων ὁμιλίαν, καὶ τὸ ὁμόροφιον ἀποστρέφεται; Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος καὶ θεῖος ἄνθρωπος, εἴπερ τις ἄλλος, οἷα δὴ μάλιστα καὶ νομομαθὴς, εἰδὼς, τῆς Ἐκκλησίας ἡ σάλπιγξ, ὁ νοῦς ὁ μετάρσιος, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀνηρτῆσθαι πάντων πολλαχοῦ, καὶ πολλάκις ἀνακηρύττει Θεῷ, καὶ τοὺς περὶ τῶν ἀλόγων νόμους, οἷς ἐχρήσατο τὸ γράμμα τὸ Μωσαϊκὸν, οὐ διὰ τὸν ἐκείνων βίον θεσπισθῆναι προηγουμένως ἀποφαίνεται· οὐδὲ τοσοῦτον αὐτῶν μέλλειν τῷ Θεῷ, ὥστε καὶ θεσμοὺς εἰς τὴν ἐκείνων πολιτείαν ἀναφερομένους
D ἀναγράφεσθαι· ἀλλ' ἐπὶ παιδαγωγίᾳ, καὶ νομοθεσίᾳ τοῦ δυσηνίου, καὶ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους, καὶ ῥηθῆναι, καὶ ἀναγραφῆναι σοφωτάτῃ, καὶ συνεπτυγμένῃ κρίσει παραδίδωσι.

Δῆλον οὖν, ὡς οὐ μόνον οὐδὲν οὐδαμῶς ὁ κῆρυξ ἀντιφθέγγεται πρὸς τὰ διδασκάλου διδάγματα· ἀλλὰ καὶ βεβαίωσις αὐτῶν καθίσταται, μάλιστα ἐν τῷ διαφόρῳ τῶν ὑποθέσεων καὶ τὴν διαφορὰν τῆς χρήσεως καταλλήλως διορθούμενος, καὶ φυλάττων ἑκάστῃ χρείᾳ τὸ τῆς θεωρίας διακεκριμένον ἀσύγχυτον, καὶ νόμον τοῖς εὐσεβέσιν ἑαυτὸν προτιθεὶς, ὅπως χρὴ τῶν

[39] Deut. XXII, 6. [40] Exod. XXXIV, 26; Deut. XIV, 21. [41] Deut. XXII, 9. [42] Deut. XXII, 11. [43] Levit. XIX, 19; Deut. XXV, 4; I Cor. IX, 9.

NOTÆ.

(62) Τὸ παρέτου suffice τῷ πάρετος, aut scribe παρ' ἔθνος, *legis in gente sua vigentis.*

ἱερῶν ἡμῶν Λογίων τὸν νοῦν ἀνιχνεύειν· καὶ τῷ προχείρῳ τῶν ῥημάτων, τῆς διανοίας ἀντιφθεγγομένης, μάλιστα μὴ κατὰ τὸ ῥᾷον παρασύρεσθαι.

Ἔνεστιν οὖν διδασκάλῳ τῷ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλῳ χρώμενον, οἷς ἔρως μὲν ἡ εὐσέβεια, ἔργον δὲ σοφίας ἡ διάκρισις, καὶ ἡ ἄνωθεν τῶν λόγων χάρις, ἐναυγάζουσα κατὰ μίμησιν τοῦ καθηγεμόνος μεθοδεύοντα, φανερώτερον ἔτι δεικνύναι, ὡς οὐδὲν ἡ τοιαύτη τῶν ῥημάτων χρῆσις οὔτε τι τῶν ἱερῶν ἡμῶν δογμάτων ἐπιλυμαίνεται, οὔτε τινὰ μῶμον ἐπιτρίβεται, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν τὸ σύμφωνόν τε καὶ ἀδιάβλητον συνεργάζεται. Οἷον ἀσπλαγχνίας τις καὶ ἀσυμπαθείας μεθέλκων τινά, ἢ πρὸς ἀπληστίαν ῥέουσαν ἀναχαιτίζων γνώμην, ἢ ταῖς ἰγνύσιν ἀμφοτέραις, τὸ λεγόμενον (63), ἐπιχωλαίνοντα ἀνορθῶν τε, καὶ ὑποστηρίζων, καὶ πρὸς τὴν σωτήριον, καὶ μονότροπον ἀπευθύνων τρίβον, τούτων ἕκαστον τῆς ἀλόγου ῥοπῆς εἴ τις ἄλλαις μὲν πολλαῖς παραινέσεσιν ἐπέχειρεν ἀνακτᾶσθαι, συνείρει δὲ μάλα εὐστόχως τε καὶ ἐπικαίρως· οὐ γὰρ ἔμαθες, ἄνθρωπε, παρὰ τῶν Μωσαϊκῶν νόμων, καὶ παραγγελμάτων, μὴ ἕψειν ἄρνα ἐν γάλακτί μητρὸς αὐτοῦ, μηδὲ σπείρειν τὸν ἀμπελῶνα, μηδὲ περιβόλαιον σαυτῷ ποιεῖσθαι, καὶ βδέλον (64) ἐξ ἑτερογενῶν νημάτων ἐρίου τε καὶ λίνου συνυφασμένον; Ἢ οὐ πᾶσιν ἐπίδηλον, ὡς τὰ θεσπίσματα ταῦτα οὔτε ἀρνῶν, καὶ μητρῴου γάλακτος προηγουμένην ἔχει τὴν θέσιν· ἀλλ' οὐδέ γε περὶ ἀμπελῶνος, οὐ μὴν οὐδὲ περὶ τῶν διαφόροις νήμασι συντεθειμένων ὑφασμάτων; Ποῦ γὰρ περὶ νημάτων, ἢ περὶ ἀμπελώνων, ἢ ἀρνῶν, καὶ γάλακτος τῷ Θεῷ μέλει, ὥστε καὶ νόμοις ὑποβάλλειν αὐτά, καὶ μηδὲν αὐτῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, δι' ἣν ἅπαντα προήχθη, διαφέρειν.

Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι δι' ἡμᾶς καὶ προὐνοήθη τὴν ἀρχὴν τὰ τοιαῦτα, καὶ γράμμασι διετυπώθη. Τὸ μὲν τῶν ἀρνῶν, εἰ βούλει δέ, καὶ τῶν στρουθίων, ὡς ἂν ἐπὶ τῶν ἀλόγων τὸ συμπαθὲς καὶ εὔσπλαγχνον παιδαγωγηθέντες, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ὁμογενῶν, καὶ τὴν αὐτὴν λαχόντων φύσιν τὸ φιλάνθρωπόν τε, καὶ τὸν ἔλεον ὦμεν ἐπιδεδειγμένοι. Τὸ δὲ ἵνα μὴ πρὸς ἀπληστίαν κεχηνότες τά τε ἄλλα δυστυχῶν φερώμεθα· πολλῶν γὰρ ἡ ἀπληστία κακῶν αἴτιον, καὶ συναποῤῥεῖν, ὡς ἐπίπαν, εἴωθεν αὐτῇ καί, ὃ δικαίως ἂν ἡμῖν ἐξ αὐταρκείας περιεγένετο. Τὰ δὲ γεννήματα (65), ἵνα μὴ τὰς γνώμας ὦμεν ποικίλοι τε, καὶ πολύτροποι, ἐκ διαφόρων ἢ δογμάτων, ἢ ἐθνῶν, ἢ βουλευμάτων ἢ ῥημάτων, ἢ πράξεων συντεθειμένοι, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἀθλίως τε καὶ καταγελάστως στασιάζοντες.

Ὥστε οὐ μόνον οὐδέν, ἡ τοῦ θεσπεσίου Παύλου μέθοδος, οὐδ' ἡ ἐξ αὐτοῦ προχεομένη τῶν δογμάτων αἴγλη τοὺς εὐσεβεῖς λογισμοὺς εἰς διιστάμενόν τινα, καὶ σύγχυσιν παρίστησιν· ἀλλὰ καὶ διδασκαλία δύνα-

A sacrarum Litterarum sensus investigari, nec pro obvia verborum notione, ubi recta ratio repugnat, in re præsertim facili in errorem abduci.

Igitur doctorem decet, communi Ecclesiæ doctore utentem, iis, quibus cordi est religio, sapientiæ autem opus est discretio, cœlestisque interpretandi sermones gratia, quæ hominem se sequentem quasi dux illuminat, adhuc evidentius ostendere, quod talis sacrorum oraculorum usus nec aliquod sanctorum dogmatum nostrorum lædat, nec aliquam notam mereatur; sed quidquid inter se refragari videtur, consonas veritates, et nulli criminationi obnoxias conficiat. Ita sane si quis ab inhumanitate atque inclementia alterum revocaret, et pronum ad aviditatem animum coercere, aut utroque
B poplite, ut aiunt, claudicantem erigere, et solidare vellet, eumque in salutarem rectamque viam dirigere: si quis, inquam, unumquemque horum ab illis rationi adversis propensionibus vel per plures alias adhortationes eruere aggrederetur, nimis apposite opportuneque subjiceret: nonne didicisti, o homo, ab institutis præceptisque Mosaicis, quod nec in lacte matris suæ agnum coqui, nec semen in vinea spargi liceat, nec indumentum tibi aut polymitam vestem ex diversis lanæ, et lini liciis debeas contexere? Nonne omnibus compertum est, quod hujuscemodi statutorum promulgatio nec agnis, nec materno lacti, imo nec vineæ, nec vestimento diversis filis constanti prospiciat? Num eo usque
C fila, aut vineæ, aut agni, et lac Deo sunt curæ, ut legibus quoque ista subjiciat, et humanæ naturæ, cujus gratia omnia producta sunt, in nulla harum rerum provideat?

Atqui perspectum est, quod propter nos ea jam ab initio provisa, et litteris mandata fuerint. Partim (quod scilicet ad agnos, imo et ad passeres attinet), ut nos in bruta commiserationem, et clementiam edocti, multo magis eis qui genus idem eamdemque sortiti sunt naturam, humanitatem et misericordiam exhibeamus. Partim vero (quod ad vineam nempe, et bovem), ne in aviditatem prolabamur, et alias simul patiamur ærumnas: multorum profecto malorum causa est aviditas, et simul cum ipsa, ut
D plurimum, diffluere solet id quoque, quod juste nobis per frugalitatem obvenit. Cætera denique de liciis eo spectant, ut nec animo simus vario ac versipelli, nec diversis dogmatis, vel moribus, vel consiliis, vel verbis, vel operibus instruamur, nec infeliciter et ridicule a nobis ipsi dissideamus.

Quapropter non modo divi Pauli doctrina, et ab eo emissum dogmatum lumen in aliquam dissensionem confusionemque mentes piorum hominum non inducit: sed etiam hi, qui inde sapientiæ ra-

NOTÆ.

(63) Τὸ λεγόμενον e tacito κατὰ regi Græcæ συντάξεως analogia suadet.

(64) Nisi βεῦδος refingas, nullum sensum excudes.

(65) In prima quæstionis hujus exscriptione erat νήματα, atque id opportunius.

dios possunt aspicere, mirum in modum ediscunt, quo pacto sancti Spiritus oracula cum ejusdem oraculis conciliandi sint (66).

A ται πρόχεισθαι θαυμαστὴ τοῖς ἐκεῖθεν τὰς τῆς σοφίας ἀκτῖνας ἐναυγάζεσθαι δυναμένοις, ὅπως χρὴ διαιτᾷν μετὰ τοῦ Πνεύματος τὰ τοῦ Πνεύματος λόγια.

QUÆSTIO XXXI [*al.* XXX]. (67)

Quomodo accipiendum est illud, « Potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham [45]? »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΑ'.

Πῶς νοητέον τὸ, « Δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ; »

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 53. Commentarius in Luc. III, 8; Matth. III, 9.

Obvius hujus oraculi sensus, si penitiorem significationem non inquiramus, poterit utique docere, quod quemadmodum Deus ex diffluenti informique, ac terrea materie finxit animanti corpus, pulveremque ad naturam speciemque humanam conformavit, ita facile minimeque operosum sit ex solidiori lapidum natura, Deo artifice id operis suscipiente, hominum substantiam compingere, ipsosque homines ex tali massa conflatos Abrahæ filios efficere. Etenim non minus, ne dicam et multo magis, mirandum est pulverem ad hominis carnem redigere atque accommodare, quam in corporis viventis opus duram lapidum transformare naturam.

Præterquam quod non modo primus homo e limo admirabilem duxit originem, sed Loti etiam uxor in salis columnam obdurata, divinam, quam nec effari, nec mente assequi possumus, virtutem prædicat, dum per irrefragabile prodigium pristinæ naturæ sine manifesta corruptione abjectionem fuisse alterius formæ, et substantiæ generationem ostendit : illudque, quod fuit, antea non erat; quod autem fieri non posse humanæ menti videbatur, id priore figura non dissoluta, ipsi substituit. Deus itaque, qui tanta patrabat miracula, et quidem tunc, cum ab una muliercula violati præcepti pœnam sumebat; ipse « qui homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [46], » quid pro sua clementia non agat, si filiis Abrahæ suscitandis lapidum conditionem opportunioris futuram usus perspexerit? Neque enim tam facile fuit Judæis Abrahæ multiplicare filios, quorum generis non minima pars rejecta est, quam Deo per lapides eidem multos filios condere.

At si quis velit quidpiam propheticum dicto hoc enuntiari, lapides, quos Præcursor tunc memoravit, et ex quibus filios Abrahæ suscitandos prædixit, ii profecto sunt, qui, cum esset Servator sua sponte mortuus, atque universo mundo salus et vita reddita, passi Conditoris obsequio abrupti, atque discissi, et quasi facti pro miraculo prægnantes, multos homines nostræ religioni et parturierunt, et pepererunt. Ii vero sua commotione,

Τὸ μὲν οὖν πρόχειρον τῆς φωνῆς ἄνευ τινὸς βαθυτέρας ἐπινοίας ἐκδιδάσκοι ἄν, ὅτι καθ' ὃν τρόπον ἐκ τῆς εὐδιαχύτου, καὶ ἀπαγοῦς, καὶ γεηρᾶς ὕλης συνέπηξεν ὁ Θεὸς, τῷ ζώῳ τὸ σῶμα, καὶ εἰς ἀνθρώπου φύσιν καὶ εἶδος διεμορφώσατο τὴν κόνιν· κατὰ B τὸν αὐτὸν τρόπον ῥᾷόν τε καὶ οὐδὲν ἐργῶδες ἐκ τῆς στερεωτέρας φύσεως τῶν λίθων, ἀνθρώπων ὑπόστασιν συντεθῆναι, Θεοῦ τεχνίτου τὴν πλάσιν ἀναδεχομένου, καὶ τέκνα τοὺς γεγονότας ἐκ τοιούτου φυράματος χρηματίσαι τοῦ Ἀβραάμ. Οὐ γὰρ ἧττον εἰς θαῦμα, ἵνα μὴ λέγω καὶ μεῖζω [a], κόνιν εἰς ἀνθρώπου συμπῆξαί τε, καὶ συναρμολογῆσαι [b] σάρκα· καὶ λίθου φύσιν στερεὰν εἰς σώματος ζώου μεταπλάσαι χρείαν.

Ἄλλως τε δὲ οὐ μόνον ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ χόου [c] καὶ παράδοξαν ἔσχε τὴν γένεσιν· ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ Λὼτ γυνὴ εἰς στήλην ἁλὸς ἀπολιθωθεῖσα τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἀδιήγητόν τε καὶ ἀκατάληπτον ἀνακηρύττει, ἐν τῷ ἀδιαλύτῳ τοῦ θαύματος τὴν τῆς C φύσεως ἀπόθεσιν ἄνευ ἐπιφανοῦς φθορᾶς, ἑτέρας μορφῆς ἐπιδεικνυμένη, καὶ ὑποστάσεως γένεσιν· καὶ ὃ μὲν γέγονεν, οὐκ ἦν· ὃ δὲ μὴ οἷόν τε ἦν ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς γενέσθαι, χωρὶς ὑπέστη τῆς τοῦ πρότερον διαλύσεως. Ὁ τοίνυν Θεὸς ὁ ταῦτα παραδοξοποιῶν, καὶ τότε δίκην εἰσπραττόμενος γύναιον ἓν παραβάσεως ἐντολῆς, « ὁ θέλων τὸν ἄνθρωπον σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, » τί οὐκ ἂν δράσειε διὰ φιλανθρωπίαν [d], εἰ λίθων ὄψεται φύσιν ἐπιτηδειοτέραν παρέχουσαν χρείαν εἰς τὸ γενέσθαι τέκνα τοῦ Ἀβραάμ; Οὐ γὰρ οὕτω ῥᾷον τοῖς Ἰουδαίοις τοῦ Ἀβραὰμ χρηματίζειν τέκνα, ὧν οὐκ ὀλίγον μέρος τοῦ γένους ἐξώσθησαν, ὡς τῷ Θεῷ διὰ τῶν λίθων αὐτῷ πολλοὺς υἱοὺς ἀπεργάσασθαι.

D Εἰ δέ τις ἐθέλοι καὶ προφητικὸν ἀνακηρύττειν ἔργον τὸ ῥῆμα, οἱ τότε ῥηθέντες λίθοι τῷ Προδρόμῳ, ἐξ ὧν τῷ Ἀβραὰμ ἐχρησμῴδησε ἀνίστασθαι τέκνα, οὗτοι δὴ κατὰ τὸ ἑκούσιον τοῦ Σωτῆρος πάθος [καὶ τὴν παγκόσμιον σωτηρίαν, καὶ ἀνάστασιν], τῷ Δεσποτικῷ ῥαγέντες πάθει, καὶ διασχισθέντες, καὶ οἷον ἐγκύμονες γεγονότες τῷ θαύματι, πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων εἰς εὐσέβειαν ὠδίνησάν τε καὶ ἀπέτεκον. Οἷα δὲ [e] λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, καὶ οὐρανίῳ κηρύγματι

[45] Matth. III, 9. [46] I Tim. II, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[a] N. μεῖζον. [b] N. συναρμόσαι. [c] N. χοός. [d] N. φιλίαν. [e] δή N.

NOTÆ.

(66) Si nosse cupis, in quibusnam auctoribus has alioquin pervulgatas propositæ ἀντιλογίας explanationes possis invenire, videsis Tertull. l. v, *Contra Marcionem*, et Theodoret. quæst. 21 in Deuteronomium.

(67) Hæc fere tota quæstio legitur apud Nicetam, Catena in Luc. c. III, Mai *Nov. Collect.* IX, p. 658, 659.

τῷ κατ' αὐτοὺς παθήματι, τῆς ἐπὶ τῷ Σωτῆρι τόλμης, καὶ πλάνης τοὺς ἀνθρώπους ἀνακαλοῦντες, καὶ πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας χειραγωγοῦντες, καὶ πρὸς τὸ τῆς παλιγγενεσίας δῶρον ὁρᾷν ἀφορμὰς ἐχαρίζοντο [f] · οὓς καὶ ἡ κοινωνία τῆς πίστεως, υἱοὺς Ἀβραὰμ, καὶ νομίζειν οἶδε, καὶ ὀνομάζειν μᾶλλον, ἢ τοὺς ἐξ αἵματος.

Εἰ δὲ καὶ διὰ τοῦ γράμματος ἐπιβαίνειν τινὸς ὑψηλοτέρας θεωρίας ἔρως ἔχει σου τὸ φιλόθεον· καὶ λίθοι μὲν ἂν νοοῖντο οἱ τῶν ἐθνῶν πεπωρωμένοι, καὶ σκληροκάρδιοι· ἐξ ἐκείνων δὲ ὁ τοῦ Ἀβραὰμ κλῆρος ἀναπεπλήρωται, μεταβληθέντων ἐκ τῆς πωρώσεως ἐπὶ τὸ συνορᾷν τὸ σωτήριον, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης εἰς τὴν μυσταγωγίαν τοῦ Πνεύματος. Οὐδὲ οὕτως, οἶμαι, πόῤῥω ἂν ὀφθείης τῆς νύσσης ἐλαύνων, B ἣν ἡ κατάληψις τῆς κατὰ τὴν θεωρίαν ἀληθείας ἐν τῷ σταδίῳ τῆς Ἐκκλησίας ἐπήξατό τε, καὶ ὑπεστήσατο (68).

A veluti clara quadam voce, cœlestique præconio homines ab audacia in Redemptorem, atque ab errore revocantes, adducentesque ad veritatis agnitionem, occasionem insuper præbuerunt perspiciendi munus regenerationis : quos homines etiam fidei magis, quam sanguinis conjunctio filios Abrahæ et censeri fecit, et nuncupari.

Quod si etiam amor progrediendi per litteralem sensum ad aliquam sublimiorem animadversionem te divinis rebus studentem incessat; lapidum quidem nomine ethnici, qui obdurato erant et lapideo corde, possent intelligi : ex illis autem Abrahæ hæreditas completa est, cum e sua duritie ad agnoscendam salutem, et a Græcarum fabularum errore ad Spiritus initiationem traducti sunt. Neque vero hac ratione, arbitror, longe distare videreris a scopo, quem in Ecclesiæ stadio veritatis inventio per meditationem obtenta defixit, atque constituit (69).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΒ.

Τί δηλοῖ, « Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς;

QUÆSTIO XXXII [*al.* XXXI]. (70)

Quid sibi vult illud : « Cujus ventilabrum in manu ejus [47], *» et quæ sequuntur?*

Edita ab Antonio Scotto, l. c. p. 56. Commentarius in Matth. III, 12; Luc. III, 17.

Ἐπειδὴ τὸν Σωτῆρα κηρύσσων ὁ Πρόδρομος, ἄλλα τε θεολογῶν περὶ αὐτοῦ διεξῄει, καὶ ὡς « ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρὶ τοὺς προσιόντας αὐτῷ βαπτίσει » (τὸ δὲ *βαπτίσει* τῆς δωρεᾶς τὸν πλοῦτον, καὶ τὸ δαψιλὲς τῆς εὐεργεσίας ἐμφαίνει τε καὶ παρίστησι· C καὶ γὰρ ἀπολύτρωσιν, καὶ υἱοθεσίαν παρεχόμενον πανταχόθεν ἡμᾶς περιαντλεῖ τοῖς τῆς χάριτος ἀειῤῥύτοις νάμασι) · ταῦτα εἰπὼν τὰ σωτήρια, καὶ πολλῆς τῆς περὶ ἡμᾶς φιλοτιμίας γέμοντα· ἵνα μὴ δόξῃ τισὶν, ὡς δωρήσασθαι μὲν τηλικαῦτα δῶρα, καὶ ἐν εὐεργεσίᾳ τοσαύτῃ καταστῆσαι παρῆν τῷ Σωτῆρι ἡμῶν βούλησις, καὶ ἰσχύς [i] · τιμωρήσασθαι δὲ, καὶ κολάσαι τοὺς ὑπευθύνους, καὶ ἀπειθεῖς οὐδεὶς αὐτῷ λόγος περιῆν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγε διορθούμενος τὴν ἀπάτην αὐτῶν· « Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ [καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ]. » Οἷον [j] οὐ μόνον ἐστὶν εὐεργετικὸς, καὶ χορηγὸς ἄφθονος τοῖς ἐπιτηδείοις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ κολαστικὸς τῶν ἐκθέσμων ἔργων, καὶ τῶν παραβάσεων τιμωρητικός.

Quoniam Præcursor Servatorem prædicans, præter alia, quæ sacro sermone est de eo persecutus, ait etiam accedentes ad se « Baptizabit in Spiritu sancto, et igne [48], » (in verbo autem *baptizabit* gratiæ divitias, ac beneficiorum copiam patefacit, atque proponit : ille enim liberationem adoptionemque filiorum tribuens nos perennibus gratiæ fluentis undique circumfundit) : cum res hujusmodi salutares, et multæ munificentiæ plenas memorasset; ne quibusdam videretur, Redemptori quidem nostro talia concedendi dona, et nos tanta beneficentia cumulandi et voluntatem adesse, et virtutem; reos autem, contumacesque homines ulciscendi, ac plectendi nullam habere rationem; idcirco ad eorum errorem corrigendum subjecit illud : « Cujus ventilabrum in manu ejus, et mundabit aream suam. » Perinde ac si diceret : Ille non modo beneficus est, effususque bonorum largitor erga homines bene dispositos, sed et pravorum operum ultor, et criminum est persecutor

« Τὸ γὰρ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ » ἀντὶ τοῦ· D Πρόχειρος αὐτῷ ἡ ἀνταποδοτικὴ τῶν φαύλων πράξεων τιμωρία, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν καλῶν ἀντιμισθία [k]. Διὸ ἡ διακρίνουσα καὶ χωρίζουσα δύναμις, καὶ ἐξουσία τοὺς ἐνόχους τιμωρίας τῶν ἀξίων τῆς εὐεργεσίας [πρόχειρος αὐτῷ, ἡ ἀνὰ χεῖρα]. Ἐξ οὗ τὸν μὲν σῖτον, ὃν νῦν ὁ τῶν δικαίων ὀνομαζόμε-

« Ventilabrum enim in manu ejus » idem sonat ac illud : In manibus ejus pœnæ culpis irrogandæ, uti et præmia impendenda virtutibus posita sunt. Quare vis et potestas illa, quæ homines supplicio obnoxios ab iis, qui mercede sunt digni, discernit ac dividit, in promptu illi, sive præ manibus est. Propterea frumentum, cujus nomine justorum

[47] Luc. III, 7. [48] ibid., 16

VARIÆ LECTIONES.

[f] N. χαριζόμενοι. [g] N. βούλει. [h] Nic. lat. Mai. N. C. IX, p. 660, 661, paucis mutatis. [i] N. δύναμις. [j] N. τουτέστι. [k] ἀνὰ χεῖρας αὐτοῦ ἡ διακ. N.

NOTÆ.

(68) Huc usq. Cat. Nic., p. 659.

(69) Hæc propositi oraculi commentationes in SS. Hieronymo, Hilario, Augustino, Ambrosio, Gregorio homil. 20. in Matth. et Euthymio eadem ferme ratione occurrunt.

(70) Prior pars hujus quæstionis occurrit quoque apud Nicetam in Catena Mai, nov. coll. t. IX, p. 660, 661.

agmen nunc significatur, in superna horrea congregat, in quibus promptuariis nec tinea, nec esus consumit, nec fures effodiunt, atque subripiunt: sceleratos autem homines, quibus suppliciorum perennitas, tanquam mali culmen, adjicitur, igni inexstinguibili æternum cruciatum continenti traditurus est.

Verosimiliter autem « ventilabrum in manu ejus » promptam, et expeditam Christi actionem sub ænigmate significat: neque enim per meditationem, neque per moram, neque per argumentationum indaginem meliores a deterioribus discernit; sed e vestigio, et derepente salvandorum partem a damnandis dispescit. Scilicet voluit, secuta est separatio, præcessit judicium, et cum judicio vindex justitia; quippe unico actu in conspectu Dei sunt universa. Quandoquidem ita astitrix, et ministra judiciorum Dei est potentia puniendi, et justitia; quemadmodum et profusa, et benigna, omnemque gratitudinem excedens remuneratio, qua nobis meliora largitur. Frumentum profecto sacra eloquia illos appellant, qui nobilitate, quam ab initio obtinuerunt, custodita, pristinum etiam, ac salutare semen a Deo naturæ commissum, germanum purumque usque ad ipsam fructus productionem conservarunt: fenum autem, et ignis escam nuncupant eos, in quibus connata zizaniorum immistio spiritus suffocavit culturam, et frugum perfectionem intercepit, imo speratam illarum pulchritudinem ad inutilem acuum conditionem projecit (71).

Illud autem: « Baptizabit in Spiritu sancto, et igne », haud ita accipiendum est, ut duo quædam sint, quæ suæ alternatione naturæ unicam baptismatis virtutem, et perfectionem conficiant. Cujus enim rei sanctissimus Spiritus ibi pro sua operatione adhuc indigebit? Quid autem erit ille ignis simul adjunctus, qui deficientis vacuum complebit? At illud *in igne* nunc una additum est, ut Spiritus vim, et efficaciam mundandi enuntiet. Cum enim sanctissimi Spiritus dona inter se differant, una autem divinarum ejus operationum sit, ut et mundet, et, quod pravum est, destruat, ipsorumque, in quos supervenerit, totam omnino naturam reformet, fieri nequit, ut quidpiam eamdem fœdans abscondatur adhuc et lateat.

Quare, cum dixisset « in Spiritu sancto », subjecit « et igne », uti dixeris in Spiritu sancto, qui degeneres nostras cupiditates depurgat, atque consumit; a quibus per operationem illam, quæ ignea et efficax simul est, et vi reconflandi prædita, purgati, sanctitatem assequi meremur. « Etenim Deus

A νος χορὸς, εἰς τὰς ἄνω μονὰς ἀποθησαυρίζει [l], ἐν αἷς ἀποθήκαις οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, οὔτε κλέπται διορύσσουσι, καὶ κλέπτουσι· οἷς δὲ τὸ ἀμετάβλητον [m], κακοῦ προσθήκη, τοῖς ἡμαρτημένοις συνεφέλκεται, πυρὶ ἀσβέστῳ τὴν τιμωρίαν οὐκ ἔχοντι λήγουσαν, τούτους παραπέμψειεν.

Εἰκότως δὲ « τὸ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ πτύον, » τὸ πρόχειρον αἰνιγματίζει, καὶ ἕτοιμον· οὐ γὰρ μελέτῃ, καὶ λογισμῶν ἐρεύνῃ διαχωρίζει τῶν βελτιόνων τοὺς χείρονας· ἀλλὰ ἐκ τοῦ εὐθέως, καὶ παραχρῆμα διαστέλλει τῆς σωζομένης μοίρας τὸ τιμωρούμενον. Ἠβουλήθη γὰρ, ἠκολούθησεν ἡ διάκρισις, προῆλθεν ἡ κρίσις, καὶ ἡ τιμωρὸς συμπροῆλθε δίκη· ἀθρόα γὰρ ἐνώπιον Θεοῦ πάντα. Ἐπεὶ καὶ ἡ τιμωρὸς ἐνέρ-
B γεια, καὶ δίκη πάρεδρός ἐστι, καὶ ὑπηρέτις τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων· ὥσπερ ἡ ἄφθονος, καὶ φιλάνθρωπος, καὶ κρείττων ἀμοιβῆς ἀνταπόδοσις, δι' ἧς ἡμῖν τὰ ἀμείνω πρυτανεύεται. Σῖτον μέντοι ὀνομάζει τὰ ἱερὰ λόγια, οἵτινες τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐγένειαν φυλαξάμενοι καὶ τῆς θεόθεν τῇ φύσει καταβληθείσης ἀρχεγόνου τε, καὶ σωτηρίου σπορᾶς τὸ ἀνόθευτον, καὶ καθαρὸν μέχρις αὐτῆς τῆς καρποφορίας διεσώσαντο· ἄχυρον δὲ, καὶ πυρὸς δαπάνην, οἷς ἡ ἐπιμιξία τῶν ζιζανίων παραφυεῖσα τὴν τοῦ πνεύματος γεωργίαν ἐναπέπνιξε, καὶ ἀτελεσφόρητον ἀπειργάσατο, καὶ πρὸς τὴν τῶν σχυβάλων ἀχρηστίαν τὴν τῶν καρπῶν ἐλπιζομένην ἀπέῤῥιψεν [n] ὡραιότητα.

C Τὸ δέ γε « Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ βαπτίσει, καὶ πυρὶ, » οὐχ ὡς δύο τινῶν τὴν φύσιν παρηλλαγμένων, μίαν τὴν τοῦ βαπτίσματος χρεῖαν, καὶ τελειότητα ἀποτελούντων. Τίνος γὰρ ἂν καὶ δεήσῃ ἔνθα τὸ πανάγιον Πνεῦμα ἐνεργεῖ; Τί δ' ἂν εἴη συμπαραλαμβανόμενον, ὃ τὴν χώραν ἀναπληρώσει τοῦ λείποντος; Ἀλλά γε τὸ *ἐν πυρὶ* νυνὶ συμπαρείληπται τὴν καθαρτικὴν ἀπαγγέλλον τοῦ Πνεύματος δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν. Ἐπεὶ γὰρ διάφορα τοῦ παναγίου Πνεύματος τὰ χαρίσματα· ἓν δὲ αὐτοῦ τῶν θεοπρεπῶν ἐνεργειῶν καὶ τὸ καθαρτικὸν, καὶ τῆς χείρονος ὕλης ἀφανιστικὸν, καὶ, οἷς ἂν ἐπιφοιτήσειεν, ὅλην διόλου τὴν φύσιν ἀναχωνεύειν· μηδὲν τῶν καταῤῥυπούντων αὐτὴν ἐμφωλεύειν ἔτι, καὶ λανθάνειν δυνατόν.

D Διὰ τοῦτο εἰπὼν « ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, » προσέθηκε « καὶ πυρὶ, » ἵνα εἴπῃς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τῷ καθαρτικῷ τε καὶ δαπανητικῷ τῶν ἐν ἡμῖν τῆς κακίας παθῶν· ὧν διὰ τῆς ἐμπύρου, καὶ δραστικῆς ἅμα, καὶ ἀναχωνευτικῆς ἐνεργείας ἀποκαθαιρούμενοι τῆς ἁγιότητος ἀξιούμεθα. « Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν

VARIÆ LECTIONES.

[l] N. τὰς αἰωνίας. [m] N. ἀμεταμέλητον. [n] ἂν Nic. Hucusque Lat.

NOTÆ.

(71) Quæ Photius hactenus disputavit, nemini videntur nova, si scriptores adit, qui in *Matth.* III, 12, commentantur: fusius tamen, uti solet, Cornelius a Lapide ista persequitur.

πῦρ καταναλίσκον ἐστὶ », τήν τε ἄλλην φθοροποιὸν μοχθηρίαν, καὶ ὅσα παρεισέδυ, καὶ ἐναπετάχη ἐξ ἀπροσεξίας τῇ φύσει ἡμῶν.

noster ignis consumens est [79] » tum omnem aliam corruptionis pravitatem, tum quidquid in nostram naturam ex negligentia irrepsit, eamque contaminavit (72).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΓ'.

Πῶς τῆς θεομηνίας τῆς περὶ τὸν Κορὲ, καὶ Δαθὰν, καὶ Ἀβειρὼν γεγενημένης, καὶ δέον τὸ ἄλλο πλῆθος κατεπτηχότας καὶ τὸν περὶ τὴν ψυχὴν κίνδυνον δεδιότας, τό τε τοῦ φρονήματος γαῦρον, καὶ ἀπονενοημένον συστέλλειν, καὶ ἐπιγνώμονας γίνεσθαι τῶν ἡμαρτημένων· οἱ δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπιδεικνύμενοι κατὰ Μωσέως γογγύζουσιν;

QUÆSTIO XXXIII [*al.* XXXII].

Quomodo cum Core, et Dathan, et Abiron divinam iram experti essent [80], ac reliquæ turbæ exterritæ, vitæque discrimine commotæ, animi audaciam vesaniamque reprimere, et a peccatis resipiscere debuissent, hæ contra nihil hujusmodi exhibentes contra Mosen murmurant [81]?

Edita ab Antonio Scotto, l. c., p. 61. Excursus in Num. xvi, 31.

Ἢ διότι πλῆθος ὄντες ὁρμαῖς ἀλόγοις ἐκδεδιῃτημένον, καὶ λογισμοῖς ἐνεχόμενον ἰταμωτέροις, ταῖς τοῦ Μωσέως ἐνόμιζον ἐπῳδαῖς, ἢ περιδρομαῖς τὸ Θεῖον θέλγεσθαι, καὶ πρὸς τὸ κεχαρισμένον ἐκείνῳ παραπείθεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὰς τιμωρίας κατὰ τῶν λυπούντων ὁμογενῶν ἐπαφίεσθαι. Ἐδόκει γε ἐν τοῖς διαβουλίοις τούτοις περιπλανώμενον, καὶ τῇ θρασύτητι συγκροτούμενον, διὰ τῆς σφῶν ἐπαναστάσεως δεδίττεσθαί τε τὸν Μωσέα, καὶ ἀπάγειν τοῦ ἐγχειρήματος, καὶ μήτε τὸ λοιπὸν παροξεύειν τὸν Θεὸν, οἷς αὐτὸν ἐπὶ τὰς κολάσεις παρεκάλει τῶν ἀδικούντων, καὶ δὴ καὶ τῆς θείας ὀργῆς ἀπαλλάττειν τὸ ὁμόφυλον. Οἷς γὰρ αὐτοὶ γνώμης ἀδεκάστου, καὶ ἀπαθείας, καὶ ὀρθότητος ταῖς διανοίαις (72*) οὐχ ὑπέβαλλον τὸ στήριγμα (πρὸς δὲ τὰ πάθη τὴν κρίσιν ἐῤῥύθμιζον), τούτοις οὐ τὸν Μωσέα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν κοινὸν Δεσπότην καὶ Δημιουργὸν ὑποκεῖσθαι ἐφαντάζοντο.

Profecto id factum est, quia turbæ insanis animi motibus concitatæ, seque conjecturis implicantes magis magisque temerariis, per Mosis incantationes, atque itinera tortuosa Deum mulceri et allici, atque ad morem ei gerendum induci, ideoque pœnas in miseros contribules irrogari autumabant. Videbantur enim hujusmodi consiliis deceptæ, indulgentesque temeritati, per suam rebellionem consternare Mosen, atque a proposito revocare, ut Deum in posterum non provocaret adversus ipsos, ad quorum scelera plectenda eum sollicitabat, imo etiam totam ab ira divina gentem liberaret. Cupiditates enim, quibus ipsi incorruptæ mentis, et imperturbatæ, rectæque cogitationis frenum non injiciebant (ferebant autem secundum easdem cupiditates judicium), has non Mosen solum, sed et ipsum communem Dominum et Conditorem pati sibi fingebant.

Ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ μέτριον τῆς τιμωρίας κεραννύμενον τῇ μὴ λίαν καταπεπληγμένῃ τῶν ἀνθρώπων γνώμῃ, ἐπιστροφῆς πολλάκις καὶ μεταβολῆς παραίτιον γίνεται, φοβούσης μὲν τῆς κολάσεως, τῷ ὑφειμένῳ δὲ λεαινούσης τὴν τραχύτητα, καὶ συνορᾶν τὸ δέον χειραγωγούσης. Ἀνυπερβλήτου δὲ ταύτης διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἡμαρτημένων φερομένης, ἀντὶ τοῦ πρὸς συγγνώμην ὁρᾷν, ὡς ἐπίπαν τὸ ἀνθρώπινον εἰς ἀπόγνωσιν, καὶ ἀπόνοιαν, καί τοι μὴ δέον, περιτρέπεται· καὶ πρὸς ἀγνωμοσύνην, καὶ δυσφημίαν, ἐπὰν μὴ τοῖς ἔργοις ἔχῃ τὴν ὀργὴν ἐνδείξασθαι, διανίσταται· καίτοι τῷ μᾶλλον φοβοῦντι μᾶλλον ἔδει τῶν οὐ θεμιτῶν ἀπάγεσθαι, καὶ πρὸς τὸ νουθετοῦν κατευθύνεσθαι, καὶ μὴ κατὰ τῆς ἰδίας σωτηρίας παρατάττεσθαι. Καὶ γάρ φησιν. « Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς » (ἄλλη τοῦτο τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς ἐν ἐλάττοσιν ἀῤῥωστήμασι, νόσος), τότε « ἐξεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον, καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν Θεόν. »

Cæterum illa pœna mediocris, quæ menti hominum non admodum obstupefactæ adjungitur, sæpe causa conversionis atque pœnitentiæ evadit, cum mens scilicet punitionem timeat, et submissione acerbitatem lenire conetur, et ad officium agnoscendum manuducatur. At pœna, quæ propter facinorum immanitatem immanissima irrogatur, adeo ad veniam non intendit, ut etiam animus in desperationem ac vecordiam, etiamsi non deberet, se projiciat: atque ad improbitatem et convicia, si iram factis prodere non possit, gradum faciat: tametsi hominem magis paventem, magis a sceleribus avocari, rectamque suscipere institutionem, ac saluti suæ non officere oporteret. Scriptum est enim: « Cum occideret eos (cæteroquin hic, veluti inter minores ægritudines, Israelis morbus erat), quærebant eum, et revertebantur, et diluculo veniebant ad Deum [82]. »

Πῶς δὲ οὐ λίαν ἔμπληκτον, καὶ ποινὰς βαρυτέρας ἐκκαλούμενον τὸ μηδὲ τῇ σφοδρότητι τῶν χειρόνων μεθίεσθαι, καὶ τὴν μετάνοιαν ἀνταλλάττεσθαι; Καὶ

Quomodo autem non est hominis admodum obstupescentis, et graviorem advocantis castigationem, ne malorum quidem vehementia mutari, ac pœni-

[79] Hebr. xii, 29. [80] Num. xvi, 31. [81] ibid. 41. [82] Psal. lxxvii, 34.

NOTÆ.

(72) Origenes tract. 9 in Matth., et hom. 24 in Luc. Hilarius, et Hieronymus in Matth. cap. 3, vers. 12, *ignem* hoc loco interpretati sunt ignem purgatorium, quo homines quodammodo post mortem baptizantur, id est a culparum λειψάνοις abluuntur. Alii autem, uti et Photius, ignem intelligunt ipsum Spiritum sanctum: addita est enim σύνθεσις ad explicationem; ut illa præcipue Spiritus sancti communicatio, quæ in die Pentecostes specie ignis facta est, significetur. Consule expositores.

(72*) Rectius τῆς διανοίας.

Hi autem, ne hoc quidem Scripturæ loco permoti, dominandi potestatem per illud « ad imaginem » indicari non fatentur, ob id scilicet, quia angelorum quoque natura imperandi facultatem obtinuit. Nam principem Assyriorum [99]; et principem gentis Judæorum [1] Propheta Daniel aperte commemorat. Et alicubi ille etiam, qui vidit Deum facie ad faciem, inquit : « Constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei (85). « Quemadmodum itaque ratiocinandi, atque libere agendi facultas angelis, ac hominibus communis est, ita etiam dominandi ac regnandi potestas.

Sed quid ergo? Si enim proposito oraculo addebatur, quod solus homo ad imaginem Dei factus fuisset, tunc obstaculum fortasse in angelorum natura inveniretur; quia et in ipsis cernuntur ea per quæ Divina natura exprimi posset. At si nihil hujusmodi ibi scriptum invenitur, communio inter angelos et humanum genus non modo non aufert datam nobis creatione dignitatem; sed etiam ad veritatis probationem per exemplum comparandam valet. Hoc itaque pacto nec quia rationalem et intelligentem naturam angelus habet, eadem homo carere debet facultate.

At enim qui veritates rite receptas oppugnare student, non, me judice, tantum illas attentare videntur, quantum in se ipsi confutationem vertunt. Hic enim recta cogitandi ratio, et sacræ Scripturæ consentanea doctrina, a sanctis præsertim nostris Patribus elaborata est, ut suppleatur quidquid ab ea omissum est, et quod potest cum sententiis piorum sapientiumque virorum concordare. Qui vero doctrinas recte statutas cavillationibus satagunt perturbare, et novitatem sectari student; hi non sentiunt, quod, dum de arguto ingenio captant æstimationem, ipsi se a religiosa, ac pura cogitandi ratione divellant. Hi enim in turpem, propriumque

NOTÆ.

(85) Deut. xxxii, 8; sed Photius hic quoque sequitur versionem LXX, uti et Chrysostomus in Epist. ad Coloss. homil. 3; interpres Origenis, in num. hom. 28; D. Gregorius papa, hom. 34; D. Hieronymus, in Michæ lib. ii, et Rufinus Aquileiensis in expositione Symboli. Atvero Aquila, et Symmachus reddiderunt κατ' ἀριθμὸν υἱῶν Ἰσραήλ, et Scholiastes inquit : Οὕτω οἱ λοιποὶ ἐκδεδώκασιν ἑρμηνευταί· inter quos Versionis Vulgatæ auctor, qui habet *juxta numerum filiorum Israel* recenseatur. Certe quidem scriptum est in textu : למספר בני ישראל *Lemispar bene Israel, ad numerum filiorum Israel.*

(86) Ex ingenio τὸ Γραφαῖς supplevi, sed brevitas lacunæ, insequens verbum, et sensus id omnino suadebant.

(87) Ὅσοις pro ὁδοῖς κατασείεσθαι pro κατασείνεσθαι, et καινότητα pro κρινότητα in hac periodo emendasse non me pœniet.

animæ absurdis illusionibus obnoxiæ errorem incurrere, imo ineluctabilem in semet ipsi confutationem exhibere videntur. At istos quidem prætereamus.

Quidquid autem objectum est contra illud, hominem secundum animæ simplicitatem ad Dei imaginem fuisse conditum, ejusdem furfuris est; non modo quia, ut in angelis, ita et in ipsa anima, per participationem nobilitas, et præstantia nobilissimæ naturæ, et incorporeæ pulchritudinis divinæ, veluti in speculo, cernitur; verum etiam quia in trina facultatum (intellectus, memoriæ, et voluntatis) identitate confusionem effugit distinctio; imo et quia verbum procedit ex animæ natura illud proferente, dum ab ipsa distinctum est, et cum ea relationem oppositionis servat; sed tamen a spiritus natura neque separatum est, neque dissimile.

Hæc autem utique poterunt secum ferre, quod ad imaginem Conditoris homo ab initio sit efformatus. Tibi autem alia, atque alia, quæ hinc petuntur, sine penuria suppetunt exempla. Sapientia enim, vis effectrix, immortalitas, et plura hujusmodi, in homine expressa ex prima illa, et incomprehensibili sapientia, et effectrice vi, atque æternitate, divinæ naturæ similitudinem ferunt. Si quis autem maluerit, veluti ex variis coloribus, simillimam Dei imaginem exprimi; atque ex his omnibus pulcherrimam, et speciosissimam hominis formam effingi, et excudi affirmarit; is non modo imaginem ad naturam nostram proprie pertinentem ostendet, sed etiam ab elegantiore causæ redditione, meo quidem judicio, non excidet.

Itaque nihil est quod ex dictis operibus quid sit imago, aut quid archetypum, aut quid illud, quod ad imaginem Dei conditum est, excogitemus: tametsi imaginis nomine intelligi posset etiam unaquæque earum præstantium, nobiliumque proprietatum, quas hactenus recensuimus; veluti ratiocinandi facultas, qua homo pollet, et quæcunque nuper adducta sunt. Hæc enim imaginem referunt ineffabilis, et incomprehensibilis, quam in Deo contemplamur, ditionis, sapientiæ, creationis, et Verbi illius, quod nec diffluere, nec perturbari potest, atque Patri est consubstantiale. Et certe vis effectrix, dominationis auctoritas, ratiocinandi facultas, et sapientiæ participatio esse possent imago, ad quam homo formatus est, dum non est ipse ea imago (si quis hæc subtiliter expendere, et nominum potestatem ad rigorem persequi supervacaneum non censet), sed secundum ipsam factus est: ut simul et imago, et quod ad imaginem est, planius intelligantur, nec nobis exemplar ignorare contingat.

Si quis autem ista simul ad imaginem, et exemplar maluerit reducere (scilicet non cogitarit hominem secundum istas proprietates, quæ Dei imago

A διανοίας. Ὑβριστικόν τε γὰρ, καὶ ἀλόγοις ψυχῆς φαντασίαις ἐνεχομένης πάθος ὑπελθεῖν, καὶ ἀναπόδραστον τὸν ἔλεγχον καθ' ἑαυτῶν ὁρῶνται παρεσχημένοι. Ἀλλὰ τούτους μὲν ἐῶμεν.

Τῆς αὐτῆς δὲ ἂν εἴη συστοιχείας, ὅσον εἰς ἀντιλογίαν φθάνει τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον κατὰ (88) τὸ τῆς ψυχῆς ἀσώματον· οὐ μόνον διότι, καθάπερ ἐν τοῖς ἀγγέλοις κατὰ μετοχὴν, οὕτω καὶ ἐν αὐτῇ τὸ ὑπερούσιόν τε καὶ ὑπερφυὲς τῆς τε ὑπερουσίου οὐσίας καὶ τοῦ ἀσωμάτου κάλλους ἐνοπτρίζεται· ἀλλὰ ὅτι καὶ ἐν τῇ τριαδικῇ ταυτότητι ἡ ἑτερότης ὁρᾶται τὸ ἀσύγχυτον διασώζουσα· εἰ βούλει δὲ καὶ διότι λόγος πρόεισιν ἐκ ψυχῆς τῆς προαγούσης αὐτὸν φύσεως, τὸ ἀσύστοιχόν τε καὶ κατάλληλον διαφυλάττων, συμπροημένην (89) ἐπιδεικνὺς B καὶ τὴν ὁμοταγῆ τοῦ πνεύματος ὑπόστασιν.

Ταῦτα (90) δ' ἂν καὶ ἔτι διασώζοιτο τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ Πλάσαντος ἀπαρχῆς διαμορφωθῆναι τὸν ἄνθρωπον. Ἔνεστι δέ σοι πολλῶν ἐντεῦθεν ὁρμωμένων, καὶ ἄλλων παραδειγμάτων ἀφθονία. Τὸ γὰρ σοφὸν, καὶ τὸ δημιουργικὸν, καὶ τὸ ἀθάνατον, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, ἐκ τῆς πρώτης, ἐκείνης, καὶ ὑπὲρ νοῦν σοφίας, καὶ δημιουργίας, καὶ ἀϊδιότητος ἐντετυπωμένα, φέρει τῆς φύσεως τὸ ἀπεικόνισμα. Εἰ δέ τις, ὥσπερ ἐκ διαφόρων χρωμάτων, θεοειδεστάτην οἰκονομίαν διαγράψασθαι θελήσειε· καὶ διὰ τούτων ἁπάντων μορφοῦσθαι, καὶ διατυποῦσθαι, τὴν καλλίστην τε καὶ ὡραιοτάτην μορφὴν τοῦ C ἀνθρώπου ἀποφήνειε· μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος ἐπὶ τῆς φύσεως ἡμῶν παρέχειν ὁρᾷν τὴν εἰκόνα γλαφυρωτέραν, οὔ μοι δοκεῖ διαπεσεῖν τῆς κατὰ τὴν αἰτίαν ἀποδόσεως.

Οὐκοῦν οὐδέν ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἔργων οὔτε τὴν εἰκόνα λαβεῖν, οὔτε τὸ ἀρχέτυπον ἐννοεῖν, οὐδ' ὃ κατ' εἰκόνα Θεοῦ διαπέπλασται· καίτοι εἰκὼν μὲν ἂν νοηθείη Θεοῦ καὶ ἕκαστον τῶν εἰρημένων καλῶν τε καὶ τιμίων· οἷον τὸ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ λογικὸν, καὶ ὅσα ἄλλα προείρηται. Καὶ γὰρ εἰκονίζει ταῦτα τὴν ὑπὲρ λόγον, καὶ ἔννοιαν ἐν τῷ Θεῷ θεωρουμένην βασιλείαν τε, καὶ σοφίαν, καὶ δημιουργίαν, καὶ τὸν ἄῤῥευστόν τε, καὶ ἀπαθῆ, καὶ ὁμοούσιον Λόγον. Καὶ ὁ ἄνθρωπος διαπλάττεται κατὰ τὴν δημιουργικὴν, καὶ βασιλικὴν, καὶ λογικὴν, καὶ σοφίας μέτ- D οχον εἰκόνα, οὐκ αὐτὸς ὢν (ταῦτα εἴ τις λεπτολογεῖν, καὶ πρὸς ἀκρίβειαν ἀνιχνεύειν τῶν ὀνομάτων τὴν δύναμιν ἀπερίεργον νομίζει), ἀλλὰ κατὰ ταυτὴν διαπεπλασμένος· ἵνα καὶ ἡ εἰκὼν, καὶ τὸ κατ' εἰκόνα σαφέστερον θεωρηθείη, καὶ μηδὲ τοῦ πρωτοτύπου ἡ ἄγνοια ἡμῖν περιῇει.

Εἰ δέ τις ταῦτα συναγαγεῖν ἐθελήσοι πρὸς τὴν εἰκόνα, καὶ τὸ πρωτότυπον, οὐδὲν οὐδ' οὗτος διαμαρτάνει. Τὰ γὰρ ἐν Θεῷ μόνῳ καθορώμενα, Θεοῦ ἂν

NOTÆ.

(88) Κατὰ, quod hic refinxi, calligraphus dormitans in καὶ mutaverat.

(89) Συμπροημμένην si legas, æque sensum excudes.

(90) Sic puto emendandum pro ταύτῃ.

εἴη· καὶ ὁ πρὸς ἐκεῖνα τυπούμενος, πρὸς Θεὸν ἂν οὐκ ἀλόγως τυποῦσθαι ῥηθείη. Ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ τὰ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ὡς ἐν ὕλῃ τὸ ἄϋλον, ὡς παραχθὲν τὸν παράγοντα ἐξεικονίζειν ἔλαβεν ἰσχὺν (γέγονε δὲ ταῦτα χάριτι θείᾳ καὶ δωρεᾷ τοῦ ἀνθρώπου), ἐν τῷ εἰκότι λόγῳ λεχθείη ἂν καὶ ὁ ἄνθρωπος εἰκὼν γεγενῆσθαι Θεοῦ.

A sunt, fuisse conditum) ne is quidem erraret. Quæ enim in solo Deo perspiciuntur, Dei utique sunt; et qui secundum ea factus est, secundum Deum factus non immerito diceretur. Eodem autem pacto si hæc in homine eam Dei similitudinem producere potuerunt, quam spiritus materia, et Creatoris creatura habere potest (hæc autem ex Dei gratia, beneficioque homini collato facta sunt), jure meritoque homo imago Dei factus diceretur.

Διὸ καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος ἔλεγε· «Παρ' ἑαυτῷ δὲ πνοὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν, καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος.» Συνοπτικῷ γὰρ τύπῳ χαίρων ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος, καὶ βραχείᾳ ῥημάτων πλοκῇ πολλῶν νοημάτων ἀπαγγέλλειν περιοχὴν, μικροῦ τοὺς λόγους αὐτοῦ κατὰ τὴν ἰδέαν ταύτην συνδιαποικίλλεσθαι ποιεῖ. Διὸ κἀνταῦθα, «Πνοὴν, εἰπὼν, ἐνθεὶς» (ὃ τὴν δημιουργικὴν ἰσχὺν ἐπαῖχε τῆς ψυχῆς), ἀντὶ τοῦ ταύτην τῇ ἑρμηνείᾳ τὴν διάστασιν ἐξαπλῶσαι, συνοπτικῶς ἀπεφήνατο λίαν. «Ὃ δὴ καὶ νοερὰν ψυχὴν, καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος.» Διαπλούμενος δ' αὐτῷ τῷ νοήματι ἔφη· «Ἥτις τὴν νοερὰν ψυχὴν ἐδημιούργησέ τε, καὶ προήγαγεν· ἣν εἰκόνα Θεοῦ εἶδεν ὁ λόγος.»

Quamobrem et D. Gregorius inquit: «Ex se ipse (Deus) spiraculum indidit: qua quidem loquendi ratione animam intelligentem, et imaginem Dei Scriptura significat (91).» Cum enim concisa locutione, et brevi verborum ambitu sacer ille vir multas simul sententias proferre amet, propemodum B sermones suos his dictionis coloribus reddit variegatos. Quare hic quoque, dum, inquit «spiraculum indidit» (quod vim operatricem animæ datam innuit), noluit hunc sensum distincte et diffuse enucleare, sed paucis eum satis exposuit subdens: «Qua quidem loquendi ratione animam intelligentem, et imaginem Dei Scriptura significat.» Ipse autem eadem sententia se explicans ait: (spiraculum), «quod animam intelligentem creavit, et produxit, quam nomine imaginis Dei Scriptura significat (92).»

Οὕτω δὲ ἔστι καὶ εἰς δύο συναγαγεῖν τοῦ θεωρήματος τὴν ἑρμηνείαν, καὶ εἰς τρία πάλιν ἐξαπλῶσαι· μᾶλλον δ' εἴ τις καθ' ἕκαστον λεπτολογεῖν τε, καὶ πολυπραγμονεῖν ἐθελήσει τὴν προκειμένην θεωρίαν, τέσσαρα ἂν εἴη εἰσορᾷν· δι' ὧν ἡ σχέσις τοῦ εἰκονιζομένου πρὸς τὸ σφραγιζόμενον τὴν εἰκόνα διασώζει. Ἔστι μὲν γὰρ τὸ Θεῖον ἐν ᾧ τῶν ὑπὲρ αἰτίαν, καὶ κατάληψιν πᾶσαν δυνάμεων ἡ θεοπρεπὴς ἀπαστράπτει τελειότης. Ἔστι δὲ καὶ τὰ τούτων ἀμαρύγματα τὴν ἐκεῖθεν χάριν ἐκ φιλανθρωπίας ἀποματτόμενα, καὶ διὰ τοῦτο τὴν τῆς εἰκόνος κλῆσιν ἐφελκόμενα· ὑφ' οἷς ὁ ἄνθρωπος τέταρτον κατὰ τὴν (93) νῦν εἰρημένην εἰκόνα διαπλαττόμενος ἔχει. Ὥστε οἱ τὴν εἰκόνα, καὶ τὸ κατ' εἰκόνα ἐν διαφόροις ἐπιζητοῦντες, οὐ μέχρι τριάδος ἱστᾶσι τὴν ζήτησιν, ἀλλὰ καὶ τέταρτον, ὃ μηδ' ἐζήτησαν, συνεπάγονται.

Hoc autem pacto propositæ doctrinæ expositio potest ad duo capita (ad ratiocinandi et imperandi facultatem) redigi, quin etiam ad tria (si addas vim operatricem) extendi: potius autem, si quis singula subtiliter persequi, et curiose investigare voluerit, C quatuor utique (addita Verbi emanatione) poterunt inveniri; per quæ relatio inter repræsentantem et repræsentatum, intercedens rationem imaginis servat. Est enim Divinitas ea, in qua perfectio facultatum, quæ supra omnem causam et comprehensionem sunt, digna Deo effulget. Sunt autem harum facultatum radii, qui pulchritudinem illinc ex divina clementia acceptam exprimunt, et propterea imaginis nomen sibi vindicant: quorum radiorum quartum quoque habet homo, secundum modo dictam imaginem formatus. Quare qui imaginem et quod ad imaginem est, haud in una re quærendum putant, non usque ad tria capita exquisitionem similitudinis producunt; sed quartum quoque (nempe Verbi emanationem), quod non quæsierunt, adjiciunt.

Ταύτῃ ἄρα καὶ τὸν ἐκπεριώνυμον οἶμαι Γρηγόριον καθυφέντα τῆς πολλῆς ἀκριβολογίας ἀρκεσθῆναι τῇ εἰκόνι καὶ τῷ παραδείγματι. Ἐπείπερ μηδὲ πρόθεσις ἦν αὐτῷ τὸ ῥητὸν καταμερίζειν, καὶ εἰς ὅσα δύναιτο, μέρη (94) συναύξειν· ἀλλ' ἐν πανηγυρικῷ, καὶ δημοτελεῖ λόγῳ χρείαν πληροῦν παρελήφθη τὸ θεώρημα τῷ πλήθει συμπεριφέρουσαν.

Quamobrem præclarissimum Gregorium arbitror, summo locutionis rigori minime vacantem, tantum imagine et exemplari fuisse contentum. Neque enim sibi proposuerat Scripturæ oraculum in mi- D nutas partes dispescere, easque, quantum posset, multiplicare: sed cum celeberrimam, publicamque concionem haberet, sibi proposuit sic doctrinam exponere, ut frequentissimo illi conventui plenam afferret utilitatem.

Τινὲς δὲ τὸ «κατ' εἰκόνα» παρειλήφασιν ἀντὶ τοῦ,

Nonnulli vero illud «ad imaginem» scriptum pro

NOTÆ.

(91) In S. Pascha hom. II, p. 680. Edit. Col. 1690.

(92) Ubi id scripserit, nescio; certe in laudata oratione desideratur.

(93) Monosyllabon γῆν huc post τὴν frustra injectum expunxi.

(94) Hariolando illud μέρη ad interstitiolum complendum refinxi, nec me piget. Verbum autem πανηγυρικὸν ab exordio ejusdem orationis edoctus reddidi *celeberrimum*.

« per imaginem » autumant. Nam cum Spiritus sanctus, aiunt, uti et Filius sit « splendor et figura [a], et imago (95) immutabilis Patris ; » cumque hominis anima per Spiritum, seu Spiraculum immediate condita sit, jure meritoque hominem « per imaginem » omnino creatum, et « ad imaginem » Dei factum, seu divinæ imaginis opus, et præstantissimam esse creaturam dicere possumus ; adeoque hanc nominum metalepsin sine impedimento adhibemus. Quamobrem nonnulli eorum, qui sacris Litteris explicandis incubuerunt, non « ad imaginem » hominem fuisse factum dixerunt, sed « in magine » interpretati sunt. Atqui hæc quidem interpretandi ratio, si etiam acceptione digna videatur, nullo pacto veritati officere poterit ; imo et alteram hanc propositi oraculi enucleationem subiens, ab ea, meo quidem judicio, nec amabit, nec quæret avelli.

A διὰ τῆς εἰκόνος. Τὸ γὰρ πανάγιον Πνεῦμα, φασὶν, ὥσπερ καὶ ὁ Υἱὸς, «ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ, καὶ εἰκὼν ἀπαράλλακτος, τοῦ Πατρὸς,» ἐπεὶ διὰ τοῦ Πνεύματος, ἤτοι τοῦ ἐμφυσήματος προσεχῶς ἡ τοῦ ἀνθρώπου δεδημιούργηται ψυχὴ, εἰκότως διὰ τῆς εἰκόνος λέγοιτ' ἂν εἰς τὸ ὁλόκληρον ὁ ἄνθρωπος ἀποτελεσθῆναι, καὶ «κατ' εἰκόνα» γεγενῆσθαι Θεοῦ, ἤτοι τῆς θείας εἰκόνος ἔργον, καὶ φιλοτέχνημα χρηματίσαι· καὶ τὴν μετάληψιν τῶν ὀνομάτων ἀκώλυτον εἶναι. Διότι καί τινες (96) εἰς τὴν ἔκθεσιν τῆς ἱερᾶς ἡμῶν Γραφῆς στάντων ἀντὶ τοῦ «κατ' εἰκόνα» εἰπεῖν, ἐν εἰκόνι Θεοῦ διέλαβον τὸν ἄνθρωπον πεποιῆσθαι. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος, καὶ παραδοχῆς ἀξιούμενος, οὐδὲν τὴν ἀλήθειαν παραλυπήσειε· καὶ τὴν δευτέραν τῶν εἰρημένων ὑπερχόμενος τάξιν οὐκ B ἂν ἀγαπήσει, οὐδ' ἐπιζητήσει· οὐ μὲν οὖν, κατά γε κρίσιν τὴν ἐμὴν, ταύτης ὑπεραρθῆναι.

Reperiuntur autem auctores, qui (et hac quidem explicatione illud « ad imaginem « protinus refertur ad divinæ personæ proprietatem ante catalepsin) aiunt : esto illud « ad imaginem » ita dictum de Verbo, ut ad Verbi incarnationem et adventum pertineat. Si enim « Verbum, inquiunt, caro factum est, et habitavit in nobis [b], » et homo fuit « per omnia [c] » præterquam in peccato [d] ; utique secundum illam sanctam, et peccato carentem, imo et omne peccatum destruentem imaginem fuisse vel ipsum primum parentem Adam conditum recte censere, et dicere nulla ratione prohiberemur.

Ἔστι δὲ εὑρεῖν, οἷς εἴρηται (δι' ὧν καὶ αὐτόθεν εἰς ἴδιον τὸ « κατ' εἰκόνα » συναναφέρεται (97) πρὸ καταλήψεως) · εἰρήσθω τῷ Λόγῳ τὸ ῥῆμα, διαβαίνειν πρὸς τὴν τοῦ Λόγου σάρκωσιν καὶ ἐπιδημίαν. Εἰ γὰρ « ὁ Λόγος, φασὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » καὶ ἄνθρωπος ἐχρημάτισε « κατὰ πάντα, » πλὴν τῆς ἁμαρτίας · κατ' ἐκεῖνο τὸ ἱερὸν, καὶ ἀναμάρτητον ἄγαλμα, ἀλλὰ καὶ πάσης ἁμαρτίας καθαιρετικὸν, καὶ τὸν πρωτόπλαστον Ἀδὰμ δὲ δημιουργηθῆναι καὶ φρονεῖν, καὶ λέγειν ὀρθῶς ἂν οὐδὲν ἀποκωλύσειε λόγος.

En alium modum habes, quasi in porismate ex hujusmodi explicatione procedentem, habesque simul et imaginem, et exemplar, et secundum quamnam imaginem Adam in hominis natura fuerit constitutus. Cum enim Filius sit imago incommutabilis, et consubstantialis Patri, cumque factus sit homo, quales nos sumus, et unam cum assumpta natura confecerit personam ; hominem ad eamdem suam conditionem evectum ostendit : atque secundum hanc Verbi incarnati formam [e], et ideam divina sapientia, quæ prævidebat, disponebatque futura, ad primum nostri generis parentem pura, et creatrice manu formandum a suæ benignitatis abundantia adducta est.

C Καὶ ἔχεις τρόπον ἄλλον, ὡς ἐν πορίσματι διὰ τῆς τοιαύτης θεωρίας προερχόμενον, καὶ τὴν εἰκόνα, καὶ τὸ πρωτότυπον, καὶ καθ' ἣν εἰκόνα ὁ Ἀδὰμ εἰς ἀνθρώπου φύσιν διεμορφώθη. Καὶ γὰρ ἡ εἰκὼν ἀπαράλλακτος, καὶ συμφυὴς ὁ Υἱὸς ὑπάρχων, γεγονὼς δὲ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, καὶ εἰς (98) μίαν ὑπόστασιν τῷ προσλήμματι συνελθὼν, ὁμότιμον τὸν ἄνθρωπον ἔδειξεν ἑαυτῷ· καθ' ἣν μορφὴν, καὶ ἰδέαν τῆς σωτηρίου ταύτης σαρκώσεως ἡ τὰ μέλλοντος ἤδη καθορῶσά τε, καὶ οἰκονομοῦσα Θεοῦ σοφία τὸν ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἡμῶν χερσὶν ἀχράντοις καὶ δημιουργικοῖς, ὑπερβολῇ φιλανθρωπίας ὑπηγάγετο πλάττεσθαι.

Atque hæc maxima, ut arbitror, perspicuitate et diligentia enucleata sunt. Enimvero Anthropomorphitarum delirium esto in eorum animum inductum, qui Deum quavis figura, circumscriptione, et comprehensione carentem ad hominis formam atque figuram pertrahendum insanientes putarunt. Imo neque hoc, quod facile intellectu, et cuipiam obvium est, mente percipere voluerunt ; quod

D Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ τὸ σαφέστατον, οἶμαι, καὶ δι' εὐκρινείας τεθεώρηται. Ὁ γὰρ τῶν Ἀνθρωπομορφιτῶν λῆρος εἰς ἐκείνων (99) ἀπερρίφθω κεφαλὰς, οἳ πρὸς τὴν ἀνθρώπου μορφὴν καὶ τὸ σχῆμα, τὸν ἀσχημάτιστόν τε, καὶ ἀπερίοριστον, καὶ ἀκατάληπτον συγκαθέλκουσιν ἐκμεμηνότες Θεόν. Οὐδὲ τοῦτο ῥᾷον ὂν, καὶ πρόχειρον ἠθέλησαν ἐπὶ νοῦν λαβεῖν, ὡς εἰ τὸ Θεῖον ἐξ ἀϊδίου, καὶ οὐχὶ λόγῳ συγ-

[a] Hebr. I, 3. [b] Joan. I, 14. [c] Hebr. II, 17. [d] Hebr. IV, 15. [e] Philipp. II, 7.

NOTÆ.

(95) Sap. VII, 26. Vide tamen, ne Photius hæc de SS. dicens, suo per cuniculos errori viam sternat, ac putet ea, quæ in adductis Scripturæ locis litteris Filio tribuuntur, usurpari posse de SS. quia hic quoque tantum a Patre procedat

(96) Τῆς huc temere insertum evellendum duxi.
(97) Sic placet pro σὺν ἀναφαίνεται.
(98) Hanc πρόθεσιν sensu ductante refinxi.
(99) Ita reor pro εἰκόνων scribendum.

καταβάσεως, καὶ φιλανθρωπίας τὴν τοῦ ἀνθρώπου A διεμορφοῦτο μορφὴν, εἰς μάτην ἂν ἐγεγόνει ἡ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων διὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἡμετέρου φυράματος πρόσληψις.

scilicet, si Deus humanam formam ab æterno, et non ratione descensus de cœlis et ratione misericordiæ erga homines, habuisset, in vanum Filius in novissimis temporibus corpus nostrum assumpsisset.

Οὐδὲ τὸ Θεῖον καθαρεῦον εἴη (ὢ φρενὸς παρακοπτούσης!) τὰ ἔσχατα κατὰ τὸ ἄῤῥεν τε καὶ θῆλυ μὴ διαστέλλεσθαι. Καὶ γὰρ τὸ ἱερὸν ἀποφηνάμενον Λόγιον· «Κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτούς·» εὐθὺς ἐπήγαγεν· «Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς·» ὡς τῆς εἰκόνος ἐπιπρεπούσης οὐχὶ μόνῳ τῷ Ἀδὰμ, ἀλλ' ὁμοτίμως καὶ τῇ Εὔᾳ προσαρμοζούσης, καὶ δι' αὐτῶν παντὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει. Εἰ γὰρ κατὰ σωματικὴν ἐπιφάνειαν, καὶ μορφὴν ὁ ἄνθρωπος διεπλάσθη, τοῦ Θεοῦ τά τε εἰρημένα συνασεβεῖν τῇ ἀπαρχῆς δυσσεβούσῃ πλάνῃ συνέπεται, καὶ ἀνθρωποπαθὲς B τὴν ἀνύβριστον ἐξυβρίζειν Θεότητα· τὸ γὰρ ἀνθρωπόμορφον οὐδ' ἀπαλλαγήν ποθεν παθῶν ἀνθρωπίνων ἐκληρώσατο.

Imo neque Deus adeo purus esset (o mentem delirantem!), ut genitales in eo partes secundum masculeum fœmineumque sexum non distinguerentur. Ubi enim sacra Eloquia inquiunt: « Ad imaginem Dei creavit illum; » protinus subdunt: « masculum et feminam creavit illos[r]; » utpote quod imago non solum Adam decoraret, sed Evæ quoque, ac per eos universo hominum generi pari honore congrueret. Si enim homo ad corpoream Dei speciem et formam conditus fuisset; impio hoc errore præmisso, sequerentur non modo illæ impietates, quæ de Deo dictæ sunt, sed etiam quod humanis perturbationibus veneranda divinitas deturparetur; id enim, quod formam humanam habet, nullo pacto humanis perturbationibus carere potest.

Τοιούτων δὲ καὶ τὰ τῆς πλάνης σεβάσματα· καὶ οὐδὲν πεπυῤῥίκασιν (1) εἰδωλικῇ δεισιδαιμονίᾳ τὴν θεοπρεπῆ, καὶ σεβάσμιον ἡμῶν θεολογίαν συναναφύροντες, καὶ εἰς τοῦτο συνάγειν ἐκβιαζόμενοι. Πολλῶν δὲ, καὶ ἄλλων δυσφημιῶν παρεπομένων, ταῦτα μᾶλλον προκύπτει, καὶ τὴν παράνοιαν λαμπρῶς ἀπελέγχει τῶν εἰς ταύτην τὴν ὑπόληψιν ἑαυτοὺς ἀθλίως ἐναποῤῥιψάντων.

Anthropomorphitarum autem errorem et ista absurda sequuntur; ac illi cum ethnica superstitione nostram Deo dignam venerandamque theologiam commiscere, et conari, ut ad idem redigantur, non erubuerunt. Cum autem aliæ, atque aliæ absurditates sint, quæ inde sequuntur, hæ magis erumpunt, et insaniam eorum, qui in istam opinionem misere sese projecerunt, luculenter evincunt.

Παραπλησίου δὲ παρανοίας ἔλεγχος ἂν εἴη καὶ τῶν πολυπλάνων Ἰουδαίων ὁ μῦθος, ὃς Υἱὸν οὐ παρα- C δεχόμενος ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, οὐδὲ τῷ Πνεύματι συνομολογεῖν ἐθέλων τὸ κατὰ φύσιν ἀξίωμα τῆς Θεότητος, διὰ μὲν ἀσωμάτου δυνάμεως πρὸς τὴν θείαν φύσιν ἀνάγειν οὐκ αἰσθάνεται βιαζόμενος· τὸ γὰρ «κατ' εἰκόνα ἡμετέραν» τὸν Θεὸν πρὸς τὰς ἀσωμάτους τάξεις οὐκ ἔσχεν εἰπεῖν οὐδεμίαν αἰδῶ. Εἰκόνα γὰρ διδοὺς μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν Θεόν τε, καὶ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, εἰς ταυτὸν ἑκατέρου τὴν φύσιν συνάγει, Δημιουργοῦ τε, καὶ δημιουργήματος ἅπαν ἀφελὼν τὸ διάφορον. Ὧν γὰρ ἡ εἰκὼν ἡ αὐτὴ, καὶ ἀπαράλλακτος, τούτων ἡ φύσις ἑτερότητα παραδέχεσθαι δύναται;

Paris autem dementiæ redargui posset illud quoque Judæorum erroribus scatentium commentum, qui, dum Filium non admittunt consubstantialem Patri, dumque nolunt Spiritui sancto divinæ naturæ dignitatem tribuere, interea Filio, et Spiritui incorpoream (creatricem) potentiam tribuentes non animadvertunt, quod cogantur eos ad divinam naturam evehere: si quis enim asserat Deum dixisse ad angelicos ordines: « Faciamus hominem ad imaginem nostram, » is pudori nuntium remisit. Qui enim unam Dei, et angelorum concedit esse imaginem, ipsamque esse Deum, et præditam incorporeis facultatibus, is ad idem reducit Dei, et angelorum naturam; ac omne inter Creatorem et creaturam discrimen tollit. Ea enim, quorum eadem est imago et immutabilis, horum natura potestne diversitatem excipere?

Ἀλλὰ ἐπὶ τοσοῦτον μὲν καὶ ταῦτα, καὶ ὁ λόγος D οὐκ ἂν οὐδ' ἥψατο τούτων. Ἀλλ' ὡς ἂν μᾶλλον τῇ παραθέσει τῶν ἀτόπων ὑπολήψεων τὸ τῆς ἀληθείας εἴη κάλλος ἀναλάμπον, ὑπέστη διελθεῖν, ἃ πολλῷ βέλτιον ἦν μηδὲ τοῖς ἀπαρχῆς πρὸς ταῦτα κατενεχθεῖσι, μηδ' ἐν διανοίᾳ βάλλεσθαι.

Atque hæc absurda huc usque pervenerunt, et tamen vix pauca eorum delibavimus. Sed ut ineptarum appositione opinionum pulchritudo veritatis magis magisque eluceret, ea duximus esse memoranda, quæ multo melius esset, si neque in res ab initio enucleatas, neque in nostrum animum inseruissemus (2).

[r] Gen. I, 27.

NOTÆ.

(1) Sic lego pro πευῤῥίκασι.

(2) De hac quæstione sententias SS. Patrum prima fronte discordes, sed facili negotio conciliandas fuse more suo persequitur Dionysius Petavius, *De opificio sex dierum*, lib. II, cap. 2, 3, 4. Eas itaque si cum Photianis doctrinis conferas, quid laudandum, quidque improbandum sit, ipse per te judicabis.

QUÆSTIO XXXVII [*Scotto et Coisl. et Taur.* XXXVI].

A

Quomodo illud : « Oculum pro oculo, et dentem pro dente [a], huic præcepto : « Ego autem dico vobis non resistere malo [b], » id est non referre par pari, neque inimicum ulcisci, non adversatur?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΖ'.

Πῶς δύναται μὴ ἀντικείμενον εἶναι τὸ, « Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, » πρὸς τὸ, « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, » τοῦτ' ἔστι μὴ ἐπεξελθεῖν τοῖς ὁμοίοις, μηδὲ ἀμύνασθαι τὸν ἐχθρόν;

Edita ab Antonio Scotto, l. c., p. 85-87. De antilogia inter Verba Christi, Matth. v, 38-39 et Verba legis Exod. xxi, 24. Lev. xxiv, 20.

Quod majores nostri de hac quæstione excogitarunt, idem profecto nobis est respondendum: quod videlicet hæc duo sibi invicem non adversentur, neque altero constituto alterum evertatur; sed illud potius via quædam ac præparatio sit, quæ per imperfectiorem regiminis formam ad perfectam traducit. Qui enim legi mores suos conformare assuevit, is facillius potest aggredi meliora, et ad sublimiores tendere effingique virtutes. Hoc autem quomodo ad sensus, et actiones oppositas pertineret?

Cæterum dici potest, quod lex audacem ac temerariam hominis manum a damno in proximo intentando cohibeat, ac pœnæ formidine facinus præpediat: gratia vero, legem non imitata, admonitionem in ultionis locum sufficere curet; imo jubeat irati animi commotionem lenitate sedari. Quid autem poterit magis, quam hoc, non dissidentes, sed consentientes sensus continere?

Addendum præterea, quod neutiquam repugnet, ut qui leges condit, ab injustis manibus talionis pœnam exposcat, nimiæque lenitatis, ac patientiæ limites contrahat, et simul animi perturbationem compescat. Sed horum alterum humanum est, alterum divinum; et illud quidem damnari non potest, hoc autem est laudibus cumulandum.

Hæc itaque dicenda sunt, atque his proposita difficultas solvenda. At minus opportunum fortasse non esset adjicere, quod prima quidem sententia ad judicem referatur, ne is justam excedat castigationem; sed talionis jugum plectendis hominibus proponatur, et justitiæ oculus agnoscatur incorruptus: secunda vero ad eum qui in judicium vocat, pertineat, dum ultionis acerbitatem per clementiæ divitias emendat mitigatque; ne mali expetat augmentum, neque quod damnum odit, et animadversione dignum censet, hoc ipsum, par pari referendo, multiplicet, neque inexplebilem efficiat indignationem (3).

Ἔστι μὲν οὖν εἰπεῖν, ἃ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν περὶ τούτου πεφιλοσόφηται τοῦ ζητήματος· ὅτιπερ οὐ διαμάχεται ταῦτα πρὸς ἄλληλα, οὐδ' ἡ θατέρου θέσις ἀναίρεσις τοῦ ἑτέρου καθίσταται· ὁδὸς δὲ μᾶλλόν ἐστι, καὶ παρασκευὴ διὰ τῆς ἀτελεστέρας πολιτείας πρὸς τὸ τέλειον παραπέμπουσα. Ὁ γὰρ ἐθίσας ἑαυτὸν νόμῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέπειν, οὗτος ἕτοιμός ἐστι B καὶ τῶν κρειττόνων ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν, καὶ πρὸς τὰς ὑψηλοτέρας τῶν πράξεων ἀνατρέχειν, καὶ μεθαρμόζεσθαι. Τοῦτο δὲ πῶς ἂν εἴη τῆς ἀντικειμένης διανοίας, καὶ πράξεως;

Ἄλλως τε δὲ καὶ ὅτι ὁ μὲν νόμος τὴν αὐθάδη καὶ τολμηρὰν χεῖρα κατὰ τοῦ πλησίον τῆς παλαμναίου πράξεως διὰ τῆς ἀπειλῆς ἀναστέλλει, καὶ τῷ φόβῳ κωλύει τὸ ἄτοπον· ἡ δὲ χάρις οὐδὲ τῇ πρὸς ἐκείνην μιμήσει ἀντιδραματουργεῖν διὰ τῆς παραινέσεως τὴν ἀμύνουσαν ἐπιτρέπει· ἀλλὰ τῇ πραότητι διαλύειν παρεγγυᾶται τοῦ θυμουμένου τὸ κινούμενον. Καὶ τί ἂν εἴη τούτου συμφωνίαν μᾶλλον ἀντὶ τῆς διαφωνίας καταπραττόμενον;

Καὶ δὴ καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίον τὸν κατάρξαντα C χειρῶν ἀδίκων τῆς ἰσότητος τὴν ἄμυναν ἀπαιτεῖν, καὶ τὸ λίαν ἐπιεικὲς, καὶ μακροθυμίας ὅρος ἐπιστέλλειν, καὶ κατευνάζειν τῆς ψυχῆς τὸ ταραττόμενον. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνθρώπινον, τὸ δὲ θειότερον· ὧν τὸ μὲν ἔχει τὸ ἀκατάγνωστον, τὸ δὲ τὸ τῶν ἐπαίνων ἐπάξιον.

Ἔστι μὲν οὖν ταῦτ' εἰπεῖν, καὶ τούτοις τὸ ἄπορον ἐπιλύσασθαι. Οὐδὲν δὲ χεῖρον ἴσως προσθεῖναι, καὶ ὅτι τὸ μὲν πρὸς τὸν κριτὴν ἔχει τὴν ἀναφορὰν, μηδὲν τοῦ δικαίου ποιεῖν προτιμότερον, ἀλλὰ τῆς ἰσότητος τοῖς δικαζομένοις προκεῖσθαι ζυγὸν, καὶ ὀφθαλμὸν ἀδέκαστον δίκης ἐπιγινώσκεσθαι· τὸ δὲ πρὸς τὸν κρινόμενον ἀποδίδοται, μεταῤῥυθμίζον, καὶ καταπραῦνον φιλανθρωπίας πλούτῳ τὸ φλεγμαῖνον τῆς ἀνταποδόσεως· καὶ μὴ ζητεῖν τὸ πάθος συναύξειν, D μηδ' ὃ μισεῖ, καὶ κολάζειν νομίζει προσήκειν, τοῦτο τοῖς ὁμοίοις δράμασι πληθύνειν τὸ κακούργημα· μηδὲ τὸ τῆς φιλονεικίας συγκατασκευάζειν ἀκόρεστον.

QUÆSTIO XXXVIII [*Scotto, Coisl. Taur.* XXXVII].

Quidam hoc dubium proponunt: Si non est circumscripta in Filio deitas, caro, quam assumpsit, vel est ubique; ubi enim est deitas, illam quoque adesse oportet: vel, si est loco circumscripta, ab eo, qui ipsam assumpsit, separata est (4).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΗ'.

Τινὲς διαποροῦσιν, ὡς εἰ ἀπερίγραπτος ἡ ἐν τῷ Υἱῷ θεότης, ἡ σὰρξ, ἣν ἀνέλαβεν, ἢ πανταχοῦ· ἔνθα γὰρ ἡ θεότης, κἀκείνην παρεῖναι δεῖ· ἢ περιγραφομένη τόπῳ, τοῦ προσειληφότος διέστηκεν.

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 88. Tractatio dogmatica de ubiquitate corporis Christi.

Qui religioni obsequi cupiunt, et Christiana no-

Οὐκ ἦν ἀπορεῖν τῶν εὐσεβεῖν ζητούντων, καὶ τὸ

[a] Exod. xxi, 24, Deut. xv, 21; Levit xxi, 20. [b] Matth. v, 39.

NOTÆ.

(3) Alia multa lectu dignissima ad hanc δοκοῦσα ἀντιλογίαν conciliandam reperies apud Chrysostomum hom. 18 in Matth. Augustinum lib. ii, *De sermon. Dom.* Hilarium. Euthymium, et Theophylactum, et auctorem *Operis imperfecti* in adductum D. Matthæi locum.

(4) Quod hujus quæstionis perbreve, et interpolatum excerptum ediderit Combefisius, fuse in

τῶν Χριστιανῶν μυστηρίων εἰδότων· εἰ ἀπερίγραπτος, καὶ πανταχοῦ ἡ θεότης, πότερον ἡ σὰρξ, ἣν ἀνέλαβεν ὁ Υἱὸς, πανταχοῦ τῷ προσειληφότι παρεκταθήσεται, ἵνα μὴ κεχωρισμένη νοηθῇ, ἢ περιγραφομένη τόπῳ τὴν πρόσληψιν ἀπαρνήσεται; Καὶ γὰρ τούτῳ δὴ τῷ νομισθέντι ἀπορήματι πολλὰ ἂν εἴη, μᾶλλον δὲ τῇ ἀπειρίᾳ, διαμιλλώμενα τὰ ἀθύρματα· καὶ ἵνα μὴ περὶ τῶν φρικτῶν οὐ φρίττειν δόξωμεν, ἐπὶ τῆς ψυχῆς μᾶλλον, καὶ τοῦ σώματος ὁ λόγος τὴν γυμνασίαν ἀναδεχέσθω.

A runt mysteria, hoc dubium proponere non deberent: utrum si non circumscripta sed ubique est deitas, caro, quam assumpsit Filius, assumenti adhærens sit ubique, ne separata concipiatur: an loco circumscripta se assumptam esse negabit? Etenim ad hanc, quam censent difficilem, quæstionem enucleandam, potius autem ad imperitiam arguendam multa possent ludicra responsa proferri: et ne veneranda mysteria non venerari videamur, nostra hæc oratio ad hominum animam et corpus disputationem transferat.

Τί γὰρ κωλύει λέγειν τὸν βουλόμενον, πῶς ἥνωται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ μὴ ἐμπεριγραφομένη τόπῳ; Οἷς γὰρ μὴ συμπεριγράφεται, τὴν ἕνωσιν ἀπαρνουμένη, ὡς ἡ τῶν παραληρούντων βούλεται σοφία, διελέγχεται. Καὶ πῶς (ἐγγύτερον, καὶ πρὸς αἴσθησιν φάναι) τοῦ ἀνθρωπίνου περικεχρωσμένου σώματος, ὅτῳ διὰ χρώματος (5) αὕτη χρωμάτων ἐστὶν ἀνεπίδεκτος· καὶ τοῦ μὲν ἐκ τεσσάρων χυμῶν συγκριθέντος, τῆς ἀπὸ τῶν χυμῶν αὕτη καθαρεύει διαθέσεως· καὶ τὸ μὲν πλήρωσίς τε, καὶ οὐ κένωσις ἐκ διαδοχῆς κύκλῳ προϊοῦσα συνιστᾷ· ἡ δὲ κρείττων ὁρᾶται τῶν τοιούτων στάσεων· καὶ μυρία ἄλλα;

Quid enim vetat, si libeat, dicere: Quomodo anima, dum loco non circumscribitur, corpori copulata est? Nam quibuscum circumscriptionem communem non habet, cum iis conjunctionem, uti vult ista nu-B gantium sapientia, non admittere evincitur. Et quomodo (ut rem propius, et per sensibilia attingamus) dum corpus est coloratum, ipsa sic inter colores exsistens, colores suscipere non potest: et cum corpus ex quatuor succis sit concretum, ipsa hujusmodi materiali conditione caret: et corpus quidem non vacuitas, sed ex humorum susceptione plenitudo undequaque dilatata constituit, anima vero his affectionibus non est obnoxia: atque alia sexcenta?

Καὶ ἀνάπαλιν δ' ἄν τις τὸν λόγον μεταχειρίσαιτο. Ἐρεῖ γὰρ, ᾧτινι φίλον περὶ τῶν σπουδαίων μὴ σπουδάζειν, ἀλλὰ ταῖς σοφιστικαῖς ἐπισεμνύνεσθαι ἐν ἴσῳ τῶν ψηφολόγων περιεργείαις· Εἰ ἥνωται τὸ τοῦ σώματος σύγκριμα τῇ λογικῇ ψυχῇ, πῶς οὐχ ἀπάρχον (6) τῆς ἑνωθείσης ἐν τούτῳ γνωριζομένης; Πῶς δὲ οὐχ ἀναφές; Ἀλλὰ πῶς ὑποκείμενον χρώμασι; Βάρους καὶ ῥοπῆς κενώσεώς τε καὶ πληρώσεων πῶς οὐκ ἐλεύθερον, καὶ μυρίος λῆρος; Καὶ (συλλήβδην τὴν μητρόπολιν τοῦ λήρου φάναι, ἐξ ἧς καὶ τὰ εἰρημένα τοῖς λόγοις ἐμπολιτεύεσθαι πάροδον εὗρε νεανιεύματα) εἰ ἥνωται ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, πῶς οὐχὶ ψυχὴ τὸ σῶμα, ἢ οὐχὶ σῶμα ἡ ψυχή;

Ac vice versa poterit quispiam has interrogationes retractare. Inquiet enim is, qui non serio de seriis agere, sed subtilibus pro circulatorum more argutiis sese ostentare voluerit, si corpus animæ rationali consociatum est, quomodo et ipsum, (quem-C admodum anima), substantiæ, quæ sibi agnoscitur conjuncta, nequit imperare? Quomodo et ipsum non effugit tactum? Quomodo est coloribus subjectum? Quomodo gravitatis, ponderis, vacuitatis, plenitudinis non est immune; et mille hujusmodi gerræ? Atque (ut uno verbo matricem nugarum proferamus, ex qua et istæ juveniles argutiæ ad sermones invadendos aditum invenerunt), si anima est copulata corpori, quomodo anima non est corpus, aut corpus non est anima?

Εἰ δὲ ταῦτα λέγειν ἐπὶ ψυχῆς, καὶ σώματος γέλως, καὶ νῦν τὴν φύσιν τῆς ἀπορίας τὸ μέγεθος, ἡ σοφιστικὴ κατάδηλος μικροῦ καὶ τοῖς ἀγυμνάστοις τὰ τοιαῦτα γίνεται λέσχη· πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ θείου Λόγου, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς προσλήμματος λέγειν τὰ ὅμοια οὐ παντελῶς ἐστι καταγέλαστον καὶ μὴ διακρίνειν εἰδόσι φλυαρίας τε, καὶ ἀπορίας προνόμιον; Εἴπω τὰ ἡμέτερα, μᾶλλον δ' ἃ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Πλάσαντος ἔργα, καὶ πάθη καθέστηκε. Πῶς ἡ Θεότης ἥλοις διαπερονηθέντος τοῦ σώματος, οὐ συντέτρωται, οὐ τῇ λόγχῃ διατέτρηται, οὐκ ἐσταύρωται;

Quod si hæc de anima et corpore effutire risum excitat, et nunc, dum in rebus naturalibus pondus difficultatis est, vel ab ipsis propemodum hominibus rudioribus isthæc garrulitas cavillatoria perspicitur: quanto magis de divino Verbo, et nostra D assumpta natura hujusmodi gerras effutire omnino deridiculum est pro iis quoque, qui rem jocularem a difficultate nesciunt discernere? Hic autem adjiciam nostra, sive potius illa, quæ ex operibus, et perpessionibus clementissimi Conditoris nostri erui possunt. Quomodo simul cum corpore clavis per-

NOTÆ.

Prodromo docuit Cl. Joannes Andresius Regiæ bibliothecæ præfectus. Hic autem adnotes velim, quod ipsam jamdudum transtuleram, nonnullasque suppleveram lacunulas, cum Combefisii lacinia mihi oblata est: id autem vel ipse itaque ex versionis varietate perspicies. Ego autem pro re nata monebo et unde incipiat Combefisius, et ubi abrumpat, et ubi desinat, imo quoties a nostra lectione recedat. — Sic exstat in Codice Monacensi Gr. 104, f. 282.

(5) Saltem refingas οὕτω, ut sensus constet.

(6) Perbreve interstitiolum inter ἀπ et τῆς ita complendum censeo.

fosso divinitas non est perforata, neque lancea transjecta, neque cruci confixa? Quomodo, cum natura humana vere assumpta hos omnes pateretur cruciatus, Divinitas simul cum patiente fuit, nec tamen ab ipsis attingi potuit? Quomodo ipsa in sua substantia mortem effugit?

Etsi Christus Deus noster propter nos esse dicitur verissime mortuus (quippe qui propriam carnem pro nobis morti tradidit), et mansisse in sepulcro, ac triduana resurrectione resurrectionis omnibus communis dedicationem, ac fundamentum statuisse: sed tamen qui idcirco Divinitatem passibilem blasphemarent, redderentur elingues per ea, quæ modo confutationem ex animæ, et corporis conjunctione elicientia dicta sunt, et per alia, atque alia hujusmodi. Qui autem tali non abducuntur errore, sed alio nihilo tolerabiliori, quam iste memoratorum hominum est, et « *in Christo* » localem carnis circumscriptionem pro divinæ naturæ conjunctione reiiciendam arbitrantur, tum illa « *de anima et corpore,* » tum hæc « *de passionibus Christi absurda* » æque ex eorum propositionibus procedere, et ad ipsos refellendos recta tendere videntur.

Qui concedit, amice, esse ubique Deitatem, quomodo simul non concedet totam adesse ubique? Hoc enim non minus, quam illud, ad divinam pertinet dignitatem. Quod si tota prorsus est ubique, et cum assumpta carne totus Filius unam habet subsistentiam; etiamsi hic ubique adsit, humana vero natura loco, ac tempore, principio, ac fine, et innumeris aliis definita sit; nullus tamen separationi simul concipiendæ locus datur. Ille vero divinitatem etiam sine assumpta carne loco circumscriptam sibi fingeret, qui Deum secundum partes esse ubique conciperet, non autem totum, ubi adest, adesse. Atqui id, licet non his ipsissimis verbis, ille dicit, qui ait: Nisi cum divina Verbi subsistentia humanitas dilataretur, ipsi conjuncta esse nequiret. Enimvero dilatatio, seu extensio, seu aliud hujusmodi, et ne his quidem rebus ex toto adesse, quibus liquido aliquis assistit: hæc omnia locum obtinent in substantiis, quæ divisionem admittunt; ac eadem omnia simplicem, indivisibilemque Dei substantiam dispescerent.

Si Deus, utpote ubique præsens, et continens omnia, divisus est, profecto in eo extensionem, illamque cum aliis congruentem, atque adeo circumscriptionem, et ipsam cum aliis communem require. Quod si hoc tanquam Deo injurium, atque indignum,

A Πῶς πάντα παθόντος ταῦτα τοῦ ἀληθῶς ἑνωθέντος τῇ Θεότητι συγκρίματος, αὕτη τούτοις, συνοῦσα τῷ πεπονθότι, διέμεινεν ἄψαυστος; Πῶς δὲ τὸν θάνατον κατὰ τὸν οὐσιώδη λόγον αὕτη διαπέφευγε;

Καίτοι λέγεται δι' ἡμᾶς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀποθανεῖν παναληθῶς (ἅ τε [7] τὴν οἰκείαν σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον δεδωκὼς), καὶ τάφον οἰκῆσαι, καὶ τριημέρῳ ἀναστάσει τὴν κοινὴν ἐγκαινίσαι, καὶ θεμελιῶσαι πάντων ἀνάστασιν· ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν παθητὸν ἐνυβρίζοντας τὸ Θεῖον ἐπιστομίσει πάντως, ἃ προείρηται, τὸν ἀπὸ τῆς ἑνώσεως τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος ἔλεγχον προβαλλόμενα, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα. Τοὺς δὲ ἐκείνῃ μὲν τῇ πλάνῃ μὴ συμφε-
B ρομένους, οὐδὲν δὲ ἐκείνης ἀνεκτότερον ἐχούσῃ προσανακειμένους, καὶ τὴν ἐν τόπῳ περιγραφὴν κατὰ τῆς θείας ἑνώσεως ἀποῤῥίπτειν διανοουμένους, ἐκεῖνά τε, καὶ τὰ νυνὶ ῥηθέντα ὅμως ἔστι καὶ ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς προαγαγεῖν, καὶ ἐπ' εὐθείας ἄγειν τὸν ἔλεγχον (8).

Ὁ διδοὺς, ὦ ἀγαθὲ, πανταχοῦ τὸ Θεῖον, πῶς οὐ δώσει καὶ ὅλον πανταχοῦ παρεῖναι; Οὐ γὰρ ἔλαττον εἰς λόγον τοῦτο θεοπρεποῦς ἀξιώματος. Εἰ δὲ ὅλον ὁλικῶς πανταχοῦ, καὶ τῇ ἑνωμένῃ σαρκὶ ὅλος ἐνυπάρχων ὁ Υἱὸς, εἰ καὶ πάρεστι μὲν αὐτὸς πανταχοῦ, ἡ δ' ἀνθρωπίνη φύσις περιώρισται τόπῳ, καὶ χρόνῳ,
C ἀρχῇ τε, καὶ τελευτῇ, καὶ μυρίοις (9) ἄλλοις· οὐ μὲν οὖν οὐδεμίαν πάροδον τῷ χωρισμῷ συνεπινοηθῆναι παραχωρήσεις (10). Ἐκεῖνος δὲ ποτ' ἂν εἴη ὁ τὸ Θεῖον καὶ χωρὶς τῆς προσληφθείσης σαρκὸς περιγενόμενον (11) τόπῳ φανταζόμενος, ὃς κατὰ μέρη τερατεύεται πανταχοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ μὴ καθόλου, εἰς ἂν (12) τόποις πάρεστι τὸ Θεῖον. Λέγοι δ' ἂν κατὰ μέρη, κἂν μὴ λέγοι, ὁ φάσκων· εἰ μὴ συμπαρεκτείνοιτο τῇ θεϊκῇ τοῦ Λόγου ὑποστάσει, μηδ' ἡνωμένον αὐτῇ τὸ πρόσλημμα εἶναι. Ἡ γὰρ παράτασις (13), ἢ παρέκτασις, ἢ τὰ τοιαῦτα καὶ τὸ μὴ καθόλου τοῖς οὖσι, μηδ' οἷς ἐπιλάμπει παρεῖναι, τῶν ἐπιδεχομένων ἐστὶ τὸν μερισμόν· καὶ τούτοις τὸ ἑνιαῖον αὐτοῦ, καὶ ἄτμητον κατατεμνομένων (14).

D Εἰ μεμέρισται τὸ Θεῖον πανταχοῦ φοιτῶν, καὶ πάντα κατέχον, καὶ παράτασιν ἐπ' αὐτοῦ ζητεῖ, καὶ τὸ συμπαρατεινόμενον, καὶ δὴ καὶ περιγραφὴν, καὶ τὸ συμπεριγράφεσθαι. Εἰ δὲ τὸ δύσφημον, καὶ ἀνάξιον τοῦ Θεοῦ φαντάζεσθαι φεύγοις (φεύγοις δ'

NOTÆ.

(7) Erat in nostro codice ἅ τε δ' ἡ τὴν· ego duas tantum litterulas spongiæ subjeci.

(8) Quæ huc usque edidimus, ignoravit Combefisius: fortasse ejus excerpti exscriptor his προλεγομένοις commode se posse carere censebat.

(9) Μορίοις legit Combefisius, sed minus opportune.

(10) Ita rectius, quam παραχωρήσαι· ὡς οὔ ποτ' ἄν, quod habet nostrum ms.

(11) Si id tibi non arridet, scribe cum nostro codice ἐν περιγεγραμμένῳ τόπῳ.

(12) Voculam τόποις, a sensu reclamatam, omiserat Combefisianus exscriptor.

(13) Παράστασιν habet Combefisius, quod minus placet.

(14) Hic memoratum excerptum abrumpitur, perinde ac si insequens παράγραφος ad rem non faceret.

ἂν, κἂν μὴ φεύγων, ἕως ἂν τῶν νοερῶν κατὰ κίνησιν ἐνεργειῶν, εἰ βούλει δὲ, καὶ τῶν κοινων ἐννοιῶν ὁ νοῦς οὐκ εἴη ἀπεληλαμένος), ἐπὶ μεγάλοις ἀτόποις αἰσχύνην ὄφλοις, ῥᾷον ἂν αἴσθησιν λάβοις, ἀπορημάτων τοιούτων προβολεὺς καθιστάμενος. Ὥστε τὸ οἰκεῖον πάθος, καὶ ἀγνόημα προσάπτει τῷ λόγῳ ὁ μεγαφρονῶν ἐν τῷ λέγειν· Εἰ ἥνωται ἡ σὰρξ τῷ Υἱῷ, ἢ πανταχοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἀπερίγραπτον μεταβέβληται· ἢ κεχώρισται τῆς Θεότητος μὴ δυναμένη ταύτῃ συμπαρεκτείνεσθαι.

Καίτοι γε τόπῳ μᾶλλον ἀκόλουθον ἐννοεῖν, ὡς εἴπερ τὰ τῆς ψυχῆς ἰδιώματα τῷ σώματι πάρεστιν, ἢ τοῖς τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ χαρακτηρίζεται· οὐκ ἂν αὐτοῖς ποθεν ἡ ἕνωσις περιγένοιτο, ἀλλ' οὐδὲ, εἴ τις δοίη, τῶν ἡνωμένων ἡ σύνοδος διασώζοιτο; Μεταβολὴ γὰρ ἂν εἴη τοῦτο θατέρου πρὸς θάτερον· μεταβολὴ δὲ πρὸς τὴν κυρίως ἕνωσιν, τὸ παροιμιῶδες εἰπεῖν, οὐδὲν ἔλαττον, ἢ τὰ Μυσῶν, καὶ Φρυγῶν διέστηκεν ὅρια. Καὶ ὁ τὴν ἕνωσιν πολυπραγμονῶν, καὶ μορμολυττόμενος, καὶ ἀκολούθους ἐπινοίας ἀποσκευαζόμενος, λέληθεν ἑαυτὸν μετάβασιν πρὸς τὴν σάρκα καταψηφιζόμενος· καὶ εἰς τὸν ἐνύλου σαρκὸς, καὶ παρατάσεως καὶ παντὸς πάθους, καὶ προσθήκης ἀπαράδεκτον, καὶ Δεσποτικὸν ὑποπτευόμενος τὴν ἀνάχυσιν (15).

Καὶ οὔπω εἶπον τὸ παρεῖναι τὴν Θεότητα κατὰ τὴν ἕνωσιν τῇ σαρκὶ, καὶ τὸ παρεῖναι πανταχοῦ, εἰ καὶ πρὸς διάφορον ἀναφέρεται καὶ νοῦν, καὶ διάνοιαν (καὶ γὰρ ὁ μὲν τὸ πανταχοῦ γινώσκων, καὶ διορίζων λόγος, οὐδὲ τῆς κοινῆς ἐπιφοιτήσεως τὴν ἐνωθεῖσαν ὑπερορίζει φύσιν· πάντα γὰρ, ὧν ὁ Θεὸς ἠξίωσε κτίστης γενέσθαι, οὐδὲ τῆς κατὰ πρόνοιαν παρουσίας ἀπολαύειν ταῦτα διατειχίζει· ὁ δὲ τὴν καθ' ἕνωσιν πρεσβεύων παρουσίαν (16) τῷ ἐνωθέντι μόνῳ ταύτην ἀφορίζει)· ἀλλὰ οὖν εἰ καὶ κατὰ διάφορον ἔννοιαν ἑκάτερον εἶδος ἀφορίζει τῆς παρουσίας, πλὴν ὁ θατέραν θρασυνόμενος πολυπραγμονεῖν, καὶ διαβάλλειν, οὐδὲ θατέρας φειδόμενος ἐξελέγχοιτ' ἂν (17).

Τοῖς γὰρ αὐτοῖς διαβουλίοις χρώμενος, πῶς, ἂν φαίη, παρέσοιτο πανταχοῦ τὸ Θεῖον μηδενὸς αὐτῷ τῶν, οἷς πάρεστι, πεφυκότος συμπαρεκτείνεσθαι; Οἷς γὰρ παρόντος ἐκείνου τῶν ὄντων ἑκάστῳ, μὴ συμπάρεστιν ἕκαστον, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἰδίας περιγραφῆς μένει, καὶ φύσεως τῆς πρὸς ἐκεῖνο συναφείας ἀποτέτμηται· καὶ τὸ πανταχοῦ παρεῖναι πᾶσι μὴ πέφυκε, μηδὲ τὸ δημιούργημα δύναται συμπαρεκτείνεσθαι τῷ Δημιουργήσαντι. Ἐπιφοιτᾷ τοῖς ἐμψύχοις τὸ Θεῖον, οὐ σύνεστιν αὐτοις καὶ τὰ ἄψυχα. Οὐκοῦν ἀφέστηκε τῆς ἐπὶ ταῦτα ἐπιφοιτήσεως; Ἀλλὰ γὰρ πάρεστι τοῖς ἀψύχοις, οὐδὲ τούτοις πάλιν

A animo fingere abhorres (quippe malis nolis abhorrere hoc debes, si tamen tua mens ab intelligibilibus circa motum operationibus, imo etiam a notionibus communibus non sit remota), seposuisse te in immanibus absurditatibus pudorem facilius utique ipse sentire poteris, qui hujusmodi difficultates protuleris. Quare propriæ mentis vitium atque imperitiam sermone suo prodet homo ille temerarius, qui ait : Si caro Filio conjuncta est, aut est ubique, ac proinde infinita evasit; aut a Divinitate divulsa est, si ad tantam non pervenit immensitatem.

Atqui quanto magis consentaneum est cogitare, quod si animæ proprietates corpori adessent, ac si attributionibus corporeis anima afficeretur; profecto hisce duabus substantiis conjunctio non obveniret,
B aut, si ea daretur, certe quidem inter ipsas conjunctas consensus perdurare non posset? Ista enim alterius substantiæ in alteram mutatio foret : mutatio autem tantum a vera conjunctione, quantum Mysia, ut fert proverbium, a Phrygia distat. Atque is, qui hypostaticam conjunctionem nimium scrutatur, et consentaneas notiones repellit, amoliturque, ignorat utique se ista cogitandi ratione Filium in carnis substantiam vertendum censere; ac de eo, qui materialis carnis extensionem, passionem quamlibet, et additamentum nequit excipere, divinamque habet naturam, confusionem suspicari.

Nondum vero dixi Divinitatem carni adesse per hypostaticam conjunctionem, et adesse ubique,
C tametsi ad diversum sensum diversamque notionem referantur (dum enim cogitatur, et agitur de Dei præsentia ubique, tunc nec assumpta natura a communi Dei præsentia excluditur; cuncta enim, quorum Deus esse voluit conditor, a præsentia etiam providentiæ suæ minime seponit : dum autem agitur de illa præsentia, quæ ex hypostatica conjunctione oritur, tunc peculiaris præsentiæ modus assumptæ tantummodo naturæ assignatur) : tametsi, inquam, duo hæc ad diversa præsentiæ genera pertineant, tamen qui alteram scrutari, et cavillari auderet, is utique ne ab altera quidem abstinere argueretur.

Qui enim ipsa cogitandi ratione utitur, quomodo, inquiet, adesse poterit ubique Deus, cum nulla
D rerum, quibus adest, possit cum eo immensa fieri? Dum enim ille singulis rebus adest, singulæ res simul cum ipso cæteris non adsunt; sed inter proprios continentur limites, ac suapte natura, ne ulterius pertingant, prohibentur : atque ita omnium rerum non est ubique adesse, neque potest creatura eo, quo Creator, pervenire. Assistit Deus rebus anima præditis, sed res ea carentes una cum ipso illis non assistunt. Num idcirco hæc destituuntur divina præsentia? At enim rebus ille inanimis adest, neque

NOTÆ.

(15) Hic resumit Combefisius laudati excerpti versionem : quantum autem hæc a veri sensus assecutione distet, judicet lector,

(16) Τὸ, παρουσίαν ex Combefisio adjeci.

(17) Quod reliquum est hujus quæstionis, plane in Combefisio desideratur. Huc usque Monac. 104 sæc, XVI, f. 282. V. D. Hardt., *Beitr. fasc.* VII, p. 4.

animalia vice versa hisce possunt adesse. An divinam præsentiam *animalia* non admittunt, quia extra præsentiam inanimarum rerum sunt constituta? Quia enim cum illo, qui ubique adest, non extenduntur, ipsius præsentia omnino non frui pueriles istæ futilitates suadere conantur; non enim sapientia sunt memoratæ cavillatorum argutiæ.

Atque hæc per summa capita disserui: tu vero his, quæ dicta sunt, reliqua, si placet, adjicies (18).

A δυνατὸν συμπαρεῖναι τὰ ἔμψυχα. Τὴν αὐτὴν ἄρα κἀκεῖνα ἀπηνέγκατο, τῆς τοιαύτης παρουσίας γεγονότα ὑπερόρια; Δι' ὧν γὰρ οὐ συμπαρεκτείνεται τῷ πανταχοῦ παρόντι, καὶ τὸ μηδ' ὅλως παραπολαύειν αὐτοῦ τῆς ἐλλάμψεως ὁ νεανίας λῆρος παρακελεύεται· οὐ γὰρ σοφία γε, τῶν σοφιστῶν τὰ σπουδάσματα.

Ἀλλ' ὁ μὲν κεφαλαιώδης τύπος ταῦτα· σὺ δ' ἂν προσθείης ἐκ τῶν εἰρημένων, εἰ βούλει, καὶ τὰ λείποντα.

QUÆSTIO XXXIX [*Scotto, Coisl. Taur.* XXXVIII].

Quomodo, cum Jacobus duos filios ex Rachele susceperit, Josephum, et Benjaminum; Moyses postea Jacobi filios recensens inquit: « Fuerunt autem filii Balla, Gera, et Noeman, et Anchis, et Ros, et Amphim, et Omphimim: Gera autem genuit Arad; » deinde vero subdit: « Hi filii Rachel, quos peperit Jacob (19)? *» Cum itaque Rachel Josephum, et Benjaminum solos pepererit, quomodo liber Genesis et alios nuper memoratos e Rachele Jacobo partos dicit? Solve nodum.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΘʹ.

B *Πῶς, τοῦ Ἰακὼβ δύο παῖδας ἐκ τῆς Ῥαχὴλ ἐσχηκότος, τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸν Βενιαμὶν· εἶτα γενεαλογῶν τοὺς ἀπὸ Ἰακὼβ ὁ Μωϋσῆς, « Ἐγένοντο δὲ, φησὶν, Βάλλα, Γηρὰ, καὶ Νοεμὰν, καὶ Ἄγχις, καὶ Ῥὼς, καὶ Ναμφὶν, καὶ Ὀμφιμὶν· Γηρὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀρὰδ· » εἶτα ἐπάγει· « Οὗτοι οἱ υἱοὶ Ῥαχὴλ οὓς ἔτεκε τῷ Ἰακώβ; » Τῆς οὖν Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸν Βενιαμὶν μόνους τεκούσης, πῶς τούτους ἡ Γένεσις λέγει ἐκ τῆς Ῥαχὴλ τεχθῆναι τῷ Ἰακώβ; Πορίμωσον ἄπορον.*

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 97. *De genealogia Jacobi*, Gen. XLVI, 21-22.

Ipsa sacrorum Eloquiorum oracula sese interpretantur. Cum enim filiorum Jacobi seriem enumerassent, nec debuissent eorum quoque historiam prosequi, sed ad tertiam generationem vellent pervenire, ordiuntur non ab ipsis proximis parentibus, sed a primo stipite, ex quo hi recta linea descenderunt, et cui divinæ promissiones insignem multiplicandæ prosapiæ gloriam prædicebant. Itaque dum Jacobi in quarta generatione nepotes, qui Benjaminum avum habebant, Moyses recenset, eorumque multitudinem indicat, ad promissionem, ac eum, qui promissionem acceperat, resilit: atque primam potius adaucti generis causam, quam secundam, ac tertiam hujus promissionis participes assumit, memoratque; et « Hi sunt, inquit, filii Jacob, quos genuit Jacob; » ac ita ex parte Benjamin, et ex ejus linea ad Rachelem et Jacobum recurrens, ad ipsos principium aliorum, quorum series descripta fuerat, refert.

Αὐτὴ ἑαυτὴν διερμηνεύει τῶν ἱερῶν ἡμῶν λογίων ἡ Γραφή. Γενεαλογήσασα γὰρ τοὺς παῖδας τοῦ Ἰακὼβ, καὶ μὴ μέχρι τῶν παίδων τὴν ἱστορίαν περιγράψασα, παρεκταθεῖσα δὲ καὶ πρός γε τὴν τρίτην γενεὰν, οὐ μὴν εἰς αὐτούς γε τοὺς προσεχῶς γεγεννηκότας τοῦ πλήθους ἀναβιβάζει τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ εἰς τὸ πρῶτον αἴτιον, ἐξ οὗ καὶ αὐτοὶ παρευθυνόμενοι προῆλθον, καὶ πρὸς ὃν αἱ ἐπαγγελίαι τὴν τοῦ γέ-C νους εἰς πλῆθος ἐχρησμολόγουν ἐπιδόξωσιν (20). Ἀπαριθμησάμενος οὖν τοὺς κατὰ τετάρτην γενεὰν ἀπογόνους τοῦ Ἰακὼβ ὁ Μωϋσῆς, οἳ τὸν Βενιαμὶν προπάτορα εἶχον, καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐνδεικνύμενος, πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ τὸν τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενον ἀνατρέχει· τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς τοῦ γένους πληθύος ἀντὶ τοῦ κατὰ μετοχὴν δευτέρου, καὶ τρίτου παραλαβών τε, καὶ ὀνομάζων αἰτίου, καί φησιν· « Οὗτοι υἱοὶ Ῥαχὴλ, οὓς ἔτεκε τῷ Ἰακώβ· » διὰ τῆς κατὰ τὸν Βενιαμὶν μοίρας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ῥαχὴλ, καὶ τὸν Ἰακὼβ ἀναδραμὼν, τῶν ἄλλων τῶν προγενεαλογηθέντων τὴν αἰτίαν εἰς τὸν Ἰακὼβ ἀναφέρει.

Hinc vero potes corollarii loco colligere, quod sacris Eloquiis solemne sit, ut et nepotes nuncupent filios, uti et fratrum filios fratres, neque hos solum, ubi sibi invicem (scilicet aliis fratrum filiis) referuntur, sed etiam ubi cum suis patruis comparantur. Etenim perspicue reperimus quemadmodum eos, qui iisdem gradibus a communi stipite distant, fratrum nomine vocatos; ita et eos, qui primitus quidem ex ipsis, deinde vero a cognatis

Ἐντεῦθεν δέ σοι καὶ ἐν πορίσματος ἀναφέρεται D μοίρᾳ, ὅτι σύνηθες τοῖς ἱεροῖς Λογίοις καὶ τοὺς ἀπογόνους υἱοὺς ὀνομάζειν, ὥσπερ καὶ τοὺς τῶν ἀδελφῶν παῖδας ἀδελφοὺς, οὐ μόνον τοὺς κατὰ σχέσιν τὴν πρὸς ἀλλήλους λαμβανομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑκατέρου παῖδας πρὸς ἑκάτερον τῶν ἀδελφῶν παραβαλλομένους. Καὶ γὰρ ἔστιν εὑρεῖν περιφανῶς ὥσπερ τοὺς διὰ τῶν αὐτῶν σχετῶν τῆς γεννήσεως προεληλυθότας ἀδελφοὺς ὀνομαζομένους, οὕτω καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν

NOTÆ.

(18) Viden Ubiquistarum Lutheranorum deliria jam usque a Photianis temporibus derisa? Si plura quæris, perlege præ cæteris Bellarminum *Controvers.* tom. I, lib. III, cap. 9 et seqq., et tom. III, lib. III, cap. 17.

(19) Gen. XLVI, 21. Animadverte, quod locum hunc aliquantulum a versionis Vulgatæ, et LXX viralis lectione diversum hic afferat Photius; ac si non legendo, sed memoriter exscripserit.

(20) Sensui non favebat codicis lectio, quæ habebat ἐπίδοξος ἦν.

μὲν, ἐξ ὁμοφυῶν δὲ πηγῶν προαχθέντας, καὶ πρὸς ὕπαρξιν ἀρδευθέντας τὴν τῶν ἀδελφῶν κλῆσιν ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους ἐφελκυσαμένους σχέσει· καὶ οὐχ ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ κἀπειδὰν αὐτῶν παραλαμβάνωνταί τινες πρὸς τοὺς ἐν τῷ μείζονι βαθμῷ παραβαλλόμενοι τεταγμένους· οἷον ὁ νῦν λεγόμενος ἀνεψιὸς πρὸς τὸν θεῖον, τόν τε προσεχῆ, καὶ ὁ πόῤῥω· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, κατά γε τῶν Λογίων τὸ ἰδίωμα, τὴν τῆς ἀδελφότητος περιπτύσσονται προσηγορίαν.

Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ μετὰ τὸ πάθος τοῦ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιοὺδ ὑπὸ Μωσέως εἰρημένον ἐν τῷ Λευϊτικῷ πρὸς τοὺς υἱοὺς Ὀζιὴλ τὸν Ἐλισαφὰν, καὶ τὸν Μισαὴλ, ἢ Μισαδαὴλ (διττὴ γὰρ ἡ γραφή)· «Προσέλθετε, καὶ ἄρατε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων ἔξω τῆς παρεμβολῆς.» Καὶ γὰρ ἀδελφοὺς νῦν ἐκάλεσεν οὐ τοὺς λύσαντας μὲν τὰς αὐτὰς μητρικὰς ὠδῖνας, οὐχ εἰς ἀλλοφύλους δὲ λαγόνας (21) ὅμως ἀναφερομένην αὐτῶν ἔχοντας σποράν. Καὶ γὰρ ἦσαν οἱ μὲν περὶ Ναδὰβ παῖδες Ἀαρών· οἱ δὲ περὶ Ἐλισαφὰν υἱοὶ Ὀζιήλ· ὁ δὲ Ὀζιὴλ ἀδελφὸς τοῦ πατρὸς Ἀαρών· ὧν τὸ ἐπιπολάζον ἔθος, τὰς πρὸς ἀλλήλους σχέσεις ὀνομάσαι βουλόμενον, θεῖον τὸν Ὀζιὴλ τοῦ Ἀαρὼν ἐρεῖ, δεύτερον δὲ τῶν περὶ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιούδ· τὸν δὲ Μισαὴλ, καὶ Ἐλισαφὰν ἐξαδέλφους μὲν τοῦ Ἀαρὼν, θείους δὲ τῶν περὶ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιούδ. Ἀλλὰ γὰρ τούτους ἡ Μωσέως συγγραφὴ ἀδελφοὺς ἐθέλει καλεῖν.

6. Nondum tamen invictam protuli opinionis hujus refutationem; nempe quod qui Dominicum initiationis ritum deserere cœperint, ii vel inviti innumerabiles unius adoptionis rationes procudent, gratiamque hanc ludibrio objicient. Baptizabunt enim haud jam sacerdote divinas præeunte invocationes verum ipso neophyto, antequam initietur, mystagogicum actum sibi vindicante: ita ut haud alios sed ipse se lavacro regenerationis expiet. Etenim in sanctis ipsis apostolorum Actibus [26], Ananias ex discipulis unus, cœlesti viso jussus in apostolorum cœtum ascribere persecutorem illum acremque religionis hostem, nondum Paulum effectum; posteaquam corporeas tenebras manu imposita initiator initiato eripuit, tunc demum Ananias homini, qui mentis simul et oculorum visum receperat: Quid moraris, ait? Surge, baptizare, et tuas culpas elue, nomen Domini invocans: tu, inquam, ipse invocans, non alius initians neque divinas invocationes præcinens. Quid ais? tiro nondum initiatus, jam tamen mystagogus erat? regenerationis indigus, auctor fiebat regenerationis? qui sacerdotis manibus labiisque initiandus erat, ipse hujus dignitatem invadens, consecrationem sibimet circumponebat? Nam litteræ superficies, qua freti Dominicum præceptum abrogant, sic eos statuere, etsi præter voluntatem, cogit. Alius igitur hic est initiationis ritus, nullique superiorum similis. Quid vero cum princeps apostolorum generales adhortationes dispersis Judæis scribens, linguæ cursu scripturæque celeritate manibus scilicet ambabus gubernans, baptismum conscientiæ bonæ nuntiavit [27], haud sane fatidico insistens tripodi, sed afflato divinitus animo loquens? nonne tu hac protinus dictione abrepta, consecrationis alterius inventionem prædicabis, novum nempe lavacrum peccata expians, neque id in Domini Jesu nomine peragendum, neque alio quovis prædictorum modorum concelebrandum, sed quod conscientiæ bonæ in Deum interrogatio sit? Hem quantis se absurditatibus implicant hi, qui inconsultam verborum pronuntiationem veritati rerum anteponunt! Cur porro jam memorem exemplum aliud minus molestum, ne dicam omnium gravissimum? Clarissima sancti Spiritus tuba Paulus, ille mortalis adhuc in cœlum sublatus, valide perspicueque personuit, nos in Christi morte fuisse baptizatos. Audin' homo? Atqui idem Paulus antea dixerat, « Quotquot in Christo baptizati sumus [28]. » Ergo duæ jam sunt initiandi formulæ, secundum eorum opinionem qui sine judicio ullo vocabulis utendum esse pronuntiant.

[26] Act. IX, 10 seq. [27] I Petr. III, 21. [28] Rom. VI, 3.

NOTÆ.

(40) Eleganter hoc utitur Photius ignoto nostris fortasse lexicographis consulari verbo; quia sermo est de Ecclesiæ supremo gubernatore Petro, quasi Christianæ reip. consule.

πεν αὐτός· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν. » Οὐκοῦν ἅμα δύο μυσταγωγίαι κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τῶν ἀδιακρίτως κεχρῆσθαι δογματιζόντων τοῖς ὀνόμασι.

7. Quid ergo dicendum est? Profecto harum convictionum æqua consideratio non solum coarguit eorum hominum indefinitam rationem, qui varias præter Dominicam initiandi formulas a discipulis traditas incredibiliter fingunt; sed eadem quoque videtur inserere Dominico effato alias voces, quas indifferentiam erga illud haud satis tueri, non absurde causari licet. Atqui revera negotium non ita se habet : non enim voces illæ quidquam fieri statuunt, præter Dominicæ locutionis terminos atque oraculum; neque sibi prærogativam hujus vindicant; sed ipsæ potius ad prædictam illam regenerationis formulam referuntur, atque eamdem tota suorum varietate verborum significant ac designant. Quid igitur dicendum est? quid, inquam, aliud præter id quod jam dictum est? nimirum generali notione dicendum est, omnia quæ regenerationem significant nomina, vice fungi facularum quarumdam lucentium, quæ in divinum illum et originalem et immortalem ac perennem ignem refunduntur. Neque sane ipsæ ignis ille purgatorius sunt, neque per ipsas regeneratio fit : nam unus est qui inenarrabilem gratiam atque adoptionem confert ignis, illæ autem faculæ hunc ostendunt, aliæ quidem clarius, aliæ paulo obscurius ita tamen ut unam eamdemque initiationem mystice atque arcane nobis significent. Profecto considerandi studiosis, atque iis qui ad cognoscendum nominum verborumque sensum gratia spiritus adjuvantur, cuncta quæ supra singulatim dicta fuere, baptismum in Patre et filio et Spiritu sancto prædicant. Verum ii qui in aurium tantummodo limine vocabuli sonum excipiunt, cæco autem interiore judicio utuntur, innumeris circumferri erroribus solent.

A ζ'. Τί οὖν δεῖ λέγειν; Ἡ γὰρ τῶν ἐλέγχων ἀδέκαστος συνεξέτασις, οὐκ ἐκείνους μόνους ἐλέγχειν ἔσχε τὸ ἀπαράγραπτον, οἳ διαφόρους μυσταγωγίας παρὰ τὴν δεσποτικὴν τερατολογοῦσι τοὺς μαθητὰς ἐπιδεῖξασθαι, ἀλλά γε δοκεῖ παρενείρειν ὅλως τῆς Δεσποτικῆς ἱερολογίας προκειμένης ἑτέρας φωνὰς, αἳ μὴ κατὰ πάντα πρὸς αὐτὴν τὸ ἀπαράλλακτον διασώζουσιν [a] ἀποφαίνειν οὐκ ἀναίτιον. Τὸ δὲ, οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἀντινομοθετοῦσι πράττειν παρὰ τὸν ἐκείνης ὅρον καὶ τὸ θέσπισμα, οὐδ' εἰς ἑαυτὰς περιϊστῶσι τὸ ταύτης προνόμιον, εἰς αὐτὴν δὲ μόνην ἀναφέρουσι τὸν τῆς παλιγγενεσίας λόγον, καὶ ταύτην ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῶν ὀνομάτων διασημαίνουσί τε καὶ ἀπαγγέλλουσι. Τί οὖν δεῖ λέγειν; τί δὲ ἄλλο παρ' ὃ εἴρηται; καὶ παραδειγματικῶς εἰπεῖν ὅτι πάντα ὅσα τὴν πα- B λιγγενεσίαν ἐπισημαίνονται, οἷον λαμπάδες εἰσί τινες φωταυγοῦσαι, καὶ πρὸς τὸ θεῖον καὶ πηγαῖον ἐκεῖνο καὶ ἀκήρατον καὶ ἀένναον ἀναχεόμεναι. Οὐ μὴν αὗταί γε εἰσὶ τὸ καθάρσιον πῦρ, οὐδὲ κατὰ ταύτας τελεσιουργεῖται ἡ ἀναγέννησις· ἀλλ' ἓν μέν ἐστιν ἐκεῖνο τὸ τὴν ὑπὲρ λόγον χάριν καὶ υἱοθεσίαν χαριζόμενον, ἐκεῖνα δὲ τοῦτο παραδηλοῦσι· τὰ μὲν σαφέστερον, τὰ δὲ αἰνιγματικώτερον καὶ τὴν αὐτὴν ἡμῖν καὶ μίαν μυσταγωγίαν μυστικῶς τε καὶ συνεπτυγμένως ὑποσημαίνονται. Καὶ γὰρ τοῖς μὲν φιλοθεάμοσι καὶ νοῦν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων κατανοεῖν χάριν παρὰ τοῦ πνεύματος εἰληφόσιν, ἕκαστον τῶν ἀνὰ μέρος εἰρημένων τὸ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀπαγγέλλουσι βάπτισμα. Τοῖς δὲ μέχρι τῆς πύλης C τῶν ἀκοῶν τὸν ἦχον παραδεχομένοις τοῦ ῥήματος, τὸ δ' ἔνδον κωφὸν προϊεμένοις κριτήριον, μυρίοις ἂν εἴη περιπταίειν τοῖς παραπτώμασιν.

8. Neque in hoc solum, quod nunc versamus, proposito multi re omissa nudis vocibus hærent : verum etiam alias sæpissime : quo fit ut hæretica exoriantur zizania, quæ nullum utilem fructum afferunt, imo vero exitialia venena generant. Aliter se gerit pietas, quæ sane ubique spiritum potius quam litteram consectatur, et religionis fructum percipit, ejusque alimonia fruitur, sine ulla serpentini seminis insitione, imo draconis veteris ne vestigio quidem usquam obvio. Nam cur dicere liceat, baptizare in Christo, aliam esse legem baptismi? item cur alia lex sit, baptizare in Christi morte? Nam si utraque locutio lex initiandi est, profecto leges invicem repugnant. Porro quibus argumentis alterutram convellere machinaberis, iisdem reliquam simul evertes. Similiter si hæ locutiones vim latæ legis haberent, illa jam Dominico ore pronuntiata initiandi formula non immerito videretur inutilis ac supervacanea : vel

η'. Οὐκ ἐπὶ μόνης δὲ τῆς παρούσης ὑποθέσεως ψιλαῖς ταῖς λέξεσι πολλοὶ τῶν πραγμάτων ἀποστάντες περικάθηνται· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μυρίων ἄλλων, δι' ὧν τὰ αἱρετικὰ τῆς Ἐκκλησίας παραφυέντα ζιζάνια, καρπὸν μὲν οὐδένα τρόφιμον γεωργεῖ, δηλητηριώδη δὲ βλαστάνει φάρμακα. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ εὐσέβεια, πανταχοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ πνεύματος ἢ τοῦ γράμματος γινομένη, καὶ τὸν καρπὸν τῆς εὐσεβείας τρυγᾷ, καὶ τροφῆς ἀπολαύει, οὐδεμιᾶς ἐπιμιγνυμένης αὐτῇ δρακοντείας ἐπισπορᾶς, ἀλλ' οὐδὲ ἴχνος οὐδὲν ὑποφαινούσης τοῦ παλαιοῦ ὄφεως. Ἐπεὶ πῶς ἂν εἴη λέγειν ὡς τὸ εἰς Χριστὸν βαπτίζειν, ἕτερος νόμος βαπτίσματος; πῶς δ' ἄλλος τὸ εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ βαπτίζειν θάνατον; Εἰ γὰρ τῆς μυσταγωγίας νόμος ἦν τούτων D ἑκάτερον, ἀλλήλοις ἀντενομοθέτουν ἄν· καὶ δι' ὧν τις ἀνατρέπειν ἐπεχείρει θάτερον, τὸ λοιπὸν συνανέτρεπεν. Ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ νόμων εἰσφορᾶς προνόμιον εἶχον τὰ τοιαῦτα, οὐκ ἀλόγως ἂν καὶ ἡ δεσποτικὴ μυσταγωγία εἰς τὸ περιττόν τι καὶ ἄχρηστον παρ-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Num scribendum ἂς — διασώζειν?

ἐδύετο· κἀκείνη πάλιν τούτων ἁπάντων εἰσηγεῖτο A μετὰ λαμπροτέρας τῆς ἰσχύος καὶ τοῦ ἀξιώματος τὴν ἀναίρεσιν. Οὐκοῦν καὶ ἀπὸ τῆς ἄλληλα τῶν πολλάκις εἰρημένων ῥημάτων ἀποσκευάσασθαι. Ἀλλὰ τί ποτε ἦν ὃ λέγει, ἢ ὅτι διὰ τοῦτο μὴ προηγούμενον ἔργον ἐθέμην τὸ βάπτισμα; « Ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν βαπτιζομένων δόξαν ἐμαυτῷ περιάπτειν τοῖς βασκάνοις λέγειν, καὶ τὰ κάλλιστα τῷ φθόνῳ βάλλειν βίον ποιουμένοις, πρόφασιν ἐπὶ διαβολῇ παρέξω, καὶ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀναγεννωμένων καπηλεύειν, ἐπαίνοις ἰδίοις τὸ δῶρον τοῦ Πνεύματος ἐνυβρίζων. » Καὶ δι' ἄλλων δὲ μυρίων ἔστι συνιδεῖν, ὡς ἡ δόξα καὶ ὁ ἔπαινος καὶ ἡ τιμὴ σημαίνεται τῷ ὀνόματι.

θ'. Καὶ δὴ διὰ τούτων ἡ τοιαύτη θεωρία, καὶ ἐπ' αὐτὰ B τὰ καθέκαστα τῶν ὀνομάτων διαβαίνει. Ἃ δὴ τὸν διαφορισμὸν καὶ τὴν διαστολὴν ποιεῖται τῶν προσώπων· καὶ νῦν μὲν μίμησίν τινα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ κατάρξαντος προσώπου πράξεώς τινος μεγαλοπρεποῦς ἀπαγγέλλει· νῦν δὲ φυλακὴν καὶ συντήρησιν τῶν παραγγελμάτων ὑπογράφει. Ταύτῃ γὰρ καὶ εἰς τὸν Μωσῆν οἱ Ἰσραηλῖται βαπτίσασθαι (41) λέγονται· οἷον ἐκεῖνον μιμούμενοι τὴν ὑγρὰν φύσιν πεζοποροῦντες ποσὶν ἀβρόχοις διέβησαν· καὶ τῆς πράξεως ἡγεμόνα ποιησάμενοι, καὶ πρὸς αὐτὸν ὁρᾷν ὅλην τὴν ἐλπίδα ἀναθέμενοι, τῶν Αἰγυπτίων τῆς ἐπιβουλῆς ὤφθησαν κρείττους· καὶ οἷς αὐτοὶ ῥείθροις οὐδὲ τοὺς πόδας ἐνοτίζοντο, τούτοις ὑποβρυχίους γινομένους τοὺς διώκτας ἔβλεπον· καὶ διπλαῖς εὐφροσύναις ἐνετρύφων, τῆς τε τῶν ἐχθρῶν παραδόξου C πανωλεθρίας, καὶ τῆς ἰδίας ὑπὲρ λόγον σωτηρίας. Τοιαύτης τινὸς ἀκολουθίας ἔχεται, καὶ ἅπερ τῆς οἰκουμένης ὁ Διδάσκαλος φησίν· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν· » διὰ μὲν γὰρ τοῦ » Εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, « τὸ κατὰ τὴν ἐκείνου μυσταγωγίαν καὶ τὴν παραδεδομένην τελετὴν ἀπαγγέλλει καὶ ἡμᾶς τὴν ἀναγέννησιν ἐπιτελεῖν· διὰ δὲ τοῦ » εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, « οὐχ ὅτι τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας τῇ τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου ἐπικλήσει τελεσιουργοῦμεν· μὴ γένοιτο· Εὐνομίῳ γὰρ τὸ ἀνομοίῳ τὸ τοιοῦτον ἐτολμήθη παράνομημα (42)· ἀλλ' ὅτι οἱ βαπτιζόμενοι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, D ὡς ἐν ἱεροῖς συμβόλοις καὶ κρυφιομύστοις αἰνίγμασι τὸν τοῦ Σωτῆρος ἐκμιμοῦνται θάνατον, καὶ ὑπογράφουσι καὶ διατυποῦσιν ἅπερ ἑκὼν ἐκεῖνος ὑπέμεινε· τὴν μὲν τριήμερον ἐν τῷ ᾅδῃ διατριβὴν ἐξεικονίζοντες τῇ τριπλῇ καταδύσει· τῇ δὲ ἴσῃ πάλιν ἀναδύσει, τὴν τριήμερον ἀνάστασιν, δι' ἣν καὶ ἡ ἀποκατάστασις ἡμῖν τοῦ παλαιωθέντος Ἀδὰμ καὶ ὁ ἀνακαινισμὸς συνεξεικονίζεται. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ εἰς Χριστὸν βαπτίζεσθαι, καὶ τὸ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, καὶ εἰς ἓν

A potius hæc ipsa prædictarum omnium pro sua luculentiore vi ac dignitate abrogationem inveheret. Quare formulæ jam sæpe memoratæ invicem expungerent. Quid autem Pauli illud dictum? se nimirum haud præcipuam dedisse operam ut baptizaret [29]: « Ne, inquit, multitudine baptizatorum gloriam mihimet me quærere dicerent invidi: neve iis calumniandi ansam præberem, qui optima quæque livore suo insectari solent; atque ita salutem renatorum lucro haberem, dum laudibus propriis adversus Spiritus donum injurius fierem [29]. » Demum ex innumeris aliis locis cognoscere possumus gloriam et laudem et honorem vocabulo *nomen* significari.

B 9. Quin adeo doctrina hujusmodi per singula nomina hoc pacto deducitur. Etenim nomina apprime quidem personarum discrimen distinctionemque efficiunt: et modo quidem imitationem quamdam similitudinemque denotant personæ alicujus, quæ facinus illustre aggreditur; modo autem mandatorum curam atque observantiam significant. Sic enim et Israelitæ in Mose baptizati dicuntur [30]: quippe qui hujus exemplo humidum elementum siccis pedibus permearunt: quem dum sequuntur ducem, dumque in ejus respectu spem omnem collocant, Ægyptiorum laqueis evaserunt: et quibus ipsi fluctibus ne pedum quidem tenus humectati sunt, iisdem obrutos persecutores suos viderunt: duplicique gaudio elati sunt, nempe et C hostium insperato exitio, et suæ salutis miraculo. In hanc ferme sententiam conspirant etiam quæ mundi doctor ait: « Quotquot in Christo baptizati fuimus, in ejus morte sumus baptizati. » Nam verbis « in Christo baptizati sumus, » utique docet, juxta illius ritum mandatamque initiandi formulam, a nobis fieri regenerationem; verbis autem « in ejus morte, » haud sane ait nos lotionem regenerationis cum Dominicæ mortis invocatione peragere; quod absit; namque anomœus Eunomius hoc crimen ausus fuit: sed ait baptizatos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, quasi sacris D symbolis arcanisque mysteriis Dominicum obitum imitari; atque oculis subjicere et deformare quæ ille sponte perpessus est: scilicet triduanam apud inferos moram triplici mersione repræsentare: rursusque totidem emersionibus resurrectionem tertia die peractam; cujus beneficio redintegratio nobis veteris Adami renovatioque conficitur. Siquidem et locutiones in Christo baptizari, et in morte ejus, et in uno corpore, et in nomine Christi, et aliæ hujusmodi, quod quidem attinet ad nominum verborumque figuram, haud magnopere

[29] I Cor. I, 14. [30] I Cor. X, 2.

NOTÆ.

(41) In concilio generali quinto ed. Colet. t. IX, p. 209, quidam reprehendit Theodorum Mopsuestenum quia locutionem *baptizari in nomine Christi* comparaverat cum hac, *baptizari in Mose*.

(42) Veterum auctorum testimonia, qui hujus criminis Eunomium postulaverunt, profert Ursus cardin. in Dissert, de baptismo in Christi nomine part. II, p. 64 seqq. Legatur etiam Harduinus in dissertatione item de baptismo in Ch. nom. *Thesaur. theolog.* tom. X, part. I, p. 104.

discrepare inter se videntur; verumtamen sententiæ vi, et ipsius rei definitione ac notatione, mirum quantum inter se differunt.

10. Quod autem alio etiam sensu nomen significet prædicationis vim, Pauli initiator Ananias manifeste docuit, cum ea se passurum timeret quæ non temere ex Saulo exspectanda erant. Divino enim recepto oraculo ut persecutorem sacris imbueret: « Audivi, inquit, Domine, a multis de viro hoc, quanta is mala sanctis tuis intulerit in urbe Hierosolymis [31]. » Tum addidit: « Et quidem huc etiam accepta a sacerdotibus potestate venit vinciendi omnes qui hoc nomen invocant [32]. » Atqui fidelium nemini negotium studiumque erat, ut nudum Christi nomen inclamaret, neque ut absque dogmatum rectitudine traditaque ab illo fide, hanc labiorum tenus invocationem, salutiferi nuntii loco haberet. Sed reapse nomen Christi invocantes dicit illos, quos fides in eum ornabat, et qui evangelicorum sacrorum studium præ se ferebant, quique ad pietatem summo conatu enitebantur. Hoc autem quid aliud erat præter quam credere ac prædicare Servatorem nostrum Dei esse Filium, Patrique consubstantialem: « Ego enim, inquit, et pater unum sumus [33]? » nec non sanctum Spiritum a Patre procedentem, atque ab ejus gloria ac divinitate minime alienum? Nam qui naturaliter, imo vero supernaturali maxime et inenarrabili ratione a paterna substantia procedit, hunc oportet producentis gloriam et potestatem et vim secum deferre, atque illibatum inenarrabilis substantiæ characterem retinere. Constat insuper Filium, qui Patris splendor est, omnia secum ferre quibus gignens Pater per radios divinitatis formam Geniti convenustavit, conjunctamque naturam patefecit. Hac igitur theologica initiatione multitudo credentium imbuebatur. Jure autem Servatoris nomen dicuntur invocavisse, quia doctrinæ, cujus ipse antecessor erat, rationem veram hi retinebant.

11. Sed enim progrediens sermo aliis quoque argumentis sententiæ hujus probabilitatem astruet. Quippe Christi oraculum, ut a metu atque consternatione initiatorem Pauli revocet; quem exhorres, ait, ac veluti inimicum salutaris prædicationis extimescis: « Is est mihi vas electionis. » Addit: « Ut portet nomen meum coram gentibus et regibus atque Israelis filiis [34]. » Nempe dicit non solum ab hostili exercitu eum transfugisse, verum etiam in prima acie vexatæ fidei propugnatorem versari.

A σῶμα, καὶ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ τοιαῦτα. τῷ μὲν σχήματι τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων οὐδὲν ἐπιδείκνυται μέγα παραλλάττοντα· ἐν δὲ τῇ σημασίᾳ τοῦ νοήματος, καὶ διακρίσει καὶ ἀπαγγελίᾳ τοῦ πράγματος, μεγίστην ὅσην τὴν διαφορὰν ἐμφανίζουσιν.

ι'. Ὅτι μέντοι τὸ ὄνομα καὶ τρόπον ἄλλον τὴν τοῦ κηρύγματος δύναμιν ἀπαγγέλλει (43), ὁ τοῦ Παύλου μυσταγωγὸς Ἀνανίας, ἡνίκα φόβῳ τοῦ παθεῖν ἅπερ ἦν εἰκὸς ὑπονοεῖν τὸν Σαῦλον ποιεῖν, σαφῶς παριστᾷ. Πρὸς γὰρ τὸν χρηματίζοντα αὐτῷ μυσταγωγῆσαι τὸν διώκοντα· « Κύριε, ἀκήκοα, φησὶν, ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις σου ἐν Ἱερουσαλήμ. » Εἶτα· « Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν ἀρχιερέων δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου· » καίτοι τῶν πιστῶν οὐκ ἦν ἔργον οὐδὲ σπούδασμα οὐδενὶ ψιλὸν τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἀναβοᾷν· οὐδὲ χωρὶς τῆς δογματικῆς B ὀρθότητος καὶ τῆς πίστεως ἣν ἐκεῖνος ἐμυσταγώγησε, τὴν κλῆσιν ἀπαγγελίαν διὰ τῶν χειλέων ποιεῖν· ἀλλά γε νῦν ἐπικαλουμένους ἐκείνους τὸ ὄνομα λέγει τοῦ Χριστοῦ, ὅσους ἡ εἰς αὐτὸν ἐκόσμει πίστις, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν μυσταγωγίας ἐνῆν ὁρᾷν ἐραστὰς, καὶ τῆς εὐσεβείας ἀγὼν αὐτοῖς ἡ ἀκρίβεια. Τί δὲ τοῦτο ἄλλο ἦν, ἢ τὸ φρονεῖν καὶ κηρύττειν Υἱὸν μὲν τοῦ Θεοῦ τὸν Σωτῆρα εἶναι, καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον; « Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν; » Καὶ μὴν τὸ πανάγιον Πνεῦμα ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον (44), καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης τε καὶ θεότητος οὐκ ἀλλοτριούμενον· τὸ γὰρ κατὰ φύσιν μᾶλλον δὲ ὑπερφυεστάτῳ καὶ ἀφράστῳ λόγῳ τῆς πατρικῆς οὐσίας προϊὸν, τοῦ προβαλλομένου τὴν δόξαν καὶ τὴν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἐν ἑαυτῷ φέρειν οἶδε, καὶ τὸν χαρακτῆρα C τῆς ὑπὲρ λόγου οὐσίας ἀπαραχάρακτον συντηρεῖν. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς ἀπαύγασμα ὢν τοῦ Πατρὸς, ἅπαντα φέρειν ἐν ἑαυτῷ ὅσα γεννῶν ὁ Πατὴρ ταῖς ἀκτῖσι τῆς θεότητος τὴν μορφὴν ὡράϊζε τοῦ γεννήματος, καὶ τὸ συγγενὲς ἀνεκήρυττε. Τῇ τοιαύτῃ τοίνυν θεολόγῳ μυσταγωγίᾳ τῶν πιστευόντων ἐτελεῖτο τὰ πλήθη. Καὶ δικαίως ἂν λέγοιντο τὸ ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἐπικαλεῖσθαι, διότι τοῦ δόγματος οὗ διδάσκαλος ἐχρημάτιζεν, αὐτοὶ διέσωζον τὴν ὀρθότητα.

ια'. Οὐδὲν δὲ ἧττον προϊὼν ὁ λόγος καὶ δι' ἑτέρων παραστήσει τῆς τοιαύτης δόξης τὸ ἀκόλουθον. Λέγει γὰρ ὁ χρηματίζων τῆς πολλῆς ἀγωνίας καὶ τοῦ δέους ἀνακαλούμενος τὸν μυσταγωγὸν τοῦ Παύλου, D « Ὅτιπερ ὃν τέθηπας καὶ δέδοικας ὡς πολέμιον τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, οὗτός μοι σκεῦός ἐστιν ἐκλογῆς· εἰς τὸ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν τε καὶ βασιλέων υἱῶν τε Ἰσραήλ· » ἀντὶ τοῦ, Οὐ μόνον αὐτὸς τῶν ἐχθρῶν τῆς φάλαγγος ἀπεπήδησεν, ἀλλὰ καὶ προασπιστὴς τῆς πολεμουμένης εὐσεβείας

[31] Act. IX, 13. [32] ibid. 14. [33] Joan. X, 30. [34] Act. IX, 15.

NOTÆ.

(43) Sic v. gr. apud Livium *nomen Latinum* pro *Latina rep.* seu *potentia.*

(44) Dum Spiritum *a Patre* procedere ait, neque *a Filio* addit, oblique saltem hic quoque errorem suum de Filii a solo Patre processione Photius prodit, quem alibi plurimis verbis inculcat, nempe epist. 2, seu libello encyclico. Legenda vero sunt quæ Montacutius copiose disputat contra illam Photii epistolam, nec non cl. A. Schottus ad Amphiloc. quæst. 28. Et quidem res satis ventilata fuit in Florentino concilio, et a catholicis passim theologis; quos inter vide certe Allatium.

ἀναδειχθήσεται· καὶ γὰρ ὑπὸ τῶν δυσσεβούντων πολιορκούμενόν τε καὶ κατασειόμενον, αὐτὸς ἀναβαστάσει καὶ ὑποστηρίξει καὶ ἀκράδαντον παραστήσει τὸ θεοσεβὲς κήρυγμα. Τοῦτο γὰρ ἐνταῦθα ἡ τοῦ *ὀνόματος* ἀπαγγέλλει δύναμις, τὴν ἀληθῆ πίστιν, τὸ τῆς εὐσεβείας φρόνημα, τῆς θεολογίας τὸ κήρυγμα, τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως τὸ μυστήριον· ἐπεὶ τί χαλεπὸν ἦν, τίνων δὲ στηριγμάτων δεόμενον, ἁπλῶς οὕτως καὶ μιᾷ φωνῇ προσαγορεύειν τὸν Κύριον; Καὶ αὐτῶν ἐνίοτε τῶν δαιμονίων ἀναβοωμένων καὶ μετὰ προσθήκης τινὸς τὸ Δεσποτικὸν ὄνομα. Ἀλλὰ δῆλον ὡς νῦν *ὄνομα*, τὸ διὰ Παύλου καταγγελλόμενον κήρυγμα λέγει, καὶ τὸ πρὸς Θεὸν ἀναφερόμενον σέβας, ὑπὲρ οὗ μυρίους καθ' ἑκάστην θανάτους ὁ πρὶν διώκτης ἡδέως ἔφερε, διδάσκων, παραινῶν, μυσταγωγῶν, κηρύσσων τὴν πίστιν, καθ' ἣν αὐτῷ μυσταγωγίαν ὁ Σωτὴρ ἀπεκάλυψεν· «Ἐγὼ γάρ, φησίν, ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.»

ιβ'. Καὶ ὅρα συνεχὴς ἡ χρῆσις τοῦ *ὀνόματος*. Διὰ τί; Ἵνα ἡ ἐπιμονὴ τῆς φωνῆς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα πολλάκις σημαίνουσά τε καὶ κατάδηλον ποιουμένη, ὥσπερ διὰ τῆς ἀκοῆς ἐντυπώσειε τοῖς λογισμοῖς τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον καὶ οἷα βασιλικὸν ἐκσφράγισμα ταῖς διανοίαις τοῦτο φέροντες καὶ πρὸς αὐτὸ ἀφορῶντες, μὴ πρὸς πολλὰς εἴημεν ὁδοὺς διαφόροις φωναῖς σχηματιζομένους ἐκτρεπόμενοι. Ὑπὲρ τοῦ μυστηρίου τούτου καὶ τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀκριβείας ὁ Παῦλος ἔπασχε τὰ ἀνήκεστα· οὐ γὰρ περὶ ὀνόματος ψιλοῦ, οὐδὲ συλλαβῶν βραχείᾳ συνθέσει, τὸ φρικτὸν καὶ μέγα τῆς πίστεως περιγράφοντος. Διὸ καὶ ἀκούειν ἐστὶ τῶν ἱερῶν πάλιν ἐκδιδασκόντων ῥημάτων· οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἱερουσαλὴμ τὸ ὄνομα τοῦτο; Πῶς γὰρ ἐπορθεῖτο λέξις πληγῇ ἀέρος βραχείᾳ περιγραφομένη, καὶ πρὸς μηδένα νοῦν τό γε ἐπ' αὐτῇ, μηδὲ δόξαν θεολόγων ἀναπλουμένη, μηδ' ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐνιέναι δογμάτων ἀκρίβειαν δυναμένη, καὶ τὴν ὕπαρξιν χρονικωτέραν οὐκ ἔχουσα τῆς γενέσεως; Ἀλλὰ γὰρ δῆλον ὡς νῦν *ὄνομα*, οὐ τὸ σύνηθες καὶ πᾶσι περιφερόμενον ἐννοεῖν δεῖ, ἀλλὰ τὸ τῆς εὐσεβείας ὅλης ἀπαγγέλλον τε καὶ διασημαῖνον μυστήριον, καὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διὰ πάσης ἡμῶν τῆς θεολογίας προϊοῦσαν ἀκρίβειαν. Καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον ὄνομα, ἤτοι τῆς πίστεως ἡ τελείωσις, καὶ ταῖς διανοίαις ἡμῶν ἐμβαθύνεται, καὶ θεμέλιον λαμβάνει ἑδραζόμενον τῇ τῶν πιστευόντων φιλοθέῳ γνώμῃ καὶ τῇ στεῤῥότητι τοῦ φρονήματος. Τοῦτο τὸ ὄνομα ὁ πρὶν μὲν Σαῦλος ἐπολιόρκει, ὁ δὲ μετὰ ταῦτα Παῦλος ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων ἐβάσταζεν, ἀπερίτρεπτον τοῦτο καὶ ἀκαταγώνιστον ἰδίοις ἐπιδεικνύμενος ἁγνίσμασι, καὶ πολλὰ τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τῆς δυσσεβείας εἰς ταύτην μεθαρμόσας καὶ μυσταγωγήσας τὴν εὐσέβειαν. Δεῖ τοίνυν, ἐπειδὰν τὰ Λόγια λέγῃ ὡς ἐβάπτιζον οἱ μαθηταὶ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ συνθήκην παραπλησίου λόγου συμφερομένην, τῷ προκειμένῳ τῆς ἐκφωνήσεως τύπῳ ἀκολούθως τε καὶ θεοπρεπῶς ἐννοεῖν· καὶ τῶν μα-

A Divinam, inquit, prædicationem ab impiis oppugnatam atque concussam sustinebit ipse atque firmabit immotamque statuet. Ita videlicet hoc loco vocabulum *nomen* sonat veram fidem, piam sententiam, divinæ doctrinæ prædicationem, Verbi incarnati mysterium. Secus enim cur ardua fuisset, vel quibus adminiculis indiguisset simplex nec unius vocabuli fines excedens Domini appellatio [33]? Certe et ipsi aliquando dæmones cum aliquo etiam epitheto Dominicum nomen pronuntiaverunt. Sed prorsus exploratum est, nunc vocabulo *nomen*, prædicandam a Paulo doctrinam dici, devotumque Deo cultum, cujus gratia innumeras quotidie mortes is, qui antea persecutor fuerat, libenter perferebat, docendo, hortando, initiando, prædicando fidem,
B secundum quam Servator sacra eum religione imbuerat. « Ego enim, inquit, ostendam illi, quanta ipsum oporteat mei nominis causa pati [34]. »

12. Atque adeo videsis perpetuum vocabuli *nomen* usum. Cur autem? Nempe ut constantia vocabuli, quod eamdem rem multoties denotat atque ostendit, vel ipso auditu menti insculpat religionis mysterium; atque ut id ceu regium signaculum pectore impressum ferentes, et ad hoc respicientes, haudquaquam in vias multiplices varietate vocabulorum patefactas divertamus. Hujus causa mysterii atque accuratæ fidei Paulus acerbissimas molestias pertulit. Non enim nudo nomine tenus, neque in-
C tra brevem syllabarum compositionem, venerandum magnumque mysterium circumscribebat. Quare rursus audire expedit sacrorum magisterium verborum : Nonne is est, qui vastabat Hierosolymis nomen hoc? Quonam autem pacto dictio quæ brevi æris percussione finitur, vastitatem fecisset? dictio, inquam, quæ nullum per se sensum continet, neque theologicam aliquam sententiam exprimit, neque in hominum animis definitum aliquod dogma imprimere potest; quæ denique exsistentiam haud longæviorem nativitate habet. Perspicuum est itaque, nunc in vocabulo *nomen* haud consuetam illam pervulgatamque significantiam esse intelligendam, sed mysterium potius quo religio universa innuitur ac denotatur, nempe exquisitam Evangelii scien-
D tiam quæ ex omni nostra theologica disciplina manat. Hoc nomen, seu potius fidei summa, et mentibus nostris insculpitur, et fundamentis utitur pia credentium mente constantiaque sententiæ firmatis. Hoc Saulus nomen vastabat; atque idem postea Paulus coram gentibus regibusque portabat; insuperabile id atque invictum suis ipsis facinoribus exhibens, multasque gentes ab impietate ad veram religionem pertrahens, sacrisque imbuens. Igitur quotiescunque apud sacras Litteras dicuntur discipuli baptizavisse in Christi nomine aut secundum aliam locutionis similis formulam, id intelligendum est digne ac convenienter prout fert pro-

[33] Matth. VIII, 29. [34] Act. IX, 16.

positus tesseræ typus, neque indignum aliquid contra discipulos suspicandum; sed fatendum potius, juxta doctrinam Servatoris ac magisterium, apostolos sacram regenerationem perficere solitos, aliosque pariter ad id faciendum erudivisse; ita ut præter Dominicum præceptum cogitarent, dicerent, facerentve nihil.

13. Sed fortasse aliquis ratiocinari pergens, ne dicam altercari, si in nomine, inquit, Patris et Filii et sancti Spiritus baptizabant discipuli, curnam in nomine Christi aut aliis ejusmodi formulis baptizare dicuntur? Atqui hujus rei notio in supra dictis jam satis exposita est. Sufficit enim, complurium instar, si hæc controversia mori sacrarum Litterarum imputetur; et si is qui hanc sibi tractandam sumit, non tam curiose agere, quam veritati studere, velit. Nam et alia singulari orationis genera pro sua quodque forma idiotismos habere compertum est: nemoque idiotismi gnarus, in alias vestigationes pervagari mentem sinit: quæ res non in divinis solum sermonibus usuvenit, verum in iis etiam quos Attica lingua studiose exornat. Nihil tamen vetat quominus hunc idiotismum paulo fusius exponamus. Quanquam hanc partem ne in superiore quidem oratione neglleximus, in qua rerum causas evolvere non omisimus. Nimirum in locutione « In nomine Domini Jesu Christi » atque in aliis hujusmodi (quarum etsi dissimilis sonus, non absimilis tamen neque multiplex sententia est) jure meritoque intelligi fides potest qua Christus discipulos, atque hi vicissim mundum imbuerunt: nam hæc a nomine denotari potest, quia Christus ipse pietatis erga Deum auctor est; et quia in Jesu Dominique mentione docemur contineri summatim conspicique Verbi pro nobis incarnati mysterium. Porro pius quisque hoc duce mysterio tendere dirigique potest ad perfectam Dei cognitionem; haud equidem contrahendo constringendoque intra brevem hanc vocem dogmatum sensu (id enim fieret, si nuda vox proferretur), imo potius dilatando ac perficiendo per fidem ac pietatis consummationem. Quod si denique et hoc audire libet, indivisis et inseparabilis Filius a Patre Spirituque est, quia scilicet ejusdem incomprehensibilis substantiæ et virtutis ac potestatis particeps est. Sed tamen visus fuit atque palpatus postquam carnem nostram assumpsit Filius, factus nimirum oculis nostris conspicabilis tactuque palpabilis: « Quod enim vidimus, ait [Joannes], et manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ; et vita apparuit. Cum igitur ab uno, qui nominatim nobis ob suæ charitatis infinitum pelagus cognoscendum se obstulit, quique ineffabilia nobis mysteria aperuit [37], » a consubstantiali, inquam, Filio, omnipotentis quoque Trinitatis incomprehensibilitatem atque unitatem edocti fuerimus, atque ad reliquam mysterii notitiam deducti, merito nos sane quotiescunque aliquid secundum traditum dogma facimus, merito, inquam, ad auctorem dogmatis rem factam referimus.

A θητῶν μηδὲν ἀνάξιον ὑπονοεῖν, ἀλλὰ κατὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Σωτῆρος καὶ τὴν διδασκαλίαν, ὁμολογεῖν τοὺς ἀποστόλους τελεσιουργεῖν τὴν ἀναγέννησιν, καὶ τοὺς ἄλλους πράττειν ὁμοίως μυσταγωγοῦντας, μηδὲν ἔξωθεν τῆς Δεσποτικῆς ἐντολῆς μήτε ἐννοοῦντας, μήτε λέγοντας μήτε πράττοντας.

ιγ'. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἄν τισιν ἐπέλθοι λογοθετεῖν, ἵνα μὴ λέγω φιλονεικεῖν, ὡς εἴ γε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐβάπτιζον οἱ μαθηταί, τί δή ποτε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ λέγονται βαπτίζειν ἢ εἰς τὰ ὅμοια; καὶ γὰρ τοῦτο μὲν διὰ τῶν εἰρημένων ἤδη ἀποχρώντως ἐπιδείκνυται. Ἤρκει γὰρ ἀντὶ πολλῶν ἄλλων τὴν αἰτίαν ταύτην εἰς τὸ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν Γραφῆς ἔθος ἀνάγειν, καὶ παραστῆσαι ταύτην οἰκειούμενον, μηδὲ μᾶλλον B τοῦ φιλοσοφεῖν τὸ πολυπραγμονεῖν ἀνταλλάττεσθαι. Καὶ γὰρ ἄλλα τε πολλὰ καθ' ἕκαστον εἶδος λόγου δι' ὧν χαρακτηρίζεται καθορᾶται ἰδιώματα· καὶ οὐδεὶς ἐπιγνοὺς τὸ ἰδίωμα, πρὸς ἑτέραν ἀποπλανᾶσθαι τὸν νοῦν ἀφίησι ζήτησιν· καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἐπὶ τῶν θεοσόφων λόγων ἐστὶν ἀναθεωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἃ κοσμεῖν φιλοτιμεῖται γλῶσσα ἡ ἀττικίζουσα. Πλὴν οὐδὲν κωλύει καὶ τὸ ἰδίωμα πλατύτερον συνεκδιδάσκειν· καίτοι γε οὐδὲ τοῦτο παρεῖδεν ἔμπροσθεν ὁ λόγος, ὅτι μὴ ἐστέρηται τοῦ αἰτιολογεῖσθαι· καὶ γὰρ «Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ,» καὶ εἰς τὰ παραπλήσια (ὧν ἐν τῷ διαφόρῳ τῶν φωνῶν ἀδιάφορος ἡ διάνοια καὶ μία), δικαίως ἂν ἀναφέροιτο ἡ παρ' αὐτοῦ μυσταγωγηθεῖσα τοῖς μαθηταῖς, καὶ διὰ C τῶν μαθητῶν τῷ κόσμῳ, πίστις, τοῦ ὀνόματος τοῦτο παραδηλοῦντος, διότι αὐτὸς ἀρχηγὸς κατέστη τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας· καὶ διότι ἐν τῇ τοῦ Ἰησοῦ καὶ Κυρίου μνήμῃ διδασκόμεθα συγκεφαλαιοῦσθαι καὶ συνεμφανίζεσθαι τὸ μυστήριον ὅλον τῆς τοῦ Λόγου δι' ἡμᾶς οἰκονομίας. Ἀναπλοῦσθαί τε δύναται τῶν εὐσεβούντων ἕκαστος, καὶ ἀπευθύνεσθαι δι' αὐτοῦ πρὸς τὸ τέλειον τῆς θεογνωσίας· οὐ τῇ βραχύτητι τῆς λέξεως συναποθλίβων καὶ συστενοχωρῶν τὸν νοῦν τῶν δογμάτων (τοῦτο γὰρ ἂν εἴη ψιλὴν τὴν φωνὴν προφέρειν), ἀλλ' ἐμπλατυνόμενος καὶ καταρτιζόμενος τῇ πίστει καὶ τῇ τελειότητι τῆς εὐσεβείας. «Εἰ βούλει δὲ, ἀχώριστός ἐστι καὶ ἀδιάστατος; ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ὡς τῆς αὐτῆς ὑπερουσίου οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ὑπάρχων. Ὠράθη D δὲ καὶ ἐψηλαφήθη σάρκα τὴν ἡμετέραν ἀναλαβὼν ὁ Υἱὸς, καὶ γέγονεν ἡμῖν ὄμμασί τε ληπτὸς, ἁφῇ τε ψηλαφητός. «Ὃ γὰρ ἐθεασάμεθα, φησὶ, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη. Ἐξ ἑνὸς οὖν τοῦ μᾶλλον ἡμῖν διὰ φιλανθρωπίας ἄφατον πέλαγος ἐν γνώσει καθεστῶτος, καὶ τὰ ὑπὲρ λόγον μυσταγωγήσαντος τοῦ ὁμοουσίου, καὶ παντοκρατορικῆς Τριάδος τὸ ὑπερούσιόν τε καὶ ἑνιαῖον ἐλλαμφθέντες, πρός τε τὴν ἄλλην τοῦ μυστηρίου θεωρίαν δι' αὐτοῦ χειραγωγηθέντες, εἰκότως ἄρα καὶ ἐπειδάν τινα πράττωμεν κατὰ τὸ παραδεδομένον δόγμα τελοῦντες, εἰς τὸν παραδεδωκότα ταῦτα δικαιοῦμεν ἀναφέρεσθαι.

[37] I Joan. I, 1, 2.

ιδ'. Ὅπως μέν τοι γε καὶ ὁ Παῦλος κατήγγελλε τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ κατὰ ποῖον σημαινόμενον τοῦ ὀνόματος, κἀντεῦθεν δῆλον· μᾶλλον δὲ τῶν ἐκείνου λόγων ἡ χάρις ὧν ἥψατο τῆς καρδίας, ἄδηλον οὐδενί. Νῦν μὲν γὰρ τὸ φρικτὸν καὶ φιλάνθρωπον τῆς σαρκώσεως, καὶ μυσταγωγῶν καὶ κηρύττων ἐδείκνυτο· νῦν δὲ θεολογῶν τὴν Τριάδα ἐπαῤῥησιάζετο, συνανακηρύττων καὶ τὴν ἄλλην τοῦ μυστηρίου δύναμιν θειότητα· ἀλλὰ γὰρ οὐδέν ἐστι οἷον αὐτοῦ ἀκούειν, «Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ.» Οὐδὲ γὰρ ἔσχε τὸν κλῆρον τῆς θεότητος ἐκ διαδοχῆς, οὐδὲ ἐπιθέμενος καὶ ἁρπάσας ἐξ ἑτέρου, περιέθετο τὸ κράτος ἑαυτῷ· ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς, ὡς τῆς αὐτῆς ὢν οὐσίας καὶ φύσεως, καὶ μηδεμίαν ταύτης ἀφαίρεσιν μηδαμῶς ὑποστῆναι πεφυκώς. Διὰ τοῦτο μηδὲν ὅλως δυσχερὲς ὑφορώμενος, «Ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών·» καὶ πάλιν, «Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐν ᾧ τὰ πάντα.» Οὕτω δὴ οὕτω καὶ τὴν τοῦ Λόγου οἰκονομίαν ἀνεκήρυττε, καὶ τῆς Τριάδος θεολογίαν ἐκράτυνεν· ἔκ τε τοῦ μὴ ἀφελεῖν τὸ ἑνιαῖον ἀπὸ μηδεμιᾶς τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἀλλ' ὁμοτίμως εἰς αὐτὸ ταύτας ἀναφέρεσθαι· καὶ ἐκ τοῦ μὴ τὴν μὲν πάντων, τὴν δὲ τινῶν ἄρχειν καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ τὰς τρεῖς πάντων τῶν ὄντων καὶ τὴν δημιουργίαν ἔχειν ὁμοσθενῶς καὶ ὁμοτίμως, καὶ τὴν κυριότητα καὶ τὴν πρόνοιαν.

ιε'. Ὁρᾷς ὅπως ὁ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος ἐβάσταζε τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ; ἔτι συνόρα· «Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ κλητὸς ἀπόστολος ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβίδ·» πάλιν κἀνταῦθα κηρύττεται ἡ Τριάς· Θεὸς καὶ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἡ σάρκωσις συνανακηρυττομένη τοῦ Λόγου. Ἐπεὶ δὲ Υἱὸν Θεοῦ εἶπεν, ἐπάγει δι' ὧν ἀφορίζεται ὁ Υἱός· τοῦ γὰρ ἐπιγνωσθέντος, φησὶ, καὶ ἀφορισθέντος ἐξ ἄλλων τε πολλῶν ἰδιωμάτων ἃ μηδενὶ πρόσεστι, καὶ ὅτι ὃ μηδέποτε γέγονεν, αὐτουργὸς τῆς ἰδίας ἀναστάσεως γέγονεν. Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐξ ὧν τὸ πανάγιον Πνεῦμα ἐπεσκίασέ τε τῷ τόκῳ τὸν ὁμοούσιον Λόγον ἐκ σπέρματος Δαβὶδ συνεργὸν προελθεῖν, καὶ μάρτυς ἐν τῷ βαπτίσματι τῆς ἀψευδοῦς υἱότητος καὶ τῆς ὁμοουσίου θεότητος γεγονώς. Εἰς κόρον ἄν, οἶμαι, λογισθείην τοῖς ἀκροαταῖς προσφέρεσθαι καὶ τὰ περιττὰ φιλότιμος, εἰ πάσας τὰς χρήσεις τοῦ θεσπεσίου Παύλου ἀναγράφοιμι, δι' ὧν ἐθεολόγει τε τὴν Τριάδα, καὶ τῆς σαρκώσεως ἐκήρυττε τὸ μυστήριον, βαστάζων ἐνώπιον ἐθνῶν τε καὶ βασιλέων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. Διόπερ τοῖς εἰρημένοις ἀρκεσθησόμεθα, οὐδὲν ἔργον ὑπολείποντες, οὐδὲ τοῖς ἐθέλουσι κἀκείνοις, ἀναλέγεσθαι· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ δηλονότι καὶ τῶν ἄλλων μαθητῶν ὁ θεῖος ἐκήρυττε καὶ ἐδίδασκε χορός. Ὡς δὲ ἐκήρυττον, οὕτως ἐβάπτιζον· ἐκήρυττον δὲ ὡς ἡ ἐνυπόστατος αὐτοὺς σοφία θεολογεῖν καὶ κηρύττειν ἐξεπαίδευεν· ὧν ἐν ἦν

14. Quanam igitur ratione Paulus Jesu nomen nuntiaret, et quanam nominis significantia, hactenus patefactum est: præsertim vero id neminem eorum latuit, quorum cor sermonum illius gratia tetigit. Modo enim venerandam et clementissimam incarnationem docebat prædicandoque monstrabat: modo theologica oratione Trinitatem animosius asserebat, cæteram quoque mysterii vim ac divinitatem simul deprædicans. Sed nihil melius de eo audiri potest, quam « Qui cum esset splendor gloriæ et figura substantiæ ejus [38.39] (nempe Filius splendor et figura Patris) non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo [40]. » Non enim successione sortitus divinitatem erat, neque vi detractam alicui potentiam sibi circumposuerat: sed ab initio substantiæ ejusdem naturæque fuit, nullumque hujus detrimentum pati poterat. Idcirco nihil molestum detrectans, « Exinanivit semetipsum, formam servi accipiens [41]. » Et rursus: « Unus Deus et Pater ex quo omnia: et unus Jesus Christus, per quem omnia: et unus Spiritus sanctus, in quo omnia [42]. » Sic omnino Paulus incarnationem prædicabat, Trinitatisque divinam notitiam confirmabat: dum scilicet unitatem nulli trium personarum detraheret, easdemque ad unum æqualiter referret; et dum haud aliam personam cunctis rebus, aliam vero nonnullis dominari et consulere diceret; sed tres personas omnium rerum creationem conjunctim æqualiterque curavisse, iisdemque moderari ac providere.

15. Viden' ut Ecclesiæ doctor Christi nomen portaverit? Sed perge porro considerare: « Paulus servus Jesu Christi vocatus apostolus segregatus in Evangelium Dei, quod promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis, de Filio suo qui factus est ei ex genere David [43]. » Iterum hic prædicatur Trinitas, Deus et Filius Dei et Spiritus sanctus, necnon et Verbi incarnatio simul prædicatur. Jam ubi Dei Filium dixit, adjicit etiam quanam ratione distinguatur Filius. Nam cum cognitus distinctusque jam esset aliis multis proprietatibus, quæ præter ipsum nemini insunt; tum vero quod nunquam antea contigerat, ipse auctor resurrectionis suæ fuit. Item Spiritus sanctus fetum obumbrando, dedit operam ut Verbum consubstantiale ex Davidis genere nasceretur; atque in baptismate filiationi veræ et consubstantiali Divinitati testimonium dedit. Satietatem audientibus creem, nimiusque videar, si cunctas inclyti Apostoli locutiones ascribere velim, quibus theologica oratione Trinitatem nos docuit, et de incarnationis mysterio certiores fecit, nomen Domini coram gentibus regibusque portans. Quamobrem dictis contenti erimus; præsertim quia cætera, si quis volet, nullo negotio coacervare poterit. Atque hoc modo reliquus etiam discipulorum venerandus chorus prædicabat atque docebat. Jam sicuti hi prædicabant, ita etiam baptizabant. Prædicabant autem sicuti ipsos hypostatica sapientia ad theologice loquendum prædicandumque erudiverat.

[38.39] Hebr. I, 3. [40] Philip. II, 6. [41] ibid. 7. [42] I Cor. VIII, 6. [43] Rom. I, 1, 2.

Jam in his unum, et quidem nulli secundum, A dogma erat, ut lavacrum regenerationis in Patre et Filio et Spiritu sancto perageretur, atque ut baptizati homines cum harum personarum invocatione ad regenerationem perducerentur. Sic apostolorum divinitus delectus chorus veniæ donum initiatis impertiebat. Sic Paulus baptizabat, quos quidem baptismo tingebat. Sic coram gentibus regibusque Servatoris nomen cum fiducia deferebat : atque hac mente instinctus clamabat : « Rogo vos, fratres, per Dominum Jesum Christum, ut sermonis concordiam sectemini [44]. »

16. Vin' tibi principis quoque apostolici testimonium exhibeam? qui quidem etsi verborum sono haud videtur cum Ecclesiæ more actuque congruere, si tamen scopum ejus cum veritatis studio diligen- B terque scrutabimur, nihilo is secius, imo vehementius, sacram hanc consuetudinem confirmare ac stabilire videbitur. Is enim Judæam non minus prodigiis quam sacra doctrina peragrans, hominem illum ad Speciosam portam sedentem, cujus pedum bases atque malleoli dissoluti erant, hunc, inquam, verbo instaurans, sanumque mirabiliter sistens : « In nomine, inquit, Jesu Christi, surge et ambula [45]. » Et dictionis quidem formula ineffabili virtute sic fuit prolata : ipse vero princeps vim vocabuli explicans, notionemque nomini subjectam interpretans, prodigio attonitos admonebat quem ipsi aspernati fuerant, crucisque supplicio multaverant, hunc ipsum esse, cujus virtute insanabilis C morbus curatus fuerat. Præterea docuit, se vocabulo *nomen* fidei summam confessionemque designare. Audi enim quæ dicat : « Deus Abraham et Deus Isaac glorificavit Filium suum Jesum [46]. » Atque ut magis animi sententiam declaret, addit : « Et in fide nominis ejus hunc quem videtis et probe scitis confirmavit nomen ejus [47]. » Audi adhuc : « Imo fides, quæ per eum est, integram huic sanitatem tribuit [48]. » Miraculum scilicet patraturus, a Jesu Christi nomine causam ejus medicinæ repetit; deinde nomen ad fidem transfert, quod est religionis mysterium. Tum rursus nomen dicit pro fide in Jesum, quasi metuat, ne forte auditores obliti essent, nomen ab se fidei loco fuisse usurpatum. Mox pergit dicere : « Et fides per ipsum [49], » id est ab D eo prædicata. Viden' ut nomen nunc fidem in Christum significet? fides autem, prædicatam ab eo religionem? quæ quidem prædicatio bases claudicantis solidat. Quare etiamsi aliud testimonium exstaret nullum, vel hoc a principe prolatum sufficeret, palam ut fieret quidnam sacræ Litteræ innuant, cum aiunt proselytos in Jesu Christi nomine aliisque hujusmodi formulis baptizari. Sic ergo Petrus aiebat cum divinam efficaciam monstraret; dilectus autem inter discipulos sic item decernebat; Lucas subscribebat; Paulus docebat; quibus paria reliquorum apostolorum cœtus prædicabat; neque

καὶ οὐδενὸς τῶν ἄλλων δογμάτων ἔλαττον, καὶ τὸ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας τελεσιουργεῖν, καὶ ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι τοὺς βαπτιζομένους ἄγειν εἰς ἀναγέννησιν. Οὕτω τῶν ἀποστόλων ὁ θεόχριτος σύλλογος τὸ δῶρον ἐμυσταγώγει τῆς ἀφέσεως· οὕτω Παῦλος ἐβάπτισεν οὓς ἐβάπτισεν· οὕτω βαστάζων ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων τὸ ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἐπαῤῥησιάζετο· κατὰ ταύτην ἐβόα τὴν ἔννοιαν, « Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε. »

ιϛʹ. Βούλει δέ σοι καὶ τὸν κορυφαῖον παρέσεσθαι μάρτυρα; εἰ γὰρ καὶ μὴ δοκεῖ κατά γε τὴν τῶν ῥημάτων προφορὰν τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἔθει καὶ τῇ πρά- B ξει συμφθέγγεσθαι, ἀλλά γε φιλαλήθως αὐτοῦ καὶ ἐπιμελῶς ὁ σκοπὸς ἀνερευνώμενος, οὐδὲν ἔλαττον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ταύτην ἐπικροτεῖ καὶ συνίστησι. Καὶ γὰρ ταῖς θαυματουργίαις οὐχ ἔλαττον τῆς θεοσεβοῦς διδασκαλίας τὴν Ἰουδαίαν περιερχόμενος, τὸν πρὸς τῇ ὡραίᾳ πύλῃ καθεζόμενον, οὗ αἱ βάσεις τῶν ποδῶν καὶ τὰ σφυρὰ διαλέλυτο· τοῦτον ἁρμολογῶν τῷ ῥήματι καὶ ὑγιᾶ παραδόξως ἀναδεικνὺς, « Ἐν τῷ ὀνόματι, φησὶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειρε καὶ περιπάτει. » Ἀλλ' ὁ μὲν τύπος φωνῆς τῇ ὑπὲρ λόγον ἐνεργείᾳ τῆς χάριτος, οὕτω συμπροήχθη· αὐτὸς δὲ τοῦ ῥήματος τὴν δύναμιν ἀναπτύσσων, καὶ τί βούλεται αὐτῷ τὸ *ὄνομα* δηλοῦν ἑρμηνεύων, τοὺς μὲν καταπληττομένους τῷ θαύματι ἐδίδασκεν ὡς ἐξουθενηθεὶς παρ' C αὐτῶν, καὶ σταυρῷ καὶ θανάτῳ καταδικασθεὶς, αὐτός ἐστιν οὗ ἡ δύναμις τὴν ἀνίατον ἰάσατο νόσον. Ἐδίδασκε δὲ ὅτι καὶ τὸ ὄνομα νῦν αὐτῷ τῆς πίστεως τὴν συγκεφαλαίωσιν καὶ τὴν ὁμολογίαν ἀπαγγέλλει. Ὅρα γὰρ οἷά φησιν· « Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν· » Καὶ ἐπιδηλότερον τὸ βούλημα ποιῶν, ἐπάγει· « καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Πρόσχες· « Ἀλλὰ καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην. » Ἀρχόμενος τοῦ θαύματος τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ αὐτουργεῖν τὴν ἴασιν ἀνακηρύττει· εἶτα μεταλαμβάνει τὸ ὄνομα πρὸς τὴν πίστιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας. Μετὰ τοῦτο πάλιν ὄνομα τὴν εἰς αὐτὸν καλεῖ πίστιν, ὥσπερ δεδιὼς μὴ λή- D θην λάβωσιν οἱ ἀκροαταὶ ὅτι τὸ ὄνομα αὐτῷ ἀντὶ τῆς πίστεως παρελήφθη. Εἶτα ἐπάγει· « Καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, » τουτέστιν ἡ κηρυχθεῖσα παρ' αὐτοῦ. Ὁρᾷς ὅπως τὸ μὲν ὄνομα τὴν πίστιν νῦν τὴν εἰς αὐτὸν ἀπαγγέλλει; ἡ δὲ πίστις τὴν ὑπ' αὐτοῦ κηρυχθεῖσαν θεοσέβειαν; τὸ δὲ κήρυγμα τοῦ χωλοῦ τὰς βάσεις στερεοῖ; Ὥστε εἰ μή τις ἄλλη τῶν μαρτυριῶν προσῆν, ἤρκεσεν ἂν ἡ τοῦ κορυφαίου μόνη προκομιζομένη λαμπρῶς παραστῆναι τί σημαίνει τὰ ἱερὰ Λόγια ἐν τῷ λέγειν βαπτίζεσθαι τοὺς προσιόντας ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ὅμοια. Ταῦτα μὲν Πέτρος τὴν θεουργίαν ἐμφανίζων ἔλεγεν· ὁ δὲ τῶν μαθητῶν ἠγαπημένος συνεδογμάτιζε, Λου

[44] I Cor. XIV, 1. [45] Act. III, 2 seqq. [46] ibid. 13. [47] ibid. 16. [48] ibid. [49] ibid.

κῶς συνέγραφε, Παῦλος ἐδίδασκεν· οἷς καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ὁ χορὸς (οὐ γὰρ ἦν οὐδαμῶς οὐδ' ἐπὶ νοῦν λαβεῖν αὐτοὺς περὶ τὰ καίρια φέρεσθαι) συνανεκήρυττεν. Οὕτως ὄνομα Χριστοῦ ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστόν· πίστις δὲ εἰς Χριστὸν ἡ δι' αὐτοῦ παραδεδομένη τοῖς αὐτόπταις τοῦ λόγου καὶ ὑπηρέταις θεολογία, καὶ τῆς οἰκονομίας τὸ μυστήριον.

A enim suspicari licet, mortiferis ipsos noxis se obstringere solitos. Constat igitur Christi nomen pro fide in Christum dici : fides vero in Christum nihil est nisi tradita spectatoribus verbi atque ministris sacra doctrina et incarnationis mysterium.

ιζ'. Σὺ δὲ εἴ τις ἔρως ἐπῆλθε πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν εὐπορεῖν πλειόνων ἐπιχειρημάτων, κἀντεῦθεν τῆς προθέσεως οὐκ ἀποτεύξῃ. Πρῶτον μὲν γὰρ τῆς ἀπ' ἀρχῆς ἀπορίας εὐλογωτέρα λύσις οὐκ ἂν εἴη τις ἑτέρα παρὰ τὴν εἰρημένην σαφῶς, ἐμφανίζουσα τὴν τοῦ ζητήματος γνῶσιν. Δεύτερον δὲ καὶ ἣν τινες ἐπενόησαν λύσιν, τὸ ἀνεπιτίμητον οὐκ ἔσχε· καὶ γὰρ ἤδη μὲν οὐκ ὀλίγας ἔδωκε λαβάς· δοίη δ' ἂν σοι βουλομένῳ καὶ πλείους. Εἰ γὰρ προσίστατο τοῖς κατ' ἀρχὰς προσιοῦσι καὶ μόνον προφερόμενον τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, πῶς ἦν τῶν κατεπειγόντων βαπτίζοντας αὐτὸ προκομίζειν; Οὐδὲ γὰρ θεραπείαν τινὰ τοῦ θορυβοῦντος παρεῖχεν ἂν τὸ παραλυποῦν προτεινόμενον· ἀλλ' ἐπὶ πλέον ἐξετράχυνεν ἂν καὶ ἀνεφλέγμαινεν αὐτὸ τὴν γνώμην. Σιγώμενον γὰρ μᾶλλον τὸ ἀνιαρὸν, ἢ φθεγγόμενον, τοὺς δυσχεραίνοντας αὐτὸ διαπραΰνει. Καὶ τὸ ἔτι μᾶλλον ἀναφλέγον εἰς ὀργὴν, σιωπῆσαι μὲν καὶ ὑπεριδεῖν ἃ τοῖς πολλοῖς τῶν Ἰουδαίων ἐγνωρίζετο, Πατέρα λέγω καὶ Πνεῦμα, ἀντεπεισάγειν δὲ τὴν κλῆσιν τοῦ Υἱοῦ, οἷς οὐδὲ τὴν φωνὴν ἄλυπον ἦν ταῖς ἀκοαῖς παραδέχεσθαι (45)· καὶ γὰρ μᾶλλον ἂν προαγόμενον, οὕτω προσίστατο. Μετὰ μὲν γὰρ τῶν τιμωμένων συντασσομένου, πρὸς ἑκατέραν μοῖραν τήν τε παραλυποῦσαν καὶ τὴν εὐφραίνουσαν ὁ ἀκροατὴς ἐμερίζετο· καὶ πρὸς μίαν καινοτομίαν τῆς προσθήκης ° ἐταράσσετο. Τῶν δὲ γνωρίμων καὶ τιμωμένων σιγῇ παραπεμπομένων, μόνου δὲ τοῦ πλήττοντος ἀντ' ἐκείνων κηρυσσομένου, πῶς οὐκ ἦν εὐλογώτερον ἀποπηδᾷν αὐτίκα, καὶ τὰ ὦτα φράττειν, διπλαῖς μᾶλλον δὲ πολλαπλαῖς βαλλομένους ταῖς καινοτομίαις, καὶ τὸ βέλος τῆς ἀνίας πικρότερον καὶ δριμύτερον ὑποδεχομένους; ἐξ ὧν μᾶλλον τὸ παντελῶς αὐτοὺς ἐκτραχύνεσθαι, καὶ τοῦ προσιέναι ὅλως τῷ κηρύγματι, εἰς τὸ ἀδύνατον κατεσκευάζετο.

17. Jam vero si qua te cupiditas tenet in eodem proposito argumentis pluribus abundandi, hic quoque scopum tuum assequeris. Nam primo dubitationis ejus, quam initio scripsimus, nulla est præter prædictam probabilior solutio, quæ manifeste quæstionis explanationem tradit. Deinde quæ ab B aliis excogitata fuit solutio, non caret reprehensione, eaque non paucas reapse vituperandi ansas dedit; et quidem tibi volenti plures præbebit. Nam si offendebat primos illos proselytos vel ore tenus prolatum Christi nomen, cur jam necesse erat inter baptizandum id oggerere? Certe illud medelam perturbationis nullam fecisset, quod non sine ingrato sensu exhiberi poterat : quin adeo mentes efferavisset potius atque incendisset. Nam si molesta res est, silendo magis quam prædicando, eos qui abhorrent mitigare solemus. Tum ira gravius commota fuisset, si ii silentio pressi fuissent ac neglecti, qui multis Judæis comperti erant, Pater nimirum et Spiritus ; obtrusa autem Filii invocatio, C cujus ne nomen quidem sine molestia auditu excipi poterat : quod sane ita prolatum vehementius offendebat. Contra si nomen hoc cum aliis jam in honore habitis collocabatur, bifariam auditor scindebatur, partim scilicet ægre ferens, partim gestiens : sola autem additamenti novitate conturbabatur. At vero si cogniti jam et in honore habiti silentio prætermitterentur; unus autem, qui offendebat, prædicaretur : quidni exspectandum erat, ut protinus Judæi aufugerent, aures occluderent, perculsi scilicet duplici imo multiplici novitate, teloque tristitiæ acerbius asperiusque recepto : quo fiebat, ut ipsi magis irritarentur, et ab accessu ad Evangelium omnino prohiberentur.

ιη'. Οὐχ ἠνείχοντο, φησὶ, τὸ Ἰουδαίων ἔθνος Θεὸν τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν· διὰ τοῦτο ἄρα ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τῶν ἀποστόλων ὁ χορὸς ἐβάπτιζε. Καὶ ποῦ τοῦτο λόγον ἔχοι πραΰνειν διὰ τοῦ φλεγμαίνοντος, καὶ θεραπεύειν διὰ τοῦ τραύματος; Πῶς δ' οὐχ ὁ ἐναντίος λόγος εἰς τὸ εὐλογώτερον ἂν εἴη καὶ συνετώτερον προτεινόμενος; Οὐκ ἐβάπτιζον οἱ ἀπόστολοι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ· βαρέως γὰρ οἱ μυσταγωγού-

D 18. Aiunt adversarii : Non ferebat Judaicus populus Christum Deum confiteri : propter eaque apostolorum cœtus in nomine ejus baptizabat. Atqui non est rationi consentaneum, ut re acerba mitigemus, atque ut vulnere medicinam faciamus. Quidni potius contrarius sermo probabiliorem prudentioremque sententiam præbeat? Non baptizabant apostoli in Christi nomine ; ægre enim fere-

VARIÆ LECTIONES.

(45*) Cod. τὴν προσθήχην.

NOTÆ.

(45) De notitia Filii apud Hebræos dicendum nobis erit cum Theodori Mopsuesteni Commentarium ad Zachariam prophetam edemus (vide *Patrologiæ*, tom. LXVI). Videsis interim Eusebium Cæsariensem in Opere theologico contra Marcellum, I, 19.

bant initiati · hanc appellationem. Nonne enim fugam potius baptismi suasissent, si ita baptizare instituissent, ritu nimirum prædicationi propriæ adversante? At enim, inquiunt, baptizabant apostoli pro suo libito, non uti docuerat Dominus : prævaluitque sententia eorum, ita ut tempore et consuetudine dogma Magistri antiquaretur. Verum enimvero quis demum tanto rursus inflammatus zelo fuit tantaque vi præditus, ut Servatoris præceptum oblivioni jam traditum instauraret? Mehercule neminem hujusmodi neque nunc appellare queunt, neque unquam appellabunt. Quis enim huic homini auscultasset, postquam Dominicum mandatum jam fuisset abolitum? idque adeo non a vulgaribus, sed ab iis qui credendi in Christum magistri cæteris præconesque fuerant. Quis, inquam, alius in suum ordinem restituisset præceptum Dominicum? præsertim cum ille discipulorum cogitatus, ut adversariorum sermo affirmat, jam toto orbe esset diffusus, atque apud omnes initiatos in more positus. Sane antequam illa circa baptismum novitas vulgata esset, Dominicam legem haud ægre firmare licuisset; verum illa novitate ad orbis terrarum terminos propagata, quisnam potuisset dominantem jam ritum expellere : illum autem, qui initio quidem traditus fuerat, sed deinde omnino suppressus, revocare? Nam si propter auditorum morosos animos Dominico mandato non est locus inventus, cum nondum alia initiandi formula illorum aures occupavisset, nec mentibus inscripta fuisset atque impressa; num deinde apud jam imbutos apostolico ritu atque initiatos, aditus priori ritui sperandus erat, adversante altero atque obsistente, qui jam insuperabiles vires obtinuerat? Ut vides igitur demonstratum quaquaversus est, qui spectatores Verbi fuissent verique administri, et quorum vitæ curriculum eo tendebat, ut vel ipsa nece suam erga Dominum charitatem testarentur, fieri, inquam, non posse quin hi ejusdem mandata integra atque inviolata esse curaverint.

19. Quid porro dices, vel quis te horror corripiet atque metus, cum decretorum apostolicorum districtam sententiam audies? quam non unus et alter, neque multi sigillatim, sed universus discipulorum cœtus scripsit, Dominico præcepto haud antiquando, quod absit, sed stabiliendo intentus. Ubinam autem tam horrendæ minæ sunt? Apostolorum scilicet audiendæ sunt cœlesti suffragio latæ leges, quæ clarissima voce clamant : « Si quis episcopus aut presbyter (audi, homo; quanquam singulari attentione non est opus, quoniam nihil aliud quam Dominicam traditionem sanciri ab his patet); si quis contra Domini mandatum, non baptizaverit in Patre et Filio et Spiritu sancto, deponatur. » Neque hactenus pœnam statuunt : sed si etiam nomina nominibus commutare baptizantes

(9) Post καὶ τό, exstabat ἀντὶ τοῦ, ex superioribus intempestive hic repetitum, ideoque in Colb. omissum.

ρον, ὅσον τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀχάριστον. Θαλάσσης ὁ παλαιὸς Ἰσραὴλ ὑγρὰ κύματα πεζοποροῦντες διέβαινον, στύλος πυρὸς καὶ νεφέλης τὴν ὁδὸν αὐτοῖς παρεσκεύαζεν ἄλυπον, ὁ μὲν ἐν νυκτὶ πυρσὸν ἀνάπτων, ἅμα καὶ χειραγωγῶν τὸν ἀχάριστον· ἡ δὲ τὴν λυποῦσαν τοῦ ἡλίου φλόγα ἀντὶ τῆς κατ' οἶκον ὀροφῆς ἀποστέγουσα, καὶ τὴν ἡμέραν τῆς ὁδοιπορίας εὐφροσύνης ἡμέραν ἀποφαίνουσα. Καὶ, ἐν κεφαλαίῳ φάναι, τῶν ὑπὲρ λόγον εὐεργεσιῶν ἀπολαύοντες, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀγαθοῖς περιῤῥεόμενοί τε καὶ πιαινόμενοι, ἀπελάκτιζον μᾶλλον καὶ πρὸς τὴν τοῦ Θείου ὕβριν ἐξεμαίνοντο τῶν εἰδωλικῶν μιασμάτων (10) τὸ σέβας τῆς εἰς τὸν Δημιουργὸν ἀνταλλαττόμενοι πίστεως. Καὶ οἱ τῆς ἐκείνης δὲ γνώμης οὐκ ἔλαττον ἢ τῆς γονῆς φύντες, διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας παραπλησίων καὶ ὑπερφυῶν θαυμάτων τελουμένων θεαταὶ γινόμενοι, νῦν μὲν παθῶν σωματικῶν ἀνιάτων ἐλαυνομένων λόγῳ, νῦν δὲ βλάβης δαιμονίας καὶ ἐπιβουλῆς τοῦ πλάσματος ἀπαλλαττομένου· καὶ ψυχικῶν δὲ τραυμάτων τῇ διδασκαλίᾳ θεραπευομένων, νεκρουμένην δ' ἤδη θανάτου τὴν ἰσχὺν εὐαγγελιζομένων· καὶ πολλῶν ἄλλων δωρεῶν τε καὶ εὐεργεσιῶν ἀξιούμενοι, οὐδὲν μὲν τούτων καθορᾷν γνώμην εἶχον, οὐδ' ἀμείψασθαι (11) τὸν εὐεργέτην, πρὸς μόνην δὲ τὴν θεομάχον ἐξωτρύνοντο γλῶσσαν, καὶ τῶν βλεπόντων καὶ ἀκουόντων ἁρπάζοντες τὸ ἀξίωμα, καὶ σφίσιν αὐτοῖς περιτιθέντες, οὔτε ἀκούειν ἤθελον τῶν Δεσποτικῶν ῥημάτων, σάλπιγγος γεγωνότερον αὐτοὺς πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνακαλουμένων, καὶ πολλοὺς τῶν ἐθνῶν πρὸς αὐτὴν συναγόντων, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ἀναδιδασκόντων. Οὔτε τὰ ὑπ' ὄψιν τελούμενα τῶν θαυμάτων βλέπειν ἐβούλοντο, πρὸς μόνας δὲ τὰς δυσφημίας, καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν καὶ τὴν γλῶτταν ἐξώπλιζον. Διόπερ εἰκότως αὐτοῖς τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας οὐκ ἐπιστεύετο. Χωρὶς γὰρ τῶν ἄλλων καὶ διότι μεῖζον αὐτοῖς κρῖμα περιῆπτε (12) πιστευόμενον. Ὅσῳ γὰρ ἄν τις μειζόνων ἀξιοῦται, ὁ δὲ πρὸς τὸ χεῖρον ἀντὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς ἀπονεύει, οὗτος (13) διπλῆς ἔνοχος κατακρίσεως, τῆς τε προλαβούσης κακίας, καὶ τῆς ἐπ' αὔξησιν μοχθηρίας τὴν εὐεργεσίαν ποιησαμένης προαιρέσεως.

Ὅτι δὲ μὴ ἀποκληρωτικὸν εἶναι τὸ δεδόσθαι μὲν τοῖς μαθηταῖς ἐπιγνῶναι τὰ μυστήρια, τοῖς δὲ μὴ, καὶ πρότερον μὲν ἀποδέδεικται. Οὐδὲν δὲ ἧττον παρίστησι καὶ ὁ Σωτὴρ, μακαρίζων τοὺς μαθητὰς, ὅτι βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες ἀκούουσιν. Ὁ μακαρισμὸς γὰρ παρά γε τοῖς Λογίοις καὶ μάλιστα τοῖς Κυριακοῖς, οὐκ ἀνάγκης ἐστὶν εἰσαγούσης τὸ ἀπαραίτητον, προαιρέσεως δὲ γινομένης τοῦ βελτίονος· «Μακάριος γὰρ ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν·» καὶ,

A ingratumque animum referebant. Veteres illi Israelitæ maris fluctus transibant, columna porro ignis et nubis iter ipsis jucundum præstabat, quando prior quidem noctu facem accendebat, et viam ingratis præmonstrabat; posterior vero infestam solis flammam instar tecti alicujus, quo domus munitur, arcebat, atque adeo itineris diem lætitiæ diem efficiebat. At iidem illi, ut summatim dicam, tot beneficiis, quæ omnem eloquentiam superant, fruentes, omnibusque vitæ bonis inundati et saginati, recalcitrabant, et, furore quasi quodam correpti, in divinum Numen erant injurii, fidem, conditori suo præstandam, cum idololatriæ sordibus permutantes. Ita et posteri eorum, non minus animo quam natalibus illis similes, postquam similia et
B divina miracula a nato Salvatore nostro patrata vidissent, quando nunc quidem morbi corporis, alias immedicabiles, verbo propulsabantur, nunc vero homines, a noxis et insidiis diabolicis liberabantur, nunc animæ vulnera doctrina salutari sanabantur, nunc mortui inter vivos numerabantur, nunc vim mortis jam fractam esse docebantur, multisque aliis donis et beneficiis mactabantur, vel sic animum ad illa omnia advertere, aut benefactori suo gratiam rependere nolebant, sed linguam potius, Deo inimicam, acuebant. Imo videntium et audientium elogium per rapinam sibi ipsis vindicantes, neque Domini verba, quæ eos, buccina clarius, ad salutem vocabant, multos vero ex gentili-
C bus ad eam perducebant, veritatisque cognitionem instillabant, audire, neque miracula, quæ in oculos incurrebant, videre cupiebant, sed potius ad convicia tantum et mentem suam et linguam armabant. Hæc causa erat, cur mysteria regni divini illis non crederentur. Nam, ut alia omittam, majori crimini futuri erant obnoxii, si ea illis commissa fuissent. Quo quis enim majoribus beneficiis cumulatur, qui tamen pejor potius, quam melior evadere gestit, hoc magis duplici condemnationi est obnoxius, hinc ob malitiam antegressam, hinc ob animum pessimum, quandoquidem ipsa beneficentia ad incrementum pravitatis abutitur.

D Non vero fato quasi quodam accidisse, ut discipulis facultas daretur cognoscendi mysteria, aliis vero non item, jam ante a nobis est ostensum. Idem vero non minus Salvator indicat, beatos prædicans discipulos, quod videntes videant, et audientes audiant. Quando enim in Scripturæ sacræ, specialimque Domini nostri, dictis beatus aliquis prædicatur [77], id quidem non infert, rem aliter fieri non potuisse, sed voluntariam meliores ele-

[77] Matth. v, 3 seqq.

NOTÆ.

(10) Colb. pro βιασμάτων.

(11) Sic scribo pro ἀμείνασθαι, nisi malis ἀμείβεσθαι.

(12) Idem pro πίπτειν.

(13) Idem pro οὕτως.

ctionem indicat. Ita « beatus dicitur vir, qui non ambulat in consilio impiorum [78]; » et « Beatus vir, qui miseratur vitam jumenti sui. » Quando porro Salvator noster multas una serie benedictiones affert, nullam earum iis, in quibus distinctio quædam loco habere poterat, impertitur, sed in eos omnes confert, quorum virtus bonæ mentis fructus et seges erat. Itaque nec discipulis per sortem quamdam fatalem facultas facta est mysteria regni Dei cognoscendi, neque improbis Judæorum ignoratio illorum irrogata. Imo vero ideo, quod sponte sua se cæcos et mutos effecerant, divinum et falli nescium judicium illis indignos eos esse pronuntiavit. Quo vero sensu is, quem Dominus ex discipulis imprimis amabat, magnum illud theologiæ instrumentum, dicit : « Excæcavit oculos eorum, et obduravit cor eorum [79]; » facile ex dictis æstimari potest. Si enim Isaiam verborum testem non advocasset, aut dictum ejus ad aliud argumentum probandum attulisset, dubitandi fortasse nasceretur occasio, quæstioque hæc alia, præter dictas illas, ratione esset dirimenda. Quoniam vero etiam illa ex prophetæ verbis afferuntur, quorum sensus perspicuus est, nihilque difficultatis continet, illa quoque cæterorum evangelistarum a dubiis omnibus liberata modo sunt; patet utique, etiam illud jam solutum esse, quod ex his verbis scrupulum injicere poterat : similia enim sunt sibi invicem. Ille, qui primus Domini nostri gesta descripsit, explicare optime potest, quomodo intelligi debeat illud, *occæcavit* et *obduravit*; itemque illud, « Propterea per parabolas illis loquor, quia videntes non vident, et audientes non audiunt. »

A « Μακάριος ἀνὴρ (14), ὃς οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ. » Ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ κατὰ συνέχειαν πολλοὺς μακαρισμοὺς συνάπτων οὐδένα τούτων, ἐφ' ὧν ἀποκλήρωσις ἔχει τὴν ἰσχὺν, ἀπονέμει, εἰς ἐκείνους δὲ συνάγει πάντας, ὧν ἀρετὴ καρπὸς ὑπάρχει καὶ γεώργιον τῆς προαιρέσεως. Οὐκοῦν οὔτε τοῖς μαθηταῖς κατ' ἀποκλήρωσιν ἐδέδοτο τὰ μυστήρια γνῶναι τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, οὔτε τοῖς ἀγνώμοσι τῶν Ἰουδαίων τούτων ἡ ἄγνοια, ἀλλ' ὅτι τυφλούς τε καὶ κωφοὺς ἑκόντες ἀπέφηναν ἑαυτοὺς, τούτων ἀναξίους ἡ θεία καὶ ἀδέκαστος κρίσις διήλεγξεν. Πῶς οὖν τῶν μαθητῶν ὁ ἠγαπημένος τὸ τῆς θεολογίας ὄργανον (15) λέγει· « Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, » οὐδὲν ἔργον ἐκ τῶν εἰρημένων ἤδη συνιέναι. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐκάλει τοῦ B λόγου τὸν Ἡσαΐαν μάρτυρα, ἢ (16) ἐφ' ἑτέρου θεωρήματος προῆγε τὰς αὐτὰς φωνὰς, ἀπορίας ἄν τινος ὑπῆρχεν ἀφορμὴ, καὶ ζήτησις παρὰ τὰς εἰρημένας ἄλλης ἐπιλύσεως. Ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν προφητικῶν καὶ ταῦτα προάγεται λόγων, ἐξ ὧν σαφεστάτη καὶ οὐδὲν ἄπορον ἐπιφέρουσα ἐξέλαμψεν ἡ διάνοια, καὶ μὴν καὶ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν, ὅσον ἦν ἀμφισβητούμενον, διεκρίθη· δῆλον, ὅτι προδιαλέλυται καὶ ὅπερ ἔμελλεν ἐπὶ τῶν ῥημάτων τούτων διαπορεῖσθαι· ἴσον γάρ (17). Ὁ πρῶτος ἀναγραψάμενος τὰς Δεσποτικὰς πράξεις ἐκδιδάσκειν δύναται τὸ, *τετύφλωκεν* καὶ *πεπώρωκεν*· καὶ τό· « Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν. »

Si quis vero illa verba, *occæcavit* et *obduravit*, C non tam pro peccatis quæ antecesserint, quam pro talibus quæ ea instar mercedis promeritæ, sint secuta, habere maluerit; nec ille a scopo aberraverit, per quem non longe a veritate absit. Quoniam enim illi sponte sua oculos clauserant, et aures cohibuerant, cæcitas et surditas merito instar pœnæ antecedentium vitiorum spontaneam animi improbitatem excipiebat. Huc inter cætera pertinebat illud, quod nec facultate mysteria regni cœlestis cognoscendi instruebantur. Porro paulo ante Jesum audimus, prout idem filius tonitruum scribit, dicentem : « Exiguum adhuc tempus lux vobiscum est; ambulate quoad lucem habetis, ne tenebræ vos apprehendant; » et, « Qui in tenebris ambulat, non novit, quo vadat [80]. » Salvator enim mundi adve- D niens, ut vera lux splenduit; illi vero oculos in eam convertere, aut in luce dogmatum ejus splen-

Εἰ δέ τις τὸ, *τετύφλωκεν* καὶ *πεπώρωκεν*, οὐ προηγούμενα πάθη, ἀλλ' ἐκείνοις ἑπόμενα μᾶλλον θείη οἷόν τινα ἀντιμισθίαν τῶν φθασάντων ὄντα· οὐδ' οὗτος ἂν εἴη σκοποῦ διαμαρτάνων, δι' οὗ φέροιτ' ἂν οὐ πόῤῥω τῆς ἀληθείας. Ἐπεὶ γὰρ ἑκόντες ἔμυσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ ὦτα συνέσχον, τούτων προηγησαμένων τῶν παθῶν ποινὴ γέγονεν αὐτοῖς ἐπακολουθήσασα τῇ ἑκουσιότητι τῆς μοχθηρᾶς γνώμης ἡ τύφλωσις καὶ ἡ κώφωσις, ὧν ἓν εἴη καὶ τὸ μὴ δεδόσθαι αὐτοῖς τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας γνῶναι. Ἔστι δὲ καὶ πρὸ βραχέως ἀκοῦσαι λέγοντα τὸν Ἰησοῦν, ὡς αὐτὸς ὁ τῆς βροντῆς ἔγραψεν υἱός· « Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι· περιπατεῖτε, ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ τὸ σκότος ὑμᾶς καταλάβῃ· » καὶ, « Ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει. » Ἔλαμψεν μὲν γὰρ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν παραγεγονὼς ὁ τοῦ κόσμου Σωτήρ. Οἱ δὲ οὐκ ἠθέλησαν ἐνατενίσαι πρὸς αὐτὸ, οὐδ' ἐν (18) τῇ σελασφόρῳ

[78] Psal. I, 1. [79] Isa. VI, 19; Joan. XII, 40. [80] Joan. XII, 35.

NOTÆ.

(14) Respicere videtur ad Prov. XII, 10, ubi tamen legitur : Δίκαιος οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ.

(15) Alludit ad Theologi cognomen, quod Joannis esse constat.

(16) Ἢ Colb. pro εἰς.

(17) In ms. ita : Ἴσον γὰρ ὁ πρῶτος, κ. τ. λ. Ibi post γάρ posui στιγμήν, et pro sequente δύνασθαι scripsi δύναται. Alioquin enim de sensu vix constare poterit. Loquitur autem de Matthæo, Evangelistarum primo, ad quem supra in primis provocat.

(18) Οὐδ' ἐν Colb. pro οὐδέν.

αἴγλῃ τῶν δογμάτων αὐτοῦ περιπατεῖν. Διὸ ἀκολούθως αὐτοὺς κατέλαβεν ἡ σκοτία δίκην ἀπαιτοῦσα τῆς προκατασχούσης αὐτοὺς μοχθηρίας. Καὶ τοῦτο λέγοιτ' ἂν *τετυφλῶσθαι* καὶ *πεπωρῶσθαι* εἰκότως. Καὶ ὥσπερ τῷ θελήσαντι περιπατεῖν ἐν τῷ φωτὶ ἕπεται (19) καὶ τὸ εἰδέναι, ποῦ ὑπάγει· οὕτως τῷ μὴ θελήσαντι περιπατεῖν ἐν τῷ φωτὶ συνακολουθεῖ τὸ, βαδίζοντα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἶναι, καὶ τυφλῶν καὶ πεπωρωμένων ὁδὸν ἀθλίως ἐξανύειν. Προείρηται δὲ καὶ, ὡς τῆς Δεσποτικῆς καὶ σωτηρίου διδασκαλίας ἡ ἀστραπὴ τυφλοὺς καὶ πεπωρωμένους ἐστηλίτευσεν τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τὴν πρὶν ἐνοῦσαν τοῖς ψυχικοῖς αὐτῶν ὄμμασι λήμην (20) καὶ ἀβλεψίαν ἐμφανεστέραν δὲ καὶ κατάδηλον ἐποίησε μᾶλλον. Ὥσπερ γὰρ ὁ αἰσθητὸς οὗτος καὶ περικαλλὴς ἥλιος λαμπρὰς τοῦ δίσκου τὰς ἀκτῖνας ἐναφιεὶς ἐλέγχει τοὺς νοσοῦντας τὰ ὄμματα· οὕτω καὶ ὁ νοητὸς ἥλιος, τὸ φῶς τὸ ἄδυτον καὶ ἀνέσπερον, Χριστὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐπιδημήσας τῷ κόσμῳ, καὶ διὰ τῶν θεοπρεπῶν τε καὶ ὑπὲρ λόγον θαυμάτων ἐναστράψας αὐτοῦ τῆς θεότητος τὴν αἴγλην, ἐπὶ πλέον διήλεγξεν τῶν ἀγνωμόνων Ἰουδαίων τὸ προκατασχὸν αὐτῶν τὰ τῆς ψυχῆς ὄμματα σκότος καὶ τὴν ἀβλεψίαν. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἐγκόσμιος ἥλιος οὐκ ἔστιν αἴτιος τῆς τυφλότητος, ἐλέγχων τὴν ἀβλεψίαν τῶν ἐνεχομένων τῇ νόσῳ· οὕτω καὶ ὁ ὑπερκόσμιος καὶ νοητὸς ἥλιος, τὸ ἀπαράλλακτον καὶ ἀληθινὸν ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς, τὴν προκατασχοῦσαν τύφλωσιν τῶν ἑαλωκότων τῷ πάθει στηλιτεύων, οὐμενοῦν οὐκ ἂν αἴτιος νομισθείη, εἰ καὶ τετυφλωκέναι λέγοιτ' ἂν, διότι μηδὲ πρὶν λανθάνουσαν τὴν πήρωσιν αὐτῶν τὸ ἐσκοτισμένον τῶν λογισμῶν μᾶλλον ἐθριάμβευσεν. Εἰ γὰρ μὴ τοσαύτη τοῦ θείου φωτὸς ἐνήστραπτεν ἡ λαμπρότης, ὥστε καὶ τῶν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ καθημένων ἐθνῶν καταυγασθῆναι τὰς διανοίας, καὶ πρὸς τὴν θεογνωσίαν ἀναβλέψαι, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον τυφλὸν τὸ Ἰουδαίων ἐδείκνυτο γένος. Ἀλλ' ἡ διὰ τῶν ἔργων προϊοῦσα τῆς αἴγλης ὑπερβολὴ, καὶ τῆς φωτιστικῆς δυνάμεως ἡ ἐνέργεια καὶ τῶν ἐθνῶν ἡ ἀνάβλεψις, ἔλεγχος σαφὴς κατέστη τῶν μὴ προσδραμόντων τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας, καὶ καταυγασθέντων τὴν εὐσέβειαν, ὅτιπερ ἑκούσιον ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν τὴν τύφλωσιν, καὶ τῆς παγκοσμίου σωτηρίας ἑαυτοὺς ἐξ ὑπερβαλλούσης ἀπονοίας ἀπεστέρησαν

A didissima versari nolebant. Propterea tenebræ eos convenienter excipiebant, tanquam pœnam improbitatis receptæ poscentes. Id ipsum vero et *occæcari* et *obdurari* appellari videtur. Quemadmodum porro eum, qui in luce ambulare vult, id consequitur, ut sciat etiam, quo vadat; ita is, qui in luce ambulare non vult, fructus loco id habet, ut ambulans in tenebris versetur, viamque instar cæcorum et obduratorum emetiatur. Jam ante vero admonitum est, splendorem salutaris doctrinæ, a Domino traditæ, Judæos ut cæcos et obduratos notasse, caliginemque et cæcitatem, quæ oculos animorum occupaverat, manifestiorem fecisse. Quemadmodum enim sol, qui conspicitur, lucidissimus, immissis orbis sui radiis, eos, qui ex oculis laborant, ægritudinis suæ convincit; ita et sol, intellectu perspiciendus, lux illa nunquam occidens nec vesperascens B Christus, Deus noster, cum in mundo versabatur, deitatisque suæ radios, editis divinis et rationem superantibus miraculis spargebat, tenebras et cæcitatem improborum Judæorum, quæ animi oculos ante occupaverant, magis conspiciendas præbuit. Sicut vero sol, in mundo conspicuus, non est auctor cæcitatis, quando cæcitatem hominum, ex oculis laborantium, demonstrat; ita nec Sol supramundanus, et intellectu tantum perspiciendus, splendor Patris immutabilis et verus, cæcitatem, quæ homines illi obnoxios occupaverat, in apricum proferens, ejusdem auctor cum ratione nunquam existimari poterit, etiamsi cæcos eos reddidisse dicatur; quoniam auctæ intellectus tenebræ C cæcitatem eorum, quæ nec antea ignota erat, magis spectandam præbuerunt. Nisi enim tam illustris divinæ lucis splendor eluxisset, ut gentium quoque in tenebris et umbra sedentium, mentes illuminarentur, et ad divini Numinis cognitionem aspirarent, gentis Judaicæ cæcitas nunquam adeo facta fuisset manifesta. Jam vero splendoris illius magnitudo, ex miraculis conspicua, et facultatis illuminatricis efficacia, et gentium ad lucem conversio, argumentum non infìciandum præbebant, eos, qui ad lucem veritatis se non conferrent, nec ad pietatem erudirentur, suæ sibi cæcitatis auctores exstitisse, seque ipsos salute, omnibus hominibus destinata, per incredibilem quandam vecordiam privasse.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΖ'. D QUÆSTIO LXXVII [*Coisl. Taur.* C].

Περὶ γένους καὶ εἴδους ἀπορίαι διάφοροι, ἐν αἷς ἔστιν εὑρεῖν τὰς λύσεις αὐτῶν.

De genere et specie dubia diversa, in quibus eorumdem solutio inveniri potest.

Nunc primum edita a D. Hergenrœther.

1. Ἐζήτηται μὲν ἡμῖν πολλάκις ἡ περὶ τῶν γενῶν τε καὶ εἰδῶν ὑπόθεσις, καὶ διάκρισις τῶν πάλαι

1. Sæpe nos agitavimus quæstiones de generibus et speciebus, et antiquas controversias clarissime,

NOTÆ.

(19) Ἕπεται — ἐν τῷ φωτί, sunt ex Colb.

(20) Colb. recte pro λύμην.

ut iis, qui sua dubia proposuerant, tunc visum est, expedivimus. Etenim Platonicas quidem ideas peculiari tractatu consideravimus, quoniam nec prædicari de individuis illæ queunt. Neque enim hoc in præsentia dicam, quod constituere prius rerum producendarum formas atque similitudines est quidem artificis, sed minime valentis creare simplici aggressione quod velit; nec pariter referam, quod quærere hoc loco rerum subsistentium exemplaria in infinitum necessario provehit rerum quæ confinguntur processum. Illud enim omnino indignum est vera de Deo notione; hoc vero etiam per se illico destruit quæ mentibus fuerant efficta. Imo etiamsi quis concedat, singularum proprietatum formas, et inde singularia sed individua exprimi, nulla tamen æqua permittit ratio, hæc sub illorum prædicationem adducere. Neque enim obsignatum fuerit obsignans, neque quod similitudinem per participationem recipit, idem esse potest cum eo, a quo illa similitudo præbetur, nec quæ in mente divina fuerint impressa et immobilem atque inconcussum, si tamen omnino exsistit, statum sortita sint, poterunt ullatenus prædicata dici rerum perpetuo fluxui ac defluxui obnoxiarum. Permagna enim est differentia et ex ipsa habitudine vel connexione apparet, quanam ratione discrepent. Etenim causæ causatique ratio, præsertim ubi de creatrice et exemplari vi agitur, in habitudinis connexione exsistentiæ diversitatem perspicue ostendit. Si vero quæ nominum similitudine res significatas connectere videntur, ea ipsa faciunt, ut maxima discrepantia agnoscatur, quæ nec connexionis præferunt speciem nec unionis ullum exhibent indicium, quomodo hæc in idem redigantur, cum ne ibi quidem in unum coire queant, ubi connexio propriam servare potest absque ulla adulteratione dignitatem? Talibus ratiocinationibus Platonicæ ideæ discutiebantur, multis etiam et vetustioribus rationibus (libris) nostro conatui suffragantibus.

2. Quæ vero præter Platonicas ideas astruuntur genera et species, tametsi ortum ex diversa sententia et ex diverso proposito habuerint prodierintque, variant tamen in sui constitutione; et illa quidem *super multis*, hæc (species) vero *in multis* præstantiores philosophi appellare gestierunt; attamen quoad prædicationis usum paululum differunt: suffecerit ergo utriusque iisdem rationibus facta disquisitio et dijudicatio. Et ad incorporeas subsistentias quod spectat, de quo argumento nec vetus exstabat contentio, facillime admissum fuit, prædicata de illis genera et species participare incorpoream naturam; magna vero lis exstitit circa trine mensurabiles subsistentias, quæ corpora sunt et appellantur; utrum videlicet oporteat eorumdem genera et species vocare corpora, an vero hæc utpote sensibus superiora inter incorporea recipere. Verum tunc de his accurate a nobis disputatum fuit, nec auditoribus visum, secunda opus esse disquisitione. Quoniam vero nunc tua Dei amans

A ἀμφισβητημάτων, ὡς τοῖς τηνικαῦτα συζητοῦσιν ἔδοξεν, οὐδὲν ἄπορον ὑπολιποῦσα προελήλυθε· καὶ γὰρ αἱ μὲν κατὰ Πλάτωνα ἰδέαι ἰδιαζούσης ἐπισκέψεως ἔτυχον, ἐπεὶ μηδὲ κατηγορεῖσθαι τῶν ἀτόμων αὗται δύνανται· οὐ γὰρ τοῦτο νῦν ἐρῶ, ὡς τὸ προϋφιστάνειν τύπους τῶν παραχθησομένων καὶ ὁμοιώματα τεχνίτου μέν ἐστιν, ἀσθενοῦντος δὲ δημιουργεῖν ἁπλῇ προσβολῇ τὸ βουλόμενον, οὐθ' ὡς ἐνταῦθα τὸ ζητεῖν τῶν ὑφισταμένων παραδείγματα ἐπ' ἄπειρον ἐξ ἀνάγκης διαβιβάζει τῶν πλαττομένων τὴν πρόοδον· τὸ μὲν γὰρ παντελῶς ἐστι τῆς περὶ τὸ Θεῖον ἀνάξιον ὑπολήψεως, τὸ δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸ τῶν ταῖς διανοίαις ἀναπλασθέντων συμπροάγει τὴν ἀναίρεσιν. Ἀλλ' οὖν εἰ καί τις δοίη τοὺς τύπους ἑκάστης ἰδιότητος ἐκεῖθεν ἀπομάττεσθαι τὰ καθέκαστα, ὑπὸ κατηγορίαν ἐκείνων ἄγειν ταῦτα οὐχ εὑρήσει λόγον συνᾴδοντα. Οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐσφραγισμένον σφραγίζον, οὐδὲ τῷ τὴν ὁμοιότητα παρεχομένῳ ταυτὸν, ὃ κατὰ μετοχὴν ταύτην παρεδέξατο· οὐδὲ τὰ ἐν τῇ τοῦ Θείου B τυπωθέντα διανοίᾳ καὶ στάσιν ἀκίνητόν τε καὶ ἀκλόνητον, εἴπερ ὅλως ἔνεστιν, εὐμοιρηκότα τῶν ἐν ῥοῇ τε καὶ ἀποῤῥοῇ διαπαντὸς φερομένων οὐδαμῶς ἂν δύναιτο ῥηθῆναι κατηγορούμενα· παμπόλλη γὰρ ἡ διαφορὰ καὶ ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς σχέσεως ἢ συναφείας τινὰ τρόπον παρέχει τὸ διάφορον, ἀναφαίνεται. Καὶ γὰρ ὁ τοῦ αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ λόγος, μάλιστά γε κατὰ τὸ δημιουργικόν τε καὶ παραδειγματικὸν προϊὼν ἐν τῇ τῆς σχέσεως συναφείᾳ τὸ τῆς ὑπάρξεως παραλλάττον λαμπρῶς ἐπιδείκνυσιν. Εἰ δ' ἐφ' ὧν ἃ συνάπτειν τῇ τῶν ὀνομάτων ὁμοιότητι τὰ δηλούμενα δοκεῖ, ταῦτα πολλὴν ἀνομολογεῖσθαι ποιεῖ τὴν διάστασιν, ἃ μηδὲ συναφείας προβάλλεται ῥῆμα, μηδ' ἑνώσεως ἐνδείκνυσθαι παρέχεται ἀφορμὴν, πῶς ἂν εἰς ταυτὸν συνενεχθείη μὴ πεφυκότα συνιέναι D μηδ' ἐφ' ὧν ἡ συνάφεια διασώζειν δύναται τὸ οἰκεῖον ἀνόθευτον δίκαιον; Τοιαύταις αἱ Πλατωνικαὶ ἰδέαι περινοίαις ἐξητάζοντο, πολλῶν ὄντων καὶ παλαιοτέρων λόγων συνεφαπτομένων ἡμῶν τῷ βουλήματι.

2. Τὰ δὲ παρὰ τὰς Πλατωνικὰς ἰδέας γένη καὶ εἴδη, εἰ καὶ τὴν γένεσιν ἐκ διαφόρου διανοίας καὶ ἐπιβολῆς ἔσχον τε καὶ προεληλύθεσαν, παραλλάττουσί γε τῇ συστάσει· καὶ τὰ μὲν *ἐπὶ τοῖς πολλοῖς*, τὰ δὲ *ἐν τοῖς πολλοῖς* οἱ χαριέστερον φιλοσοφοῦντες καλεῖν ἐφιλοτιμήσαντο· ἀλλ' οὖν πρός γε τὸ κατηγορεῖσθαι τὴν χρείαν ἐπ' ὀλίγον ἔχουσι παραλλάττουσαν· ἤρκεσε τοιγαροῦν περὶ ἑκατέρου τούτων ἡ αὐτὴ διὰ τῶν ἐξεταστικῶν λόγων βάσανός τε καὶ διάκρισις. D Καί γε περὶ μὲν τῶν ἀσωμάτων ὑποστάσεων ὅτι μηδ' ἔρις ἦν παλαιὰ, θᾶττον, ὅτι καὶ τὰ κατηγ[ορ]ούμενα γένη καὶ εἴδη τῆς ἀσωμάτου φύσεως μετέχει, συνεκεχώρητο· ἡ δὲ πολλὴ προῆλθεν φιλονεικία περὶ τῶν τριχῇ διαστατῶν ὑποστάσεων καὶ σωμάτων ὄντων τε καὶ καλουμένων, ἆρά γε χρὴ τὰ τούτων γένη καὶ εἴδη σώματα καλεῖν, ἢ ὡς κρείττω τῆς αἰσθήσεως ταῦτα καθεστηκότα τῆς τῶν ἀσωμάτων λήξεως θετέον. Ἀλλὰ τότε μὴ εἰς ἀκρίβειάν τε περὶ τούτων διείλεκται καὶ δευτέρας οὐκ ἐδόκει τοῖς ἀκροαταῖς δεῖσθαι συζητήσεως. Ἐπεὶ δὲ νῦν ἡ σὴ θεοφιλὴς

ὁσιότης κεφαλαιώδη τύπον ἔγγραφον ἐξενεχθῆναι περὶ αὐτῶν εἰς αἴτησιν διενοήθη προενεγκεῖν, διὰ βραχέων οὐδὲν κωλύει περὶ τῶν αὐτῶν διαλαβεῖν.

γ'. Τῶν μὲν οὖν ἀσωμάτων οἱ λόγοι, ὅσοι γε τὸ ὑποκείμενον ἀφορίζουσι, δῆλον ὅτι ἀσώματοι· διότι καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα γένη καὶ εἴδη, καὶ οὐδεμίαν οὐδενὶ παράσχοι ἂν ἀπορίαν ἡ περὶ αὐτῶν θεωρία. Οἱ δὲ τῶν σωμάτων πῶς ἂν εἴησαν σώματα, εἰ καὶ τὸ πρόχειρον τῆς ἀναλογίας τοῦτο φαντάζεται; Λόγος γὰρ καὶ σῶμα τὴν πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν ἀπηρνήσαντο. Εἰ δὲ ἕτερος ὁ λόγος πέφυκε σώματος, πῶς οὐχὶ τὰ συμπληροῦντα τὸν λόγον γένη καὶ εἴδη τὴν αὐτὴν οὐκ ἐπιζητήσει ἑτερότητα; πῶς δὲ ἂν σωμάτων κατηγορηθείη τὸ ἀσώματον; Ἢ ἀσώματα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ γένη τούτων οὐδὲ τὰ εἴδη, οὐ μὴν ἀλλ' οὐδέ γε σωμάτων ἧκεν εἰς ὄγκον, οὐδὲ τὴν ὕλην, ἐν ᾗ τὸ πλήρωμα συνέστηκε τῶν διαστάσεων, ὑποβάλλεται· σωματικὰ δὲ πάντως καὶ περὶ σῶμα λεγόμενα; σῶμα γὰρ ἑρμηνεύουσι καὶ ἀπαγγέλλουσιν ὑποκείμενον· ὁ γὰρ ἄνθρωπος τυχὸν σωματικὸν μὲν, ὅτι τὸν Σωκράτην ἢ τὸν Πλάτωνα σῶμα ὄντα ὀνομάζει καὶ τὴν αὐτῶν οὐσίαν ἀναπτύσσων τῶν ὁμογενῶν τῇ κλήσει διαστέλλει· ἀλλὰ πῶς, εἰ ὁ ἄνθρωπος οὐ σῶμα, ὁ δὲ Σωκράτης ἄνθρωπος, οὐχὶ ὁ Σωκράτης οὐ συμπερανθήσεται μὴ σῶμα; Τοῦτο γὰρ καὶ εἴ τι ἄλλο παραπλήσιον δοκεῖ τῶν ἀπορημάτων εἶναι τὸ κράτιστον. Ἀλλ' οὐδὲν χαλεπὸν ἐπιλύσασθαι· ἐν πρώτῳ γὰρ σχήματι τοῖς συνορᾷν ἐθέλουσιν ἡ μείζων πρότασις μερικὴ παραλαμβάνεται· οὕτω γὰρ καὶ προαγομένη τῆς ἀληθείας οὐκ ἐξίσταται· εἰ δέ τις αὐτὴν εἰς τὸ καθόλου μεταλάβοι, συμμετήγαγε καὶ τῆς ἀληθείας ἐπὶ τὸ ψεῦδος. Ψεῦδος γὰρ ἀντικρὺς τὸ λέγειν· Οὐδεὶς ἄνθρωπος σῶμα, ἀληθευούσης κατὰ τὸν εἰρημένον ἔμπροσθεν λόγον, ὡς ὁ ἄνθρωπος σῶμα· εἰ δέ τις τὴν μὲν πλοκὴν τοῦ λόγου χαίρειν ἐᾷ καὶ τὸ δοκοῦν συμπεραίνεσθαι πολυπραγμονεῖν οὐχ ἡγεῖται σοφὸν, αὐτόθεν δὲ λέγοι φορτικὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μήτε λέγειν μήτε νομίζειν εἶναι σῶμα, καὶ ἄνευ τοῦ δόξαντος μὴ συμπεραίνεσθαι ὡς ὁ Σωκράτης οὐκ εἴη σῶμα (21)· πῶς γὰρ ἂν ἡ τῆς οὐσίας διαίρεσις εἰς σῶμα καὶ ἀσώματον τὰ πρῶτα τῶν ὑπ' ἀλλήλων διαστελλομένη προαχθείη,· τοῦτο μὲν ὕστερον ἐπιθεωρείσθω· ὁ δὲ λόγος τῆς ἀκολουθίας τῶν προειρημένων μὴ ἀφιστάσθω. Καὶ γὰρ οὐ κατὰ τὸ ἀποφαντικὸν μόνον σχῆμα τὸ εἰρημένον ἐπὶ τῶν τοιούτων ὁρᾶται κατηγορημάτων, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ καταφατικοῦ τοῖς βουλομένοις περαντικόν τινα λόγον τὴν ἀπορίαν κρατύνοντα προάγειν. Λέγοντες γὰρ, *Ὁ ἄνθρωπος ἢ τὸ ζῶον σωματικόν*· εἶτα, *Ὁ δὲ Σωκράτης ζῶον ἢ ἄνθρωπος*, οὐκ ἂν σωματικὸν ἀναγκασθείημεν εἰπεῖν καὶ τὸν Σωκράτην; Οὕτω γὰρ (22) συνάγεται τῆς μείζονος κἀνταῦθα μενούσης ἐπαληθευούσης· ἐπὶ μέρους γὰρ τὴν προαγωγὴν ἡ πρότασις ἔχει. Εἰ δ' εἰς τὸν καθόλου τύπον ἀναχθείη, αὐτίκα πεφωραμέ-

A sanctitas de iis ipsis ut compendiosus conscribatur tractatus desideravit ac petiit: nihil vetat breviter de iisdem disserere.

3. Incorporeorum igitur rationes, quæ subjectum distinguunt, manifeste sunt incorporeæ, quia et genera ac species, quæ in ipsis continentur; atque nemini consideratio et disceptatio de illis difficultatem ullam videtur exhibere. Rationes autem corporum, quomodo corpora fuerint, etiamsi proportio id prima fronte videatur exigere? Ratio enim et corpus nullam adinvicem communionem agnoscunt. Si vero ratio a corpore diversa est, quomodo non ea quæ complent rationem genera ac species eamdem exigant diversitatem? Quomodo vero de corporibus incorporeum prædicetur? An vero non B erunt incorporea eorum genera neque species, imo nec in corporum redigentur molem, neque materiam, in qua dimensionum plenitudo constituitur, substratam habent, sed corpora omnino et circa corpus dicentur? Corpus enim explicant et elucidant subjectum: *homo*, ex. gr., corporeum est, quia Socratem vel Platonem, qui corpus est, denominat et eorum substantiam explicans ab aliis ejusdem generis denominatione distinguit; sed quomodo, si homo non est corpus, Socrates vero homo, non concludetur, Socratem non esse corpus? Hoc enim et si quid aliud simile, omnium difficultatum validissima esse videtur. Sed ejus solutio non est difficilis. Nam in prima figura, si diligenter advertas, propositio major particularis accipitur; hoc enim C modo producta a veritate non recedit. Si vero quis eam in universalem vertat, simul eam de vera reddidit falsam. Falsum enim est manifeste dicere: Nullus homo est corpus, cum vera sit propositio, hominem esse corpus, secundum ea quæ ante dicta sunt. Si vero quis relicto perplexo argumenti nodo non esse operæ pretium arbitratur curiosius id investigare, quod inde videtur concludi, sed dicat, esse per se absonum aut dicere aut censere hominem non esse corpus, etiam seclusa illa conclusione, quæ inde consequi videtur, scilicet Socratem non futurum corpus; — quomodo substantiæ divisio in corpus et incorporeum, quæ prima sub alternorum distinguit, produci queat? — id postea con- D siderandum est; tractatio vero a serie et consequentia prædictorum non recedat. Etenim non secundum negativam duntaxat figuram id quod diximus in ejusmodi conspicitur prædicationibus; verum et in affirmativa, modo quis velit solidam aliquam producere rationem, qua confirmetur quæstio. Dicentes enim: *Homo vel animal corporeum*; deinde: *Socrates est animal vel homo*, nonne cogemur corporeum dicere etiam Socratem? Ita enim concluditur, majori quoque hic manente

NOTÆ.

(21) Vel quid deest vel aposiopesis statuenda. Sane anacolutho constructio similis.
(22) Οὐδὲ γάρ habet Apogr. Ven., quod Catif. correxit.

vera; particulariter enim ea propositio procedit. Quod si in universalem efformetur, illico deprehenditur falsa. Quomodo enim dici queat: *Omnis homo vel omne animal corpus*, si propositio ista: *Nullus homo et nullum animal est corpus* sit manifeste vera? Ad hæc: Quomodo non erunt corporea, quæ subjectum suum corpus esse indicant? Quomodo vero a corporis appellatione et constitutione removebuntur? Nam ab incorporea quidem natura sunt dissita, a corporeis vero proprietatibus recedunt; et in quamnam reducentur rerum classem, si etiam a corporibus ea quis eliminet? Si quis autem velit alia quoque via hic considerare, non minus reperiet facilem difficultatum solutionem. Nam Socrates quidem homo vel animal per se, homo vero vel animal est corporeum non per se; nec a suo principio, nec natura, sed utpote enuntiativum et declarativum subjecti corporei, et habitudinem ad illud explicans. Non est igitur validum argumentum, quod Socratem corporeum vocari exigit. Ex propositionibus enim diversi generis et dissimilibus contexitur, utpote quod nec dua queunt ejusdem argumenti dici partes; sed una forsitan unius, altera alterius, quæ pariter nil habent inter se commune. Jure igitur ex ejusmodi peregrina complexione et confusione nihil concludi poterit.

4. Verum et illud mecum considera, quod adhuc subtilius est quam propositum. Si enim *Socrates* eo quod proxime prædicatur et proprie subjectum enuntiat, non necessario quæ sua sunt communicat rei significatæ, cum tamen et major hoc loco, si quis velit syllogismum componere, possit quodammodo ad universalem figuram procedere. Neque enim rem, quam vox *Socrates* enuntiat, enuntiativam vel significativam subjecti quispiam sanæ mentis dixerit; si vero hoc, quomodo non multo magis ea quæ e mediatis Socratis prædicatis consequuntur omnis ratio vetabit etiam ad Socratem per se trahi eique attribui?

5. Divisio vero, quæ substantiam in corpus et incorporeum partitur, apta erit solvendæ quæstioni, si quis respondeat, divisionem illam spectare ad extrema et ultima subjectorum et hoc pacto divisionem ac sectionem operari. Licet enim etiam altius progredi videatur divisio, attamen per curiosam rerum inferiorum investigationem ratio a sensibus ad judicandum adjuta atque inde ab omni errore circa singularia se eximens, sicque ad contemplationem generaliorem ascendens, tanquam a specula quadam consultius meliusque inferiora perspicit, et divisivam profert methodum, recentiorem tamen et posteriorem prædicta illa, sicut eam, quam volunt analyticam nominare. Verum ad hoc et aliæ rationes adhiberi possunt, quoniam plerosque ad sublimia rem istam et philosophicam causarum tractationem connictantes est cernere. Multa enim, quæ rationem habent profundam, non

A νον τὸ ψεῦδος παρέχεται. Πῶς γὰρ ἂν ᾖ λέγειν· *Πᾶς ἄνθρωπος ἢ πᾶν ζῶον σωματικόν*, τῆς, *Οὐδεὶς ἄνθρωπος καὶ οὐδὲν ζῶον σωματικόν*, διαῤῥήδην ἐπαληθευούσης; Ἔτι δὲ πῶς οὐκ ἂν σωματικὰ, ἃ σῶμα τὸ ὑποκείμενον ἐκδιδάσκει; πῶς δ' ἂν τῆς σωματικῆς ἀλλοτριωθείη κλήσεώς τε καὶ συστάσεως; Τῆς μὲν γὰρ ἀσωμάτου διέστηκε φύσεως, τῶν δὲ σωματικῶν ἰδιωμάτων ἀνακεχώρηκε· καὶ τίνα ἂν ὑπέλθοι τῶν ὄντων κλῆρον, εἰ καὶ τῶν σωματικῶν τις ὁρίων αὐτὸ ὑπερορίσειεν; Εἰ δέ γέ τις ἐθέλοι καὶ ἄλλως ἐπισκοπεῖν, οὐκ ἔλαττον εὑρήσει τῶν ἀπορουμένων τὸ εὐδιάλυτον. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Σωκράτης ἄνθρωπος ἢ ζῶον καθ' αὑτό· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἢ τὸ ζῶον σωματικὸν οὐ καθ' αὑτὸ οὐδ' ἄνωθεν, οὐδὲ φύσει· ἀλλ' ὡς ἐξαγγελτικὸν καὶ δηλωτικὸν ὑποκειμένου B σώματος καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ περιπτυσσόμενον σχέσιν. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι λόγος, ὃς τὸν Σωκράτην ἀπαιτεῖ σωματικὸν καλεῖσθαι· ἐκ προτάσεων γὰρ ἑτερογενῶν καὶ ἀνομοίων διαπλέκεται, ὡς μηδὲ δύο δυναμένων τοῦ αὐτοῦ λόγου μέρη λέγεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἴσως ἑτέρου, θατέρου δὲ τὴν ἑτέραν, καὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους τὸ ἀκοινώνητον συνδιασωζόντων· εἰκότως οὖν ἐκ τῆς τοιαύτης ἀλλοφύλου πλοκῆς καὶ συγχύσεως οὐδὲν ἂν συμπερανθείη.

δ'. Ἀλλὰ γὰρ κἀκεῖνό μοι συνόρα δριμύτερον ὂν τοῦ προκειμένου· εἰ γὰρ ὁ *Σωκράτης* καὶ τὸ προσεχῶς κατηγορούμενον καὶ κυρίως ἀπαγγέλλον τὸ ὑποκείμενον οὐκ ἂν ἀπαιτηθείη τὰ αὑτοῦ μεταδοῦναι τῷ C δηλουμένῳ· καίτοι κἀὶ τῆς μείζονος ἐνταῦθα, συλλογιστικὸν εἴ τις ἐθέλει συνθεῖναι, δυναμένης ἀμωσγέπως εἰς τὸ καθολικὸν σχῆμα προελθεῖν. Οὐ γὰρ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἡ *Σωκράτου* ἐδήλου φωνὴ, ἀπαγγελτικὸν ἢ δηλωτικὸν ἐρεῖ τις τοῦ ὑποκειμένου, οὐμενοῦν οὐκ ἔχων εἰς βλάβην ἀποῤῥέοντα τὸν λογισμόν· εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐχὶ πολλῷ μᾶλλον τῶν διὰ μέσου τοῦ Σωκράτους κατηγορουμένων ἅπας ἐκστήσεται λόγες τὰ ἑπόμενα μὴ καθ' αὑτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ Σωκράτους ἕλκειν τε καὶ μεθαρμόζειν;

ε'. Ἡ δὲ διαίρεσις, ἡ τὴν οὐσίαν εἰς σῶμα διαστέλλουσα καὶ ἀσώματον, οὐκ ἂν ἐκσταίη θεωρίας ἐπιλυομένης τὸ ζήτημα, εἴ τις ἀποδοίη λόγον, πρὸς τὰ ἔσχατα καὶ τελευταῖα τῶν ὑποκειμένων ἀφορῶσαν οὕτω τὴν τομὴν ἐργάσασθαι. Εἰ γὰρ καὶ ἄνωθεν δο- D κεῖ προϊέναι τὸ τῆς διαιρέσεως, ἀλλ' οὖν διὰ τῆς κάτωθεν πολυπραγμοσύνης τάς τε αἰσθήσεις ἐπικούρους φέρων τῆς κρίσεως ὁ λογισμὸς καὶ τὸ περὶ τὰ καθέκαστα ἀπλανὲς ἐκεῖθεν συναθροισάμενος ἑαυτῷ καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν κοινοτέραν θεωρίαν ἀναδραμὼν ὥσπερ ἀπό τινος περιωπῆς ἐμπειρότερόν τε καὶ σοφώτερον τὰ κατωτέρω τε διορᾷ καὶ τὴν διαιρετικὴν προηνέγκατο μέθοδον, μεταγενεστέραν μὲν δηλονότι τῆς προειρημένης οὖσαν, ὥσπερ ταύτην, ἣν ἐθέλουσιν ἀναλυτικὴν ὀνομάζειν. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτο μὲν καὶ ἑτέροις ἄν τις χρήσαιτο λόγοις· διότι καὶ τοὺς πολλοὺς πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν ταύτην καὶ ἐμφιλόσοφον αἰτιολογίαν σκαρδαμύττοντας ἔστιν ὁρᾷν. Πολλὰ γὰρ

τῶν ἐχόντων λόγον βαθυνόμενον (23), ταῖς τῶν ἀνθρώπων προχείροις ἀκοαῖς καὶ ἐπιπολαίοις διανοίαις οὐκ ἐθέλει συναρμόζεσθαι, πεφυκότων διὰ πείρας τε μεθοδικῆς καὶ κρίσεως σχολαζούσης εἰσοικίζεσθαι μάλιστα, ἧς ἀπούσης τῆς ἀποδείξεως ὁ λόγος ἀσθενὴς εἶναι δοκεῖ, τὸν νοῦν τῶν ἀκροατῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκύσασθαι.

ϛʹ. Τοὺς δέ γε διαπορουμένους, ὡς, εἴ τις δοίη τὰ τῶν σωμάτων γένη καὶ εἴδη σώματα, τότε τριχῇ διαστατὸν αὐτοῖς συμβήσεται καὶ ἡ ἐν τόπῳ περιγραφὴ καὶ τὸ ταῖς αἰσθήσεσιν κρίνεσθαι καὶ τὸ σῶμά γε διὰ σώματος χωρεῖν, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον τοῖς περιττοῖς πεφιλοτίμηται, οὐκ ἂν ἀπεικότως θαυμάσαιμι, ὡς οἱ τὰ τοιαῦτα ζητοῦντες καὶ νομίζοντες πρὸς τὴν αὐτῶν ὁρᾷν σπουδὴν τὰ ἐπιχειρήματα, πῶς οὐκ ἔφασαν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὡς· « Εἰ τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη σώματα καὶ ἄτομα, πάντως καὶ καθέκαστα ἔσται; » Οἱ γὰρ τῶν ἀτόμων σωμάτων τὰ ἰδιώματα (24) μὴ ἐρυθριάσαντες ἐπὶ τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη τούτων ἀναβιβάζειν, πῶς ηὐλαβήθησαν μὴ καὶ τὸν καθέκαστον καὶ ἄτομον ἤτοι τὸν Σωκράτην ἢ Πλάτωνα κατ' αὐτῶν συναγαγεῖν; Ἅπαξ γὰρ ἀναστρέψαντες τὴν τάξιν τῶν κατηγορουμένων, καὶ τὰ ἴδια τῶν ἐσχάτων ὑποκειμένων κατὰ τῶν κατηγορουμένων γενῶν καὶ εἰδῶν ἀξιώσαντες κατηγορεῖσθαι, δίκαιοι τυγχάνουσι λόγον ὑπέχειν, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸ τὸ καθέκαστον καὶ ἄτομον ἐπεχείρησαν τῶν γενῶν καὶ τῶν εἰδῶν κατηγορεῖν καὶ ὅτι μὴ διὰ ταύτης μᾶλλον τῆς ἀτοπίας ἐνόμισαν ἐξελέγχειν τοὺς τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη σώματα τιθεμένους. Τοῦτο γὰρ αὐτῶν σύμπασα τῶν σοφῶν ἐπιχειρημάτων ἡ ἐπίνοια πραγματεύεται.

ζʹ. Ἀλλ' ἐάσθω ταῦτα νεανικῆς ἐντρεχείας, οἶμαι, ὄντα σκιρτήματα· νεανικὸν γὰρ διάττειν τε καὶ σπουδάζειν ἀνατρέπειν τὸ προκείμενον, οἷς τὰς λαβὰς ἐκεῖνο διαφεῦγον βεβαιοτέραν ἢ πρότερον τὴν δόξαν ἐφέλκεται τῆς ὑπάρξεως. Τὸ γὰρ πρὶν εἰς βάσανον ἀντιλογίας καταστὰν ἄδηλον ἔχει τὴν ἰσχὺν, οὔπω παρόντων ἐλέγχων· τῶν δὲ πειραθέντων ἐλέγχειν αὐτὸ κραταιότερον ἐπιδειχθὲν προσέλαβεν ἤπερ εἶχε πρότερον δόξης τε καὶ τῆς ἐν τῷ ἀληθεύειν πολλῷ πλέον παῤῥησίας.

ηʹ. Τοῖς δὲ λέγουσιν, *Ἐν διανοίᾳ μὲν τὰ εἴδη καὶ τὰ γένη λαμβανόμενα τῶν σωμάτων ἀσώματα δεῖ* (25) *καὶ νομίζειν καὶ ὀνομάζειν, ἐπειδὰν δὲ τοῖς ὑποκειμένοις περιαφθείη, σώματα προσήκε τότε καὶ καλεῖν καὶ λογίζεσθαι*, ἡδέως ἂν ἐροίμην, πότερον ἐν τῷ διανοεῖσθαι ἀσώματα λαβόντες αὐτὰ διενοήσαντο, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ διανοεῖσθαι ταύτην αὐτοῖς ἐχαρίσαντο τὴν φύσιν. Εἰ μὲν γὰρ ἀσώματα λαβόντες οὐδὲν διανοηθέντες ἤμειψαν, τὸ τῆς ἀπορίας πάλιν διαμένει οὐδὲν ἧττον, ἀλλά γε δὴ καὶ θρασύτερον· εἰ δὲ σώματα λαβόντες πρὸς τὸ ἀσώματον μετετάξαντο, βαβαὶ μὲν αὐτῶν τῆς θαυμαστῆς οὕτω καὶ ταχείας δημιουργίας! Τὰ μὲν γὰρ ἐννοήματα καθὸ

A solent prima statim fronte hominum auribus ac mentibus quadrare, cum isti soleant illa potissimum assequi per methodicam experientiam quietamque judicationem; quæ ubi desit, demonstrationis ratio infirma videtur esse ad trahendam ac pelliciendam auditorum mentem.

6. Qui vero dubitant, ne forte, si quis det corporum genera et species esse corpora, ne, inquam, sequatur, trinam illis mensurabilitatem convenire et in loco circumscribi et sensibus judicari et corpus per corpus penetrare et si quid aliud ejusmodi otiosi indagatores excogitarunt, hos merito ego admiror, quomodo, cum talia argumenta quærunt eaque ad suum ipsorum studium spectare arbi-
B trantur, quomodo non dixerint præ aliis cunctis: « Quod si genera et species sunt corpora, individua quoque et singularia omnino erunt. » Qui enim individuorum corporum proprietates non erubuerunt ad genera et species horum elevare, quomodo veriti sunt, etiam singulare atque individuum, scilicet Socratem aut Platonem, ad hæc redigere? Semel enim cum ordinem prædicatorum inverterint et quæ sunt extremorum subjectorum propriæ de prædicatis generibus speciebusque prædicari voluerint, tenentur rationes reddere, cur non et ipsum singulare et individuum de generibus et speciebus prædicaverint, et cur non per hanc potius absurditatem refellendos eos duxerint, qui genera et species
C corpora esse statuunt. Hoc enim omnibus suis ingeniosis argumentis agunt et efficere student.

7. Verum omittantur hæc utpote juvenilis industriæ tripudia; juvenile enim est, nimis anxie conari, quod proponitur, argumentis evertere, quorum ansas illud effugiens certiorem quam prius exsistentiæ suæ fidem adstruit. Quod enim examinis contradictionem subit, incertam habet vim, cum nondum adsint argumenta: ubi vero adversarios illud refellere conatos superavit, multo majorem quam prius haberet, acquisivit gloriam magisque apertam veritatis existimationem.

8. Ex iis vero qui dicunt, *in mente quidem species et genera corporum accepta incorporea oportere et*
D *censeri et nominari; postquam vero subjectis fuerint aptata, corpora tunc et vocanda et censenda esse*; ex his, inquam, libenter quæsierim, utrum in cogitando incorporea nacti talia mente sua conceperint, an in ipso cogitando hanc eis naturam impertierint. Nam si incorporea nacti nil cogitando immutarunt, difficultas rursus permanet nihilo minor, imo et validior; si autem corpora nacti in incorporea transverterunt, proh miram ipsorum et celerem creandi virtutem! Cogitationes enim quatenus cogitationes omnino incorporeæ sunt; quis

NOTÆ.

(23) Sic Vat. Catif. βαθυνότερον.
(24) Philad. ἰδιαίτατα. (Catif. nota).

(25) Catif. Apogr. δή.

tamen per hoc quod cogitet, corpora in incorporeum convertet? Verumvero sicut cogitarunt, ita et subjectis aptaverunt? et quomodo non de corporibus incorporea prædicant? Sin autem, ut ab initio acceperant, ita rursus et subjectis aptarunt, frustra ipsorum laboravit mens mutare contendens quod mutari nequit, formasque nobis imaginationum effingens. Sed etiam et ipsis rebus ipsa, ut aiunt, cooptantes et propterea corporibus non privantes, utrum considerantes ista attribuunt, an temere ac fortuito conjunctionem istam formant? At utrumque, opinor, errori subest; alterum enim destruit oppositum, quo asserebatur, per cogitationes mentis corpora in substantiam incorpoream converti, alterum vero delirantium est et ridiculum. —

9. Quænam sit igitur ratio, qua omnes istæ declinentur ansæ, diximus quidem expressius acriusque fortasse et antea, nunc tamen clarius iterum dicamus. Corporea quidem sunt genera et species corporum, non tamen corpora; et indicativa subjectorum, non indicata, et explicantia horum exsistentiam, non autem constituentia; et partium ipsorum substantiationem enuntiantia, non autem præstantia, et nomina convenientibus propriisque conceptibus subjectorum subsistentias significantia, non autem rebus jam exstantibus sibique sufficientissimis ea quibus non egent per se ipsa præbentia; sicut et bonum et sapiens et justum atque humanum et ejusmodi prædicamenta, tametsi alia actionem aut passionem subjecti indicant, alia exsistentiam et substantiationem, vel passiones et actiones. Nam si horum prædicatorum quodlibet secundum utramque dictorum partem subjectis suæ prædicationi individuis cumulum de suo adjiceret aut e corporibus coacervatum aut e proprietate qualitatum deductum, vel corporum naturas vel si vis incorporeorum accessiones congereret: quid, quæso, a portentosis figmentis et spectris ejusmodi sententia discreparet? Si vero quis corporis voce gaudens et a corporea notione non recedens corpora vocare vult genera et species, quæ de individuis corporibus prædicari dicuntur, nil ei reluctabimur; nam corpus hoc pacto dictum omnes prædictas ansas plene ac pure effugit, ac per vocabuli unius conversionem (*l.* concessionem) mentem ejus qui philosophari cupit, curare, nunquam, opinor, apud æquos judices absurdum censebitur.

10. Verum hæc quidem est compendiosa ac secundum tuam petitionem suscepta de subalternis generibus ac speciebus, quæ de individuis corporibus prædicari dicuntur, disceptatio, quæ, ut equidem censeo, haud ignobiliorem doctrinam tradit, quam ille qui Stagiris oriundus universam Græciam in dulcem suæ sapientiæ admirationem rapuit, de iis ipsis philosophico more disseruit·

A νοήματα παντως ἀσώματα· τίς δ' ἂν ἐξ ὧν ἐννοήσει μεταποιήσει (26) τὰ σώματα πρὸς τὸ ἀσώματον; Πότερον δὲ ὡς ἐνόησαν, οὕτω καὶ τοῖς ὑποκειμένοις ἡρμόσαντο; καὶ πῶς οὐ κατηγοροῦσι τῶν σωμάτων τὰ ἀσώματα; Εἰ δ' ὡς ἀπ' ἀρχῆς ἔλαβον, οὕτω πάλιν καὶ τοῖς ὑποκειμένοις ἡρμόσαντο, μάτην αὐτοῖς ἐκοπίασε μεταβάλλουσα τὸ ἀμετάβλητον ἡ διάνοια καὶ φαντασιῶν ἡμῖν ἀναπλάττουσα σχήματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν αὐτὰ, ὥς φασι, συναρμόττοντες καὶ διὰ ταῦτα τῶν σωμάτων οὐκ ἀποστεροῦντες, πότερον ἐννοοῦντες ταῦτα περιάπτουσιν, ἢ μάτην καὶ ὡς ἂν ἐπέλθοι τὴν συνάφειαν ταύτην σχεδιάζουσιν; Ἀλλ' ἑκάτερον, οἶμαι, σφαλερόν· τὸ μὲν γὰρ ἀναιρεῖ τὸ ἀντικείμενον, ὃ διὰ τῆς ἐννοίας ἔλεγεν εἰς ἀσώματον οὐσίαν μεταπίπτειν τὰ σώματα,
B τὸ δὲ ληρούντων καὶ γέλωτος.

θ'. Τίς οὖν ὁ λόγος ὁ ταύτας πάσας διαφεύγων τὰς λαβὰς, εἴρηται μὲν ἐμφαντικώτερον ἴσως καὶ πρόσθεν, καὶ νῦν δὲ τρανότερον λεγέσθω. Σωματικὰ μέν ἐστι τὰ γένη καὶ εἴδη τῶν σωμάτων, οὐ σώματα δέ· καὶ δηλωτικὰ τῶν ὑποκειμένων, οὐ δηλούμενα δέ· καὶ ἀναπτύσσοντα τὴν ὕπαρξιν τούτων, οὐχ ὑφιστῶντα δέ· καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μερῶν τὴν οὐσίωσιν ἀπαγγέλλοντα, οὐ παρέχοντα δέ· καὶ ὀνόματα κατ' ἀλλήλοις νοήμασι καὶ οἰκείοις τῶν ὑποκειμένων τὰς ὑποστάσεις σημαίνοντα, οὐ τοῖς οὖσι καὶ αὐταρκεστάτοις ὧν μὴ δέονται ταῦτα δι' ἑαυτῶν παρεχόμενα· ὥσπερ δὴ καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ σοφὸν καὶ δίκαιον καὶ φιλάνθρωπον καὶ τὰ τοιαῦτα κατηγορήματα, εἰ καὶ τὰ μὲν ἐνέργειαν ἢ πάθος τοῦ ὑποκειμένου δηλοῖ,
C τὰ δὲ τὴν ὕπαρξιν καὶ οὐσίωσιν ἢ τὰ πάθη καὶ τὰς ἐνεργείας. Εἰ γὰρ ἕκαστον τῶν κατηγορουμένων καθ' ἑκατέραν τῶν εἰρημένων μερίδα σωρὸν οἴκοθεν τοῖς ὑποκειμένοις ἢ τὸν ἐπινοούμενον διὰ σωμάτων, ἢ τὸν ἀπὸ τῆς ἰδιότητος τῶν πεποιωμένων· εἰ τούτων ἕκαστον τοῖς ὑπὸ κατηγορίαν ἀτόμοις τελοῦσιν ἢ σωμάτων φύσεις, εἰ βούλει δὲ ἢ ἀσωμάτων ἐνετίθεσαν (27) καὶ συνεφορτίζοντο προσθήκας (28), τί ἂν τῶν τερατωδῶν πλασμάτων τε καὶ φασμάτων ἡ ταῦτα παραδεχομένη διέφερε δόξα; Εἰ δέ τις τῇ τοῦ σώματος χαίρει φωνῇ καὶ τῆς σωματικῆς ἐννοίας οὐκ ἀφιστάμενος σώματα καλεῖν ἐθέλοι τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη, ἃ τῶν ἀτόμων σωμάτων κατηγορεῖσθαι λέγεται, οὐδὲν πρὸς αὐτὸν διοισόμεθα· τὸ γὰρ οὕτω λεγόμενον σῶμα λαβὰς ἁπάσας τὰς προειρημένας
D καθαρῶς διαπέφευγε, καὶ φωνῆς ἐνδόσει διάνοιαν φιλοσοφεῖν ἐθέλοντος θεραπεύειν οὐκ ἄν, οἶμαι, φιλανθρωπίας κρινούσης νομισθείη παράλογον.

ι'. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν ἡ κεφαλαιώδης καὶ κατὰ τὴν σὴν ἀξίωσιν περὶ τῶν ὑπαλλήλων γενῶν καὶ εἰδῶν, ἃ τῶν ἀτόμων λέγεται κατηγορεῖσθαι σωμάτων, διατύπωσις· οὐκ ἀκομψοτέραν, οἶμαι, προβαλλομένη θεωρίαν, ἢ ὁ τὰ Στάγειρα λαχὼν πατρίδα καὶ τὴν Ἑλληνίδα πᾶσαν εἰς θαῦμα γλυκὺ τῆς αὐτοῦ σοφίας ἐπιστρέψας περὶ αὐτῶν ἐφιλοσόφη[φει?-φησε?]· τοῦτο μὲν μετὰ πολλὴν περὶ τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν

NOTÆ.

(26) Vat.: μεταποιήση.
(27) Sic Vat.; Catif. Ap. ἀνετίθεσαν correct. postea.
(28) Cat. πρὸς θήκας.

σχολὴν καὶ τριβὴν τερετίσματα ταῦτα καλέσας, καὶ A τῶν πολλῶν περὶ αὐτὰ πόνων ὥσπερ ποινὴν ἀπαιτεῖν αὐτὰ τὴν ὕβριν ὡρμημένος, τοῦτο δὲ καὶ εἰς τὸ μηδὲν τὸ τηλικοῦτον ἀποῤῥιψάμενος σπούδασμα. Ἡ μέντοι γε τῶν δέκα γενῶν προσεχὴς καὶ ἄμεσος τῶν ὑπ' αὐτὰ τελούντων κατηγορία (ἔχει γάρ τι καὶ αὐτὴ βαθύτερον, οἶμαι, τῆς τῶν παλαιοτέρων δόξης καὶ φιλοσοφίας) ἑτέρας ἔτυχεν ἀκριβεστέρας ἐπισκοπῆς, ἔτι ταῖς διαλεκτικαῖς ἐνασχολουμένων ἡμῶν μελέταις, ἡνίκα καὶ πολλοὺς παῖδας ὠδίνοντες οἱ λόγοι εἰς φῶς ἀπέτικτον τῆς πολλοῖς χρόνοις δι' ἐπινοίας ἀνδρῶν παρανόμων ἐναποσβεσθείσης θεωρίας· ἐκεῖθεν οὖν καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς γυμνασίας, ἃ πολλῶν ἔμπροσθεν ἔλαθε τὴν σπουδὴν, ταῦτα ῥᾷόν ἐστι τοῖς νῦν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης γονῆς φιλοσοφοῦσιν· εἴη δὲ τοῖς μεθ' ἡμᾶς καὶ ἀνθούσης καὶ ἐνωραϊζομένης σὺν B τῷ δικαίῳ λόγῳ λέγειν ἀλαζονείας τε πόῤῥω καὶ δὴ καὶ οὐ νεμεσητόν.

qui modo post multum studium longamque exercitationem circa genera et species inanes citharæ strepitus ista vocavit et diuturni circa ea laboris quasi pœnam exigere per hanc contumeliam censuit, modo autem etiam quia in nihilum ejusmodi studium ac laborem dejecit. Proxima vero et immediata decem generum, quæ sub ipsa cadunt, prædicatio (habet enim et ipsa profundius quidpiam, quam veteres senserint et tractarint) aliam eamque accuratiorem nacta est disquisitionem, cum adhuc dialecticis vacaremus studiis, quando et multos filios in lucem ediderunt libri explicantes doctrinam multis jam annis solerti iniquorum virorum consilio exstinctam; inde igitur et ex illa exercitatione quæ plurium antea studia effugerunt, hæc facilius desumere poterunt, qui nunc ex sacra illa sobole philosophantur. Quam sobolem utinam posteri et florentem et ornatam justa cum ratione citra fastum atque invidiam appellare queant!

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΗ'.

Ἀπορίαι καὶ λύσεις [τῶν] ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ δευτέρου λόγου (29) τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου ἀντιῤῥητικῶν καὶ δογματικῶν ἱερῶν ζητημάτων.

QUÆSTIO LXXVIII. [*al. Coisl. Taur.* CI].

Difficultates et solutiones dogmaticarum et antirrheticarum quæstionum ex Gregorii Theologi Oratione secunda de Filio.

Nunc primum edita a D. Hergenrœther.

α'. Οὐκ ἠξίουν ἔγωγε ῥημάτων πατρικῶν διάνοιαν εἰς μάθησιν ἐλθεῖν ἐπιζητεῖν, ὃν ὅ τε χρόνος καὶ τὸ περὶ τὰς λογικὰς ἐφόδους φιλόπονον καὶ τῶν ἱερῶν Λογίων ἡ σχολὴ ἑτέροις προκαθίζουσι πολλῶν καὶ καλῶν μαθημάτων διδάσκαλον· πλὴν ἐπεί σοι, καθάπερ τῶν παίδων οἱ φιλοπάτορες, κἂν ἤδη καθ' ἑαυτοὺς ἀκριβῶς τὸ πρακτέον συνορῶσιν, ὅμως τοῖς πατρικοῖς βουλεύμασιν ἐπιστηρίζεσθαι θέλοντες εἰς αὐτοὺς ἀφορῶσιν, οὕτως καὶ αὐτὸς αὐτάρκης ὢν ἐπιλύεσθαι τὰς ἀνακυπτούσας λογικὰς ἀμφισβητήσεις, πρὸς τὴν ἡμετέραν ὅμως ἀφορᾷν ἔκρινας γνώμην, καὶ τὸν C φιλοπάτορα μὴ καθυβρίζειν ἐδοκίμασα, καὶ τὸ περὶ τὰ τέκνα τιμᾷν οὐχ ἧττον εἱλόμην φιλόστοργον· διὸ καὶ τοῦ καιροῦ τὸ βαρύτατον καὶ τῶν ὑπογραφέων τὸ ἄπορον τὸ ἧττον ἔσχε [τἀναντία πράττειν τῆς αἰτήσεως βιαζόμενον.

1. Non id ego mihi arrogavero, ut a me tibi explicari SS. Patrum verba peteres, quem et ætas et rationalium artium studium et sacrorum eloquiorum exercitatio aliis præficiunt multarum nobiliumque disciplinarum præceptorem. Quoniam tamen tu, ut filii genitorum amantes, tametsi per se ipsos optime quid sibi faciendum percipiant, tamen paternis consiliis inniti cupientes in ipsos respiciunt, ita et tu ipse, cum sufficias emergentibus ambiguitatibus dissolvendis, nostram tamen sententiam requiris, statui et tuo in patrem amori non esse injurius et simul meæ in filios dilectioni indulgere. Idcirco et molestissima temporis iniquitas et scribarum penuria non potuit me ab obsequendo postulatis tuis deterrere.

β'. Τοῦ μὲν οὖν προτεθέντος σοι ζητήματος (30) ὁ νοῦς σαφής τε καὶ οὐδεμιᾶς ἑρμηνείας, οἶμαι, δεόμενος· ἡ δὲ τοῦ λόγου συμπλοκὴ ἔχει τι συνεστραμμένον καὶ δεόμενον εἰς διάλυσιν ἐπισκέψεως. Καὶ γὰρ καὶ ὁ *Θεὸς* καὶ ὁ *Πατὴρ* ἐπὶ τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου ῥηθείη ἂν, ἀλλὰ Πατὴρ μὲν κυρίως τοῦ Λόγου, Θεὸς δὲ κυρίως τοῦ προσλήμματος· ὥσπερ καὶ Θεὸς μὲν οὐ κυρίως] τοῦ Λόγου, οὐδὲ Πατὴρ τοῦ προσλήμματος· ὥστε καὶ τὸ *κυρίως* καὶ *οὐ κυρίως* ἐπί τε τοῦ Πα- D τρὸς, φημὶ, καὶ τοῦ Θεοῦ εὑρίσκεται προαγόμενον· τὸ

2. Quæstionis itaque a te propositæ sensus clarus est nec ulla, puto, indiget interpretatione; orationis tamen complexio habet quid convolutum, quod bene expendi debet ut dissolvatur. Etenim et *Deus* et *Pater* de incarnato Verbo affirmari potest; at Pater quidem proprie Verbi, Deus vero proprie assumptæ humanitatis, sicuti nec proprie dicitur Deus Verbi nec Pater assumptæ humanitatis; quare voces istæ *proprie* et *non proprie* de Patre et de Deo reperiuntur prolatæ; vox quidem *proprie*,

NOTÆ.

(29) Apud Montfaucon ex cod. Coisl. titulus mendose incipit: Ἐκ τοῦ περὶ τοῦ β' λόγου.

(30) Quæstio versatur circa hæc Gregorii Nazianzeni verba ex Orat. 2 de Filio sive 4 de Theol. (Orat. 36 ed. Bill. p. 582; Orat. 30, c. 8, p. 545, ed. Clem.): Θεὸς δὲ λέγοιτο ἂν, οὐ τοῦ Λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ· πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ Πατὴρ, οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ Λόγου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς· ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως ἐναντίως ἢ [al. δὲ] ἐφ' ἡμῶν ἔχει· ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς ὁ Θεὸς, οὐ κυρίως δὲ Πατήρ· καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐπαλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγκρασιν. Ad textum Joan. xx, 17 hæc pertinent. Hunc Greg. locum explanat S. Maximus *De variis et difficilibus locis*; ed. Fr. Oehler, Halis, 1857 p. 248-252.

(81) *Oportebat infantes pueros*, etc. *intelligere possunt* : Ἔδει τὰ βρέφη τοῖς μαστοῖς ἔτι περικαθήμενα καὶ τὴν ὑγρὰν αὐτῶν τροφὴν ἐκεῖθεν ἐπινοούμενα τράπεζαν, γνωμικῷ θελήματι τὴν φύσιν αὐτῶν ἐμφανῆ παρέχειν καὶ τῶν δυσταγμῶν αἵρεσιν οὔπω λαβεῖν ἔχοντα, δύναμιν ὅλως ἀποσκευάζεσθαι. Id est : Oporteret pueros mammillis adhuc affixos et inde velut ex mensa quadam humidum sibi alimentum excogitantes naturam suam gnomica voluntate declarare, et quoniam in dubiis unum præ altero eligere nondum possunt, electivam quoque facultatem omnino eruere, seu a se submovere. — Versio Turriani mihi videtur inanis plane.

(82) *Unde didicerunt duplicem voluntatis assumptionem* : Πόθεν διπλῆν ἔμαθον τὴν πρόσληψιν. Id est : Unde didicerunt duplicem assumptionem. — Verbum, *voluntatis*, delendum est.

(83) *Reddunt rationes sine culpa*. Καίτοι πολλάκις οὐ παρασχόντες μεμπτὰς τὰς εὐθύνας. Id est : *Etsi sæpe non immerito reprehendendos sese ipsi præbuerint*. Vel : *Etsi sæpe justas dederint contradictionis suæ pœnas*. — Versio Turriani est obscura et ambigua.

-ιδῆ περιέχει ἄτομα, ἐπὶ δὲ Χριστοῦ φυσικὸν ἀνθρώ- A πινον θέλημα λέγομεν, τούτου δὴ τοῦ φυσικοῦ θελήματος καὶ ὑποστατικὸν καὶ γνωμικὸν θέλημα εἰκότως ἂν λέγοιτο.

Ἔτι δὲ εἰ τὸ γνωμικὸν θέλημα οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ φυσικὸν ποιὸν, Χριστὸς δὲ τὸ φυσικὸν ἔχων, οὐχ ἁπλῶς μόνον ἐνήργει, ἀλλὰ καὶ ὡς τόδε τι πράττων· ἔστιν ἄρα καὶ ἐν αὐτῷ λαβεῖν γνωμικὸν θέλημα.

Ἀλλ' ἑκάτερον τῶν εἰρημένων σοφιστικῆς ἤρτηται πλοκῆς. Τὸ μὲν πρῶτον ὅτι ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὰ ὑποστατικὰ ἐποιεῖτο τὴν κάθοδον, τέμνων τὴν φύσιν εἰς τὰ καθ' ἕκαστα· ὁ δὲ τῆς εὐσεβείας λόγος ἐπὶ Χριστοῦ οὐκ ἀπὸ μιᾶς τινος φύσεως ἐπὶ τὰ καθέκαστα B ποιεῖται τὴν τομὴν καὶ τὴν κάθοδον, οὐ γάρ ἐστί τις ἡ τεμνομένη φύσις ἐνταῦθα μία, ἀπὸ δὲ τῆς ὑποστάσεως, μᾶλλον εἰς τὴν τῆς φύσεως ἀναπλοῦται δυάδα· κἀκεῖ μὲν τὸ φυσικὸν ὑποστατικὰ ἕξει, ὅτι καὶ πολλαὶ πεφύκασιν ὑπ' αὐτὴν ὑποστάσεις· ἐπὶ δὲ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ἐπεὶ ἓν μόνον τὸ κοινὸν ὑπὸ τὸν ἥλιον ὤφθη, καὶ μία ἐστὶν ἡ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀδιαίρετος ὑπόστασις· οὔτε ὑποστατικὸν ὅλως ἡ φύσις δύναται περιέχειν, οὔτε φύσις ὅλως ἐπινοεῖσθαι μία.

Τὸ δὲ δεύτερον τῶν αἱρετιζόντων σόφισμα παρὰ τὸ ἑπόμενον κατασκευάζει τὸ κακούργημα. Τὸ μὲν γὰρ γνωμικὸν θέλημα καὶ ὑποστατικὸν πάντως ἐστὶ καὶ ποιόν. Τὸ δὲ ποιὸν οὐ πάντως ἐστὶν ὑποστατι- C κόν. Καὶ γὰρ καὶ τὰ κοινὰ φυσικὰ θελήματα ποιότητι φυσικῇ τῶν ἑτερογενῶν διενήνοχεν. Ἀλλὰ ποιὰ ὄντα οὐκ εἰσὶ θελήματα γνωμικά. Ἀλλὰ γὰρ εἰ καὶ συνεφέλκεται τὸ ἑπόμενον ὁ παραλογισμὸς, ὅμως οὐ παρὰ τοῦτο τὸ ψεῦδος ἐσχηματίζετο. Ἔστι γὰρ εἰπεῖν, ὡς εἰ καὶ τὸ ποιὸν θεωρῆται διττὸν, τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ φυσικοῦ θελήματος, τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ ὑποστατικοῦ, οὐδὲν κωλύει λέγειν, μᾶλλον δὲ καὶ χειραγωγήσει, ὡς διττοῦ τυγχάνοντος τοῦ ποιοῦ, ἐπεὶ οὐκ ἔστι φυσικὸν, ἐκεῖνο γὰρ κοινὸν, ὑποστατικὸν ἂν εἴη θέλημα καὶ γνωμικὸν, ὥστε εἰς ταυτὸν ἂν εἴη περιενηνεγμένον, εἰ καὶ μὴ παρὰ τὸ ἑπόμενον ἡ τοῦ λόγου προὔβη σύνθεσις, τὸ τῆς αἱρέσεως κατασκεύασμα. Τί οὖν δεῖ λέγειν; ὅτι ὁ Χριστὸς εἰ καὶ μία ἦν ὑπόστασις, οὐχὶ ποιῷ τινι κεχρημένος ὑπο- D στατικῷ θελήματι φαίνεται. Ἀλλὰ τροφῆς μὲν ὡς φυσικὸν πληρῶν θέλημα, μετασχεῖν ἠθέλησεν. Γλυκαζούσης δὲ ἢ στυφούσης ἢ ἄλλως ἡδυνούσης

A ejusdem speciei, in Christo autem naturalem voluntatem humanam dicimus, certe hujus naturalis voluntatis, et hypostatica et gnomica voluntas consentanee dicetur.

Præterea si voluntas gnomica nihil aliud est, quam naturalis ποιά, id est, qualitate quapiam affecta, Christus autem naturalem voluntatem habens, non simpliciter tantum eam operabatur (84), sed ut hoc aliquid agens : est igitur intelligenda in ea voluntas gnomica.

Verum utrumque horum, quæ dicta sunt, ex fallaci pendet tendicula. Ac primum quidem captiosum est, quia a naturalibus ad hypostatica fit descensus, dividendo naturam in individua; pia B vero doctrina de Christo, non facit ab una quapiam natura ad singularia divisionem, et descensum : non enim hic est aliqua natura una divisa, sed potius fit hypostasis sive personæ in duas naturas explicatio, illic enim naturale habebit hypostatica, ubi multæ hypostases sub illa natura fuerint : in mysterio autem nostræ humanitatis, quia unum tantum novum sub sole apparuit, et una est Christi, et ἀδιαίρετος hypostasis, natura non potest omnino continere hypostatica, neque omnino cogitari una.

Secundum vero sophisma hæreticorum, fallaciam consequentis machinatur. Voluntas enim gnomica et hypostatica, omnino est hypostatica (85): etenim C communes naturales voluntates qualitate naturali differunt ab heterogeneis, id est a diversis genere, verum qualitate naturali affectæ non sunt voluntates gnomicæ. Sed tamen quamvis paralogismus ex consequente ducitur, non tamen propter consequens figurabatur mendacium, siquidem, potest dici, quod si τὸ ποιὸν, id est, affectum qualitate (86), duplex spectatur, alterum in naturali voluntate, alterum vero in hypostatica, nihil prohibet dicere, quod cum duplex sit ποιὸν (87), quia non est naturalis, illa enim communis est, erit voluntas hypostatica et gnomica. Quare in idem redit, quod efficere vult hæreticus, etsi non procedat structura fallacis argumentationis propter consequens. Quid ergo oportet dicere? Nempe quod Christus, etsi est una hy- D postasis, non tamen usus est hypostatica voluntate, qualitate affecta, sed potius ut explens naturalem voluntatem, cibum voluit capere, dulcem vero aut acerbum, vel aliter delectantem, minime ;

NOTÆ.

(84) *Non simpliciter tantum eam operabatur.* Οὐχ ἁπλῶς μόνον ἐνεργεῖ. Id est : Non simpliciter tantum operatur. — Dele *eam.*

(85) *Voluntas enim gnomica et hypostatica, omnino est hypostatica ; etenim communes naturales voluntates.* Τὸ μὲν γὰρ γνωμικὸν θέλημα, καὶ ὑποστατικὸν πάντως ἐστὶ καὶ ποιόν. Τὸ δὲ ποιὸν, οὐ πάντως ἐστὶν ὑποστατικόν. Καὶ γὰρ τὰ κοινὰ φυσικὰ θελήματα. Id est : *Voluntas enim gnomica est etiam omnino hypostatica et certa quadam qualitate affecta; sed si quæ voluntas qualitate prædita est, non continuo est hypostatica. Etenim communes naturales voluntates*, etc,— In versione Turriani erat omissio notanda.

(86) *Potest dici quod si* τὸ ποιὸν, *id est affectum qualitate.* Ἔστιν εἰπεῖν, ὡς εἰ καὶ τὸ ποιόν. Id est : Potest dici quod etsi τὸ ποιὸν, id est, affectum qualitate.

(87) *Nihil prohibet dicere, quod cum duplex sit* ποιὸν, *quia non est naturalis.* Οὐδὲν κωλύει λέγειν, μᾶλλον δὲ καὶ χειραγωγήσει, ὡς διττοῦ τυγχάνοντος τοῦ ποιοῦ, ἐπεὶ οὐκ ἔστι φυσικόν. Id est : Nihil pro-

et potum quidem eamdem rationem humanæ naturæ adhibere sibi voluit (88), ad vinum vero boni odoris, aut siceram, aut ad aliud hujusmodi voluntatem invitantem, aut excitantem non habebat, sed simpliciter alimentum et potionem convenienter humanæ naturæ, sicut dictum est, una Christi et Dei nostri persona sibi adhibebat; ad privatum vero et blandientem sensum præter necessitatem, proprietatem cibi aut potionis nequaquam voluntati suæ subjecit (89). Quamobrem post resurrectionem confirmans humanæ naturæ veritatem, et quod hanc non refutabat (90), non hos aut illos cibos appetivit, sed simpliciter inquit : *Habetis hic aliquid ad manducandum?* At fortassis aliam hic sermo contemplationem affert non minus nos, si non magis, docentem, quod Christus una cum esset hypostasis indivisibilis et inseparabilis, humana quidem habebat, et conservabat voluntatem (91); gnomicam vero voluntatem nequaquam accepisse demonstratur, nullique cordato et prudenti molesta erit in hac re dubitatio : siquidem multi sancti viri in asceticis certaminibus, id est, duris corporis exercitationibus insignes, non recusant voluntate naturali naturalem corporis defluxum cibo quidem naturæ tantum conveniente secundum naturam vincere; de conditis vero cibis et guttur suavitate delinientibus, aliisque ejusmodi curiositatibus, quæ ex voluntate gnomica oriuntur, non multam curam habent; non tamen penitus contemnunt (92); et hæc contra difficultatem appetitus objiciunt.

Verum alii quidem citra culpam vitam degere volunt, et citra culpam cibis utuntur; alii vero utrumque vitiose et prave faciunt. Habes in priore exemplum Isaac, cum venationem concupivit, et habuit, et pie valde ac temperate comedit : ex quo cibo sumpto secuta benedictio genus hominum in infinitum prope auxit, et magnam partem orbis

A οὐκ ἔτι. Καὶ ποτὸν μὲν κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον ἠθέλησεν προσενέγκασθαι, ἀνθοσμίαν δὲ οἶνον καὶ σίκερα ἤ τι τοιοῦτον οὐκ εἶχεν τὸ ἐρεθίζον οὐδὲ παρορμῶν αὐτὸν θέλημα· ἀλλ' ἁπλῶς μὲν τροφῆς τε καὶ πότου κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον, ὥσπερ εἴρηται, ὁ εἷς καθ ὑπόστασιν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν προσεφέρετο· εἰς [a-i] ἰδιάζουσαν δὲ καὶ κολακεύουσαν παρὰ τὸ ἀναγκαῖον τὴν αἴσθησιν τροφῆς ἢ πόσεως ἰδιότητα οὐ μὴν οὐδαμῶς συναπενήνεχται τῷ θελήματι. Διὸ καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μετὰ τὴν ἀνάστασιν πιστούμενος τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ὅτι ταύτην οὐκ ἀπεσκευάσατο, οὐ τόδε τι τῶν βρωμάτων ἐπεζήτησεν, ἀλλ' ἁπλῶς ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνταῦθα, φησίν, καὶ ἄλλην μὲν τοῦ λόγου θεωρίαν ἴσως συνεισάγοντος, οὐδὲν B ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὴν διδάσκουσαν ἡμᾶς. ὅτι μία ὢν ὁ Χριστὸς ὑπόστασις, ἀδιαίρετός τε καὶ ἀχώριστος, τὸ μὲν ἀνθρώπινον φυσικὸν εἶχέν τε καὶ συνετήρει θέλημα· τὸ δὲ γνωμικὸν δεδεγμένος οὐδεμοῦ θέλημα ἐπιδέδεικται, καὶ διστάζουσα τῶν νοῦν ἐχόντων ἔννοια παρενοχλήσει οὐδενὶ, ὅπου γε καὶ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν πολλοὶ πολλάκις ἀσκητικοῖς ἀγῶσιν ἐνδιαπρέποντες τῆς μὲν ἐμφύτου τοῦ σώματος ἀποῤῥοῆς τὴν κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσιν [i] διαπρεπούσης ἁπλῶς τῇ φύσει τροφῆς προσελθεῖν οὐκ ἀνανεύουσι θελήματι. Καρυκίαις δὲ καὶ λαιμὸν καταγοητευούσαις τροφαῖς, καὶ τοιαύταις ἄλλαις περιεργίαις, ἃ τοῦ γνωμικοῦ θελήματος ἀποβλαστάνει καὶ φύεται, οὐ πολλὴν ἐπιστροφὴν ἔχουσιν. Οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς [k] ὑπερορᾶσι ταῦτα, καὶ τῷ ἀνορέκτῳ περιστέλλουσιν.

C 'Αλλ' οἱ μὲν ἀμέμπτως τε ζῆν [l] θεολογοῦσιν καὶ ἀμέμπτως μετέχουσιν· οἱ δὲ ἑκάτερον αὐτῶν ἡμαρτημένως καὶ ἐπισφαλῶς διαπράττονται. Ἔχεις τὸν Ἰσαὰκ τοῦ προτέρου παραδείγματος ἐπιθυμήσαντα ἄγραν καὶ τυχόντα καὶ μετασχόντα πανευλαβῶς καὶ σωφρόνως. Ἐξ ἧς βρώσεώς τε καὶ ἀπολαύσεως ἡ εὐλογία γένος ἀνθρώπων οὐκ εὐαρίθμητον ἐπηύξησέν

VARIÆ LECTIONES.

[a-i] An ἡδύνουσαν vel ἡδυλίζουσαν. [i] l. διὰ πρεπούσης. [k] ὑπερορῶσι. [l] An. ἐθέλουσιν?

NOTÆ.

hibet dicere, imo res ipsa eo nos ducet ut dicamus, quod cum duplex sit ποιὸν, quale, quia non est naturalis. —Hic etiam omiserat verba quædam *Turrianus.*

(88) *Et potum quidem eamdem rationem humanæ naturæ adhibere sibi voluit.* Καὶ ποτὸν μὲν κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον ἠθέλησε προσενέγκασθαι; Id est : Et potum quidem *secundum* eamdem humanæ naturæ rationem adhibere sibi voluit.

(89) *Ad privatum vero et blandientem sensum præter necessitatem, proprietatem cibi aut potionis nequaquam voluntati suæ subjecit.* Εἰς ἰδιάζουσαν [malim ἡδύνουσαν ut paulo supra] δὲ καὶ κολακεύουσαν παρὰ τὸ ἀναγκαῖον τὴν αἴσθησιν τροφῆς ἢ πόσεως ἰδιότητα οὐ μὴν οὐδαμῶς συναπενήνεκται τῷ θελήματι. Id est : Sed voluntate sua non ferebatur ad eam cibi vel potus proprietatem quæ sensum præter necessitatem oblectaret et adularetur. — *Turrianus* supposuit συναπενήνεκται esse activum; 2. Θελήματι esse dativo; 3. Συναποφέρειν significare D *subjicere.*

(90) *Confirmans humanæ naturæ veritatem et quod hanc non refutabat.* Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πιστούμενος τὴν ἀλήθειαν καὶ ὅτι ταύτην οὐκ ἀπεσκευάσατο. Id est : Confirmans humanæ naturæ veritatem et quod eam naturam non exuerat, deposuerat, abjecerat, etc. — Vix divinare possis quid voluerit Turrianus per *refutare naturam humanam.*

(91) *Humana quidem habebat et conservabat voluntatem.* Τὸ μὲν ἀνθρώπινον φυσικὸν εἶχέ τε καὶ συνετήρει θέλημα. Id est : Humanam quidem naturalem voluntatem habebat et conservabat.

(92) *Non tamen penitus contemnunt : et hæc contra difficultatem appetitus objiciunt.* Οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς ὑπερορᾶσι [lege ὑπερορῶσι] ταῦτα καὶ τῷ ἀνορέκτῳ περιστέλλουσι. Id est : Non tamen penitus hæc contemnunt : et inappetentia coercent, reprimunt, etc.

τε καὶ πολλὴν τῆς οἰκουμένης κατεκληροδότησεν. Ὁ δὲ τούτου παῖς ὁ Ἡσαῦ κατάσχετος τῇ ἐπιθυμίᾳ γεγονὼς οὐκ ὀρθῶς ἠθέλησεν οὐδ' ἐπεθύμησεν. Καὶ βραχείᾳ ἡδονῇ μεγάλην δόξαν καὶ τιμὴν νόμῳ κυρουμένην ἀπεμπόλησεν. Κριτὴν τὸν λαιμὸν τῶν πράξεων ἀντὶ τοῦ [m] νοῦ προβαλόμενος, ἐξ οὗ στάσεις, καὶ μυρία κακὰ τοὺς ἐνόχους κατεβάλλετο.

Ὁ δὲ δι' ἐναντίας λόγος ἔτι προσαναισχυντεῖ καὶ φησὶν, ὡς αὐτὸ τοῦτο τὸ θέλειν εἶναι σπουδαῖον, καὶ τῆς τῶν πολλῶν διαίτης ἀνηγμένον, μηδ' ἧττον εἶναι γαστρὸς καὶ βρωμάτων γνωμικόν ἐστι θέλημα. Εἰ γὰρ φυσικὸν ἦν, ἔδει πάντας τοῦτο ποιεῖν. Ἀλλὰ γὰρ εἰ γνωμικόν, ὦ τᾶν, θέλημα τὸ πόνοις αὐτὸν καὶ ταλαιπωρίαις κατατρύχειν καὶ τῶν ἀνιωμένων μᾶλλον ἢ τῶν εὐπαθούντων γίνεσθαι. Πρῶτον μὲν οὐχ B ἕξει τι τῶν καθ' ἕκαστα (ὥσπερ ὁ λόγος ὁ τὸ γνωμικὸν ἐπιδεικνὺς μὴ προσεῖναι θέλημα) παραδείγματι πρὸς συγκατάθεσιν ἄγον παρακομίζειν. Ἀλλ' εἰς κοινόν τι καὶ ἀποφατικὸν καταφεύγων ὄνομα, καὶ τό, τε τὸ ἰδικόν τε καὶ ὑποστατικὸν ἀφοριζόμενος θέλημα τὴν οἰκείαν ἐρεσχελίαν ἐπιζητήσει κρατύνεσθαι.

Δεύτερον δὲ, οὐχ ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον γνωμικοῦ θελήματός ἐστι προβολὴ, καὶ γὰρ βιαστή ἐστιν « ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » Βίαιος οὖν ἦν, καὶ οὐ μόνον ἔξω γνωμικοῦ θελήματος, ἀλλ' οὐδὲ θελήματος ὅλως ἡ τοῦ Ἰωάννου τροφή.

Εἰ δέ τις προσεπιφιλονεικῶν φαίη, ὡς αὐτὸ τὸ βίαιον θελήματός ἐστι γνωμικοῦ, πολλὰ μὲν τὰ C ἄτοπα ἕξεται· πρόχειρον δὲ ὅτι λέληθεν ἑαυτὸν καινόν τι θελήματος εἶδος, ἀλλ' οὐ γνωμικὸν ἐπεισάγων θέλημα. Ἔσται γὰρ αὐτοῦ τὸ τοιοῦτον θέλημα ἀβίαστον βίαιον, καὶ ἀθέλητον θέλημα. Ὅπερ ἀναπλάττων ὁ τοῦ γνωμικοῦ θελήματος προεστὼς λαβεῖν [o-p] σύνθεσιν οὐκ ἠθέλησεν. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὅσα τὸ γνωμικὸν περιλαμβάνειν δύναται θέλημα. Εἰ δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον χώραν οὐχ εὗρεν τὸ γνωμικὸν καὶ ὑποστατικὸν θέλημα ἐπὶ Χριστοῦ· σχολῇ γ' ἂν εἴη τοῦτο ἐπὶ τῆς θείας τοῦ Λόγου φαντάζεσθαι φύσεως, μάλιστά γε ὅτι μηδὲ τῷ Πατρὶ, μηδὲ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τῷ

A terrarum hæreditatis loco tradidit. Hujus autem filius Esau captus et victus cupiditate, non recte voluit, neque concupivit, et brevi voluptate magnam gloriam et honorem lege confirmatam vendidit, loco legis judicem actionum gulam deligens, quæ seditionibus et infinitis malis eos, qui eo vitio tenentur implicavit.

Sed adhuc adversarius pergit impudenter contradicere, et quod hoc ipsum, velle esse virtutis studiosum, et præstantiorem vivendi rationem præ multis aliis sequi, et non vinci vitio ventris, ac gula, voluntas gnomica est. Si enim naturalis esset, oporteret, ut omnes hoc facerent. At si voluntas gnomica est (amice) laboribus et miseriis se affligere (93), et fieri de numero eorum, qui in angoribus magis quam in lætis et commodis rebus sunt, primum quidem, qui probat non inesse voluntatem gnomicam, non poterit ullam rem singularem afferre, quæ sit exemplum ad inducendam assentionem ; sed negans universe, id est, dicens non esse voluntatem gnomicam, studebit ut suam nugationem confirmet.

Secundo vero locustæ, et mel sylvestre non sunt voluntatis gnomicæ, siquidem « a diebus Joannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud [91]. » Violentus ergo erat cibus Joannis, et non solum extra voluntatem gnomicam, sed neque voluntatis prorsus.

Si quis vero adhuc contendens, dicat hoc ipsum violentum gnomicæ voluntatis esse, tum multa quidem absurda sequentur, tum vero hoc, quod in promptu est, quod nesciens iste novam quamdam speciem voluntatis, non tamen gnomicam, introducit ; erit enim hujusmodi voluntas violentia sine violentia, et aliquem velle, quod non vult ; quod quidem cum finxit is, qui gnomicam voluntatem defendit, noluit sentire quid diceret. Idem dicendum est etiam in aliis, quæcunque non possunt complecti voluntatem gnomicam (94). Si vero secundum humanitatem non reperit locum in Christo voluntas gnomica et hypostatica, frustra hæc cogitabitur (95) in divina natura Verbi, quia nec in

[91] Matth. XIX, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[m] Turrianus legebat νόμου, sed codex Colbertinus habet νοῦ. [o-p] lege συναίδησιν.

NOTÆ.

(93) *Si voluntas gnomica est laboribus et miseriis se affligere,..... primum quidem*, etc., *nugationem confirmet*. Εἰ γνωμικὸν θέλημα τὸ πόνοις αὐτὸν καὶ ταλαιπωρίαις κατατρύχειν..... πρῶτον μὲν οὐχ ἕξει τι τῶν καθέκαστα (ὥσπερ ὁ λόγος ὁ τὸ γνωμικὸν ἐπιδεικνὺς μὴ προσεῖναι θέλημα) παραδείγματι πρὸς συγκατάθεσιν ἄγον παρακομίζειν· ἀλλ' εἰς κοινόν τι καὶ ἀποφατικὸν καταφεύγων ὄνομα καὶ τό, τε τὸ ἰδικόν [malim εἰδικόν] τε καὶ ὑποστατικὸν ἀφοριζόμενος θέλημα, τὴν οἰκείαν ἐρεσχελίαν ἐπιζητήσει κρατύνεσθαι. Id est : Si voluntas gnomica est, laboribus et miseriis se ipsum affligere..... primum quidem non poterit [is qui a nobis dissentit] aliquid singulare proferre quod exemplo quopiam nos ad assentiendum cogat (sicut ratiocinatio vestra quæ gnomicam voluntatem non inesse Christo demon- D strat) sed ad commune et ad negativum vocabulum confugiens, specialem vero et hypostaticam voluntatem segregans, propriam confirmare nugacitatem conabitur.

(94) *Quæcunque non possunt complecti voluntatem gnomicam*. Ὅσα τὸ γνωμικὸν περιλαμβάνειν δύναται θέλημα. Id est : Quæcunque possunt gnomicam voluntatem complecti.—Legebat Turrianus οὐ δύναται, sed præferenda lectio cod. ms.

(95) *Frustra hæc cogitabitur*, etc., *attribuere audebit*. Σχολῇ γ' ἂν εἴη τοῦτο ἐπὶ τῆς θείας τοῦ Λόγου φαντάζεσθαι φύσεως, μάλιστά γε ὅτι μηδὲ τῷ Πατρὶ μηδὲ τῷ παναγίῳ Πνεύματι (καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τῷ Υἱῷ καὶ Λόγῳ) διακεκριμένον τι ποιότητι καὶ διαστελλόμενον ἰδιότητι οὐμενοῦν οὐδεὶς εὐσεβῶν λογισμὸς περιάπτειν ἂν ἕξοι τὸ γνω-

Patre, nec in Spiritu sancto, ac proinde nec in Filio a Verbo. Sane quidem voluntatem gnomicam qualitate distinctam et proprietate discretam, nemo cum pia ratione, divinæ naturæ attribuere audebit.

Fortassis autem alicui in mentem veniet, ut dicat, non esse impossibile dicere violentum absque violentia, et velle aliquem, quod non vult; iste autem fuerit is, qui ignorat impossibile. Si enim alia ratione est violentum, et alia non violentum, et similiter alia ratione vult hoc, alia vero non vult: quomodo hoc erit absurdum? Etenim, ut alia omittam, Martyres cum patiebantur acerbissima supplicia, quatenus dolebant, et violentiam illam intolerabilem sustinebant, violente premebantur quatenus vero tormenta declinare poterant, et in errore cultus idolorum conniventes, non pati ea; illud quod tantam violentiam alioqui inferebat, non violentum efficiebatur. Eodem exemplo discernitur illud, velle aliquem, quod non vult.

Hæc est explicatio et enodatio verborum pugnantium, quæ rationem, quæ efficit, non esse in Christo voluntatem gnomicam, non potest commovere, imo potius contrarium concludit (96): siquidem esse ex alia quidem parte violentum, ex alia vero non violentum, et similiter alia ratione velle, alia non velle, nemo hactenus voluntati gnomicæ affinxit monstrose. Atqui non an aliquid non est unquam dictum (97), oportet considerare eum, qui scit integre et incorrupte philosophari, sed an, quod natura est, tanquam non sit, negligatur (98). Simul etiam annon perspicere naturam, quam ratione contemplamur, et cum appellatione rei, tanquam sit, pugnet, non est dictum; sed minime, qui scrutatur essentiam, mentitur.

Igitur dicere oportet, quare aliquid est, et num cur aliquid a multis tacetur, et fraudatur ejus essentia (99)? multa enim priusquam perfectiori dis-

A Υἱῷ καὶ Λόγῳ διακεκριμένον τι ποιότητι, καὶ διαστελλόμενον ἰδιότητι, οὔμενουν οὐδεὶς εὐσεβῶν λογισμὸς περιάπτειν ἂν ἕξει τὸ γνωμικὸν θέλημα.

Ἴσως δ' ἄν τισιν ἐπέλθοι λέγειν ὡς οὐδέν ἐστιν ἀδύνατον ἀβίαστον βίαιον λέγειν καὶ ἀθέλητον θέλημα [q r]. Οὕτως ἂν εἴη ὁ μὴ συνῃσθημένος [s] ἀδύνατον. Εἰ δὲ καθ' ἕτερον μὲν βίαιον, καθ' ἕτερον δὲ ἀβίαστον, καὶ καθ' ἕτερον μὲν ἀθέλητον, καθ' ἕτερον δὲ θέλημα. Πῶς ἂν εἴη παρείσδυσιν ἔχον τὸ ἄτοπον; καὶ γὰρ ἵνα νῦν παρῶ τὰ ἄλλα, ὁ τῶν μαρτύρων χορὸς ὑπὲρ εὐσεβείας πάσχων τὰ ἀνήκεστα, καθὸ μὲν ἠλγύνετο, καὶ τὴν ἀκαρτέρητον ἐκείνην βίαν ὑφίστατο, τῷ βιαίῳ ἂν εἴη στενοχωρούμενος. Καθὸ δὲ ἐξὸν τὰς βασάνους ἐκκλίνειν πρὸς τὴν εἰδωλικὴν ἀπονεύσαντα πλάνην, οὐκ ἠνέσχετο, ἀβίαστόν τε B αὐτὸ ἐποίει τὸ τοσαύτην βίαν ἐπαγόμενον. Ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς εἰκόνος καὶ τὸ ἀθέλητον διευκρίνεται θέλημα.

Ἢ οὗτος ὁ λόγος ἀνάπτυξις μέν ἐστι ῥημάτων μαχομένων καὶ σαφήνεια, οὐ μὴν τὴν κατασκευάζουσαν ἀπόδειξιν, ὡς οὐκ ἔστιν ἐπὶ Χριστοῦ γνωμικὸν ἀνθρώπινον θέλημα, παρασαλεύειν ἰσχύει, ἢ τοσαύτης [t] ἐναντίον περαίνει, καὶ γὰρ τὸ κατά τι βίαιον [u], κατά τι δὲ ἀβίαστον, καὶ τὸ κατά τι μὲν ἀθέλητον, κατά τι δὲ θέλημα. Οὐδαμῶς μέχρι τοῦ νῦν τῷ γνωμικῷ περιάψειν ἐτερατεύσατο θελήματι. Ἢ οὐκ εἰμὶ [v] εἴρηται τὸν καθαρῶς εἰδότα καὶ ἀδεκάστως φιλοσοφεῖν, προσήκει σκοπεῖν. Ἀλλ' εἰ τὸ πεφυκὸς εἶναι ὡς μὴ ὂν παρεώραται, καὶ ἅμα τῷ μὴ συνορᾷν C τὴν φύσιν τῷ λόγῳ θεωρουμένην, καὶ πρὸς τὴν κλῆσιν διαμάχεσθαι, οὐκ εἴρηται, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐρευνώμενον ψεύδεται.

Οὐκ οὖν εἰρῆσθαι, διότι τῶν ὄντων ἐστὶν, ἀλλὰ μὴ διότι τοῖς πολλοῖς σιγᾶται, καὶ τὴν ὕπαρξιν παραγράφεται. Πολλὰ γὰρ πρινὴ μὲν ἀκριβεστέρα

VARIÆ LECTIONES.

[q r] deesse hic aliquid videtur. [s] rectius in cod. Colbert. συναιδόμενος. [t] cod. Colb. τὸ ταύτης [u] idem κατά τι βαιόν. [v] l. εἰ μή.

NOTÆ.

μικὸν θέλημα. Id est: Multo minus hoc licet in divina Verbi natura cogitare. Maxime quia neque Patri neque sancto Spiritui (proinde nec Filio et Verbo) gnomicam voluntatem qualitate discretam et proprietate distinctam attribuere poterit ulla pia ratiocinatio.

(96) *Hæc est explicatio... quæ rationem... non esse in Christo voluntatem gnomicam, non potest commovere, imo potius contrarium concludit.* Ἢ [malim ἦ] οὗτος ὁ λόγος ἀνάπτυξις μέν ἐστιν... οὐ μὴν τὴν ἀπόδειξιν, ὡς οὐκ ἔστιν ἐπὶ Χριστοῦ γνωμικὸν ἀνθρώπινον θέλημα παρασαλεύειν ἰσχύει; ἢ τοσαύτης [lege τὸ ταύτης] ἐναντίον περαίνει. Id est: Num hæc est explicatio quidem... quæ demonstrationem... non esse in Christo gnomicam voluntatem humanam, non potest evertere? an potius contrarium concludit?—Turrianus non expresserat particulas ἦ *num? μὲν quidem,* οὐ μὴν *non tamen,* ἢ *an potius?* Attamen id fieri debebat, ut distingueret lector adversarium Photii, illa ipsi objicientem, a Photio, cujus responsum incipit, p. 456, l.

(97) *Atqui non an aliquid non est unquam dictum.* Ἢ οὐκ, εἰμὶ (lege εἰ μὴ) εἴρηται. Id est: An vero non, utrum aliquid nunquam dictum fuerit...? — In eumdem lapidem quo superius impegerat Turrianus omittens ἦ.

(98) *Sed an quod natura est, tanquam non sit,* etc., *scrutatur essentiam, mentitur.* Ἀλλ' εἰ τὸ πεφυκὸς εἶναι, ὡς μὴ ὂν παρεώραται καὶ ἅμα τῷ D μὴ συνορᾷν τὴν φύσιν τῷ λόγῳ θεωρουμένην καὶ πρὸς τὴν κλῆσιν διαμάχεσθαι, οὐκ εἴρηται· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐρευνώμενον ψεύδεται. Id est: Sed an quod ex natura sua exsistit, quasi non sit, neglectum fuerit neque hominum sermone tritum fuerit statim atque ipsius naturam, quæ ratione considerari debet, non vidit quispiam et ejusdem appellationi repugnavit: quamvis illud, si quis ejus naturam studiose scrutetur, exsistentiam non mentiatur.

(99) *Igitur dicere oportet, quare aliquid est, et num cur aliquid a multis tacetur et fraudatur ejus essentia.* Οὐκ οὖν εἰρῆσθαι (δεῖ) διότι τῶν ὄντων ἐστὶν, ἀλλὰ μὴ, διότι τοῖς πολλοῖς σιγᾶται, καὶ τὴν ὕπαρξιν παραγράφεται (malim παραγράφεσθαι). Id est: Illud igitur quia ens reale est, hominum sermone debet usurpari: non autem, quia vulgo tacetur, propria exsistentia defraudari.

ὑποβληθῇ ἐρεύνῃ ἁπλῶς τε λέγεται, καὶ τὸ ὄνομα πᾶσι δῆλον παρέχεται. Ἀναπτυσσόμενα δὲ καὶ λεπτολογούμενα συμπλοκήν τινα προβάλλεται. Καὶ κλῆσιν ἐπιζητεῖ κατάλληλον τοῦ νοήματος. Αὐτίκα τὸ φυσικὸν ἀνθρώπινον καὶ ὁμολογούμενον θέλημα πολυπραγμονούμενον, διαφορὰς ἂν ὀφθείη προϊσχόμενον. Αἳ καὶ τὴν ἑτερότητα συνιστῶσι, καὶ τὸ κοινὸν εἶδος εἰς ἑτέρας καινότητας[x] οὐ διατέμνουσιν, οἷον θέλει τις φαγεῖν καὶ πιεῖν· ἀλλ' ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττον τὴν τοιαύτην ἔφεσιν διὰ βίου κέκτηται. Καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τὸ φυσικὸν οὐ μερίζει καὶ συστέλλει πρὸς εἰδικώτερον θέλημα. Διότι μηδὲ πέφυκε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον εἴδους τινὸς ἢ κοινότητος σύμφυτον ἐξαλλαγὴν ἀπεργάζεσθαι.

A cussioni seu notioni subjiciantur, simpliciter dicuntur; et nomen omnibus manifestum tribuitur. Explicata vero et subtiliter excussa, complicationem quamdam præ se ferunt, et requirunt appellationem notioni convenientem; et ut statim de voluntate dicamus, naturalis voluntas hominis, quam omnes concedunt, si accurate inquiratur, reperietur habere differentias, quæ et diversitatem constituunt, et communem speciem in alias communitates dividunt (1), v. gr. vult comedere et bibere; sed hic magis, ille minus ejusmodi desiderium habet, dum in vita est, et magis et minus naturalem voluntatem non partitur, et contrahit ad magis particularem, quia magis et minus non potest natura variationem naturalem speciei vel communitatis efficere.

Ἐρεῖ οὖν τις ὀρθῇ διακοπτόμενος[y] κρίσει, ὡς τοῦτο δὴ τὸ φυσικὸν θέλημα, καθὸ μὲν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμοτίμως διαβαίνει, εἰς ὑποβεβηκότα εἴη[z] οὐ τέμνεται· καθὸ δὲ τὰς ἀπὸ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδέχεται παραλλαγάς, ἀναλογίαν τινὰ σώζει πρὸς τὰ διαιρούμενα καὶ τὴν διαίρεσιν εἰς εἴδους προβολὴν οὐκ ἐπιδέχεται. Οὐδὲν οὖν ἐκώλυσε καὶ τὸ φυσικὸν ἁπλῶς ὁμολογεῖν ἀνθρώπου θέλημα, καὶ τοῦτο πολυπραγμονούμενον καὶ διαφοραῖς ὥσπερ αὐτὸ διαστελλόμενον ποικιλωτέρᾳ διανοίᾳ καὶ ποικιλωτέροις ὀνόμασιν ὑποβάλλεσθαι· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων μυρίων προβλημάτων εὑρήσει τις θεωρούμενον.

B Dicet ergo aliquis recto judicio rem perpendens, hanc voluntatem naturalem quatenus ad omnes homines æqualiter manat, et pertinet, non dividi in species subjectas; quatenus vero variationes ex eo, quod magis aut minus inest, recipit, servare proportionem quamdam ad divisa pertinentem, et divisionem ad producendam speciem non suscipere. Nihil igitur prohibuit confiteri simpliciter naturalem voluntatem hominis, et hanc accurate excussam, et differentiis veluti distinctam, variæ notioni et variis nominibus subjicere; idem etiam in infinitis aliis quæstionibus reperiemus spectari.

Ἀλλὰ τὰ πορρωτέρω λέγω, ἐνὸν ἐγγυτέρω τὸν λόγον πιστώσασθαι παραδείγματι; Παῦλος ξυρᾶται καὶ ἁγνίζεται, καὶ περιτέμνει Τιμόθεον. Ἆρα καθαρῶς καὶ ἀμιγῶς θέλων καὶ μηδὲν ἐφιστάμενος τῶν ἀθελήτων ἐπιπλεκόμενοι[a] τῷ θελήματι; Καὶ πῶς ζημίαν ἡγεῖται τὰ τοῦ νόμου καὶ σκύβαλα καὶ τὸ περιτέμνεσθαι τῷ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖσθαι κήρυγμα; Οὐκ οὖν ἀκούσια ταῦτα καὶ ἀθέλητα λόγος οὐδεὶς ἀντιφθέγξοιτο καὶ τρόπος οἰκονομίας τῷ ἀπρεπεῖ μάλιστα καὶ ἀθελήτῳ στηριζόμενός τε καὶ ἐπιπλεκόμενος τῷ θελήματι. Ἆρ' οὖν τις ἡμῖν φθονήσει τῶν ὀνομάτων, ὁρῶν τὰ κατὰ συμπλοκὴν πράγματα προσφυῶν καὶ καταλλήλων ῥημάτων δεόμενα; Τί δαὶ ἄτοπον, μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ὀνομάζειν ἐπείπερ ὑπάρχον ὁρᾶται καὶ ἀθέλητον θέλημα, καὶ βίᾳ ὑποδυομένη τὸ ἑκούσιον; Καὶ τοῖς

Sed quid opus est commemorare longinqua, cum C prope habeamus, unde quod dicimus, confirmemus? Paulus tondetur, et purificatur, ac circumcidit Timotheum. Nunquid pure et impermixte volens, et nihil eorum, quæ volebat (2), cum voluntate implicatum sustinens? et quomodo quæ legis sunt detrimentum reputat (3), et stercora? et circumcidi, evacuari Christi prædicationem? Nullus igitur contradicet, quin hæc essent a voluntate ejus aliena (4), eratque modus œconomiæ, id est, gubernationis in voluntate maxime aliena et invita fulcitus et implicatus. Num igitur aliquis invidebat nobis nomina (5), si videat res implicatas verbis aptis, et congruentibus indigere? Quid autem absurdi est, quin potius quomodo non necessarium est nominare? (siquidem cernitur esse et voluntas invita, et

VARIÆ LECTIONES.

[x]} κοινοτήτας. [y] l. διασκεπτόμενος. [z] εἴδη. [a] An ἐπιπλεκόμενον?

NOTÆ.

(1) *Et communem speciem dividunt :* Καὶ τὸ κοινὸν εἶδος... Id est : Et communem speciem non dividunt. — Particula οὐ deerat in codice ms. Turriani, attamen est necessaria, quippe legitur inferius οὐ μερίζει... μηδὲ πέφυκεν... ἐξαλλαγὴν ἀπεργάζεσθαι.

(2) *Nihil eorum quæ volebat :* Μηδὲν τῶν ἀθελήτων. Id est : Nihil eorum quæ nolebat.

(3) *Quomodo quæ legis sunt, detrimentum reputat, et circumcidi, evacuari Christi prædicationem?* Πῶς ζημίαν ἡγεῖται τὰ τοῦ νόμου καὶ τὸ (malim τῷ) περιτέμνεσθαι τὸ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖσθαι κήρυγμα. Id est : Quomodo quæ legis sunt, detrimentum D reputat, et circumcisione seu per circumcisionem evacuari Christi prædicationem? — Turrianus reddendo τῷ περιτέμνεσθαι per *circumcidi*, inseruerat versioni Latinæ Græcismum, qui non intelligi potuit ab iis qui Latine tantum sapiunt, nec possunt supplere articulum τῷ quem interpres omiserat.

(4) *In voluntate maxime aliena :* Τῷ ἀπρεπεῖ μάλιστα θελήματι. Id est : Voluntate maxime indecenti.

(5) *Num igitur aliquis invidebat nobis nomina?* Ἆρ' οὖν τις ἡμῖν φθονήσει τῶν ὀνομάτων. Id est : Num igitur aliquis invidebit nobis nomina?

voluntarium per vim subiens) et hæc verbis signi- A ficantibus enuntiare ac patefacere? Reputare igitur oportebat, non quod nomina non fuerunt tibi in promptu, sed an natura rerum requirat, ut aptis et idoneis verbis significentur.

Sed hæc quidem rursus dicet aliquis in contrariam partem ad evertendum rationem, quæ efficit, qui contrariam partem defendit, non oportere, dicere in Christo voluntatem gnomicam (6). At nullus requisivit (objicit veritas) nec ut indagaretur natura rei propositæ (7), nec ut inventa silentio deleretur et celaretur; neque propter rarum usum nominum substantia rerum dilaberetur. Nemo igitur quidquam horum neque proposuit, nec criminatus est, sed quod gnomica voluntas pure, et sine B ulla aliena implicatione in quæstione posita est (8), hoc quidem tanquam ne omnino quidem dictum esset, nec cognitum, præterivit, et despexit, commiscens autem voluntarium cum invito, et violentum cum non violento, et hoc multiplici verbo notionem simplicis rei imponens, existimat se latere auditores, qui vitam facit contradictionem (9). Alioquin neque penitus gnomicam voluntatem sanctis viris demimus, absit. Homines enim cum essent, et nondum sarcinam carunculæ deposuissent, sæpenumero humanis voluntatibus gnomicis utebantur. Sed illud dicimus, si in illis sæpe, carni adhuc et sanguini alligatis gnomica voluntas contrahebatur in angustam, quis non refugiat sentire (10), aut dicere fuisse in Christo voluntatem gnomicam? con- C tinua autem refutatio argumenti et rationis, qua recta opinio confirmatur, non solum non reddit infirmiorem rationem conclusionis de veritate (11), sed contra potius inexpugnabilem esse demonstrat. Excogitare enim contra eam omnes λαβὰς, id est, captiones, et omnes eas facile ab ea dissolvi, et extra omnem calumniam stare (12), quomodo non

A σημαίνουσιν ἀπαγγέλλειν ταῦτα γνώριμά τε ποιεῖν καὶ τοῖς ῥήμασιν; Ἀναθεωρεῖν τοίνυν προσῆκεν οὐχ ὅτι μὴ πρόχειρά σοι καθέστηκε τὰ ὀνόματα· ἀλλ' εἰ ἐπιζητεῖ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις διὰ τῶν προσφυῶν ὀνομάτων σημαίνεσθαι.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοὐναντίον πάλιν ἐρεῖ περιτρέπων τὴν ἀπόδειξιν δι' ἧς γνωμικὸν ἐπὶ Χριστοῦ μὴ δεῖν λέγεσθαι κατεσκευάζετο θέλημα, ὁ τῆς ἀντικειμένης προϊστάμενος μερίδος. Ἀλλ' οὐδεὶς ἀπήτησεν, ἀνθυποφέροι ἂν ἡ ἀλήθεια, οὔτε διερευνᾶσθαι τὴν φύσιν τοῦ προτεθέντος πράγματος. Οὔτε εὑρεθεῖσαν σιωπῇ ταύτην ἀφηνιάζειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι· οὐδ' ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων πανιζούσης χρήσεως τὴν τῶν πραγμάτων διασκεδάζειν ὑπόστασιν. Οὐμενουν οὐδεὶς τούτων οὐδὲν οὔτε προέθετο οὔτε B ᾐτιάσατο, ἀλλ' ὅτι τὸ γνωμικὸν θέλημα καθαρῶς καὶ χωρίς τινος ἐπιπλοκῆς ἀλλοτρίας προτεθὲν εἰς ζήτησιν, τοῦτο μὲν ὥσπερ μηδὲ ῥηθὲν ὅλως μηδὲ νοηθὲν παρέδραμέν τε καὶ παρεβλέψατο, συμφωνήσας δὲ τὸ ἑκούσιόν τε καὶ τὸ βεβιασμένον καὶ ἀβίαστον, καὶ τούτῳ τῷ πολυπλόκῳ νοήματι τὴν τοῦ ἁπλοῦ περιθέμενος διάνοιαν, οἴεται τοὺς ἀκροατὰς λανθάνειν ὁ τὴν ἀντιλογίαν βίον ποιούμενος. Ἄλλως τε δὲ οὐδὲ καθόλου περιαιροῦμεν τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τὸ γνωμικὸν θέλημα, μή τι γένηται. Ἄνθρωποι γὰρ ὄντες, καὶ μήπω τοῦ σαρκίου τὸ φορτίον ἀποθέμενοι· καὶ ἀνθρωπίνοις πολλάκις γνωμικοῖς ἐχρῶντο θελήμασιν. Ἀλλ' ἐκεῖνο φαμὲν, ὡς εἰ ἐν ἐκείνοις πολλάκις ἔτι σαρκὶ συνδεδεμένοις καὶ αἵματι, τὸ γνω- C μικὸν συνετέλλετο θέλημα. Ἐπιλελύπει [b] τε παρεῖναι μὴ κωλυόμενον. Τίς ἂν οὐκ ἐγκαλύψαιτο φρονεῖν ἢ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ γνωμικὸν ὑπάρχειν θέλημα; οὐ μὴν οὐδὲ ἡ συνεχὴς ἀντιλογία τοῦ κατασκευάζοντος τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιχειρήματος ἀνωτέραν [c] τὴν περὶ τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν ἀπεργάζεσθαι. Ἀλλὰ τοὐναντίον καὶ ἀναντίῤῥητον ἐπεδείκνυσιν. Τὸ γὰρ πάσας μὲν λαβὰς κατ' αὐτῆς ἐπινοεῖν, πάσας δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[b] lego ἐπιλελοίπει. [c] An. ἀνετωτέραν

NOTÆ.

(6) Sed hæc quidem rursus; *etc.* voluntatem gnomicam. — Hic erat transpositio, quæ sic potest reformari: Sed hæc quidem rursus in contrarium D dicet, is qui contrariam partem defendit, ad evertendam demonstrationem quæ astruebat, gnomicam in Christo voluntatem dici non oportere.

(7) *At nullus requisivit (objicit veritas) nec ut indagaretur natura rei propositæ:* Ἀλλ' οὐδεὶς ἀπήτησεν, ἀνθυποφέροι ἂν ἡ ἀλήθεια, οὔτε διερευνᾶσθαι τὴν φύσιν τοῦ προτεθέντος πράγματος. Id est: At nullus requisivit (ait veritas ad solvendam adversarii objectionem) ut non indagaretur natura rei propositæ.

(8) Sed quod gnomica voluntas pure... in quæstione posita est. — Sensus et series argumenti postulant ut legatur: Sed quod, postquam gnomica voluntas pure... in quæstione posita est.

(9) *Et hoc multiplici verbo*, etc. *contradictionem:* Καὶ τούτῳ τῷ πολυπλόκῳ νοήματι [al. ῥήματι] τὴν τοῦ ἁπλοῦ περιθέμενος διάνοιαν, οἴεται τοὺς ἀκροατὰς λανθάνειν ὁ τὴν ἀντιλογίαν βίον ποιουμένος. Id est: Et hoc valde implexo mentis conceptu (al. vocabulo) simplicis rei notionem involvens latere se auditores exsistimat is qui ex proponendis objectionibus seu contradictionibus victum quæritat.

(10) *Si in illis... gnomica voluntas contrahebatur in angustum, quis non refugiat sentire....?* Εἰ ἐν ἐκείνοις... τὸ γνωμικὸν συνεστέλλετο θέλημα ἐπιλελοίπει [erat in meo ms. ἐπιλελύπει; sed male] τε παρεῖναι μὴ κωλυόμενον, τίς ἂν οὐκ ἐγκαλύψαιτο.... Id est: Si in illis... gnomica voluntas contrahebatur in angustum: et tamen supererat, quoniam adesse non prohibebatur, quis non erubesceret sentire, etc. — Erat omissio in Latina versione Turriani.

(11) *Continuo autem refutatio argumenti et rationis*, etc. *De veritate.* Οὐ μὴν οὐδὲ συνεχὴς ἀντιλογία τοῦ κατασκευάζοντος τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιχειρήματος ἀνωτέραν [lego ἀνετωτέραν] τὴν περὶ τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν ἀπεργάζεται. Id est: Neque tamen continua contradictio facta ei argumento quod rectam opinionem astruit, infirmiorem reddit propositam de veritate demonstrationem.

(12) *Extra omnem calumniam stare:* Πάσης ἐκτὸς διαβολῆς καὶ ἐπηρείας ἑστάναι. Id est: Extra omnem calumniam et oppugnationem seu labefactationem stare.

ἐκείνην ῥᾳδίως διαλύειν, καὶ πάσης ἐκτὸς διαβολῆς καὶ ἐπηρείας ἱστάναι, πῶς οὐκ ἀνυπέρβλητον αὐτῆς τὸ κράτος ἀνακαλύπτεται; Καίτοι γε εἰ καὶ τὸ ἐπιχείρημα τοῦτο ἀντιλογίαν οὐ ῥᾷον οὖσαν ἐδέχετο διαλύεσθαι, οὐδ' οὕτως ὁ ἐναντίος λόγος ἐρώννυτο. Τὰ γὰρ λοιπὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπὶ τοσοῦτον ἐμφανεστάτην παρέχεται τὴν ἀλήθειαν, ὡς μηδὲ ἐπιχειρῆσαι ὅλως πρὸς αὐτὴν ἀντιβλέψαι τὸν πάσας τόλμας ἕτοιμον ὄντα τολμᾷν, εἰ καὶ τὴν αἰσχύνην διὰ πασῶν ἀποφέρεται. Οἷς μὲν γὰρ οἱ προσενεχθέντες λόγοι τὸ ἧττον ἠνέγκαντο, τὴν νίκην κυρήττουσιν ἄμαχον, οἷς δὲ καὶ αὐτῶν τῷ συμπλακῆναι τεθήπασι, τὸ κράτος τῶν ἀριστευμάτων οὐδ' ἀμφίβολον ἐμαρτύρησαν.

Ἄλλως τε δὲ, εἰ ἄριστος μὲν λόγος οὗ τῆς ἀληθείας ἐπὶ τοσοῦτον ἡ αὐγὴ ἀπαστράπτει, ὡς μηδ' ἀντιβλέψαι πρὸς αὐτὸν τὴν ἔριν· μηδὲ τὴν ἀρχὴν προσβαλεῖν ἐπισκιάζειν αὐτῆς ταῖς φιλονεικίαις τὴν λαμπρότητα. Κράτιστος δὲ πάλιν λόγων, ὃς ἁπάσας τὰς τῶν ἀντιπάλων λαβὰς αἳ τούτοις ἐπενοήθησαν διαφυγὼν καὶ κατὰ πάντας ἀγῶνας τὴν νίκην ἀναδησάμενος εἰς τέλος καταβληθέντων τῶν ἀνταγωνιστῶν· ὁ ἄμφω συλλαβὼν ἐν ἑαυτῷ, τοῦ μὲν τὸ ἄμαχον κράτος, τοῦ δὲ τὸ ἀναφαίρετον ἀριστεῖον, καὶ τὴν ἐξῃρημένην καὶ ἀπαράμιλλητον ἀρετὴν ἑκατέρου μόνος ἔχων ἐλλαμπρύνεσθαι· πῶς οὐχ ἂν ὁ λόγος οὗτος, οἷος ὁ παρὼν τελεωτάτην τε καὶ ἀνυπέρβλητον τὴν τῆς ἀληθείας ἰσχὺν ἐπιδείκνυσιν; Ἀλλὰ γὰρ διὰ τοῦτο ταὐτά τε καὶ τὰς ἀντιλογίας προήνεγκεν ἡ τῆς ὑποθέσεως ἔρευνα, ἵνα σαφῶς ἐπιγνῷς ὡς εἰ καὶ συντόμως, πλὴν οὐ παρέργως τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰς φῶς προβαλλομένη προήνεγκεν.

Ὁ μὲν οὖν παρὼν λόγος οὐ κατὰ πολὺ ἔλαττον τῆς συγγυμνασίας στοχαζόμενος, ἢ τῆς ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἐπιγνώσεως, ἐπιτόμως οὕτως ταῦτα διελήλυθεν. Εἰ δέ τις ἀπὸ τῶν ἱερῶν Λογίων, ἢ τῶν θεοφόρων ἡμῶν Πατέρων γλαφυρωτέραν τινὰ θεωρίαν μᾶλλον καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἀνηγμένην μαθὼν ἀποκαλύψειεν, θᾶττον ἂν ἡμᾶς ὄψαιτο τὴν τῶν μαθητῶν καταλαμβάνοντας τάξιν ἀντὶ τοῦ ζητεῖν διδασκάλους νομίζεσθαι.

A omnibus invictum robur ejus patefacit? tum etsi quamvis hoc argumentum non facile rationem contradicentis dissolveret (13), nec sic tamen adversarii disputatio valeret; reliqua enim hujus argumenti et rationis (14), usque adeo perspicuam, et dilucidam exhibent veritatem, ut neque qui præsto sit ad audendum omnia, contra eam aspicere nitatur, quamvis in omnibus pudorem amandet procul, et quidem quos sermones facti a contradicendo deterruerunt, sine pugna illos quidem victos prædicant; quibus autem admirationem moverunt, commissa pugna, istis vires non dubias strenue testati sunt (15).

B Jam vero si optimus quidem sermo est, cujus veritas tanto splendore fulget, ut nec ex adverso in eum intueri ipsa contentio possit; neque contentiosus intentet fulgori ejus inumbrationem; fortissimus vero rursus sermo est, qui omnes tendiculas adversariorum, quas excogitaverunt, effugit, et in omni certamine victoriam adeptus, postremo pugnantem prosternit; sermo qui utrumque horum in se complexus est, illius quidem victoriam sine pugna, hujus vero præmium strenui bellatoris, quod nunquam eripi possit, ac virtutem excellentem, et extra certamen positam; quomodo, ut ratio postulat hic sermo, qualis est hic præsens, non absolutissimam et invictam veritatis firmitudinem ostendit? Verum ea de causa hæc, et quæ in hac C re contradicuntur, attulimus, et scrutati sumus, ut perspicue et breviter cognoseas; imo nec otiose naturam rerum in lucem deprompsimus (16).

Hæc igitur nunc hactenus breviter, ac concise tactractavimus, ut non multo minus in exercitationem, quam in cognitionem naturæ rerum aspiceremus. Si quis vero vel ex sanctis Scripturis, vel ex sanctis Patribus aliquid magis dolatum, et gratius, ac magis ad veritatem accommodatum didicerit, et nobis detexerit, cito videbit nos e numero et ordine discipulorum factos, habere eos magistros (17).

NOTÆ.

(13) *Tum etsi quamvis, etc.* Καίτοι γε, εἰ καί. Id est: Atqui tamen, quamvis, etc. — Forte Turr. scripserat tametsi.

(14) Reliqua enim hujus argumenti et rationis: Τὰ γὰρ λοιπὰ τῶν ἐπιχειρημάτων. Id est: Reliqua enim argumenta.

(15) *Et quidem quos sermones facti a contradicendo deterruerunt, sine pugna illos quidem victos prædicant; quibus autem admirationem moverunt, commissa pugna, illis vires non dubias strenue testati sunt.* Οἷς μὲν γὰρ οἱ προσενεχθέντες λόγοι τὸ οὐ ἧττον ἠνέγκαντο, τὴν νίκην κηρύττουσιν ἄμαχον. Οἷς δὲ καὶ αὐτῶν (lego αὐτῷ) τῷ συμπλακῆναι τεθήπασι, τὸ κράτος τῶν ἀριστευμάτων οὐδ' ἀναμφίβολον ἐμαρτύρησαν. Id est: Nam quatenus quidem adversariorum nostrorum ratiocinationes commissa quasi inferiores discesserunt, nostram victoriam prædicant esse hujusmodi, ut redintegrando prælio locum non relinquat: quatenus autem in ipso veluti conflictu obstupuerunt, strenuitatis nostræ robur non esse dubium testatæ sunt.

Turrianus credidit hos ablativos, οἷς μὲν, . . . οἷς δὲ, significare personas: sed debemus subintelligere πράγμασιν, et sic reddere:

D

quatenus qua parte quoniam eo quod	quidem,	*vel,*	quatenus qua parte quoniam	vero,

(16) *Ut perspicue et breviter cognoscas; imo nec otiose naturam rerum in lucem deprompsimus:* Ἵνα σαφῶς ἐπιγνῷς ὡς, εἰ καὶ συντόμως, πλὴν οὐ παρέργως τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰς φῶς προβαλλομένη προήνεγκε. Id est: Ut perspicue cognosceres nos, etsi breviter, at certe non perfunctorie in hacce quæstione perscrutanda naturam rerum in lucem deprompsisse.

(17) *Cito videbit nos e numero et ordine discipulorum factos, habere eos magistros:* Θᾶττον ἂν ἡμᾶς ὄψαιτο τὴν τῶν μαθητῶν καταλαμβάνοντας τάξιν ἀντὶ τοῦ ζητεῖν διδασκάλους νομίζεσθαι. Id est: Cito videbit nos e numero et ordine discipulorum potius fieri, quam quærere ut in magistrorum loco graduque habeamur.

DISSERTATIUNCULA STEWARTII

De scriptione Photiana et quanti ponderis sint argumenta, quæ affert pro sua sententia stabilienda.

A diversis actibus voluntatis dividunt quidam Græci voluntatem, in voluntatem naturalem, seu essentialem; et in voluntatem gnomicam, divisione Latinis, ut opinor, inusitata, et inaudita. Naturalem vocant, quæ homini convenit præcise ratione naturæ specificæ: et quæ in omnibus hominibus eadem est, sicut et ipsa species humana eadem est præcise spectata, et ab omnibus conditionibus individuantibus abstracta. « Naturalis voluntas hominis est, » inquit ex SS. Basilio, et Cyrillo, Anastasius Sinaita, contra Severianos, « amare vitam, et quæ necessario ad vitam pertinent. Omnis enim homo, hoc ipso, quod talis est, naturaliter amat vitam. » Gnomica voluntas vocatur hypostatica, personalis, electiva. « Gnomicas voluntates, » inquit idem Anastasius, loco citato, « varias habet nostra natura. Alius enim vult privatus esse, alius ædificare, alius agriculturam exercere, alius aliud agere, prout sunt variæ, peculiares, et quasi individuales gnomæ, sive sententiæ, seu decreta.

Sanctus Maximus in suis definitionibus ita definit: Voluntas gnomica « est voluntarius rationis impetus, et motus in utramque partem rationis. » Qua definitione describit naturam ejus actus, qui dicitur electio, vel potius illum, qui ex parte rationis in discussione, et examine rerum ipsam electionem antecedit. Idem tamen in epistola ad Marinum, negat *gnomen*, seu *sententiam* esse ipsam electionem, sed dicit electionem potius esse effectum gnomæ, sententiæ. Et hoc maxime convenit cum illis, quæ traduntur 1-2, q. 13, art. 1, ubi docetur, nos tunc eligere, cum animadversis variis mediis, ad finem judicio rationis concludimus unum præ aliis esse amplectendum, atque adeo voluntate illud complectimur.

Quæritur autem, uter potius actus formaliter sit electio? Prior ne ille rationis, quem sanctus Maximus ad Marinum videtur vocare gnomen; an ille posterior voluntatis, quo unum medium præ aliis amplectimur. Et communiter respondetur, in hoc posteriore actu formaliter et essentialiter consistere electionem: quamvis etiam illum alterum actum rationis præsupponat, et connotet. Ita ferme gnomen explicat quoque Photius, ut vidimus.

De eadem voluntate gnomica ita sanctus Damascenus lib. III *De fide orthodoxa*, cap. 14: « Sciendum est, non idem esse, velle, et πῶς θέλειν, hoc est, cum modo, seu modaliter velle. Nam velle naturæ est, sicut et videre. Omnibus enim hominibus inest. At vero, hoc vel illo modo velle, non est naturæ, sed nostræ gnomæ, seu sententiæ: sicut etiam, hoc, vel illo modo videre, puta bene, aut male. Non enim omnes homines eodem modo volunt. Neque eodem modo vident, quod etiam in actionibus apparet. Nam hoc, vel illo modo velle, videre, operari, est affectio, et modificatio usus actualis volendi, videndi, et operandi, in solo utente exsistens, eumque ab aliis separans. Simpliciter igitur aliquid velle, nimirum abstrahendo ab omni modo, est voluntas, vel potentia volendi: quæ nil est aliud, quam rationalis appetitio, et voluntas naturalis. At vero, hoc vel illo modo velle, est voluntas gnomica; et objectum hujus voluntatis est volitum gnomicum. » Et ut res exemplo declaretur: Voluntas comedendi simpliciter, est voluntas naturalis in singulis ratione speciali existens. At voluntas comedendi aliquid hac vel illa qualitate affectum, ut dulce, acerbum, multum, parum, dicitur voluntas gnomica, seu ποιά, seu πῶς, id est, voluntas affecta aliqua qualitate, aut conditione; et non est naturæ, ut dicunt Græci, sed personæ. Et quia personæ variæ sunt, ideo et hæc voluntas est varia.

Sic explicata voluntate gnomica, quæstio est, utrum voluntas gnomica fuerit in Christo? Et Photius quidem supra diserte negat. Idem videntur negare Damascenus, et Maximus supra. Argumenta multa affert Photius, ut vidimus. Præcipua tantum hic repetam, et clarius proponam.

Primum. Voluntas gnomica, est voluntas personæ humanæ et creatæ. In Christo non fuit persona humana et creata; Ergo. Major patet: quia velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, non potest esse naturæ, quia illa est eadem in omnibus: et consequenter idem vult. Ergo voluntas gnomica est personæ: quæ, cum multiplicetur, non est mirum, quod etiam actus volendi multiplicetur, ita ut alius hoc velit, alius illud.

Secundum argumentum. Electio non est in Christo, ergo nec voluntas gnomica. Antecedens patet: quia electio est eorum, quæ in utramque partem movent, hoc est, ad bona et ad mala, ut inquit Photius ex sancto Maximo. Probatur consequentia. Quia voluntas gnomica et electiva est una et eadem.

Tertium argumentum. Si in Christo esset voluntas gnomica, tunc differret a voluntatibus gnomicis, quæ in unoquoque homine spectantur. Differret etiam a voluntate Spiritus sancti, et Patris. Sed quænam est ista voluntas, quæ nec est humana gnomica, nec omnino dicitur voluntas? Nec dici potest, istam voluntatem gnomicam in Christo, esse compositam partim ex divina, partim ex humana voluntate: quia, ut ait Photius, ne cogitari quidem potest compositio voluntatis, sicut possumus intelligere hypostasin compositam ex natura humana et divina.

Quartum argumentum. Si detur in Christo voluntas gnomica, faciet compositionem cum voluntate naturali Christi. Hoc dici non potest: quia si voluntas Christi esset composita, etiam natura ejus composita esset. Sed hoc dici non potest. Una enim est naturà humana in Christo simplex: et inter humanam Christi, et divinam naturam, non datur ulla compositio in natura.

Quintum argumentum. Si voluntas gnomica nascitur ex consilio et judicio, seu ex determinatione

rationis ad unum, vel plura media ex aliis eligenda, sequitur eam in Christo non habere locum; sed nascitur inde : Ergo. Probatur sequela : quia ignorantia non habet locum in Christo, nec dubitatio. Haberet autem, si esset in illo voluntas gnomica, in qua, per consilium et determinationem rationis, est transitus ab ignorantia ad cognitionem, et ab incerto ad certum, et mutatio non amantis ad amorem.

Sextum argumentum. Homines utentes voluntate gnomica, repugnant Deo : ergo non est in Christo.

Septimum argumentum. Voluntas gnomica est propensa ad utramque actionem, honestam scilicet, ac pravam ; ergo.

Propter hæc argumenta, Photius et alii ne gnomicam quidem divinam voluntatem statuunt in Christo. Nam, si talis est in Christo, illa aut eadem est cum voluntate divina naturali, aut diversa. Si eadem, habemus ergo intentum, non esse scilicet aliam divinam voluntatem, præter illam naturalem, tribusque personis communem. Si vero divina voluntas gnomica in Christo est alia a naturali divina voluntate ; tunc erit diversa, quæ est in Patre, et Spiritu sancto. Sed hoc est absurdum, quia omnium personarum divinarum est eadem voluntas. Gnomica autem non est eadem, sed diversa in diversis hypostasibus. Quare isti auctores nec in Trinitate gnomicam voluntatem ponunt, maxime propter argumentum 5, 6 et 7. In Trinitate enim licet sint tres personæ, est tamen simpliciter unum et idem velle ac nolle.

Observationes Stewartii. — Hæc tamen et alia, quæ Photius disputat, non videntur concludere. Cujus argumenta ut solvantur, fatendum est, in Christo non fuisse voluntatem, vel actum voluntatis, quæ fuerit actus, vel potentia personæ creatæ. Clarum enim est in Christo personam creatam non fuisse. Interim tamen negari non potest in Christo fuisse voluntatem individualiter distinctam a voluntate individuali cujuscunque alterius hominis, abstrahendo ab hypostatica personalitate. Sicut etiam abstrahendo ab eadem, in Christo est individualis natura humana, distincta ab omni alia, et sub illa in communi comprehensa, tanquam quoddam illius individuum : cujus individualis naturæ est, individuales et singulares actiones producere, tam intellectus, quam voluntatis, quæ in individuo distinguuntur ab actionibus aliarum naturarum individualium. Quamvis natura individualis producat istas actiones in aliis quidem hominibus, ut naturæ individuales subsistunt in personalitate creata. In Christo vero ut natura ejus humana subsistit in divino supposito; quod tamen suppositum per se non influit in actionem illam individualis voluntatis : quamvis nec mere per accidens, et concomitanter sese habet suppositum ad actionem illam voluntatis individualis, sed est conditio prærequisita ad agendum ex parte agentis : quatenus nullum agens naturale agere potest naturaliter loquendo, nisi exsistat in supposito. De quo latius Suarez, disp. 30 in *Metaph.* sect. 7.

Jam vero, sicut Petrus, verbi gratia, per voluntatem suam individualem exsistentem in supposito creato, tendere potest tam in dulce, quam in amarum, tam in magnum, quam in parvum, et in cætera objecta conditionibus aliquibus affecta ; ita potest etiam dulce, et amarum, etc., appetere per suam individualem voluntatem Paulus, etc. Si ergo quivis homo singularis quatenus habet singularem naturam, hoc potest, abstrahendo a personalitate, tanquam a principio influente in actionem illam voluntatis; quamvis non abstrahendo a personalitate, ut est conditio agendi naturaliter requisita : absurdum videtur dicere id Christum non potuisse, et quoties aliquid voluit, aut appetivit, id tantum voluisse communi ratione boni, et in objectum tetendisse præcisis omnibus qualitatibus, et conditionibus particularibus.

Quod si quis sententiam Græcorum accuratius consideret, plane videntur hanc voluntatem gnomicam distinxisse realiter a potentia illa, quam vocant ipsi naturalem, quæque oritur ex ipsa natura specifica. Videntur etiam existimasse hanc voluntatem gnomicam, et actus ejus effective esse ab ipsa persona. Quod si ita esset, tunc clarum esset in Christo non posse poni voluntatem gnomicam creatam, cum in ipso non fuerit persona creata, ex qua hujusmodi voluntas humana gnomica flueret.

Sed hæc fundamenta sunt falsa. Quia omnis actus voluntatis, qualiscunque sit, effective est ab illa potentia volendi quæ fluit ex intrinsecis principiis humanæ naturæ. Et suppositum hic nil aliud facit, quam quod est conditio, sine qua naturaliter loquendo, voluntas nullum actum possit elicere, sicut naturaliter non potest exsistere extra suppositum. Si tamen extra esset per divinam potentiam, posse etiam extra operari, nec requireret hanc conditionem suppositi, ut docet etiam Suarez loco citato.

Ad primum argumentum Photii, negatur major. Quia voluntas gnomica est naturæ, non personæ, nisi quatenus persona est conditio, sine qua voluntas naturaliter actum non eliceret. Ad probationem dico : Licet in singulis hominibus sit eadem voluntas secundum speciem, multiplicatur tamen individualiter in singulis. Et, licet voluntas in communi abstrahat à tanto, vel tanto, etc., et ab aliis conditionibus particularibus objectorum ; non repugnat tamen illi velle tantum, vel tantum, etc.; imo hoc ei est naturale, eo ipso, quod omnia ista continentur intra latitudinem sui objecti, quod est bonum : sicut etiam potentia intelligendi non tantum potest tendere in verum in communi, sed etiam in hoc vel illud verum particulare, hoc vel illo veri modo affectum. Quare etiam voluntati humanæ, ut voluntas est, convenit, ut possit velle bonum, et omnes differentias boni : item, ut possit fugere malum, et omnes differentias mali. Nam quod

postea actualiter iste vel iste non versatur, circa appetitionem hujus vel illius in individuo, cum tali vel tali modo, per accidens est : posset, si vellet, quantum est præcise ex ipsa voluntate, quæ ita est comparata, ut homo per illam possit tendere in quodcunque particulare bonum, sub quocunque modo, qui sit intra latitudinem objecti voluntatis in communi.

Ex quibus apparet etiam in Christo hanc voluntatem posse poni, non tantum in actu, quasi primo, sed etiam in secundo. Neque enim ullam imperfectionem includit velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, etc. Et cum voluntas hæc gnomica non sit a persona, tanquam a principio emanationis, aut effectivo, nil refert, num exsistat in hypostasi humana et creata, ut fit in aliis hominibus : an vero in hypostasi increata, et divina, ut contingit in Christo ; cum hypostasis sit voluntati tantum conditio sine qua non agendi.

Ad secundum argumentum Photii negatur antecedens. Nam electionem esse in Christo patet ex illo Isaiæ (VII, 15) : *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.* Nec est de ratione electionis, ut possit etiam malum eligere. Satis est, ut habeat indifferentiam respectu bonorum. Et in Christo est liberum arbitrium, ut postea videbimus : ergo etiam electio.

Ad tertium argumentum respondetur, voluntatem humanam gnomicam Christi individualem differre a voluntatibus gnomicis singulorum hominum, et differre etiam realiter a voluntate Patris et Spiritus sancti, sive spectetur ut est potentia, sive ut est actus.

Quartum argumentum nil valet. Nam voluntas gnomica est actus, non potentia. Et si est potentia, est eadem potentia secundum entitatem cum voluntate naturali, et specifica ; et sic nulla est compositio voluntatum : sed sunt tantum diversæ rationes, fundatæ in eadem entitate voluntatis. Et consequenter, nec erit compositio naturarum. Et, si argumentum valeret, probaret etiam in singulis hominibus esse compositam voluntatem, et consequenter compositam naturam ex duabus naturis perfectis, et integris : naturam enim ex imperfectis naturis componi nil est absurdi.

Ad quintum negatur, de ratione consilii esse ignorantiam, vel dubitationem. Licet enim in nobis id ita accidat, eo quod non habeamus cognitionem omnium rerum, sicut Christus habebat ; consilium tamen per se, non includit ignorantiam et dubitationem. Quod certum est, si consilium accipiatur pro ipso judicio, seu sententia, qua per rationem concluditur, quid sit agendum. Quo pacto consilium etiam in Deo poni potest. Si vero consilium accipiatur pro inquisitione de eo, quod est agendum : sic quidem in nobis procedit consilium ex ignorantia et dubitatione ; in Christo tamen tantum connotabat progressum ab uno ad alterum, absque ignorantia vel dubio. Nec hoc magis est absurdum, quam quod Christus discurrendo per intellectum, procedebat a præmissis notis, ad conclusionem notam ; licet discursus dicatur esse a noto ad ignotum : sed hoc per accidens, ut patet etiam in viro docto, cum syllogismos facit de conclusione sibi non ignota. Ergo, sicut Christus fuit *discursivus* sine dubitatione ; ita fuit etiam *consiliativus* sine ignorantia, etc. Nisi quis secundum sententiam, quæ negat Christum habere scientiam acquisitam a primo instanti incarnationis, dicere velit, ratione scientiæ practicæ acquisitæ, eum habuisse consilium secundo modo sumptum de eo, quod nesciebat, non simpliciter, sed per scientiam acquisitam. Etsi dubitatio etiam hic removeri debet. Neque enim in Christo ullus fuit actus intellectualis dubitativus.

Esse autem in Christo consilium, videtur etiam planum fieri ex eo, quod ab Isaia (IX, 6) appellatur *magni consilii angelus.* Ubi nomen *consilii* non tantum improprie, pro gnome, seu sententia, sed etiam pro ipsa inquisitione agendorum accipi potest.

Ad sextum argumentum Photii respondetur, nil aliud probari, quam voluntatem gnomicam non fuisse in Christo cum peccabilitate : quæ non est perfectio, sed imperfectio.

Ad septimum respondetur eodem modo. Non enim est de ratione voluntatis gnomicæ, ut possit tendere in bonum et in malum : sicut neque est de ratione liberi arbitrii, ut patet in Deo, etc.

Ad id, quod Photius addit de voluntate divina gnomica, respondetur : voluntatem divinam Christi gnomicam entitate esse unam eamdemque cum voluntate Patris, et Spiritus sancti. Sicut etiam una et eadem est, quoad actum. Si enim voluntas gnomica hominum non distinguitur a voluntate naturali secundum entitatem, multo minus distinguetur in divinis. Et quamvis in hominibus, quoad actum, differat voluntas gnomica, non modo, quatenus individualis actus unius non est individualis actus alterius : sed etiam, quatenus unus vult, alter non vult, ut quatenus iste vult dulce, alter amarum, et sic sibi mutuo ob varias sententias repugnant : tamen in divinis hoc non fit ; sed actus voluntatis unius personæ, est simpliciter etiam actus alterius secundum entitatem. Nec una persona vult hoc, alia illud, propter ejusdem numero naturæ, et consequenter voluntatis communicationem : sed numerica hæc distinctio actuum, et repugnantia circa objecta, non est simpliciter de ratione voluntatis gnomicæ, ad cujus rationem hoc tantum pertinet, ut sit alicujus individui, et proficiscatur ex gnome, seu sententia decretoque rationis circa agibile, et ut versetur circa objectum voluntatis conditione, vel qualitate aliqua affectum, ut est tantum vel tantum, dulce vel amarum. Et quod in divinis non sit repugnantia voluntatis, nec quoad actum, nec quoad volitum formale, vel materiale, id fit propter identitatem ejusdem naturæ. Et si in humanis, verbi gratia, tres personæ communicarent, et suppositarent eamdem naturam, non esset etiam ulla diversitas in voluntate ; et tamen optime possemus ibi constituere voluntatem gnomicam, eo modo, quo voluntas ista hactenus explicata est.

Hæc de argumentis Photii, qui opinionis suæ tenax, gnomicam voluntatem a Christo mordicus removebat. Quocirca plures reperit, qui se opponerent; ut apparet ex Epilogo opusculi, et ex Græcis quoque scholiis, quæ adjecta erant ad marginem Græci exemplaris, quo Turrianus ad versionem suam usus est · nam a codice Bavarico aberant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΑʹ.

Τί ἐστι τὸ παρὰ τῷ Λουκᾷ· « Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη, » κ. τ. λ.;

A

QUÆSTIO LXXXI [*Coisl. Taur.* CCLXIX].

Quid est illud apud Lucam : « Facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est? » etc.

Edita est a R. Montacutio inter Photii epistolas ed. Londin. 1651 f. ep. 148, *Sergio fratri*, p. 202, 203.

Πότερον οἱ χλευάζοντες συνίεσαν λαλούντων γλώσσαις τῶν ἀποστόλων, ἢ οὔ; Εἰ μὲν γὰρ οὐ συνίεσαν, πῶς ἁπάσαις [ἅπασιν] ἐλάλουν οἱ ἀπόστολοι; εἰ δὲ συνίεσαν, πῶς ἐθάῤῥησαν μέθην αἰτιάσασθαι, παρὰ πόδας τὸν ἔλεγχον ἔχοντες, αὐτῶν τῶν ἀκουόντων καὶ συνιέντων τὴν αἴσθησιν; Οὕτω μὲν ἄν τις εἴποι τὴν σὴν ἀπορίαν εἰς τὸ δριμύτερον μεταχειριζόμενος. Ἐγὼ δὲ φαίην ἂν τοὐναντίον· ὡς, εἰ μὴ συνίεσαν, οὐδ' ἂν εἰς μέθην τὸ θαῦμα διέβαλλον. Τί γὰρ ἄν τις καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροίη ὅπερ οὐδὲ τῶν λυπούντων αὐτὸν εἴη; Ἀλλὰ συνίεσαν μὲν, ἀπηρέσκοντο δέ· τὰ γὰρ μεγαλεῖα ἔλεγον ἐκεῖνοι τοῦ Θεοῦ· ἐφ' οἷς, οἱ ἀγνωμονοῦντες νυττόμενοι, χλεύην ἐπεχείρουν τὸ θαῦμα ἐργάζεσθαι. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Λουκᾶς, « Χλευάζοντες, φησὶν, ἔλεγον· » οἱονεὶ διασύροντες, ἐνδιαβάλλοντες, ἐπισκιάσαι τὴν θαυματουργίαν μηχανώμενοι. Πῶς οὖν συνιέντες, εἰς μέθην ἀνέφερον τὰ λεγόμενα; Ἀπὸ πολλῆς ἀπονοίας· ἐξ ὑπερβαλλούσης ἀνοίας· ἔθος γὰρ τοῖς τοιούτοις, ὅταν ᾖ μὴ καταθύμια τὰ λεγόμενα, κἂν ἄλλως πολὺ τὸ σωτηριῶδες ἔχῃ καὶ ὠφέλιμον, παραφορὰν τῶν εἰρημένων, ἢ μέθην ἢ καὶ δαιμόνιον αἰτιᾶσθαι τοῦ λέγοντος· καὶ μήτε αὐτὸν ἐκεῖνον, ἃ λέγοι, συνιέναι· μήτε μὴν τὸν ἀκούοντα, καίτοι καὶ τοῦ λέγοντος ἐπὶ τὸ ἄπταιστον φθεγγομένου, καὶ τοῦ χλευάζοντος καὶ αἰτιωμένου, μέχρι τοῦ ἀκούειν καὶ συνιέναι, ὑγιῶς ἔχοντος. Ἐκεῖνοι δὲ καὶ μᾶλλον ἐθάῤῥουν μέθην ἐγκαλεῖν, ὅτι τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ ἀκούοντες, τοὺς ἄλλους δὲ διὰ τὸ ἑτερόγλωσσον μὴ συνιέναι νομίζοντες, οὐδ' ἔλεγχον τῆς συκοφαντίας εὑρεῖν ἐξ ἑτοίμου ὑπελάμβανον. Αὐτοὶ μὲν γὰρ συνίεσαν· τοὺς δὲ συμπαρόντας, δι' οὓς καὶ πρὸς μέθην τὸ θαῦμα κατέφερον, πόῤῥω τοῦ συνιέναι ἐτόπαζον. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Ὥσπερ γὰρ τῆς Δεσποτικῆς ἐξουσίας, ἐλαυνούσης τὰ δαιμόνια, συνίεσαν μὲν καὶ ἔβλεπον τὰ παράδοξα, δέον δὲ ὑμνεῖν καὶ προσκυνεῖν, εἰς βλασφημίας ἀπήγοντο· καὶ νόσους πάσας καὶ πάθη πάντα ὁρῶντες φυγαδευόμενα, τῶν θαυμάτων τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῆς εὐεργεσίας, φθόνου καὶ συκοφαντίας καὶ φόνου ὕλην εἰργάζοντο· οὕτω καὶ νῦν οὐκ ἔχοντες ἐξαρνήσασθαι τὸ ὑπερφυὲς τῶν γλωσσῶν καὶ παράδοξον, ὁμοίως [ὁμῶς] τῇ βασκανίᾳ ἀνερεθιζόμενοι, μέθην κατασκεδάζειν τοῦ θαύματος οὐκ ἐνεκαλύπτοντο. Καὶ σκόπει κακουργίας ὑπερβολὴν, ἐν ἴσῳ τὴν ἄνοιαν ἔχουσαν. Ἐπεὶ γὰρ ἀπίθανον ἦν, καθ' ὥραν μάλιστα τρίτην, μέθῃ διδόναι τοὺς ἀποστόλους, ἀνθρώπους ἀρετῆς τε κήρυκας, καὶ ἐν μέσοις φόβοις καὶ κινδύνοις ἐναπειλημμένους, ἐπὶ τὸ τοῦ πόματος πρόσ-

Utrum qui irridebant apostolos linguis loquentes, eos intelligebant, vel non? Si non intelligebant, quomodo linguis omnibus locuti sunt apostoli? sin intelligebant, unde audebant eos ebrietatis accusare, cum in promptu convinci possent ab intelligentia audientium, et cognoscentium quæ loquebantur? Et hoc modo loqui potuit, qui tuam quæstionem acerbius excutere velit. At mihi contrarium dicere visum; nimirum si non intelligebant loquentes, haud miracula taxarent de ebrietate. Quorsum enim quis taxare velit illud, quod ipsi molestiam non fecisset? Verum cum intelligerent, B displicuit illis quod magnalia Dei apostoli prædicarent; quibus cum malevoli compungerentur, conati sunt miraculum risu traducere. Ideo beatus Lucas ait, « Irridentes dicebant[22], » etc., hoc est traducentes, accusantes, obtegere volentes operationem miraculosam. Quomodo igitur, cum intelligebant quæ dicebantur, ebrietati ascripsere? Ab ingenti furore, ab ignorantia suprema; in more enim ponitur apud ejusmodi homines, ut cum minus ipsis arrideant, quæ dicuntur, utcunque salutifera et perutilia sint, insaniæ, ebrietatis dicentes accusent; aut etiam arreptitium esse eum, qui loquitur, solent accusare; nec ipsum se intelligere, nedum perciperet auditor; utcunque qui C loquitur, sine lapsu loquatur; et qui accusat et irridet, quod auditum spectat et intellectum, sanus fuerit. Sed isti ebrietatem objicere eo magis audebant, quia cum loquentes suis ipsorum dialectis intelligerent, et alios arbitrarentur non intelligere propter linguam alienam, se non facile de sycophantia convictos iri putarent. Intelligebant ipsi, sed alios, qui una aderant, quorum causa rem transcripserant ebrietati, longe remotos ab intelligentia arbitrabantur. Nec sane mirum. Quemadmodum enim cum per Domini potentiam dæmonia ejicerentur, et videbant, et agnoscebant rem miraculosam, sed cum laudare et deprædicare deberent, ad blasphemandum abducebantur; et cum morbos et ægritudines curari viderent, magnitu- D dinem cum miraculi, tum beneficii, invidiæ materiam et calumniarum fecerunt: ita nunc, cum negando non essent linguarum supernaturale et prodigiosum donum, simili invidia irritati, sine pudore, pleno ore ebrietatem miraculo asperserunt. Adverte autem nequitiam, extremam stultitiam parem in se habentem. Nam cum esset

[22] Act. II, 13.

postea actualiter iste vel iste non versatur, circa appetitionem hujus vel illius in individuo, cum tali vel tali modo, per accidens est : posset, si vellet, quantum est præcise ex ipsa voluntate, quæ ita est comparata, ut homo per illam possit tendere in quodcunque particulare bonum, sub quocunque modo, qui sit intra latitudinem objecti voluntatis in communi.

Ex quibus apparet etiam in Christo hanc voluntatem posse poni, non tantum in actu, quasi primo, sed etiam in secundo. Neque enim ullam imperfectionem includit velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, etc. Et cum voluntas hæc gnomica non sit a persona, tanquam a principio emanationis, aut effectivo, nil refert, num exsistat in hypostasi humana et creata, ut fit in aliis hominibus : an vero in hypostasi increata, et divina, ut contingit in Christo ; cum hypostasis sit voluntati tantum conditio sine qua non agendi.

Ad secundum argumentum Photii negatur antecedens. Nam electionem esse in Christo patet ex illo Isaiæ (VII, 15) : *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.* Nec est de ratione electionis, ut possit etiam malum eligere. Satis est, ut habeat indifferentiam respectu bonorum. Et in Christo est liberum arbitrium, ut postea videbimus : ergo etiam electio.

Ad tertium argumentum respondetur, voluntatem humanam gnomicam Christi individualem differre a voluntatibus gnomicis singulorum hominum, et differre etiam realiter a voluntate Patris et Spiritus sancti, sive spectetur ut est potentia, sive ut est actus.

Quartum argumentum nil valet. Nam voluntas gnomica est actus, non potentia. Et si est potentia, est eadem potentia secundum entitatem cum voluntate naturali, et specifica ; et sic nulla est compositio voluntatum : sed sunt tantum diversæ rationes, fundatæ in eadem entitate voluntatis. Et consequenter, nec erit compositio naturarum. Et, si argumentum valeret, probaret etiam in singulis hominibus esse compositam voluntatem, et consequenter compositam naturam ex duabus naturis perfectis, et integris : naturam enim ex imperfectis naturis componi nil est absurdi.

Ad quintum negatur, de ratione consilii esse ignorantiam, vel dubitationem. Licet enim in nobis id ita accidat, eo quod non habeamus cognitionem omnium rerum, sicut Christus habebat ; consilium tamen per se, non includit ignorantiam et dubitationem. Quod certum est, si consilium accipiatur pro ipso judicio, seu sententia, qua per rationem concluditur, quid sit agendum. Quo pacto consilium etiam in Deo poni potest. Si vero consilium accipiatur pro inquisitione de eo, quod est agendum : sic quidem in nobis procedit consilium ex ignorantia et dubitatione ; in Christo tamen tantum connotabat progressum ab uno ad alterum, absque ignorantia vel dubio. Nec hoc magis est absurdum, quam quod Christus discurrendo per intellectum, procedebat a præmissis notis, ad conclusionem notam ; licet discursus dicatur esse a noto ad ignotum : sed hoc per accidens, ut patet etiam in viro docto, cum syllogismos facit de conclusione sibi non ignota. Ergo, sicut Christus fuit *discursivus* sine dubitatione ; ita fuit etiam *consiliativus* sine ignorantia, etc. Nisi quis secundum sententiam, quæ negat Christum habere scientiam acquisitam a primo instanti incarnationis, dicere velit, ratione scientiæ practicæ acquisitæ, eum habuisse consilium secundo modo sumptum de eo, quod nesciebat, non simpliciter, sed per scientiam acquisitam. Etsi dubitatio etiam hic removeri debet. Neque enim in Christo ullus fuit actus intellectualis dubitativus.

Esse autem in Christo consilium, videtur etiam planum fieri ex eo, quod ab Isaia (IX, 6) appellatur *magni consilii angelus.* Ubi nomen *consilii* non tantum improprie, pro gnome, seu sententia, sed etiam pro ipsa inquisitione agendorum accipi potest.

Ad sextum argumentum Photii respondetur, nil aliud probari, quam voluntatem gnomicam non fuisse in Christo cum peccabilitate : quæ non est perfectio, sed imperfectio.

Ad septimum respondetur eodem modo. Non enim est de ratione voluntatis gnomicæ, ut possit tendere in bonum et in malum : sicut neque est de ratione liberi arbitrii, ut patet in Deo, etc.

Ad id, quod Photius addit de voluntate divina gnomica, respondetur : voluntatem divinam Christi gnomicam entitate esse unam eamdemque cum voluntate Patris, et Spiritus sancti. Sicut etiam una et eadem est, quoad actum. Si enim voluntas gnomica hominum non distinguitur a voluntate naturali secundum entitatem, multo minus distinguetur in divinis. Et quamvis in hominibus, quoad actum, differat voluntas gnomica, non modo, quatenus individualis actus unius non est individualis actus alterius : sed etiam, quatenus unus vult, alter non vult, ut quatenus iste vult dulce, alter amarum, et sic sibi mutuo ob varias sententias repugnant : tamen in divinis hoc non fit ; sed actus voluntatis unius personæ, est simpliciter etiam actus alterius secundum entitatem. Nec una persona vult hoc, alia illud, propter ejusdem numero naturæ, et consequenter voluntatis communicationem : sed numerica hæc distinctio actuum, et repugnantia circa objecta, non est simpliciter de ratione voluntatis gnomicæ, ad cujus rationem hoc tantum pertinet, ut sit alicujus individui, et proficiscatur ex gnome, seu sententia decretoque rationis circa agibile, et ut versetur circa objectum voluntatis conditione, vel qualitate aliqua affectum, ut est tantum vel tantum, dulce vel amarum. Et quod in divinis non sit repugnantia voluntatis, nec quoad actum, nec quoad volitum formale, vel materiale, id fit propter identitatem ejusdem naturæ. Et si in humanis, verbi gratia, tres personæ communicarent, et suppositarent eamdem naturam, non esset etiam ulla diversitas in voluntate ; et tamen optime possemus ibi constituere voluntatem gnomicam, eo modo, quo voluntas ista hactenus explicata est.

Hæc de argumentis Photii, qui opinionis suæ tenax, gnomicam voluntatem a Christo mordicus removebat. Quocirca plures reperit, qui se opponerent; ut apparet ex Epilogo opusculi, et ex Græcis quoque scholiis, quæ adjecta erant ad marginem Græci exemplaris, quo Turrianus ad versionem suam usus est: nam a codice Bavarico aberant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΑ'.

Τί ἐστι τὸ παρὰ τῷ Λουκᾷ· « Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη, » κ. τ. λ.;

A

QUÆSTIO LXXXI [*Coisl. Taur.* CCLXIX].

Quid est illud apud Lucam: « Facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est? » etc.

Edita est a R. Montacutio inter Photii epistolas ed. Londin. 1651 f. ep. 145, *Sergio fratri*, p. 202, 205.

Πότερον οἱ χλευάζοντες συνίεσαν λαλούντων γλώσσαις τῶν ἀποστόλων, ἢ οὔ; Εἰ μὲν γὰρ οὐ συνίεσαν, πῶς ἁπάσαις [ἅπασιν] ἐλάλουν οἱ ἀπόστολοι; εἰ δὲ συνίεσαν, πῶς ἐθάῤῥησαν μέθην αἰτιάσασθαι, παρὰ πόδας τὸν ἔλεγχον ἔχοντες, αὐτῶν τῶν ἀκουόντων καὶ συνιέντων τὴν αἴσθησιν; Οὕτω μὲν ἄν τις εἴποι τὴν σὴν ἀπορίαν εἰς τὸ δριμύτερον μεταχειριζόμενος. Ἐγὼ δὲ φαίην ἂν τοὐναντίον· ὡς, εἰ μὴ συνίεσαν, οὐδ' ἂν εἰς μέθην τὸ θαῦμα διέβαλλον. Τί γὰρ ἄν τις καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροίη ὅπερ οὐδὲ τῶν λαλούντων αὐτὸν εἴη; Ἀλλὰ συνίεσαν μὲν, ἀπηρέσχοντο δέ· τὰ γὰρ μεγαλεῖα ἔλεγον ἐκεῖνοι τοῦ Θεοῦ· ἐφ' οἷς, οἱ ἀγνωμονοῦντες νυττόμενοι, χλεύην ἐπεχείρουν τὸ θαῦμα ἐργάζεσθαι. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Λουκᾶς, « Χλευάζοντες, φησὶν, ἔλεγον· » οἱονεὶ διασύροντες, ἐνδιαβάλλοντες, ἐπισκιάσαι τὴν θαυματουργίαν μηχανώμενοι. Πῶς οὖν συνιέντες, εἰς μέθην ἀνέφερον τὰ λεγόμενα; Ἀπὸ πολλῆς ἀπονοίας· ἐξ ὑπερβαλλούσης ἀνοίας· ἔθος γὰρ τοῖς τοιούτοις, ὅταν ᾖ μὴ καταθύμια τὰ λεγόμενα, κἂν ἄλλως πολὺ τὸ σωτηριῶδες ἔχῃ καὶ ὠφέλιμον, παραφορὰν τῶν εἰρημένων, ἢ μέθην ἢ καὶ δαιμόνιον αἰτιᾶσθαι τοῦ λέγοντος· καὶ μήτε αὐτὸν ἐκεῖνον, ἃ λέγοι, συνιέναι· μήτε μὴν τὸν ἀκούοντα, καί τοι καὶ τοῦ λέγοντος ἐπὶ τὸ ἄπταιστον φθεγγομένου, καὶ τοῦ χλευάζοντος καὶ αἰτιωμένου, μέχρι τοῦ ἀκούειν καὶ συνιέναι, ὑγιῶς ἔχοντος. Ἐκεῖνοι δὲ καὶ μᾶλλον ἐθάῤῥουν μέθην ἐγκαλεῖν, ὅτι τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ ἀκούοντες, τοὺς ἄλλους δὲ διὰ τὸ ἑτερόγλωσσον μὴ συνιέναι νομίζοντες, οὐδ' ἔλεγχον τῆς συκοφαντίας εὑρεῖν ἐξ ἑτοίμου ὑπελάμβανον. Αὐτοὶ μὲν γὰρ συνίεσαν· τοὺς δὲ συμπαρόντας, δι' οὓς καὶ πρὸς μέθην τὸ θαῦμα κατέφερον, πόῤῥω τοῦ συνιέναι ἐτόπαζον. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Ὥσπερ γὰρ τῆς Δεσποτικῆς ἐξουσίας, ἐλαυνούσης τὰ δαιμόνια, συνίεσαν μὲν καὶ ἔβλεπον τὰ παράδοξα, δέον δὲ ὑμνεῖν καὶ προσκυνεῖν, εἰς βλασφημίας ἀπήγοντο· καὶ νόσους πάσας καὶ πάθη πάντα ὁρῶντες φυγαδευόμενα, τῶν θαυμάτων τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῆς εὐεργεσίας, φθόνου καὶ συκοφαντίας καὶ φόνου ὕλην εἰργάζοντο· οὕτω καὶ νῦν οὐκ ἔχοντες ἐξαρνήσασθαι τὸ ὑπερφυὲς τῶν γλωσσῶν καὶ παράδοξον, ὁμοίως [ὁμῶς] τῇ βασκανίᾳ ἀνερεθιζόμενοι, μέθην κατασκεδάζειν τοῦ θαύματος οὐκ ἐνεκαλύπτοντο. Καὶ σκόπει κακουργίας ὑπερβολὴν, ἐν ἴσῳ τὴν ἄνοιαν ἔχουσαν. Ἐπεὶ γὰρ ἀπίθανον ἦν, καθ' ὥραν μάλιστα τρίτην, μέθῃ διδόναι τοὺς ἀποστόλους, ἀνθρώπους ἀρετῆς τε κήρυκας, καὶ ἐν μέσοις φόβοις καὶ κινδύνοις ἐναπειλημμένους, ἐπὶ τὸ τοῦ πόματος πρόσ-

Utrum qui irridebant apostolos linguis loquentes, eos intelligebant, vel non? Si non intelligebant, quomodo linguis omnibus locuti sunt apostoli? sin intelligebant, unde audebant eos ebrietatis accusare, cum in promptu convinci possent ab intelligentia audientium, et cognoscentium quæ loquebantur? Et hoc modo loqui potuit, qui tuam quæstionem acerbius excutere velit. At mihi contrarium dicere visum; nimirum si non intelligebant loquentes, haud miracula taxarent de ebrietate. Quorsum enim quis taxare velit illud, quod ipsi molestiam non fecisset? Verum cum intelligerent,

B

displicuit illis quod magnalia Dei apostoli prædicarent; quibus cum malevoli compungerentur, conati sunt miraculum risu traducere. Ideo beatus Lucas ait, « Irridentes dicebant [22], » etc., hoc est traducentes, accusantes, obtegere volentes operationem miraculosam. Quomodo igitur, cum intelligebant quæ dicebantur, ebrietati ascripsere? Ab ingenti furore, ab ignorantia suprema; in more enim ponitur apud ejusmodi homines, ut cum minus ipsis arrideant, quæ dicuntur, utcunque salutifera et perutilia sint, insaniæ, ebrietatis dicentes accusent; aut etiam arreptitium esse eum, qui loquitur, solent accusare; nec ipsum se intelligere, nedum perciperet auditor; utcunque qui

C

loquitur, sine lapsu loquatur; et qui accusat et irridet, quod auditum spectat et intellectum, sanus fuerit. Sed isti ebrietatem objicere eo magis audebant, quia cum loquentes suis ipsorum dialectis intelligerent, et alios arbitrarentur non intelligere propter linguam alienam, se non facile de sycophantia convictos iri putarent. Intelligebant ipsi, sed alios, qui una aderant, quorum causa rem transcripserant ebrietati, longe remotos ab intelligentia arbitrabantur. Nec sane mirum. Quemadmodum enim cum per Domini potentiam dæmonia ejicerentur, et videbant, et agnoscebant rem miraculosam, sed cum laudare et deprædicare deberent, ad blasphemandum abducebantur; et cum morbos et ægritudines curari viderent, magnitu-

D

dinem cum miraculi, tum beneficii, invidiæ materiam et calumniarum fecerunt: ita nunc, cum negando non essent linguarum supernaturale et prodigiosum donum, simili invidia irritati, sine pudore, pleno ore ebrietatem miraculo asperserunt. Adverte autem nequitiam, extremam stultitiam parem in se habentem. Nam cum esset

[22] Act. II, 13.

incredibile, circa horam tertiam, ut ebrietate apostoli tenerentur, homines virtutis præcones, et inter timorem et pericula continuo agentes; ad potationis novitatem confugiunt (cum uvæ nondum maturuerant, sed terrenum humorem in flores eliquarent), et a qualitate complicant calumniam, « Musti, dicentes, pleni sunt. » Ubi enim violens et præceps animus haud inhibetur, id solum in proposito habetur, non ut quod congruum est nec deridendum dicatur, sed illa potius proferantur, per quæ animi furores et absurditates adimpleantur, et difficultas in eis quæ oculis cernuntur, amoliatur. Quocirca quod prudenter dixisse videbantur, insignem stultitiam et fatuitatem ipsorum in fine ostendit.

A φατον (καί τοι τῶν βοτρύων οὔπω πρὸς ὥραν ὄντων, ἀλλ' ἄρτι τὴν γεηρὰν ἰκμάδα εἰς ἄνθος ἀποτριβομένων) καταφεύγουσι, καὶ τῇ ποιότητι τὴν ὕβριν συνδιαπλέκουσι, « Γλεύκους, λέγοντες, μεμεστωμένοι εἰσίν. » Ἐν οἷς γὰρ τὸ ἰταμὸν τῆς γνώμης ἀκατάσχετον, μόνος πρόκειται σκοπὸς, οὐχ ὅπως τι δέον καὶ μὴ καταγέλαστον εἰπεῖν, ἀλλὰ δι' ὧν ἄν τις τύχοι τὸ μανιῶδες καὶ ἀλόκοτον ἐμπλῆσαι τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ἀμηχανίαν παραμυθήσασθαι. Διὸ καὶ ὅπερ ἔδοξαν ἐκ περινοίας εἰπεῖν, εἰς πολλὴν αὐτῶν ἄνοιαν καὶ ἀπόνοιαν τελευτᾷ.

QUÆSTIO LXXXII [*Coisl.* CCXLVIII, *Taur.* CCXXXIX].

Quomodo non est contrarium sumere nomen Domini Dei in vanum?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΒ'.

Πῶς οὐκ ἔστιν ἐναντίον τὸ λαβεῖν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἐπὶ ματαίῳ;

Edita a Rich. Montacutio inter Photii epistolas, ed. Londin, ep. 147, *ad Theodot.* p. 204, 205.

Sumunt « Dei nomen in vanum [23], » apud Testa- B mentum Vetus, qui idolis illud transcribebant et adaptabant; tum qui falso juramento temerabant; tum etiam qui ad scurrilitates aut vana colloquia id tractabant. Istorum singuli, divino nomine, ut re frustranea utebantur: In Novo illi abutuntur, cum contra quod sancitur lege, jurejurando nomen ejus subjiciunt. Oportet enim qui sub gratia vivunt, perfectius quid prioribus possidere. Tum et illi qui Filium a paterna substantia alienant, et cum creaturis locant; ac tamen velut pœnitentes, titulo deitatis eum adoptatum ornant: Qui enim sic creaturis Dei nomen applicant, prodigiose « in vanum » sumunt. Sed et qui per controversias et concertationes, tanquam e trivio quid arreptum, huc, illuc, ut aleis ludentes, agitant, et cum so- C nitu transferunt: hoc autem præstant strenue, qui hæreticis scholis evanescunt. Etiamnum quoque « in vanum » sumunt nomen Domini Deique nostri, qui audent tueri indifferentem rem esse seu Christi, sive Antichristi imaginem facere, aut idola paganis olim culta. Isti omnes, quantum per audaciam ipsorum possunt, Domini nomen et appellationem frustraneam reddunt et inutilem. Par est enim omnino Dei nomen venerandum et adorandum existimare, neque juramentis oblectari, nec perjuriis (Dei nomen) profanare, nec idolis adaptare: non, ut insanivit Arius, creaturam deificare in opprobrium Creatoris, neque rem indifferentem putare, ei, qui meruit hoc nomen, et qui contrarium sortitus est, applicare; non hæreticis D logomachiis, velut alea, ludere; non superfluis matæologiis quibuslibet immiscere, aut componere: sed tantummodo salutiferum et adorandum nomen ad communem usurpare utilitatem, in sacris precibus, mysteriis, et congruis doctrinis. Hæc tu, si caveris, observando simul eris, recte ita statuens

B Λαμβάνουσι « τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτῶν ἐπὶ ματαίῳ· » οἱ μὲν τῆς Παλαιᾶς, εἰδώλοις αὐτὸ περιάπτοντες καὶ περιτιθέντες, καὶ οἱ ἐπιόρκῳ καθυβρίζοντες ὅρκῳ, καὶ δὴ καὶ εὐτραπελίαις, ἤ τισιν ἄλλαις συνεφέλκοντες αὐτὸ ἀργολογίαις. (Τούτων γὰρ ἕκαστος, ὡς ματαίᾳ κέχρηται τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ.) Οἱ δὲ τῆς Νέας· ἐπειδ' ἄν, παρὰ τὸν τεθέντα νόμον, ὅρκῳ τὴν αὐτοῦ καθυποβάλλωσι κλῆσιν. Δεῖ γάρ τι τελειότερον τοὺς ἐν τῇ χάριτι, τῶν πρὸ ταύτης, ἔχειν. Ἔπειτα δὲ, καὶ οἱ τὸν Υἱὸν ἀλλοτριοῦντες τῆς πατρικῆς οὐσίας, καὶ μετὰ τῶν κτισμάτων τιθέντες. Εἶτα πάλιν, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας εἰς τὴν τῆς θεότητος αὐτὸν εἰσποιοῦντες κλῆσιν. Κτίσματι γὰρ οὗτοι τὸ θεῖον ὄνομα περιτιθέντες, ἐκτόπως αὐτὸ ματαιοποιοῦσι. Καὶ δὴ, καὶ οἱ ταῖς C ἐριστικαῖς ἀμίλλαις, ὥσπερ τι τῶν τυχόντων, αὐτὸ ὧδε κἀκεῖσε, οἷα δὴ κύβοις παίζοντες, περιστρέφοντες καὶ διακωδωνιῶντες· ὅπερ μάλιστα ποιοῦσιν οἱ ταῖς αἱρετικαῖς ἐμματαΐζοντες λέσχαις. Ἔτι δὲ λαμβάνουσι καὶ νῦν « ἐπὶ ματαίῳ » τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, οἱ ἀδιάφορον τολμῶντες λέγειν τήν τε Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου ἤτοι τὰ εἴδωλα τῶν Ἑλληνικῶν σεβασμάτων. Πάντες γὰρ οἱ τοιοῦτοι, ματαίαν καὶ ἀνωφελῆ τὴν Δεσποτικὴν προσηγορίαν, τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτῶν [d], ἀποφαίνουσι, τόλμαν. Δεῖ γὰρ παντὶ τρόπῳ τὴν θείαν κλῆσιν, φρικτήν τε καὶ σεβασμίαν ἡγεῖσθαι· καὶ μήτε ὅρκοις ὅλως χαίρειν, μήτε καθυβρίζειν ἐπιορκίᾳ· ἀλλὰ μηδὲ περιάπτειν εἰδώλοις· μηδὲ μετὰ τὴν Ἀρείου νόσον θεοποιεῖν τὴν κτίσιν, κατὰ τοῦ Κτίσαν- D τος· μήτε μὲν ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι τὸ ταύτης ἠξιωμένον τῆς κλήσεως, καὶ τὸ κληρωσάμενον τὴν ἐναντίαν· μηδ' αἱρετικαῖς πεττεύειν αὐτὸ λογομαχίαις· ἀλλὰ μηδὲ περιτταῖς τισι συνανακιρνᾷν καὶ συναναφύρειν ματαιολογίαις· ἐν μόναις δὲ ταῖς ἱεραῖς ἡμῶν εὐχαῖς τε καὶ τελεταῖς καὶ ταῖς προσηκούσαις διδασκαλίαις [e], τὸ σωτήριον ἐκεῖνο καὶ θαυμαστὸν

VARIÆ LECTIONES.

[d] Cod. Mon. 553 f. 114 habet εἰς τὴν αὐτήν. [e] Cod. Mon. προσηκούσαις τε θεολογίαις καὶ διδασκαλίαις.

ὄνομα, εἰς κοινὴν ὠφέλειαν παραλαμβάνειν. Ἀ σὺ παραφυλαττόμενος, φυλάξεις τε ἅμα, καὶ καλῶς νοήσεις, τὴν θείαν ἐκείνην νομοθεσίαν, τὴν λέγουσαν, « Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. »

A illud præceptum præclarum, « Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum [93]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΓ'.

Τί ἐστι πνεῦμα Πύθωνος;

QUÆSTIO LXXXIII [*Coisl.* CCXLIX, *Taur.* CCLX].

Quid est spiritus Pythonis?

Edita a Montacutio, ep. 151, *ad Theodot.*, p. 206-207. De engastrimytho I Reg. XXVIII, 7 seq.; Act XVI, 16 seq.

Τὸ ἐμφωλεῦον τῇ ἀνθρωπείᾳ γαστρὶ πονηρὸν, καὶ ἄξιον τὴν κοπροδόχον οἰκεῖν, ἀκάθαρτον πνεῦμα, οἱ μὲν τῆς εὐσεβείας, λίαν ἐμφερῶς προσωνομάκασιν *ἐγγαστρίμυθον*· τῶν δὲ παρ' Ἕλλησιν οἱ μὲν πλεῖστοι, *ἐντερόμαντιν*· ἕτεροι δὲ *ἐγγαστρίμαντιν* (1) ὀνομάζουσι. Σοφοκλῆς δὲ ἄρα καὶ Πλάτων, ὑπὲρ τοῦ δαιμονίου, τῆς γαστρὸς τὴν οἴκησιν αἰσχυνόμενοι, ὁ μὲν (ἅτε ποιητικός τις ὢν, καὶ πολὺ τὸ ἄφετον ἐπὶ τῆς γλώσσης ἔχων, καὶ αὐτόνομον) ἀντὶ γαστρὸς αὐτῷ τὰ στέρνα χαρισάμενος, *στερνόμαντιν* μετωνόμασεν· ὁ δὲ, τὸ ἐμφανὲς ἴσως τοῦ ψεύδους ἐκκλίνων, ἑτέρᾳ δὲ μεθόδῳ κλέπτων τὴν ὕβριν, *Εὐρυκλέα* καλεῖ τὸ γαστρίοικον. Οὕτω, φασὶ, κληθέντος πάλαι τινὸς, ἐπὶ τῷ πάθει [e] διαβοηθέντος· ἀφ' οὗ καὶ τοῖς ἐφεξῆς τὴν προσηγορίαν νέμουσιν. Ἔοικε γὰρ τὸ δαιμόνιον τοῦτο φῦλον, οὐ γυναίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν τῇ κόπρῳ φιλεῖν ἐγγαστρίζεσθαι. Λαοπλάνον δὲ τοῦτο, καὶ τῆς ἐσχάτης ἀπωλείας, τοῖς προσέχειν αὐτῷ ἀναπεπεισμένοις, πρόξενον. Καλοῦσι δὲ αὐτὸ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ *Πύθωνα*· ὅπερ οἶμαι καὶ τῇ τῶν Φιλιππησίων παιδίσκῃ ἐγγαστριζόμενον, τὸν ἐκ τῆς πλάνης ἔρανον, τοῖς κυρίοις αὐτῆς, οἷα δὴ καὶ αὐτοῦ δι' ἐκείνης δεσπόζουσι, κατατίθεσθαι. Ὃ δὴ κακομηχάνῳ γνώμῃ καὶ τὸν θεσπέσιον Παῦλον ἐπαίνων ἐγκωμίοις μελετῆσαν ὑπέρχεσθαι, μισθὸν τῆς κολακείας, τὴν ὑπερορίαν, εὗρε, τῆς ἀδίκου καὶ φίλης οἰκήσεως.

Malum illum qui humanos ventres incolit, dignum certe latrinam occupare, impurum nempe spiritum, illi qui pietatem colunt apposite nominarunt *engastrimythum*. Apud Græcos plerique *enteromantin*, aliqui *engastrimantin* vocant. B Sophocles et Plato dæmonii in gratiam, cum de ventris illius incolatu pudefierent, ille quidem (utpote poeticus exsistens, et linguæ libertate præditus, suique juris) loco ventris pectus ei cum assignasset, *sternomantin* nominavit; alter, cum, ut verisimile est, apertum cuperet vitare mendacium, aliam inivit viam, et dedecus declinavit, et inhabitantem *Euriclea* nominat. Quo nomine, ut affirmant, vocabatur quidam, qui olim hoc affectu inclaruerat, a quo deinceps aliis titulum indiderunt. Solet enim hoc genus dæmonum stercore non mulierum modo, sed et virorum oblectari, et ideo ventrem subire. Est autem populi deceptor spiritus, et ruinam extremam procurat eis, qui ut fidem ei habeant induci poterint. C Multi porro e Græcis *Pythonem* nominant: cujusmodi, opinor, apud Philippenses, ancillæ ventrem subierat, quæ per illam imposturam hero suo symbola colligebat, qui per ancillam dominabatur dæmonio. Ille spiritus mala mente laudabat Paulum, et per encomia meditabatur illum subire, sed adulationis præmium relegationem meruit, ab injusta et dilecta habitatione semotus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΔ'.

QUÆSTIO LXXXIV [*Coisl.* CCL, *Taur.* CCXLI.].

Edita a Montacutio, ep. 152, *ad Taras.* p. 207, 208, in Rom. v, 12.

Τὸ, « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, » ὅπερ Παῦλος μὲν ὁ θεῖος ἔφησε, σὺ δὲ μαθεῖν ᾔτησας, τούτου δὴ τὴν διάνοιαν, οἱ μὲν, *ἐφ' ᾧ*, τῷ Ἀδάμ· οἱ δὲ, *ἐφ' ᾧ τῷ θανάτῳ*, συνυπακούοντες ἀποδιδόασιν. Ἐμοὶ δὲ οὐδέτερον δοκεῖ. Οὐδὲ γάρ τι συνυπακούειν δεῖ, αὐτόθεν ἔχοντος τοῦ ῥητοῦ τὴν ἐντέλειαν. Τὸ γὰρ, « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, » νῦν οὐ προσώπου τινὸς, οὐδ' οἷον προσώπου, δεικτικόν ἐστιν· ἀλλ' αἰτίας μάλιστα παραστατικόν· οἷον, « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, » διότι πάντες ἥμαρτον. Καὶ μυρία [f] μὲν, καὶ παρὰ τοῖς ἔξω, ἡ τοιαύτη συνήθεια τῶν λόγων· ἀρκέσει δ' οὖν ὁ θεῖος Παῦλος, αὐτὸς ἑαυτοῦ τὰς λέξεις ἑρμηνεύων. Λέγει γὰρ ἀλλαχοῦ, « Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, στενάζομεν βαρούμενοι, » εἶτα, « Ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐνδύσασθαι [g], ἀλλ' ἐπενδύσασθαι. » Περίδηλον γὰρ ἐκ τούτου, ὡς τὸ, *ἐφ' ᾧ*, αἰτίας αὐτῷ σημαντικὸν παρείληφθη· τουτέστι, Διὰ τοῦτο στε-

Pauli illud effatum, « In quo omnes peccaverunt [94], » quid sibi velit, doceri cupis. Istius loci sententiam quidam ita reddunt, ut illud, *in quo*, ad D Adamum referant; alii ad illud, « in qua morte. » Mihi neutrum placet. Neque enim quidquam subintelligendum occurrit, cum per se constet sibi dicti illius perfecta constitutio. Nam, « In quo omnes peccaverunt, » in præsenti nec personam aliquam, nec tanquam personam repræsentat: sed potius causam indicat, quasi diceret, « In quo omnes peccaverunt, » id est, in quantum peccaverunt omnes. Atque certe exstant apud externos scriptores sexcenta istiusmodi locutionis exempla; sed sufficiet nobis divinus Paulus, qui suam nobis sententiam explicet. Ait ille alibi: « Etenim qui in hoc tabernaculo sumus, ingemiscimus prægravati. In quo nolumus induere, sed superindui [95]. » Patet enim

[93] Exod. XX, 7. [94] Rom. V, 12. [95] II Cor. V, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[e] Cod. Mon. 553 f. 115 legit ἐπὶ τὸ πάθος. [f] μυριάκις. C. M. μυρία. [g] ἐκδύσασθαι. C. M. ἐνδύσασθαι.

in hoc loco, illud *in quo*, quasi causativum quid accipi debeat. Est enim sensus, Ob illud ingemiscimus non quod indui volumus, sed quod superindui. Ut explicatius dicam, loci sententia ista est : *Ingemiscimus*, dum in tabernaculo consistimus, eo quod superaggravamur. Quid ergo? visne corpus ideo tuum exuere, quod Dei manus effigiaverunt, et cui animam coaptavit divinum spiraculum? Nequaquam, inquies, absit id faciam. Neque enim ingemisco, ea propter quod non exuar : sed quandoquidem non induar. Indui vero appellat, immortalitate circumamiciri, et statum adipisci, in quo ab initio formabatur. Quocirca statim infert : « Ut absorbeatur mortalitas a vita. » Non ingemisco propterea quod corpus istud non depono, sed quod nondum corpore circumdor eo, quod incorruptioni conjungitur, et vitæ æternæ. Hinc jam satis constat, illud, *in quo*, causativi formam obtinere; sed ulterius, e dicti ipsius sensu, patet. Dicit enim Apostolus quod cum peccaret Adam, atque ideo morti adjudicabatur, ab eo propagatum humanum genus mortem quoque sibi procuravit. Neque illud simpliciter, et sine judiciali sententia, sed « in quo omnes peccaverunt : » hoc est, sed « quod omnes peccaverunt, » non aliter quam qui creatus fuit. Hanc ob causam et in supplicio consortes fiunt. Agendi item consortium in eamdem condemnationis societatem impulit illos.

νάζομεν, οὐχ ὅτι ἐνδύσασθαι[h] θέλομεν, ἀλλὰ διότι ἐπενδύσασθαι. Ἔστι γὰρ, πλατύτερον εἰπεῖν, ὁ νοῦς τοῦ ῥητοῦ τοιοῦτος· *Στενάζομεν* ἐν τῷ σκήνει ὄντες βαρούμενοι. Τί οὖν; ἀποδύσασθαι τὸ σῶμα θέλεις ὃ χεῖρες ἔπλασαν Θεοῦ, καὶ ψυχὴν αὐτῷ θεῖον ἐμφύσημα συνηρμόσατο; Οὐχὶ, φησί· μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ διότι οὐκ ἀποδύομαι στενάζω, ἀλλὰ διότι οὐκ ἐπενδύομαι· ἐπένδυσιν καλῶν, τὸ μετὰ τῆς ἀφθαρσίας αὐτῷ[i] περιβαλέσθαι, καὶ οἷον ἀπαρχῆς διεπέπλαστο[j]. Διὸ καὶ εὐθὺς ἐπάγει· « Ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. » Οὐ διότι οὖν οὐκ ἀποτίθεμαι τὸ σῶμα, στενάζω, ἀλλὰ διότι οὐ περιτίθεμαι αὐτὸ μετὰ ἀφθαρσίας καὶ ἀϊδίου ζωῆς. Οὐ μόνον δὲ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς τὸ, *ἐφ' ᾧ*, αἰτίας ἐστὶν αὐτῷ δηλωτικόν· ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ προκειμένου ῥητοῦ διανοίας. Λέγει γὰρ, ὅτι τοῦ Ἀδὰμ ἡμαρτηκότος, εἶτα θανάτῳ κατακριθέντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ γένος εἰσεπράχθη τὸν θάνατον. Ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς φησιν, οὐδὲ ἀκρίτῳ λόγῳ· ἀλλ' « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον· » τουτέστιν, ἀλλὰ « Διότι πάντες, ὡς ὁ γεννησάμενος, ἥμαρτον. » Τοῦτο γὰρ αὐτοὺς κοινωνοὺς καὶ τῆς τιμωρίας ἀπέφηνε. Καὶ γὰρ ἡ κοινωνία τῆς πράξεως εἰς τὴν κοινωνίαν αὐτοὺς τῆς καταδίκης συνήλασεν.

QUÆSTIO LXXXV [*Cois.* CCLI, *Taur.* CCXLII].

Quid significat jugum non ducere cum infidelibus?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΕ'.

Τί σημαίνει τὸ μὴ ἑτεροζυγεῖν ἀπίστοις;

Edita a Montacutio, ep. 155, *ad Joann. patr.* p. 209, 210. In II Cor. vi, 14.

Quod interrogas quid velit, « Ne jugum ducito cum infidelibus[96], » duplicem admittit, uti reor, sensum. Aut quod non oporteat ad infideles propendere, ita ut ad illorum fabulas potius attendamus, quam fidelium doctrinam; aut quod non oporteat vos quasi familiaribus et sodalibus copulari cum infidelibus, et eumdem sulcum serere. Hoc et antiqua præcepit lex. « Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animalibus : » aut, « Non admittes jumenta tua alienigenæ[97]. » Præcepit in istis, ut nec ad sobolem procreandam, aut aliud opus instituendum, heterogeneis animalibus jumenta sua subjiciat : hoc enim usui non expedit; illud contra leges naturales fit : potius per mandatum de irrationalibus insinuat, quod ratione præditi homines communionem illorum vitare debeant, qui alieni et alienigenæ sunt a fide; non contrahere cum eis matrimonium, nedum in negotiis spiritualibus assumere illos cooperarios. Corrumpet potius qui talis est mos, quam adaugebit tuos labores; et quamobrem necesse est, ut pietatis tuæ nobilitatem nothis generationibus commisceas? Sed cum sensus hujus dicti, ut aiebamus, duplex sit, eumdem progerminant utilitatis fructum. Sententiæ porro quæ est diversitas, scripturæ quoque flagita-

Ὅπερ ἠρώτησας τί ἐστιν, « Μὴ ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις, » διττὴν, οἶμαι, τὴν ἔννοιαν ἔχει. Ἢ, ὅτι οὐ δεῖ ὑμᾶς[k] ἑτεροῤῥεπῶς ἔχειν πρὸς τοὺς ἀπίστους, κἀκείνων μᾶλλον τοῖς μύθοις προσέχειν, ἤπερ τῇ τῶν πιστῶν διδασκαλίᾳ· ἢ ὅτι οὐ δεῖ ὑμᾶς[l], ὡς οἰκείοις καὶ ἑτέροις[m] ἑαυτοὺς τοῖς ἀπίστοις συζευγνύναι, καὶ τὴν αὐτὴν τῆς ἀσεβείας αὔλακα τέμνειν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ παλαιὸς ἀποθεσπίζει νόμος, « Οὐ κατοχεύσεις τὰ κτήνη σου, λέγων, ἑτεροζύγῳ· » ἢ, « Οὐχ ὑποβαλεῖς τὰ κτήνη σου ἀνομοφύλῳ. » Προστάττει μὲν γὰρ διὰ τούτων, μήτε εἰς γένεσιν, μήτε εἰς ἄλλην τινὰ ἐργασίαν, δεῖν τοῖς ἑτερογενέσι ζώοις τὰ οἰκεῖα κτήνη συνάπτειν· τὸ μὲν γὰρ δύσχρηστον· τὸ δὲ τοὺς θεσμούς ἐστιν ἀνατρέπειν τῆς φύσεως, παρεγγυᾶται δὲ μᾶλλον, διὰ τῆς ἐπὶ τῶν ἀλόγων νομοθεσίας, ὡς παντὶ τρόπῳ προσήκει τοὺς λογικοὺς, φεύγειν τὴν πρὸς τοὺς κατὰ πίστιν ἑτεροφύλους κοινωνίαν· καὶ μήτε εἰς γαμικὴν ὁμιλίαν αὐτοῖς συνιέναι, μήτε συνεργοὺς εἰς πνευματικὴν ἐργασίαν παραλαμβάνειν. Διαφθερεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος καὶ τὸν σὸν πόνον μᾶλλον, ἀλλ' οὐ συναύξει. Τί δὲ δεῖ καὶ τὸ εὐγενὲς τῆς σῆς εὐσεβείας νόθοις γένεσι συναναφύρεσθαι; Ἀλλ' ὁ μὲν νοῦς, ὥσπερ ἔφημεν, τοῦ ῥητοῦ, διττὸς ὤν, τὸν αὐτὸν τῆς ὠφελείας καρπὸν ἐκβλαστάνει. Τὸ μέν τοι διάφορον τῆς ἐννοίας,

[96] II Cor. vi, 14. [97] Levit. xix, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[h] ἐκδύσασθαι. [i] C. M. αὐτό. [j] διεπέπλαστο. [k] ἡμᾶς. C. M. ὑμας. [l] ἡμᾶς. [m] ἑταίροις.

διάφορον δηλονότι καὶ τὴν γραφὴν ἀπαιτήσει· ἡ μὲν A γὰρ προτέρα, βραχεῖαν τὴν μετὰ τὴν ἄρχουσαν συλλαβήν· ἡ δὲ δευτέρα, μηκυνομένην εἰς φθόγγον ἕξει[a]. Σὺ δέ μοι ἐν Κυρίῳ ἔῤῥωσο.

bat differentiam; prior enim syllabam primæ proximam brevem habet, secunda autem sono longam producit. Tu autem in Domino vale.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠϚ'.

QUÆSTIO LXXXVI [*Coisl.* CCLII, *Taur.* CCXLII].

Edita a Montacutio, ep. 156, *ad Georgium Nic.*, p. 210, 211. De voce ἐγκομβώσασθαι I Petri v, 5.

Θαυμάζω μάλιστα, εἰ καί σοι γραμματικευομένῳ, καὶ ταῖς τῶν ποιητῶν λεσχηνεύοντι μελέταις, τὸ ἐγκομβώσασθαι βαρβάρου φωνῆς, ἀλλ' οὐχ Ἑλληνικὴ λέξις, ἔδοξεν. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος καὶ κορυφαῖος Πέτρος, οὐδὲν περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων σπουδάζων, ταύτην τοῖς ἑαυτοῦ παρείληφε γράμμασιν. Οὐ γὰρ ἠχώ τινα καὶ τέχνην ῥημάτων, οὐδὲ λεξιδίων ψόφον, καὶ κτύπον ῥημάτων, δι' ὧν τινες τὰ τῶν μειρακίων ὑπογαργαλίζουσιν ὦτα, καὶ κρότον ἑαυτοῖς ἐγείρουσιν ἐκεῖθεν, ἀλλὰ ψυχῶν σωτηρίαν B τοῖς ἀκροαταῖς ἐνθεῖναι φορτίδα[a'] ἐτίθετο. Σὲ δ' οὖν Ἐπιχάρμου μάλιστα, καὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου, τῶν σῶν, μεμνημένον, ἐχρῆν περιπτύσεσθαι μᾶλλον, ἢ δυσχεραίνειν, τῇ λέξει. Ὁ μὲν γὰρ πολλαχοῦ, καὶ κατὰ διαφόρους ἐγκλίσεις σχηματίζων τὴν λέξιν, ἐχρήσατο ταύτῃ. Ἐγκεκόμβωται γάρ, φησί, καὶ ἀπαρεμφάτως, ἐγκομβώσασθαι. Ὁ δὲ Καρύστιος, ἐν *Ἀπολειπούσῃ*· (εἰρήσθω γὰρ εἰς τὴν σὴν χάριν καὶ ἡ χρῆσις·) τὴν ἐπωμίαν, φησί, πτύξασα διπλῆν, ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Οὓς ἐχρῆν ἀναλαμβάνοντα, μὴ βαρβαροφωνίας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα αἰτιᾶσθαι· ὑπερθαυμάζειν δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ τῆς τοιαύτης σπουδῆς, ὡς παιδιᾶς ὑπερορῶν· ὅμως κατὰ τοὺς τῶν Ἑλληνικῶν κριτὰς ὀνομάτων ἔστιν οὗ, τὰς ἑαυτοῦ ἐπιστολὰς ἐξεδίδου· διδοὺς ἐκ C τῶν τοιούτων ἐννοεῖν, ὡς εἴπερ ἔμελλεν αὐτῷ λεξειδίων ἦχος καὶ τέρψις, ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ κἂν τούτοις ὑπερθαυμάζεσθαι· καὶ εἴγε ψυχῶν τινων σωτηρίαν, ἐκ τῆς τοιαύτης σπουδῆς προϊοῦσαν συνεώρα, ἴδῃς ἂν αὐτοῦ τοὺς λόγους, τῷ ἐμφύτῳ κάλλει, οὗ καὶ νῦν μέτοχοι, τοσοῦτον τῶν Πλατωνικῶν γοητευμάτων, καὶ τῆς Δημοσθενικῆς κομψείας, καὶ τῆς Θουκυδίδου μεγαλοῤῥημοσύνης, ἔχοντας τὸ ὑπερέχον, ὅσον τῶν Ἀσιακῶν (οὐδὲ γὰρ ἂν ἡδέως εἴποιμι τῶν κακοζήλων διὰ σέ), τούτους φασὶν ὑπερκεῖσθαι. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. Ὁ γὰρ τὰ πολλῷ μείζονα καὶ ὑπερφυῆ λαβών, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, εἰ κέρδος τι τοιοῦτον ἐφύετο ἐκεῖθεν, οὐκ ἂν οὐδὲ τῆς μειρακιώδους ταύτης ἔχων τὸ ἧττον ἐφάνη φιλοτιμίας· ἀλλὰ κἂν τούτοις, τὸ κατὰ πάντων κράτος, καὶ χωρὶς D ἀγῶνος, ἐδείχθη ἂν ἀναδεδειγμένος.

Miror sane, cum grammaticaster sis, et poetarum studio vaces, tibi ἐγκομβώσασθαι videri vocem barbaram, et non Græcam. Beatus ille et coryphæus Petrus, qui nullum in Græcarum vocum electione posuit studium, hanc suæ inseruit epistolæ. Non ille echo, aut artificium verborum, nec syllabarum sonum, aut sonitum, unde quidam juventutis lenocinantur auribus, et applausum sibi concitant, sed salutem animarum auditoribus inserere curam habuit. Te autem decuit tui meminisse Epicharmi, et Apollodori Carystii, eoque amplecti potius dictionem, quam illa offendi. Ille multoties, et secundum varias formationes declinata voce utitur. Ait enim ἐγκεκόμβωται, et in infinitivo ἐγκομβώσασθαι. Carystius autem in *Apolipusa*, seu Desertrice, [comœdia sic dicta,] (in tuam enim gratiam dicatur lectionis usus,) τὴν ἐπωμίαν dicit πτύξασα διπλῆν, ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Hos in memoriam reducens, non oportuit te veritatis præconem de voce barbara insimulare; potius mirari, quod cum tale studium puerile contempserit apostolus, nihilominus juxta criticos dictionum Græcarum suas, nescio quo pacto, Epistolas exaravit. Hinc autem intelligere dedit, quod si vocis sonitus et oblectatio arrideret, facile ipse feret vel in istis acquirere admirationem : et si ex isto studio curave salutem animarum resultare vidisset, vidisses ipsius sermones insita quadam pulchritudine, cujus et nunc participant, in tantum transcendisse Platonis incantamenta, Demosthenis cincinnos, magniloquentiam Thucydideam, in quantum illi Asiaticos istos oratores superant : non enim in tuam gratiam licebit vocare eos affectatos. Patet autem quod affirmo; nam qui longe majora et sublimiora ad hominum salutem procurandam suscepit, siquidem exinde commodum accresceret, haud certe recusasset aliquid de puerili hac ambitione possidere; verum et in illiusmodi ultra omnes obtinuisse, et quidem sine certamine videretur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΖ'.

QUÆSTIO LXXXVII. [*Coisl.* CCLIII. *Taur.* CCXLIV].

Edita a Montacutio, ep. 157, *ad Euschem.*, p. 211-212. In Ezechielis cap. I, 10.

Τί δήποτε, διαπυνθάνῃ, βοῶν καὶ λεόντων, ἀετῶν τε καὶ ἀνθρώπων μορφαῖς αἱ τῶν Χερουβὶμ ὄψεις τοῖς θείοις προφήταις ἐνεφανίσθησαν; Ἀλλὰ τὰς μέν, τοῖς

Et quorsum, rogitas, cherubinæ facies divinis prophetis revelebantur, sub formis boum, leonum, aquilarum, hominum? Rationes ab antiquis redditas haud

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. M. βραχεῖαν μετὰ τὴν ἄρχουσαν συλλαβὴν εἰς *δίφθογγον* ἕξει.

[a'] pone φροντίδα, et sic Παρισ. editio.

te arbitror ignorare : at illos negligere qui dixerunt sermones illos, quorum ordinabantur inspectores, per illas figuras insinuari : boum quippe ipsis, nescio cur, hominum, aquilarum, leonum curam et inspectionem concredunt, Platonico more, sed verbis diversis ideas introducentes, potius quam pietatis studio quæstioni institutæ respondentes. Dixerim ego, quod haudquaquam eorum animantium, quorum erant curatores, species per figuras istas repræsentabantur. Absit : unus enim omnium conditor et inspector est. Verum illud perspicue per figuras ostendunt, quod qui terram, aerem, cœlum, et quæ in iis sunt, stabilivit (istis enim in locis ostensorum animalium vita victusque habetur, et generatio), is ipse est, qui potestates cœlestes subsistere fecit, et inesse produxit. Sed et ulterius Scriptura per ista docet, quod quomodo homo, bos, leo, aquila, et cæteræ omnes creaturæ, per solum verbum producebantur; ita et beatæ illæ creaturæ, per verbum Conditoris de non esse productæ et generatæ fuerant. In illa quidem incorporea et ineffigiata natura figuras aliquas et formas istiusmodi repræsentare velle, nihil aliud est quam declarare, unum et eumdem rerum omnium exsistere Conditorem; tum quod nihil laboriosius ipsi fuit, incorporeas et intellectuales naturas procreare, quam cæteras quaslibet creaturas; cum in omnibus ex æquo, et pari potestate voluntas divina infinitæ potentiæ operetur. Si placet, est et tertium quod illæ in Cherubinis similitudines insinuant, nempe, quemadmodum homo, et aquila, et bos, et quælibet omnino creatura Dominicis præceptis obsecundabatur, illius reveretur cum timore mandatum : ita omnis quoque ultramundana et ultracœlestis substantia nutibus ipsius subsidet, et libenter subservire gestit ad quidquid jubetur expediendum. Fortassis autem et aliæ insuper suppetent causæ, dum tacitus hæc apud te mediteris quæ jam dixi, in quas libenter te incidere velim.

A πρὸ ἡμῶν ἀποδεδομένας αἰτίας, οἶμαί σε μὴ ἀγνοεῖν, κἀκείνους δὲ παρορᾷν, οἳ τοὺς λόγους ἔφασαν ὧν ἐτάχθησαν ἔφοροι, διὰ τῶν σχημάτων ἐκείνων αἰνίττεσθαι· βοῶν γὰρ αὐτοῖς οὗτοι, καὶ ἀνθρώπων, ἀετῶν τε καὶ λεόντων, οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, τὴν ἐφορίαν ἐγχειρίζουσι· Πλατωνικώτερον μᾶλλον, δι' ἑτέρων λόγων, τὰς εἰδέας εἰσάγοντες, ἢ εὐσεβέστερον παριστῶντες τὸ ζητούμενον. Ἐγὼ δὲ φαίην ἄν, ὡς οὐχ ὧν ἔφοροι τυγχάνουσι, ταῦτα διὰ τῶν σχημάτων ἐμφανίζουσι· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· εἷς γὰρ ἁπάντων δημιουργός τε καὶ ἔφορος. Ἀλλ' ἐκεῖνο τρανῶς ἐν τοῖς τύποις δεικνύουσιν, ὡς ὁ τὴν γῆν τε καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὑποστήσας (ἐν τούτοις γὰρ τῶν ἐμφαινομένων ζώων, τοῖς τόποις, ὅ τε βίος καὶ ἡ γένεσις) αὐτός ἐστιν οὗτος, B ὁ καὶ τὰς ὑπερουρανίους δυνάμεις [a] οὐσιώσας, καὶ παραγαγὼν εἰς ὕπαρξιν. Ἔπειτα δὲ, διὰ τούτων ὁ λόγος [b] διδάσκει, ὅτιπερ καθ' ὃν τρόπον ἄνθρωπός τε καὶ βοῦς καὶ λέων, καὶ ἀετὸς, καὶ τἄλλα τῶν κτισμάτων, εὐχερῶς καὶ ῥήματι μόνῳ συνέστη· οὕτω δὴ, οὕτω καὶ ἡ μακαρία φύσις ἐκείνη, λόγῳ τοῦ Κτίσαντος, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἤχθη πρὸς γένεσιν. Τὸ γὰρ, ἐκείνῃ τῇ ἀσωμάτῳ καὶ ἀσχηματίστῳ φύσει, μορφάς τινας καὶ τοιαῦτα σχήματα παρυποδεῖξαι οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἕνα τε καὶ τὸν αὐτὸν ἁπάντων Ποιητὴν ὑπάρχειν, ἐπιδεδειχέναι· καὶ ὅτι οὐδὲν ἐργωδέστερον, ἢ τἄλλα τῶν κτισμάτων, ἡ ἀσώματος καὶ νοερὰ φύσις ὑπέστη ἐν πᾶσι παραπλησίως καὶ ἰσοσθενῶς, τοῦ θείου καὶ ἀπειροδυνάμου δρῶντος C βουλήματος. Εἰ βούλει δὲ, πρὸς τούτοις καὶ τρίτον ἄλλο διδάσκουσιν αἱ ἐν τοῖς Χερουβὶμ ὁμοιώσεις, ὅτι ὥσπερ ἄνθρωπός τε καὶ ἀετὸς καὶ βοῦς, καὶ ἁπλῶς ἕκαστον τῶν κτισμάτων, τῷ Δεσποτικῷ προστάγματι πειθαρχεῖ, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐντολὴν ὑποπτήσσει· οὕτω δὴ οὕτω, καὶ πᾶσα ἡ ὑπερκόσμιός τε καὶ ὑπερουράνιος οὐσία τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν ὑπείκει, καὶ πρὸς ἅπαν τὸ κελευόμενον προθύμως ὑπηρετεῖται. Τάχα δ' ἂν σοι, καθ' ἑαυτὸν σκοποῦντι, ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ ἕτεραι προσεξευρεθήσονται αἰτίαι· αἷς ἂν ἡδέως ἐντύχοιμι.

QUÆSTIO LXXXVIII. [*Coisl.* CCLIV ; *Taur.* CCXLV]. (1)

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΗʹ.

Edita a Montacutio, ep. 161, *ad Taras*, p. 214, 215. De sancta Trinitate.

Rogas, quomodo dicimus : « Deum Patrem, D Deum Filium, Deum Spiritum sanctum », nec tamen cogimur necessario tres Deos, non unum confiteri? Clare et breviter respondeo. Exempla enim plura et varia a divinis Patribus ad solutionem hujus quæstionis, ab ipsa veritate, cui operam locabant, abunde suppeditata fuere, et ab iis adhibita prout oportuit ; quorum siquis mentionem vellet replicare, librum scribere oportet, non epistolam. Quod facere mihi videtur supervaca-

Ἐρωτᾷς, πῶς ἔστι λέγειν, « Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα, » καὶ μὴ εἰς ἀνάγκην περίστασθαι, τρεῖς, ἀνθ' ἑνὸς, Θεοὺς ἀνομολογεῖν; Ἐγώ σοι σαφῶς καὶ συντόμως ἐρῶ. Παραδείγματα μὲν γὰρ πολλὰ καὶ ποικίλα, τοῖς θείοις ἡμῶν Πατράσιν, εἰς τὸ διαλῦσαι τὴν ἀπορίαν ταύτην, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὑπὲρ ἧς ἐσπούδαζον, ἀφθόνως τε ἐχορηγήθη καὶ εἰς δέον διατέτακται· ὧν εἴ τις ἐπιμνησθῆναι θελήσειε, βιβλίον ὅλον ἀντ' ἐπιστολῆς ἂν γράψειε. Τοῦτο δὲ ἄλλως οἶμαι περιττόν· τί γάρ·

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. Mon. 553 f. 118 : οὐρανίους δυνάμεις. [b] C. M. ὀλίγους.

NOTÆ.

(1) Affinis est q. XXVII.

Τούτων οὕτω προτεθεωρημένων ἡμῖν, ὅσοι μὲν ἑβδόμην κατὰ τὴν ἑβδομάδα βούλοιντο τὸν ῥευστὸν τοῦτον χρόνον καὶ ἐπίκηρον καὶ τοῖς ῥευστοῖς καὶ φθαρτοῖς συμπαραμετρούμενόν τε καὶ συμπαραῤῥέοντα, οὗτοι ταῖς ἁμαρτίαις καὶ τῶν παθῶν τῇ ἀχλύϊ τὰς αἰσθήσεις πάσας κατεχηλίδωσαν· καὶ ἀκοὴν μὲν ἔπλησαν ᾀσμάτων πορνικῶν καὶ τῶν ὅσα τούτοις συνέπεται· καὶ ὄψιν μὲν αὐτοῖς τὰ ψυχοφθόρα θεάματα· ἁφὴ δὲ καὶ γεῦσις, καὶ ὄσφρησις, ἵνα μὴ καθέκαστον αἰσθητήριον λέγων εἰς μῆκος ἀποτείνω τὸν λόγον, οἷς οὐ θέμις ἐνδιατρίβουσιν· ἐξ ὧν αὐτοῖς ἀκατακρίτως ἅ τε ἡ φύσις παρέσχετο καὶ ἃ μὴ θεῖος νόμος ἐκώλυσε, περὶ ταῦτα ἀναστρέφεσθαι. Τῶν οὖν ἐν ἡμῖν ε' αἰσθήσεων οὕτως ἐῤῥυπωμένων τε καὶ λελυμασμένων ὑπὸ τῶν παθῶν τε καὶ τῆς ῥοπῆς, ἃ ἐν τῷ ῥέοντι προσλαμβάνομεν χρόνῳ, τούτων ἡ κάθαρσις καὶ ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις οὐχ ἂν

γένοιτο κατὰ τὸν τύπον καὶ τὴν μίμησιν τοῦ ῥευστοῦ καὶ φιλαμαρτήμονος χρόνου· κατὰ τὴν τάξιν δὲ μᾶλλον καὶ παιδαγωγίαν καὶ ἐκμίμησιν τοῦ ἀπαθοῦς τε καὶ ἀῤῥεύστου καὶ ἀτελευτήτου χρόνου· ὃν ὁ λόγος μικρὸν ἄνωθεν ὀγδόην τε καὶ πρώτην καὶ μίαν ἐδίδαξεν ἐπονομάζεσθαι. Ἐπεὶ οὖν αἱ ε' αἰσθήσεις ἡμῶν ἐπὶ τὴν ὀγδοάδα πολλαπλασιαζόμεναι τὸν μ' ἀποτελοῦσιν ἀριθμόν· διὰ δὲ τῶν ε' αἰσθήσεων ζῶμέν τε καὶ τὰς πράξεις ἐπιτελοῦμεν ὅσαι τε φαῦλοι καὶ ὅσαι εἰς ἀρετῶν ἀναφέρονται λόγον, εἰκότως διὰ μ' ἡμερῶν ταύτας καθαίρομεν, καὶ πᾶσαν αὐταῖς ἰατρείαν προσάγειν παρελάβομεν, οὕτω κατὰ ταύτας πολιτεύεσθαι ὡς ἂν ἡ ὀγδοὰς, ἀλλὰ μὴ τὸ ῥευστὸν τῆς ἑβδομάδος ἐπιτάττῃ τε καὶ διακελεύηται· ταύτῃ δὲ ἡμῶν τῇ θεωρίᾳ καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων ὃς ἐπιγέγραπται, Περὶ νηστείας, συνᾴδων τε καὶ προμαρτυρόμενος ἐπιδείκνυται.

A vero secundum ordinationem et disciplinam et formam impassibilis et immutabilis et æterni temporis, quod paulo superius octavam primamque et unam vocari didicimus. Cum ergo quinque sensus nostri per octavam multiplicati quadraginta numerum efficiant, per quinque autem sensus vivamus, et actiones sive turpes, sive virtutis habentes rationem efficiamus, merito illos per quadraginta dies purificamus, et illis omnem sanationem procurare suscipimus, ita illos regentes ut octava, at non fugitiva hebdomada dirigat et imperet. Huic autem sententiæ sanctus Joannes Constantinopolitanus, in aliqua ex suis orationibus quæ titulum habet, De jejunio, concordare et testificare videtur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΑ.

Τί λέγεται μαγνῆτις.

B QUÆSTIO CXXXI [*Coisl.* CLIII, *Taur.* CLII].

Quid sit magnes.

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. I, p. 125-127).

α'. Μαγνῆτις ὅπερ ἐρώτησας καλεῖται ἡ τὸν σίδηρον ἕλκουσα λίθος· ὅτι Μάγνητας ἄνδρας λιθοφόρους, ἀρχηγούς φησι εὑρέσεως αὐτῆς γενέσθαι, καὶ τῆς ἐνεργείας εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν· λιθοφόροις γάρ, ὡς ἔοικε, κρηπῖσιν ὑποδεδεμένοι οὗτοι, ἐπεὶ κατὰ γῆς σιδηρίτιδος ἠρέμα βαδίζοντες γένοιντο, βάρους τινὸς καὶ δυσκινησίαν προσεχομένων τῶν ψήφων τοῖς σιδηρίοις ἀντελαμβάνοντο· θαῦμα δὲ προσπῖπτον αὐτοῖς, καὶ πρὸς ζήτησιν τῆς αἰτίας ἀνακινοῦν, τὴν εὕρεσιν παρασχεῖν τῆς ἐν τῇ λίθῳ δυνάμεως· οὐ μόνον δὲ μαγνῆτις αὕτη καλεῖται, ἀλλὰ καὶ Λυδία, καὶ Ἡράκλεια, καὶ σιδηρῖτις· δεῖ γάρ σοι σπουδαιολογουμένῳ περὶ ταῦτα, καὶ ἡμᾶς προσφιλοτιμήσασθαι· ἀλλὰ γὰρ σιδηρῖτις μὲν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ἧς περὶ τὰ σιδήρια ἐνδείκνυται· εἰ βούλει δὲ καὶ ἀπὸ τῆς C ὄψεως· ἔχει γάρ τι ἐμφερὲς κατὰ τὴν χρόαν ἀργῷ καὶ οὔπω διακαθαρθέντι σιδήρῳ· ἀλλὰ καὶ διότι ἐξ ἀρχῆς εὑρῆσθαί φασι αὐτὴν τοῖς τοῦ σιδήρου μετάλλοις ἀναμεμιγμένην· Ἡράκλεια δὲ ὡς μέν τισιν ἔδοξε διὰ τὸ ἰσχυρὸν τῆς ὁλκῆς καὶ κρατερόν· μᾶλλον δ' ἂν ῥηθείη τὴν ἐπωνυμίαν ἕλκειν, διότι περὶ Ἡράκλειαν τὸ πρῶτον, ὥς φασιν, ἐφάνη· Ἡράκλειαν δὲ οἱ μὲν τὴν ἐν Πόντῳ ἱστορήκασι· τοῖς δὲ ἡ ἐν Σαμοθράκῃ ἔδοξεν· εἰσὶ δὲ οἷς ἑτέρα τῆς μαγνήτιδος ἡ σιδηρῖτις νομίζεται· ἣν καὶ λαμπρὰν ὅλως καὶ διαυγῆ φασιν εἶναι, καὶ μαρμαρυγαῖς ἀργυριζούσαις χαρασσομένην δι' ὅλου τοῦ σώματος· εἴη δὲ καὶ Λυδία τὴν κλῆσιν, ἴσως ἀπὸ τῆς πόῤῥω πατρίδος τῶν ἐφευρηκότων αὐτῆς τὴν ἐνέργειαν· ἢ εἴ τι ἄλλο τις D ἀπὸ τοῦ πελάγους τῆς ἀρχαϊκῆς ἱστορίας καιρὸν λάβοι ἀναλέξασθαι (96).

1. Magnes de quo me interrogas, dicitur lapis ferrum trahens: quia Magnesii homines hunc lapidem gestitantes, rei inventores feruntur ejusque vim primi sensisse. Nam lapideis, ut credibile est, crepidis induti, dum tellure ferro abundante lente incederent, ponderitatem nescio quam motusque difficultatem, hærentibus ferro lapillis, experti sunt. Rei miraculo commoti atque ad causæ vestigationem impulsi, vim lapidi insitam esse cognoverunt. Neque magnes tantummodo hic lapis appellatur, verum etiam lydius et heraclius et siderites. Nam tibi de hoc vocabulo accurate inquirenti, æquum est nos pari sedulitate respondere. Jam sideritæ nomen a vi ejus quam erga ferrum expromit, dici constat: vel, si mavis, etiam ab ejus specie: est enim ejusdem color prope similis naturali nondumque defæcato ferro: tum etiam quia principio inventum fuisse tradunt ferri metallo concretum. Tum heraclius nonnullis dici videtur, ob attrahendi vim validam et vigorem. Sed enim æquius appellationem sortitus videtur, quia circa Heracleam primo conspectus dicitur. Porro Heracleam alii Ponti tradunt, alii Samothraciæ. Nonnulli existimant diversum esse a magnete sideritin: quem postremum splendidum et quaquaversus lucentem aiunt, argenteisque radiis toto corpore insignitum. Denique et nomen lydius, vel a longinqua illorum patria inditum est, qui virtutem ejus deprehenderunt; vel de hac re quidvis aliud ex antiquæ historiæ vorticibus expiscari pro libito licet.

NOTÆ.

(96) Inter veteres auctores satis erit videre Plinium lib. XXVI, sect. 25, de magnete non sine copia disserentem. Nam recentiores Kirkerium, Salmasium, Gassendum, reique physicæ hodiernos magistros commemorare quid interest? Vim tamen hujus lapidis ignoraverunt præcipuam prisci auctores, quos inter Photius, demonstrandi scilicet meridianam lineam, ideoque et arcticum polum: ex qua notitia res nautica incredibiles utilitates percepit. Cæterum Plinius probabilius dicit ferratas pastorum crepidas adhæsisse magneti, quam Photius ait magneticas crepidas cohæsisse cum solo ferrario.

2. Porro autem decet nos attrahentem lapidis A hujus virtutem considerantes atque sympathiam ac veluti amorem natura eidem erga ferrum inditum, admirationem nostram ad creationis optimum architectum Deum transferre : pudere autem ob rerum insensibilium nexum atque compaginem, dum nos interim qui ratione præditos nos gloriamur, benevolentiæ amorisque vinculum haud æque servamus : et quidem diserte edocti, quamvis forte genus omne virtutum complexi fuerimus, absque mutua charitate spiritalique hoc amore ac vinculo, fore ut nobis omnia effluant ac dispereant. Cæteroqui alius nescio quis celebratur lapis contrariam prædicto vim sortitus, qui nondum lapis ad meas manus venit. Hunc aiunt proximum ferrum repellere. Atque hic pariter usui nostro accom- B modatus est. Nam qui spiritalis charitatis vinculo generis nostri consortibus copulari conjungique debemus, iidem interdum aversari illos debemus atque repellere : nempe cum ipsi scandalorum et offendiculorum instar effecti, nobis in via pietatis impedimento sunt ; vel cum virtutum subvertere ac detorquere gressus nituntur. Id enim Dominico etiam effato præcipitur, nempe si quis vel amicissimus vel summa necessitudine junctus, nobisque in civilibus studiis ac negotiis, haud secus quam dexter oculus vel dextra manus, utilis fuerit, nihilominus hunc quoque velis remisque esse devitandum.

β'. (96*) Ἀλλ' ἡμᾶς γε προσήκει τὴν ἑλκτικὴν τῆς λίθου ταύτης δύναμιν διασκοποῦντας, καὶ τὴν συμπάθειαν, καὶ τὸν οἷον ἔρωτα ὃν ἡ φύσις αὐτῇ πρὸς τὸν σίδηρον ἐνέθηκεν, ἀγάλλεσθαι μὲν τῆς δημιουργίας τὸν ἀριστοτέχνην Θεὸν, αἰσχύνεσθαι δὲ τὴν τῶν ἀναισθήτων ἀλληλουχίαν καὶ συνάφειαν· ἐπειδὰν οἱ λόγῳ τιμηθέντες ἡμεῖς τὸν τῆς φιλοστοργίας καὶ ἀγάπης δεσμὸν οὐδ' ὁμοίως ἐκείνοις φυλάττωμεν· καίτοι γε σαφῶς διδασκόμενοι, ὡς εἰ καὶ πάσης ἀρετῆς εἶδος εἴημεν περιειλημμένοι, ἄνευ τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης καὶ τοῦ πνευματικοῦ τούτου φίλτρου καὶ δεσμοῦ, πάντα ἡμῖν διαῤῥυῆσκει καὶ οἴχεται· εἰ δὲ καὶ ἑτέρα τις λέγεται λίθος ἐναντίαν τῇ προκειμένῃ τὴν φύσιν λαχοῦσα, ἧς ἡμεῖς μὲν οὔπω εἰς πεῖραν ἀφίγμεθα (τὴν δὲ φασιν ἀπωθεῖσθαι αὐτῇ προσαγόμενα τὰ σιδήρια) καὶ τοῦτο ἡμέτερον· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἡμεῖς μόνον τῷ δεσμῷ τῆς πνευματικῆς ἀγάπης ὀφείλομεν ἡνῶσθαι καὶ συνδεδέσθαι πρὸς τὸ ὁμόφυλον, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ ἀπωθεῖν καὶ ἐκτρέπεσθαι· ἐπειδὰν σκανδάλων καὶ προσκομμάτων ὑπελθόντες βίον ἐμποδὼν ἐπιχειρῶσιν ἵστασθαι πρὸς τὰς τῆς εὐσεβείας τρίβους, ἢ τοὺς τῶν ἀρετῶν ὑποσκελίζειν καὶ διαστρέφειν δρόμους. Τοῦτο γὰρ καὶ τὸ Κυριακὸν ἐπιτάττει λόγιον· ὡς εἰ καί τις εἴη φίλων καὶ οἰκείων ὁ μάλιστα, ὥστε καὶ συνεργεῖν ἡμῖν εἰς τὰς πολιτικὰς θεωρίας τε καὶ πράξεις, ἴσα καὶ ὀφθαλμῷ δεξιῷ καὶ χειρὶ δεξιᾷ, καὶ τούτους ἐκτέμνειν καὶ ἀποτρέπεσθαι τῇ πάσῃ δυνάμει χρεών.

QUÆSTIO CXXXII. [*Coisl.* CLIV, *Taur.* CLIII.] C

Quinam vocari debent τεκνία, *et qui sunt* παιδία, *quive* υἱοί? *Et quo sensu dicit Petrus : « Habemus sermonem propheticum firmiorem. »*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΒ'.

Τί δεῖ καλεῖν τέκνα, καὶ ποῖα παιδία, καὶ τίνας υἱούς; Καί, τί λέγει Πέτρος· «Ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον;»

Editarum a Wolfio decima quarta (*Cur Philol.* t. V, p. 739-742, Galland. Biblioth. t. XIII, p. 725, 726 n. 30). — In II Petr. I, 18.

Tria sunt, quibus homines redduntur perfectiores, mundatio a peccatis, fides pia, nec dubia, nullaque re vana aut recens invecta immutata, denique vero lucta et victoria adversus peccata et diabolum. Mundatio quidem a peccatis generatio quædam spiritualis est, vel potius regeneratio, quæ veterem hominem renovat. In hanc sententiam Paulus quoque ait : « Filioli, quos iterum pario, donec Christus in vobis formetur [30]. » Per hanc D vero regenerationem, etiam in filios adoptamur, servi Domini Christi facti. Propterea recte quoque et *filioli* et *pueri* vocantur, qui hujus gratiæ facti sunt participes. Qui vero doctrinam pietatis, ab initio prædicatam, sectantes quod ad animum consenuerunt, vani nihil, nihil recens inventi, nihil, quod juvenilem humanæ mentis jactantiam referat, admittentes, illi quidem itidem se ipsos spirituali ista denominatione dignos esse cordato cuique ju-

Τρία (97) ταῦτά ἐστιν, οἷς τὸ ἀνθρώπινον τελειοῦται· κάθαρσις ἁμαρτημάτων, πίστις εὐσεβής, καὶ ἀδίστακτος, πρὸς μηδὲν κενὸν (98) μηδὲ πρόσφατον ὑπαλλοιουμένη, ἀγὼν καὶ νίκη κατὰ τῶν παθῶν καὶ τοῦ διαβόλου. Ἡ μὲν οὖν τῶν ἁμαρτημάτων κάθαρσις, γέννησίς τίς ἐστι πνευματική, μᾶλλον δὲ ἀναγέννησις, τὸν παλαιωθέντα ἀνακαινίζουσα ἄνθρωπον. Καθ' ὃ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· «Τεκνία, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἕως ἂν ὁ Χριστὸς ἐν ὑμῖν μορφωθῇ.» Διὰ ταύτης δὲ τῆς ἀναγεννήσεως καὶ υἱοθετούμεθα, δοῦλοι ὄντες τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ. Διὸ εἰκότως ἂν καὶ τεκνία καὶ παιδία οἱ ταύτης τῆς χάριτος ἠξιωμένοι καλοῖντ' ἄν. Οἱ δὲ τὴν ἀρχῆθεν προκατηγγελμένην εὐσέβειαν πρεσβεύοντες, ἤδη τὸ φρόνημα πεπολίωνται, μηδὲν κενὸν (99), μηδὲ πρόσφατον, μηδ' ἀνθρωπίνης ἐπινοίας νεανίευμα ταῖς διανοίαις (1) αὐτῶν εἰσδεχόμενοι, οἳ καὶ δικαίᾳ κρίσει πνευματικῆς αὐτοὺς ἐπωνυμίας ἀξίους δεικνύουσιν. Ἐπὶ (2) δὲ

[30] Galat. IV, 19.

NOTÆ.

(96*) Videtur Photius fuisse usus Eulogii Alexandrini opere contra Novatianos (lib. II), ex quo plura dat in Bibliotheca cod. 280.

(97) In Catal. Bibl. Coislin. p. 337, male τοῖα.

(98) Ita scribo ex Colb. pro καινόν, id enim exprimitur per πρόσφατον. Et sic mox, n. 3.

(99) Vide n. 98.

(1) In cod. erat διακονίαις.

(2) Codex ἐπεί, male.

τούτοις, οἱ γενναίως καὶ ἀνδρείως τὰ πάθη καὶ τὸν A ἐχθρὸν καταγωνισάμενοι, καὶ στρατιωτῶν καὶ ἀθλητῶν ὡς ἀληθῶς ἔργα διαπραξάμενοι, πᾶσιν (3) ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἔργοις νεανικήν τε καὶ ἀκμάζουσαν τὸν τόνον καὶ τὸν πόθον γνώμην ἐπεδείξαντο, οὐχὶ καὶ τῆς κλήσεως αὐτῆς μετασχήσουσιν; Ἔχεις οὖν, οἶμαι, διὰ τῶν εἰρημένων σαφῶς τὸ ζήτημά σοι διαλυόμενον· « Γράφω ὑμῖν, τεκνία, ὅτι ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Γράφω ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Γράφω ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν Πονηρόν. Ἔγραψα ὑμῖν, παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν Πατέρα. Ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Ἔγραψα ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν μένει, καὶ νενικήκατε τὸν Πονηρόν. » B Τεκνία μὲν γὰρ καὶ παιδία ποιεῖ ἡ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων χαριζομένη ἀναγέννησις, καὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀξίωμα, δι' ὧν τοῖς ἔργοις ἐπιγινώσκειν Πατέρα τὸν θέμενον ὥσπερ ἰσχὺν προσειλήφαμεν, οὕτω καὶ χρέος ὑπήλθομεν. Πατέρας γε μὴν καθιστᾷ ἡ τῆς ἀπ' ἀρχῆς εὐσεβείας πολιά τε καὶ ἐν τῷ βεβαίῳ στηριζομένη ἐπίγνωσις· νεανίσκους δὲ τὸ κατὰ τοῦ Πονηροῦ καὶ τῶν παθῶν κράτος. Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ τῶν ἀποστολικῶν λογίων διάνοια, ἡ δὲ τῶν ῥημάτων ἐπιμονή, ἡ μὲν ἀφηγήματος ἐπέχοι ἂν λόγον, ἡ δὲ ἐπαναμνήσεως, ὅπερ εἴωθεν προσεχεστέρους τε τοὺς ἀκροατὰς παρασκευάζειν, καὶ βαθύτερον τῷ μνημονικῷ τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἐγχαράσσειν τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν.

Ὃ (4) δὲ τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ εἴρηται, ἂν ὀρθῶς C ἐπισκοπήσῃς, οὐδὲ ἀπορούμενον περιόψει. Ἐκεῖνος γὰρ εἰπών, « Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν, ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν· » εἶτα ἐπαγαγών· « Καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, » οὐχ ἑαυτῷ φησιν, βεβαιότερον, ἄπαγε, μάλιστά γε προαναφωνῶν, ὡς « Ἐπόπται γενηθέντες τῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεγαλειότητος, ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τούτου δύναμιν καὶ παρουσίαν. » Τί γὰρ ἂν εἴη τῆς αὐτοψίας [βεβαιότερον], καὶ τοῦ ἀκοὰς ἰδίας ἀναπετάσαι εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἄνωθεν φωνῆς, καὶ τὴν πατρικὴν ἐναυγασθῆναι μαρτυρίαν (5-6); Ἀλλὰ *βεβαιότερον* ἐκείνοις φησίν, οἷς (7) ἔγραφεν, ὡσανεὶ λέγων· Εἴτις (8) ἐπιδιστάζουσαν, οἷς μαρτυροῦμεν, ἔχοι τὴν γνώμην, εἰς τὸν προφητικὸν ἀποσκοπείτω λόγον (9), D βεβαιότερον ὄντα γε τῆς τῶν πολλῶν περὶ ἡμᾶς ἀμφισβητήσεως πάντως. Οὐχ ἔτι γὰρ καὶ οὗτος (10), ὡς ἄν τινες εὐχερέστερον περὶ ἄλλων ὑπολήψονται, ἀνθρωπίνης προέρχεται δόξης. Ὅτι δὲ οὐχ ἑαυτῷ *βεβαιότερον* ἔφησεν, σαφέστερον ὑποκατιὼν ἐκδιδάσκει. Ἐπιφέρει γάρ· « Ὦ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες » (ὑμεῖς, φησίν, οὐχ ἐγώ), « ὡς

dici ostendunt. Præter hos vero nonne et isti, qui strenue et fortiter vitia et hostem debellantes, militumque et athletarum officio egregie functi, opere ipso juvenilem, viresque omnes et nervos intendentem animum demonstrarunt, ejusdem nominis participes merito habeantur? Jam quidem, puto, quæstionem propositam his ipsis habebis solutam. « Scribo vobis, filioli, quod remissa sunt vobis peccata propter nomen ejus. Scribo vobis, patres, quod cognovistis eum, qui est ab initio. Scribo vobis, juvenes, quod vicistis malum. Scripsi vobis, pueri, quod cognovistis Patrem : scripsi vobis, patres, quod cognovistis eum, qui est ab initio: scripsi vobis, juvenes, quod fortes estis, et verbum Dei apud vos manet, et vicistis impium [31]. » Filiolos enim et pueros regeneratio, remissionem peccatorum dignitatemque adoptionis impertiens, efficit. Per utrumque enim Patrem adoptantem agnoscendi opere ipso ut vires accepimus, ita agnoscere merito debemus. Patres porro facit senescens illa et firmata pietatis pridem traditæ cognitio : juvenes denique robur illud, quod contra malum dæmonem et vitia exseritur. Atque hæc quidem oraculi apostolici mens est : vis vero ejus in eo sita est, ut hinc doctrinæ, hinc commonefactionis, quæ auditores attentiores efficit, dictorumque sensum memoriæ eorum altius infigit, locum teneat.

Quod vero a Petro, apostolorum principe, dictum est, in eo quidem, si animum advertas, nihil dubii inveneris. Quando enim ille ait : « Et hanc vocem de cœlo delatam audivimus; » ac subjungit : « Et habemus firmiorem sermonem propheticum [32], » non sibi quidem illum firmiorem appellat; absit hoc, inprimis cum ante dixerit : « Spectatores facti ipsi majestatis Domini nostri Jesu Christi, vobis potentiam et adventum ejus manifestavimus [33]. » Quid enim firmius eo esse potest, quando quis rem ipsam videt, auresque suas ad recipiendam vocem superne delatam aperire, atque adeo Patris testimonio edoceri potest? Itaque *firmius* dicit, habito ad eos, quibus scribebat, respectu; quasi diceret : Si quis dubiam de his, quæ testamur, mentem habeat, is quidem ad propheticum sermonem respiciat, qui firmior utique est dubitatione, quam adversus nos multi fovent. Ille enim certe, quod aliqui de aliis suspicari facilius possint, ex hominum opinione non est profectus. Quod vero non ratione sui, sed illorum, ad quos scribebat, *firmiorem* dixerit, id quidem paulo post clarius ostendit.

[31] Joan. II, 12 seq. [32] II Petr. I, 18, 19. [33] ibid. 17.

NOTÆ.

(3) In ms. πόσιν.
(4) ὃ Colb. pro τό.
(5-6) Apparet, hic ex libris excidisse vocem βεβαιότερον, ideo quod mox iterum sequitur.
(7) Sic Colb. pro οὓς.
(8) Idem pro ἥτις.
(9) Idem pro ἐπισκοπείτω.
(10) Sic Colb. pro οὕτως.

Subjungit enim: « Cui si attenderitis, recte facitis» (vos, inquit, non ego): « tanquam candelæ, in obscuro loco lucenti, donec dies illucescat, et phosphorus oriatur in cordibus vestris [34]. »

A λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. »

QUÆSTIO CXXXIII [*Coisl.* CLXV, *Taur.* CLIV].

Quid Apostolus vocat « peripsema ? »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΓ'.

Τί λέγει ὁ Ἀπόστολος « περίψημα; »

Editarum a Wolfio decima quinta (l. c. p. 742-748 Galland. l. c. 727, 728 n. 31). — In I Cor. IV, 13 seqq.

Vox περίψημα potest quidem simpliciter significare id, quod contemptum est, et pedibus quasi subjectum. Rectius vero sensum expresseris per redemptionem, et victimam pro aliis piacularem. Illam enim veteres frequentius περίψημα appellare consueverunt, appellationisque illius hanc reddunt rationem. Quandocunque veteres in divini Numinis indignationem inciderant, praveque factorum pœnas a se repeti sentiebant, tum cives unum aliquem suorum, qui vel sorte delectus erat, vel suo arbitrio atque adeo sponte se pro omnibus in victimam sistere eosque expiare statuerat, agmine facto, cingentes manibus eum tangere, palpare, et delinire quasi solebant, dicentes: « Sis nostrum peripsema. » Inde igitur factum est, ut Paulus, qui multa sæpe sapienter in obsequium Christi redegit, idem non minus de phrasibus gentilium faceret, non in quantum comptæ illæ essent et jucundæ auditu, sed in quantum ad rem recte significandam et repræsentandam optime essent accommodatæ. Vocem itaque ejusmodi h. l. deligens ad Corinthios scribit: « Omnium factus sum peripsema [35]. » Vere enim, tanquam victima piacularis omnium, omnia calamitatum genera sustinebat, et vexabatur, et durissima quæque perpetiebatur. Mitto alia. Invenio vero et aliam ejusdem dictionem, cum cæteris omnibus comparandam: « Per gloriationem nostram in dies morior. » Vides utique, quomodo omnium fuerit piaculum et victima, et *peripsema*. Neque enim pro Judæis solum intra se urebatur et ardebat, forisque infinita mala patiebatur; neque pro cognatis tantum, sed et pro Græcis et barbaris, omnibusque omnino hominibus, num quem fortasse, quod ipse clamabat, salvare posset [36]. Quod igitur quotidie fiebat, id verbis quoque contestabatur, « omnium se peripsema factum esse, » professus.

Τὸ « περίψημα » δύναται μὲν οὕτως ἁπλῶς νυνὶ σημαίνειν τὸ ἐν ἀτιμίᾳ, καὶ οἷον ὑπὸ τὰ ἴχνη κείμενον· ἐγγύτερον δ' ἂν εἴη τῆς σημασίας ἡ ἀπολύτρωσις καὶ τὸ οἷον ὑπέρ τινων ἱερεῖον. Περίψημα γὰρ καλεῖν ἐκεῖνο μᾶλλον ὁ παλαιὸς οἶδε λόγος, καὶ τὴν αἰτίαν τοιαύτην παρέχεται τῷ ὀνόματι. Τὸ παλαιὸν ἐπειδάν τινων ἄνωθεν μηνιμάτων εἰς πεῖραν ἐνέπι- B πτον, καὶ ποινὰς αὐτοὺς τῶν τετολμημένων ἀπαιτεῖσθαι συνῄσθοντο, ἀθρόοι περιστάντες τὸ ὁμόφυλον ἐνί τινι αὐτῶν, ὃς ἔμελλεν ἢ κλήρῳ ἀφορισθεὶς, ἢ τῷ προθύμῳ τῆς γνώμης (11) ἑκούσιος ὑπὲρ πάντων προθύεσθαι, καὶ καθάρσιον αὐτῶν γίνεσθαι, τοῦτον χερσὶ περιψῶντες καὶ ἐφαψώμενοι, « Περίψημα ἡμῶν, ἔλεγον, γενοῦ. » Ἐκεῖθεν οὖν ὁ πολλὰ πολλάκις σοφῶς αἰχμαλωτίσας Παῦλος εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τῶν ἔξω φωνῶν, οὐχ ὅση (12) κομψὴ καὶ γλῶττα καὶ εὔηχος, ἀλλ' ὅση γνησία σημᾶναι καὶ παραστῆσαι τὸ προκείμενον. Καὶ τὴν φωνὴν ταύτην συλλαβὼν, φησὶ, « Περίψημα, » πρὸς Κορινθίους γράφων, « πάντων ἐγενόμην. » Τῷ ὄντι γὰρ ὡς πάντων περίψημα οὕτω διὰ παντὸς ἔπασχεν καὶ ἐταλαιπωρεῖτο, καὶ τοῖς δεινοῖς κατ- C ετείνετο. Ἐῶ τἄλλα. Καὶ γὰρ εὑρίσκω φωνὴν αὐτοῦ ἐκείνου τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀντίῤῥοπον· « Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκω. » Ὁρᾷς ὅπως ἦν πάντων καθάρσιον, καὶ ἱερεῖον, καὶ « περίψημα. » Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ Ἰουδαίων μόνον ἐπυρπολεῖτο τὰ ἔνδον, καὶ ἐφλέγετο, καὶ τὰ μυρία ἔξωθεν ἔπασχεν. Οὐδ' ὑπὲρ συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, καὶ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων, εἴ πώς τινα, ὡς αὐτὸς ἐβόα, διασώσει. Ὃ τοίνυν ἐγένετο καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τοῦτο καὶ διὰ τοῦ λόγου ἀπαγγέλλει, πάντων περίψημα λέγων γεγενῆσθαι.

Hunc vero significatum firmat ipsa sermonis series. Non enim, inquit, pudefaciens vos hæc dico, hoc est, Non exprobro vobis beneficentiam meam, neque beneficia vobis exhibita. Quid igitur? ut filios dilectos potius admoneo [37]. Filios enim paternæ beneficentiæ meminisse decet, in primis, cum non simpliciter sunt filii, sed etiam dilecti. Sensus itaque est: Vos adeo mihi vindico, atque ita vestri amore ardeo, ut non dubitem *peripsema* pro vobis fieri, et in vestrum commodum me ipsum

D Βεβαιοῖ δὲ τὸ προκείμενον τοῦ σημαινομένου καὶ ἡ κατὰ πόδα συνέχεια τοῦ ῥητοῦ. Οὐ γὰρ ἐντρέπων ὑμᾶς, φησὶ, ταῦτα λέγω· οἷον, Οὐχ ὀνειδίζω τὴν εὐεργεσίαν, οὐδὲ τὰς χάριτας· ἀλλὰ τί; ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ. Δεῖ γὰρ τὰ τέκνα πατρικῆς εὐεργεσίας μεμνῆσθαι, καὶ οὐχ ἁπλῶς τέκνα, ἀλλὰ καὶ ἀγαπητά· τουτέστιν, Τοσοῦτον οἰκειοῦμαι ὑμᾶς, καὶ τοσοῦτον τῆς ὑμῶν ἀγάπης ἐκκαίομαι, ὥστε καὶ *περίψημα* ὑμῶν οὐ παραιτοῦμαι γίνεσθαι, θῦμα καὶ ἱερεῖον καὶ καθάρσιον προσάγεσθαι ὑπὲρ ὑμῶν.

[34] II Petr. I, 19. [35] I Cor. XV, 31. [36] I Cor. IX, 22. [37] I Cor. IV, 14.

NOTÆ.

(11) γνώμης ex Colb. pro γνώσεως.
(12) Ex eodem ὥση, pro ὡς ἡ, et mox ἀλλ' ὅση, pro ἀλλόσει.

Καὶ δὴ καὶ ἡ ὀρθότης τῆς ἐν τῷ λόγῳ συνθήκης πρὸς A τοῦτο μᾶλλον ῥέπει τῆς φωνῆς ἢ πρὸς τὸ ῥηθὲν τὴν ἀρχὴν, ἐπεὶ τὸ μὲν ἠτιμωμένον καὶ κατάπτυστον πᾶσι μᾶλλον ἀποδίδοται κατὰ τὴν σύνταξιν, ἀλλ' οὐχὶ πάντων. Ὁ δὲ σοφὸς καὶ θεσπέσιος Παῦλος οὐ, Περίψημα (13) πᾶσιν ἐγενόμην, φησὶν, ἀλλὰ, *πάντων*. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ προηγούμενον χωρίον τῆς λέξεως τῇ διανοίᾳ ταύτῃ συμφθέγγεται. Εἰπὼν γὰρ, « Λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν, » ἐπήγαγεν· « Ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι· » τουτέστι, Τί δεῖ καθ' ἕκαστον τοὺς πόνους ἀπαριθμεῖσθαι, καὶ τὰς θλίψεις, καὶ τοὺς ἀγῶνας, οὓς ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑφίσταμαι.; Ἐν κεφαλαίῳ φάναι, « Ὡς περικαθάρματα ἐγενήθημεν τοῦ κόσμου, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. » B Καὶ γὰρ καὶ τὸ «περικαθάρματα» ῥηθείη μὲν ἂν κατὰ τοῦ ἐβδελυγμένου καὶ φευκτοῦ, μᾶλλον δ' ἁρμόσειε νυνὶ τὰ καθάρσια καὶ τὰ ἱλαστήρια θύματα, ἃ ὑπὲρ ἄλλων εἰώθεν θύεσθαι, παριστᾷν. Πλὴν ἐπεὶ μηδ' ἕτερον τοῦ σημαινομένου τῇ ἀληθείᾳ λυμαίνεται, ἕκαστος, ᾧ μᾶλλον χαίρει, τοῦτο καὶ αἱρεῖσθαι οὐ κεκώλυται. Ἄν τε γὰρ ὡς ἱερεῖον ὁ Παῦλος ὑπὲρ τῶν μαθητῶν ἐθύετο, τὸν Δεσπότην ἐμιμεῖτο καὶ διδάσκαλον, ἄν τε διδάσκων καὶ παραινῶν, καὶ πάντα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας πραγματευόμενος, ὡς ἄτιμος καὶ ἐβδελυγμένος ἐνομίζετο, πρὸς τὸν αὐτὸν ἀφορῶν Δεσπότην, πάλιν ταῦτα ἐπάσχετο, ὃς λοιδορούμενος καὶ ὑβριζόμενος, καὶ πᾶν εἶδος ὑπομένων χλεύης τῆς τῶν ὑβριζόντων καὶ προπηλακιζόντων C σωτηρίας καὶ προνοίας οὐκ ἀφίστατο.

Ἀλλ' εἰς καιρὸν ἄρα τῆς μνήμης προῆλθεν καὶ, ὃ πάλαι διηρώτησας, τί ποτε δηλοῖ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ῥηθέν· « Καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. » Τοῦτο δὲ κοινότερον μὲν τὸ, ἐνέπαιξαν, σημαίνει. Παιδιᾶς δὲ εἶδός ἐστι τὸ κολαφίζειν, μεταβαλόντος τοῦ ἔθους, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν, τὸ β εἰς τὸ φ· ἡ γὰρ Ἀττικίζουσα γλῶσσα διὰ τοῦ β μᾶλλον τὴν λέξιν προφέρει. Τοίνυν μιαιφόνον καὶ ἀχάριστον τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐπὶ τοσοῦτον εἰς τὸν εὐεργέτην τοῖς θυμοῖς ἀνηρέθιστο, ὡς μὴ μόνον χεῖρας αὐτῷ σφαγῆς ἀνατείνειν, ἀλλ' εἰ καί τι ὅλως αὐτοὺς διαλάθοι χλεύης καὶ μυκτηρισμοῦ καὶ ἀσελγείας, ὃ μὴ ἐντρίψειεν αὐτῷ, οὐδὲν ἡγοῦντο κατορθῶσαι μέγα. Οὕτω καὶ τὸν ἀκάνθινον στέφανον, καὶ τὸν κάλαμον, καὶ τὸν βασιλέα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐνέπαιζον αὐτῷ. Καὶ νῦν δέ φησιν ὁ D μὲν ὑψηλὸς καὶ μέγας Ἰωάννης, ὥσπερ ἐπιτρέχων τὴν ὕβριν, *Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα.* Ὁ δὲ θεσπέσιος Μάρκος καὶ Ματθαῖος (μικρὰ γὰρ ἡ τῶν ῥημάτων παραλλαγὴ) καὶ τὸ ὄνομα τῆς ὕβρεως λέγουσιν, καὶ τὴν τῆς ὕβρεως πρᾶξιν· « Ἐκολάφισαν γὰρ αὐτὸν, καὶ ἤρξαντο περικαλύπτειν αὐτοῦ τὸ

instar sacrificii et victimæ piacularis offerre. Ipsa porro vocum structura ad hunc potius significatum tenendum, quam illum, de quo primo loco diximus, adducit. Si enim contemptum aliquid et abominandum inferretur, structura vocum idonea vocem πᾶσι (*omnibus*) potius quam πάντων (*omnium*) requireret. Jam vero sapiens et divinus Paulus non ait: Peripsema *omnibus* factus sum, sed *omnium*. Imo vero et ea, quæ hanc phrasin hoc loco proxime antecedunt, sensui huic velificantur. Postquam enim dixerat: « Conviciis affecti bene precamur, vexati sustinemus, infamati precamur, » subjungit: « Facti sumus ut purgamenta mundi, et ut omnium sordes usque huc[38], » hoc est, Quid molestias omnes et calamitates et luctas, quas pro vobis exantlavi, sigillatim enarrare attinet? Summatim dicam, « Ut purgamenta mundi facti sumus, ut sordes omnium usque huc. » Quamvis enim vox περικαθάρματα etiam de homine abominando et fugiendo adhiberi possit, hoc tamen loco convenientius fuerit, eam de victimis piacularibus, quæ in aliorum salutem offerri consueverant, interpretari. Quoniam autem neuter significatus vero adversatur, eum quisque eligere poterit, qui maxime arrideat. Sive enim instar victimæ piacularis pro discipulis offerebatur Paulus, Dominum et magistrum utique imitabatur; sive docens ipse et admonens, omniaque pro salute eorum faciens, contemptim habebatur et invisus erat, etiam hoc ad eumdem Dominum respiciens, perpetiebatur. Ille enim conviciis et injuriis oneratus, omneque ludibriorum genus perpessus, hominum injuriorum probrisque insectantium saluti et commodis prospicere non desinebat.

Commodum hic in mentem venit recordari illius, quod olim ex me quæsivisti, quid nempe sibi velit illud, quod in Evangelio dicitur: « Et colaphos illi impegerunt[39]. » Idem scilicet est, quod communiter per ἐνέπαιξαν exprimitur: ludibrii enim genus est κολαφίζειν, mutato scilicet per consuetudinem, quod et plurimis vocibus aliis usu venit, τῷ β in φ. Attica enim dialectus verbum illud per β exprimere amat. Sanguinolenta itaque et ingratissima Judæorum gens in benefactorem suum adeo impotenter ferebatur, ut non solum truculentas manus illi injiceret, sed si quid ludibrii, subsannationis et procacitatis reliquum adversus illum fecisset, nihil, quod magni esset momenti, perfecisse se opinaretur. Ita et corona spinea et arundine regisque appellatione et similibus ei illudebant. Jam vero sublimis et magnus Joannes[40], factam injuriam summatim complexurus, dixit: *Et dederant illi alapas;* divi autem Marcus[41] et Matthæus[42], (exigua enim est vocum, quibus utuntur, differentia) et proprium injuriæ hujus nomen, et ipsum injuriæ

[38] I Cor. IV, 12. [39] Matth. XXVI, 67. [40] Joan. XIX, 3. [41] Marc. XIV, 65. [42] Matth. XXVI, 67.

NOTÆ.

(13) Sic Colb. pro περιψήμασιν.

exercitium exprimunt: « Colaphis enim ceciderunt illum, et inceperunt faciem ejus obtegere, colaphosque illi impingere. » Postea: « Et percusserunt illum, et bacillis eum ceciderunt, et dixerunt: Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te cecidit? » Divus quidem Lucas verbum κολαφίζειν omisit, abunde tamen ejusdem verbi sensum per ea, quibus utitur, exponit: « Viri enim, inquit, qui Jesum tenebant, illudebant illi, cædentes, et obvelantes illum: vultum ejus percutiebant, et interrogabant eum, dicentes: Vaticinare nobis, quis sit, qui te percusserit [43]. » Ita scilicet illusionis hoc genus habebat. Alii enim oculos manibus obtegunt, alii, genas pugnis cædentes, jubent indicare illum qui ceciderit; quod si forte conjectura assequatur cædentem, immunis est a plagis; sin minus, plagas illi impingere pergunt. Hoc ipsum vult, hoc ipsum significat proprium illud verbum, ἐκολάφισαν. Quod Judæorum gens nec injuriis nec procacitate exsatiari potuerit, Lucas inprimis, tanquam stupefactus indicat. Postquam enim is dixerat, quod percusserint faciem ejus, eamdemque obtexerint, subjungit: « Et multa alia conviciantes adversus eum dixerunt [44]. » Ita satis, puto, quoad per epistolam quidem fieri potest, perspectum habes, quid sibi velit ἐκολάφισαν, quid περίψημα, quid περικάθαρμα. Tu vero, Christi et Pauli afflictiones, probra et tentationes animo circumferens, fortiter agas, vel potius gaudeas, recogitans, in quem ordinem sis ascitus, quemque habeas ducem, adversus omnem calamitatem insultum, sive adversarii tui mali dæmones sint, sive dæmonas humana forma referant, imitentur.

A πρόσωπον καὶ κολαφίζειν αὐτόν. Εἶτα, « Καὶ ἐῤῥάπισαν καὶ ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον, καὶ ἔλεγον· Προφήτευσον ἡμῖν, Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε. » Ὁ μέντοι γε θεσπέσιος Λουκᾶς τὴν μὲν τοῦ κολαφίζειν παρῆκε, ἐξαπλοῖ δὲ σαφῶς, δι' ὧν λέγει τῆς φωνῆς τὸ δηλούμενον. « Καὶ οἱ ἄνδρες γάρ, φησὶν, οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Προφήτευσον ἡμῖν, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε. » Καὶ γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τὸ εἶδος τῆς παιδιᾶς. Οἱ μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς χερσὶ περικαλύπτουσιν, οἱ δὲ πὺξ κατὰ κόῤῥης παίοντες ἐπερωτῶσιν μηνῦσαι τὸν παίσαντα. Κἂν μὲν τύχῃ τοῦ τυπτήσαντος, ἀφίεται· ἂν δὲ μὴ, ἐπιμένουσιν αὐτῷ τὰς πληγὰς ἐντείνοντες. Τοῦτο οὖν δηλοῖ, καὶ B τοῦτο παρίστησιν ἡ κυριολεξία τὸ, *ἐκολάφισαν*. Ὅτι δὲ κόρον οὐδένα οὔτε ὕβρεως οὔτε ἀσελγείας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐλάμβανεν, ἐκπληττόμενος ὁ σοφὸς ἐπισημαίνεται μάλιστα Λουκᾶς. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, καὶ περιεκάλυπτον, ἐπάγει· « Καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημοῦντες ἔλεγον. » Ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τοῦ « ἐκολάφισαν, » καὶ « περίψημα » καὶ « περικάθαρμα, » ἔχεις, οἶμαι, κατ' ἐπιστολὴν οὐκ ἐνδεῶς. Σὺ δέ μοι τὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ Παύλου κατὰ διάνοιαν φέρων πάθη, καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ τοὺς πειρασμοὺς ἵστασο γενναίως, μᾶλλον δὲ χαίρων, ἐννοούμενος, τίνι συντάττῃ χορῷ, καὶ τίνα κορυφαῖον ἔχεις, πρὸς πᾶσαν ἐπιφορὰν δυσχερῶν, ἄν τε δαίμονες ὦσι, ἄν τε μορφαῖς ἀνθρώπων ὑποκρι- C νόμενοι δαίμονας οἱ ἐπιτιθέμενοι.

QUÆSTIO CXXXIV [*Coisl.* CLVI, *Taur.* CLV].

Quot anni initia arbitrari nos oporteat et quæ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΔ'.

Πόσας ἀρχὰς δεῖ νοεῖν ἡμᾶς τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ ποίας;

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. I, p. 127, 128).

1. Quæ ad extremos usque mundi fines spiculum suum Roma protendit, propriæque potentiæ terminum orbis terrarum limitem fecit, sicuti tribus nominibus gloriari solet, sic etiam tria principia spatio annuo attribuit. Et Romæ quidem nomina sunt mysticum, sacrum, politicum. Mysticum nomen est Ἄμωρ, nempe *amor*: sacrum Flora est, quod florentem significat: politicum Roma, quod conversis litteris in mysticum nomen recidit. Et sacrum quidem licebat ad vulgi etiam notitiam efferre: verum si quis sacerdos mysticum divulgavisset, pœnæ capitali fiebat obnoxius. Tribus igitur, ut diximus, ornata nominibus Roma, tria quoque initia tempori annuo se facere gloriabatur, quorum

α'. Ἡ ἴσα καὶ ὅρια γῆς τὸ δόρυ παρατείνασα Ῥώμη, καὶ τὸ κράτος δείξασα τῆς οἰκουμένης μέτρον, ὥσπερ τισὶν ὀνόμασιν ἀγάλλεσθαι (14) χαίρει, οὕτω καὶ τρεῖς ἀρχὰς τῷ ἐνιαυσιαίῳ χρόνῳ χαρίζεται. Ὀνόματα μὲν οὖν ἐστιν αὐτῇ τελεστικόν τε καὶ ἱερατικόν· τελεστικὸν μὲν Ἄμωρ, ὃ σημαίνει ἔρως· ἱερατικὸν δὲ Φλῶρα, *ἀνθοῦσα* δὲ τοῦτο παραδηλοῖ· πολιτικὸν δὲ Ῥῶμα, ὅπερ ἀντιστρεφόμενον, εἰς τὴν τελεστικὴν σχηματίζεται λέξιν (15). Ἐξῆν μὲν οὖν τὸ ἱερατικὸν καὶ τῷ πλήθει κοινοῦσθαι· τὸ δὲ τελεστικὸν ὁ κοινώσας τῶν ἱερέων ἐσχάτην ποινὴν εἰσ- D έπραττε (16). Τρισὶν οὖν ὀνόμασιν, ὥσπερ ἔφημεν, τιμωμένη καὶ τρισὶν ἀρχαῖς τὸν ἐνιαύσιον σεμνολογουμένη χρόνον, τὴν μὲν αὐτῶν ἱερατικὴν ἐκάλει, τὴν

[43] Luc. XXII, 63 seq. [44] ibid. 65.

NOTÆ.

(14) Verbum ἀγάλλεσθαι superadditur haud scio quam necessario.

(15) Erythræus apud Ortelium in *Geogr.* ait: « Triplex urbi Romæ fuisse nomen proditum est; unum hoc quo utimur pervulgatum; alterum quod arcanum fuit, unde Amaryllida suam, quæ amorem proprie significat, in Bucolicon carmen Virgilius detorsit; tertium sacrificiis debitum, de quo vocabulum floralibus impositum; quod Anthusam Græce Philadelphus interpretatur, a quo hæc discimus. Id tu Latine vel *florentem*, vel aptius fortasse *Floram* aut *Florentiam* vertes. Sub Amaryllidis nomine eam Virgilium describere adnotavit Servius. »

(16) De arcano Romæ nomine loquuntur Verius apud Festum; Solinus, cap. 1; Servius ad Æn. I, 277.

A ἄλλην δὲ πάτριον, καὶ τὴν λοιπήν τε καὶ κυκλικήν· ἱερατικὴν μὲν οὖν ἡνίκα τὸν Αἰγόκερων ὁ ἥλιος παριὼν, εἰς αὔξησιν ἄγει τὴν ἡμέραν. Αὕτη δὲ συμπίπτει πρὸς ἀκρίβειαν μὲν κατὰ τὸν καλούμενον Δεκέμβριον μῆνα· πρὸς αἴσθησιν δὲ καὶ μάλιστα Ῥωμαίοις, εἰς τὸν Ἰανουάριον διαβαίνει. Τὴν δὲ πάτριον ὁ τῶν μηνῶν καλούμενος Μάρτιος ἀπεκληροῦτο· ὅτε καὶ ὅπλων κίνησίς τε καὶ παρασκευὴ ἐπεδείκνυτο Ῥωμαίοις. Τὸν δέ γε Σεπτέμβριον μῆνα ἡ κυκλική τε καὶ πολιτικὴ ψῆφος, ὃ τὸ σὸν φιλόπονον ἐπεζήτησεν, ἀρχὴν ἀπέφηνε τοῦ ἐνιαυτοῦ (17). Ὃ καὶ γλῶσσα μὲν Ἑλληνίζουσα καλεῖν ἐπινέμησιν οἶδε, Ῥωμαῖοι δὲ ἰνδικτιῶνα· καὶ ταύτην τὸ μὲν παλαιὸν, πενταετηρίδος χρόνος ἀνεκύκλου, ὃν καὶ λοῦστρον πατρίως ἐκάλουν. Ἔπειτα δὲ τιμῶντες Ἄρη τὸν, ὥς B φασι, πάτριον αὐτοῖς· ἐπεὶ τῶν ἀστέρων οὗτος πεντεκαιδεκαετίᾳ ἐλάχιστον δρόμον ἀνύων τὸν ἴδιον περαιοῦται κύκλον, ἰσόχρονον ἔθεντο καὶ τὴν ἐπινέμησιν ἤτοι τὴν ἰνδικτιῶνα θέσπισμα τελεῖσθαι· ἀλλὰ ταύτην μὲν τὴν αἰτίαν, ὡς ἂν ἡ ἐκείνων ἀρχαιότης φαίη, ὁ θεολογικὸς αὐτῶν καὶ κρύφιος ὑπογράφει τρόπος. Οὐ πόῤῥω δὲ ταύτης καὶ ἡ λέγουσα, ὅτι τὴν ἰσημερινὴν ὥραν πεντεκαίδεκα μορίοις τισὶ μαθὼν ἐγγὺς περιγραφομένην ὁ αὐταρχήσας Αὔγουστος Ῥωμαίων, καὶ τὴν ἀνακύκλησιν τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἐδικαίωσε περιορίζειν. Πολιτικώτερον δ' ἂν λέγοιεν καὶ οἱ διότι τοσούτοις ἔτεσιν Ἀντωνίῳ συνυπατευκότι τήν τε τῶν κοινῶν πραγμάτων μεταχείρισιν ἔσχεν· εἶτα καὶ μάχην συνῆψε, καὶ τὸ κατ' αὐτοῦ τρόπαιον εἷλεν, ὅτε καὶ μηνὸς ἱστα- C μένου Σεπτεμβρίου ἡ Αἴγυπτος αὐτῷ δορυάλωτος κατέστη (18). Ἐτέλουν μὲν οὖν καθ' ἑκάστην ἀρχὴν ἐνιαυτοῦ ἰδιαζούσας τε θυσίας καὶ τελετὰς, τιμῶντες καὶ ἱλασκόμενοι οὓς ἐνόμιζον αὐτοὶ θεούς· μάλιστα δὲ κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα λαμπρότερον αὐτοῖς καὶ φιλοτιμότερον ἐπράττετο ταῦτα.

β'. Ἐπεὶ οὖν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἡ νέα τὸν κλῆρον ὑπῆλθε καὶ κοινὸν ἐκτήσατο τὸ κράτος, μετέστησε δὲ τοῦ σεβάσματος τὸ πλάνον εἰς τὴν εὐσεβῆ τε καὶ Θεῷ πρέπουσαν λατρείαν, συμμεθίστησι καὶ τὰς δαιμονίους τελετὰς καὶ θυσίας εἰς εὐσεβούσας τε καὶ θεοπρεπεῖς ἁγιστείας. Καὶ διὰ τοῦτο τὴν πρώτην τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς λιτανείαις τε δημοτελέσι καὶ ταῖς ἄλλαις ἱλαστηρίοις εὐχαῖς νόμον ἔθετο τὸν D Θεὸν ἐξιλεοῦσθαι, παρεῖναί τε τὸν ἀρχιερέα τοῖς τελουμένοις, τῶν ἱλαστηρίων καὶ σωτηρίων προηγούμενον ἱρουργιῶν τε καὶ θυμάτων. Ἡ δέ γε ἐπωνυμία τοῦ ἐνιαυσίου κύκλου ἡ μὲν Ῥωμαΐζουσα φωνὴ τὸ μήνυμα σημαίνει· μηνύει γὰρ ἡ ἀρχὴ τὴν περίοδον· καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἐστιν ἰνδικτιών. Ἡ δὲ Ἑλλὰς φερωνύμως ἔθηκε τὴν ἐπινέμησιν. Οὐ γὰρ εἰς ἀπαράβατον καὶ ὡρισμένον βάρος τὸ παλαιὸν οἱ φόροι τοῖς ὑπηκόοις ἐτάττοντο, ἀλλ' ἡ τῶν καρπῶν γένεσις τὴν σύνταξιν αὐτοῖς ἐφιλανθρωπεύετο· σπανίζουσα μὲν γὰρ ἠλάφρυνεν, εὐθηνοῦσα δὲ οὐκ ἐβάρυνε· καὶ

ipsa primum sacratum appellabat, alterum patrium, tertium politicum et cyclicum. Sacrum est, cum Capricorno sol egrediens diei incrementa facit. Hoc autem adamussim incidit in Decembrem mensem: sed tamen id, Romanis præcipue, nonnisi Januario mense sentitur. Initium vero patrium appellatum in mensem Martium incurrebat, quo tempore arma movere solent Romani et ad bellum instrui. Septembri mense denique cyclico politicoque suffragio de quo tu studiose rogas, initium anni statutum fuit. Et quam quidem Græca quoque lingua ἐπινέμησιν appellare novit, Romani autem indictionem, hanc olim quinquennalis cyclus reducebat: idque etiam lustrum proprio vocabulo appellabant. Deinde quia Martem colebant, quem sui generis auctorem aiunt; et quia hoc sidus quindecim annis brevissimum cursum absolvens, suum cyclum perficit, pari intervallo ἐπινέμησιν sive indictionem fieri decreverunt. Verumtamen hanc causam, ut in eorum antiquitatibus fertur, theologica eorumdem atque arcana ratio describit. Neque ab hac valde abludit sententia illa quæ ait Augustum Romanorum imperatorem, cum rescivisset æquinoctialem tempestatem a nonnullis in quindecim partes dividi, anni quoque periodum eodem numero definiendam censuisse. Sed civilior est sententia rem repetentium ab Augusto qui totidem annis principatum in patria cum Antonio gesserit, cum eoque reipublicæ clavum tenuerit, tum adversus eum decertaverit triumphumque retulerit, atque Ægyptum mense Septembri ineunte armis obtinuerit. Singulis autem anni initiis peculiaria sacrificia ritusque peragebant, honoris ergo et placationis eorum quos ipsi putabant deos: præsertim vero mense Septembri splendidiora hæc sacra et accuratiora diis faciebant.

2. Jam ubi veteris Romæ nova sortem occupavit, communemque potentiam adepta, superstitionis errorem in piam Deoque dignam religionem convertit; tunc diabolica quoque mysteria ac sacrificia sanctis Deoque dignis cæremoniis commutavit. Idcirco prima Septembris die litaniis publicis precibusque piacularibus Deum propitiare decrevit: pontificemque adesse rei sacræ, atque eum præire pia et salutaria munera ac sacrificia. Porro annui cycli appellatio Romano vocabulo significat indicium. Namque initium innuit periodum: atque hæc est illis indictio. Græcia quoque nomine rei congruo dixit ἐπινέμησιν (distributionem). Non enim apud veteres tributis erat præfinitus certus atque immobilis limes; sed pro fructuum proventu stipendia illis clementer imperabantur: ita ut in annonæ charitate minuerentur, in ubertate non augerentur: quare sine tristitia quæstoribus justum tributum persolvebatur: et quidem ubi opus esset: nulla

NOTÆ.

(17) Vide Kalendarium Constantinopolitanum ad diem primam Septembris, et quæ ibi docte disputat Stephanus Morcellius.

(18) De hac universa re confer Petavium *Doctr. temp.* tom. II, p. 366-368.

enim instante necessitate, tributum prorsus non exigebatur; sed uni sibi quisque agricola laborabat. Itaque ab imperando sigillatim subditis tributo nacta est nomen ἐπινέμησις anni periodus. Qui vero a victoria ad Actium indictionem confingunt, duram auditu et fide alienam vocabuli originem vi procudunt. Sed tamen hæc, prout memoria mihi suppeditavit ad tuam interrogationem dicta sint. Quod si tu ex tuo diutino historiæ studio haustum aliquid mihi protuleris, dictisque meis addideris, id mihi jucundissimum fore scito.

A διένειμεν ἀλύπως τοῖς φορολογουμένοις τὸ ἀνάλογον· καὶ τότε ὅτε χρεία ἐκάλει, μηδενὸς δὲ ὄντος τοῦ βιαζομένου, οὐδ' ὅλως ὁ φόρος ἐπράττετο, ἀλλ' ἐγίνετο κέρδος ὁ πόνος ὅλος τοῖς γεωργήσασιν. Ἐξ οὖν τοῦ διανέμεσθαι τοῖς ὑπηκόοις τὴν σύνταξιν, τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχεν ἡ τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδος ἐπινέμησις. Οἱ δ' ἀπὸ τῆς περὶ Ἄκτιον νίκης τὴν ἰνδικτιῶνα συμπλάττοντες, εἰς τὸ λυπηρότατόν τε τῇ ἀκοῇ καὶ πειθοῦς ἀπέσχον δοκοῦσί μοι τὴν λέξιν ἐκβιάζεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν κατὰ τὸ πρόχειρον τῆς μνήμης περὶ ὧν ἠρώτησας ἀπεδόθη· εἰ δέ τι καὶ τῆς περὶ τὴν ἱστορίαν βαθείας σχολῆς ἀνελκυσάμενος ἐπιδείξεις, καὶ τοῖς εἰρημένοις προσθείης, καὶ τοῦτο ἡμῖν χαριέστατον ἔσται.

QUÆSTIO CXXXV. [*Coisl.* CLVII. *Taur.* CLVI.]

Nonne hæc contradicunt sibi invicem: « Si quis te percusserit in maxillam dextram, verte illi et alteram; » et : « *Si autem bene, quid me cædis?* »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΕ'.

B *Πῶς οὐκ ἔστιν ἐναντίον τὸ λέγειν· « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. » — « Εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;* »

Editarum a Wolfio decima sexta (*Cur. Philol.* t. V, p. 748-758. Galland. *Biblioth.* t. XIII, p. 729-732, n. 52) — De antilogia inter textum Matth. v, 39 et Joan. xviii, 23.

Levis pacatæque conversationis fundamentum jaciens Salvator, præcepti instar inculcat: « Si quis te percusserit in maxillam dexteram, verte illi et alteram [44]; » ipse vero, ab hominibus maxillam alteram percussus, pro eo quod alteram illi verteret, respondit: « Quid me cædis [45]? » Ita vero egit, non sane, quasi inconsiderate et obiter ita olim cogitasset, et nunc opere ipso sermonem suum everteret. Imo vero hoc ipso facto verbum illud suum potius astruxit. Nam ibi quidem præceptum ejus mutuas injurias prohibet, per quas contentio in infinitum producitur: ideoque a prima quoque, quæ fieri poterat, retributionem abstinere jubet. Idem vero etiam nunc faciebat. Neque enim ultrice manu injuriæ, a percutientis illa factæ, pœnas repetiit, sed in rei indignitatem, causæ suæ patrocinatus, verbis tantum animadvertit.

Propius vero illa, quæ sibi invicem repugnare putantur, ita conciliabuntur. Ibi scilicet illis vetat resistere, qui in corpus et ea, quæ circa corpus sunt, injurios se præstant. Hic vero nisi criminationem, quasi perverteret et seduceret homines, quos ipse male habitus recte ducebat et servabat, vel verbis amoliri instituisset, quando calumniatores illi sua colaphis firmare audebant; illis quidem liberam criminandi potestatem fecisset, et, ut pejora auderent, auctor fuisset, se ipsum vero a calumnia illa et mendaciis, quæ impie in ipsum evomebant, non liberasset. Ubi igitur inter hæc pugna est, et quomodo sibi contradicunt: cædentem te ne vicissim cædas; et, si quis dicam tibi seductionis aut improbitatis | scripserit, aut te,

Πολιτείας ἡμέρου καὶ ἀστασιάστου κρηπῖδα πηγνὺς ὁ Σωτὴρ, « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, » τὴν ἐντολὴν ταύτην ὑποβάλλεται, αὐτὸς δὲ πληγὰς, τὰς ἐξ ἀνθρώπων, ἐπὶ κόρρης λαβὼν ἀντὶ τοῦ στρέψαι, « Τί με δέρεις; » ἠμείψατο. Οὐδαμῶς, ὡς ἂν εἰς τὸ ἀπερίσκεπτον (19) περιτραπείη τὸ περίεργον τῶν λογισμῶν, τοῖς ἔργοις τὸν λόγον (20) καταστρεψάμενος, τρόπον δέ τινα μᾶλλον κἂν τῇ τοιαύτῃ πράξει τὸ ῥῆμα βεβαιωσάμενος. Κἀκεῖ μὲν γὰρ ἡ παραίνεσις τὴν ἀμοιβαίαν τιμωρίαν περιέκοπτεν, δι' ἧς εἰς τὸ ἄπειρον ἡ στάσις προέρχεται. Διὸ τῆς πρώτης ἀντεπιχειρήσεως ἐξίστασθαι διετάξατο. Καὶ νῦν δὲ τὸ αὐτὸ διεπράξατο. Οὐ γὰρ ἀμύνης χειρὶ τὴν ῥαπίσα-C σαν τῆς ὕβρεως δίκην εἰσεπράξατο, δικαιολογίᾳ δὲ μόνῃ ῥημάτων τὴν ἀδικίαν διήλεγξεν.

Ἀχθείη δ' ἂν οἰκειότερον εἰς συμφωνίαν μᾶλλον τὸ νομισθὲν ἀντιφθέγγεσθαι, ὅτι ἐκεῖ μὲν τοῖς ἀδικοῦσιν εἰς τὸ σῶμα καὶ περὶ σῶμα μὴ δεῖν ἀπείρηκεν ἀντανίστασθαι. Ἐνταῦθα δὲ πλάνης γραφὴν, καὶ βλάβης ἀνθρώπων, οὓς ὡδήγει τε καὶ διέσωζε, διωκόμενος, εἰ μηδὲ ῥήμασι διανέστη λύσασθαι, ἃ κατασκευάζειν τοῖς ῥαπίσμασιν οἱ συκοφαντοῦντες ἐμηχανήσαντο, ἐκείνους μὲν εἰς ἄφεσιν ἀπέλυεν τοῦ ἐγκλήματος, καὶ πρὸς θράσος μᾶλλον ἐπέτριβεν τῆς ἀνοσιότητος, αὐτὸν δὲ τῆς συκοφαντίας καὶ τοῦ ψεύδους, ἅπερ αὐτοῦ δυσσεβῶς κατέχεον, οὐκ ἂν τὰς αἰτίας ἀπελύετο. Ποῦ τοιγαροῦν ἐναντία ταῦτα, ἢ D μαχόμενα, Τὸν ῥαπίσαντα μὴ ἀντιρραπίσῃς, τὸν δὲ γραφόμενόν σε πλάνης ἢ δυσσεβείας ἢ τὴν σωτηρίαν κηρύττοντα, ὡς εἰσηγητὴν ἀπωλείας, τοῦτον μὴ

[44] Matth. v, 39; Luc. vi, 29. [45] Joan. xviii, 23.

NOTÆ.

(19) Sequor Colbert. qui ita habet pro εὐπερίσκεπτον.
(20) Ita scribo pro τῶν λόγων, quod est in libris.

ἐπιτρέψῃς ταῦτά σοι περιάπτειν, μηδ' ὑποκαταχλιθεὶς (21), μὴ φωνῇ, μὴ διαθέσει σιγώσῃ (22) μηδ' ἄλλον εἶναι τρόπον ὑπαίτιος; Ἀλλὰ τῷ μὲν τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονι οὐδὲ πρόφασιν ἔτι τὰ εἰρημένα ἀμφισβητήσεως ὑπολείπει. Τὸ δὲ, « Μὴ ποιεῖτε (23) τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· » καὶ, « Ὃ ποιεῖ ἡ δεξιά σου, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου· » καὶ, « Ὅταν νηστεύῃς, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, » πρὸς τὸ, « Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, » τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ μάχεσθαι (24), ὥστε καὶ τὴν ὅτι μάλιστα συμφωνίαν κρίσει τῇ ἐμῇ κατασκευάζει. Κακία μὲν γὰρ ἡ ἐπίδειξις καὶ τὸ θηράσαι (25) δόξαν, νέμεσίν τε σὺν δίκῃ καὶ ψόγον, οὐ γραφόμενον ἀπὸ τῶν σπουδαίων, κινοῦσα. Ἡ δὲ φυγὴ τῆς κενοδοξίας ἀρετή τέ ἐστιν καὶ σεμνοῦ ἤθους καὶ τῶν συνετῶν ἀνθρώπων ἀποτίκτειν οἶδεν εἰς Θεὸν τὴν εὐχαριστίαν, ὅτι βλέπουσι μὲν δοξοκοπίαν ἀτιμαζομένην, ἀρετὴν δὲ τιμωμένην. Πῶς οὖν οἱ ἐνδεικνύμενοι δόξαν ἐξ ἀνθρώπων θηρῶνται, ἐξ οὗ μᾶλλον αὐτοῖς ἕπεται ψόγος; Καὶ πῶς ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν; οὐχ ἀπό γε τῶν θεοφιλῶν καὶ σπουδαίων, τοὺς δὲ πολλοὺς καὶ ἀγελαίους (26) διαπλανῶντες, καὶ μηδὲν πλέον ἔχοντας διασκέψασθαι τοῦ φαινομένου. Εἰ τοίνυν τὸ κενόδοξον φαύλους ποιεῖ, καὶ τὴν ἐξ ἀνθρώπων νέμεσιν ἐγείρει, ἡ δὲ τούτου φυγὴ τἀναντία πράττει, καὶ τοὺς ἐπιεικεστέρους εἰς δοξολογίαν Θεοῦ παραπέμπει, πῶς οὐχὶ συστατικὸν εὑρίσκεται μᾶλλον τοῦ (27) μὴ ἐπιδείκνυσθαι, μηδὲ κενοδοξεῖν τό· « Οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων; »

A salutis præconem, perniciei doctorem pronuntiarit illum ista tibi impingere ne patiaris, neque, submittens te, vel voce, vel silentis habitu, vel ulla alia ratione reus culpæ videaris. Itaque cordato cuique veritatis scrutatori nec minima dubitandi causa ex dictis illis subnascetur. Illa vero Domini dicta : « Ne faciatis eleemosynas vestras coram hominibus [46]; » et : « Quæ facit dextera tua, ea non norit sinistra tua [47]; » et : « Si jejunaveris, ne buccines ante te, ut hypocritæ [48]; » tantum abest, ut cum illis : « Ita luceat lux vestra coram hominibus, ut bona vestra opera videant, et Patrem vestrum in cœlis laudent [49], » pugnent, ut meo quidem judicio secum invicem egregie conspirent. Vitium enim est ostentatio omnis, et B affectatum gloriæ studium, vindictamque et reprehensionem, quæ alioquin ex rebus præclaris non nascitur, excitat : vanæ vero gloriæ fuga et virtus est, et honestos decet, cordatosque homines ad gratias Deo agendas permovet, quando ambitionem contemni, virtutem vero in pretio haberi vident. Quomodo itaque ostentantes se gloriam ab hominibus aucupantur, unde contumelia potius illis nascitur? Et quomodo referunt mercedem suam? non sane ab hominibus, Deo charis et virtutis cultoribus, sed a vulgo et gregariis hominibus, quos, tanquam externa tantum judicare valentes, decipiunt. Quod si itaque vanæ gloriæ studium homines malos efficit, hominumque invidiam irritat, ejusdem vero fuga omnia alia conciliat, et optimos C quosque ad divini Numinis laudem incitat, nonne dictum illud : « Ita splendeat lux vestra coram hominibus; » commendare hoc in primis existimabitur, ne quis se ostentet et vanam gloriam aucupetur?

Ἀλλὰ πῶς λάμψει τὸ φῶς ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, μηδὲν τῶν ἐν κρυφῇ πραττομένων συνιέντων; Εἴρηται μὲν ἤδη. Πλὴν οὕτω μᾶλλον. Ὁ γὰρ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ Πατὴρ, αὐτὸς τῆς ἔνδον ἀστραπῆς τὴν αἴγλην δυνατός ἐστιν εἰς τὸ φανερὸν ἐναυγάσαι. Ἄλλως τε δυσὶν ὁ σπουδαῖος χαρακτηρίζεται τρόποις, καὶ δυσὶ μάλιστα γράφεται χρώμασι, τῇ (28) καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Πλάστου ἀρετῶν αἱρέσει καὶ κακίας φυγῇ. Ἡ μὲν οὖν τῆς κακίας φυγὴ (29) λάμπει πάντως ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κἂν ἔσω τις (30), ὅση δύναμις, κατέχῃ τὴν λαμπηδόνα. Τὸ γὰρ μὴ χεῖρα κακὸν εἶναι, μὴ περὶ ὕβριν, μὴ περὶ χρήματα, μηδ' ἀκρατῆ γλῶσσαν περὶ διαβολὴν, περὶ ὅρκους, περὶ ὅμοια, καὶ ἁπλῶς ἐν πᾶσι (31) μηδενὶ

Quomodo vero lucebit lux coram hominibus, qui nihil eorum, quæ in obscuro aguntur, perspiciunt? Id quidem jam expositum est, sed ex sequentibus amplius intelligetur. Pater scilicet, qui obscura perspicit, splendorem intus latentem in apricum proferre potest. Præterea vero bonus quisque ex duabus rebus cognoscitur, et duabus potissimum notis distinguitur, hinc ex virtutum studio, quo conditori fit similis, hinc ex fuga vitiorum. Jam vero vitiorum fuga semper splendet coram hominibus, etiamsi quis, quoad potest, lampadem intra se contineat. Si quis enim manu D non abutitur circa injurias et circa pecuniam; si linguæ temperat circa calumnias, jusjurandum,

[46] Matth. VI, 1. [47] ibid. 3. [48] ibid. 16. [49] Matth. V, 16.

NOTÆ.

(21) Ms. ὑποκαταχληθείς.
(22) Ita recte Colb. pro στιγώσῃ.
(23) Codex alter ποιεῖται.
(24) Ἀνέχει τοῦ μάχεσθαι, Colb. pro ἀπέχεσθαι.
(25) Idem pro θήρης καί.
(26) Sic scribo pro ἔχοντες· refertur enim ad vocem ἀγελαίους.
(27) τοῦ scripsi pro τό, et mox τό, pro τοῦ. Ita enim sensus jubet.
(28) Ita scribendum pro τό.
(29) ἡ μὲν οὖν τῆς κακίας φυγή debeo Colbertino, quæ verba ex altero male exciderant ob proxime antecedens : καὶ κακίας φυγῇ.
(30) Idem Colb. pro ἐσώδ.
(31) Sic scribendum pro πάσῃ, et mox λαβεῖν pro λαδεῖν.

et hujus generis alia; si denique nullam cuiquam animadvertendi in se occasionem præbet; hæc, inquam, et hic similia, invitis etiam nobis, illustrem et clarissimam lucem hominum oculis offundunt. Idem hoc divus Paulus, Timotheo sacerdotii leges inculcans, ait: « Oportet vero illum bonum testimonium etiam ab externis habere[80]. » Vitiorum porro fuga efficit, ut Judæis et gentilibus, et toti Ecclesiæ Christi non sint offendiculo[81]. Jejunium vero, et pauperum miseratio, lacrymæque oculorum et intenta precatio clam fieri amant; eadem vero itidem fugam vitiorum sui habent interpretem altum clamantem, et præconem illustrem, quandoquidem illa hominum oculos primum perstringens occultæ etiam virtutis splendorem secum ferre, et oculis ingerere consuevit.

Sunt vero etiam, sunt virtutes nonnullæ, quas in medium proferre, maxime vero illos, qui aliis præfecti sunt, oportet. Justitiam puto, et pietatem, earumque vindicem, fortitudinem, aliasque illis affines. Propterea nec illas Servator in obscuro haberi jubet, sed jejunium potius, eleemosynam, hisque similes. In omnibus tamen illud, quod ad ostentationem et vanæ gloriæ studium spectat, procul esse vult, atque id quidem per *occultum* illud, et præceptum: « Ne sciat dextera tua ea, quæ sunt sinistræ, » indicat. Qui vero mentem puram et affectu superiorem habet, sive is domi, sive in ecclesia, sive in media urbe bonum faciat, præceptum Domini curatissime observat. Ille enim non ad ostentationem, neque per vanæ gloriæ aucupium sua agit, sed opere suo spectantes quosvis ad laudem Patris convertit. Quoniam vero non multos tales videmus (præclari enim operis altitudo mentem secum evehit, vanumque gloriæ studium grave telum demittit, pectusque etiam probe munitum lædere et ad inferiora præcipitare potest), multo tutius est, si bona atque ea in primis, de quibus diximus, in occulto præstentur. Qui vero extra omnem teli hujus jactum positi sunt, illis virtutem etiam in aprico et palam consectari licet. Ita Salvator quoque noster nonnunquam miracula sua inter medios homines et in synagogis patrabat; nonnunquam vero illa publicari non patiebatur. Alterum quidem eorum faciebat, quod, sicut affectibus aliis omnibus prorsus non erat obnoxius, ita nec ostentationi patebat. Alterum vero, ut regulam et exemplum nobis præberet, ad fugiendam ostentationem, et errabundos vulgi plausus sollicite vitandos. Perfectius itaque et perfectorum hominum est, quod diximus, publicum virtutis studium et exercitium, tutius vero occultum. Ibi enim latens

A μηδεμίαν λαβὴν ἐμπαρέχειν· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ μηδαμῶς βουλομένων ἡμῶν λαμπρὸν ἀναστράπτει καὶ μέγα φῶς τοῖς ἀνθρώποις. Τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Παῦλος, θεσμοὺς τῆς ἱερωσύνης ὑπογράφων Τιμοθέῳ, λέγει· « Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἐκ τῶν ἔξωθεν. » Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπροσκόπους γενέσθαι Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πάσῃ τοῦ Χριστοῦ, ἡ τῆς κακίας συνίστησι καὶ κατασκευάζει φυγή. Νηστεία δὲ, καὶ πενήτων οἶκτος, καὶ δάκρυον ἐξ ὀμμάτων, καὶ προσευχῆς τόνος φιλεῖ μὲν τῆς ἐργασίας τὸ κρύφιον, οὐδὲν δὲ ἧττον μηνυτὴν μεγαλόφωνον καὶ κήρυκα διαπρύσιον τὴν τῆς κακίας ἔχει φυγὴν, ἥτις τοῖς ἀνθρώποις προεκλάμψασα συνεφέλκεσθαί πως καὶ συνδιαλάμπειν φιλεῖ, καὶ τῆς κρυφίου ἀρετῆς τὴν μαρμαρυγήν.

B Εἰσὶ δ' οὖν, εἰσί τινες ἀρεταὶ, ἃς εἰς τὸ μέσον εἰκὸς πράττειν καὶ μάλιστα τοὺς προεστηκότας, δικαιοσύνη, φημὶ, καὶ εὐσέβεια, καὶ ἡ ταύτης πρόμαχος ἀνδρεία, καὶ ὅσαι συνέριθοι. Διόπερ οὐδὲ ταύτας ὁ Σωτὴρ τῷ λανθάνοντι περιγράφεσθαι κελεύει, νηστείαν δὲ καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ εἴ τι ὅμοιον. Πλὴν ἐπὶ πασῶν γε τὸ πρὸς ἐπίδειξίν τε καὶ τὸ κενόδοξον ἐξορίζει, καὶ τοῦτο αὐτῷ τὸ *κρύφιον* (32) βούλεται, καὶ τὸ μὴ γνῶναι τὴν δεξιὰν τὰ τῆς ἀριστερᾶς. Ὁ δὲ καθαρεύουσαν τὴν γνώμην ἔχων καὶ ἀνωτέραν τοῦ πάθους, ἄν τε ἐν οἰκίᾳ, ἄν τε ἐν ἐκκλησίᾳ, ἄν τε ἐν αὐτῇ μέσῃ πόλει πράττῃ τὸ καλὸν, τῆς Δεσποτικῆς ἐστιν ἐντολῆς ἀκριβέστατος φύλαξ. Αὐτός τε γὰρ C οὐ πρὸς ἐπίδειξιν οὐδὲ κενῆς δόξης προβολὴν τὴν πρᾶξιν ποιεῖται, καὶ τῷ ἔργῳ τοὺς ὁρῶντας εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν ἐπιστρέφει. Πλὴν ἐπείπερ οὐ πολλοὺς ὁρῶμεν (ὅτι συνανυψοῖ ἑαυτῷ τὸ ὕψος τοῦ κατορθώματος· σφοδρὸν γὰρ ἀφίησι κάτωθεν ἡ κενὴ δόξα τὸ βέλος, καὶ δυνατὴ (33) πολλάκις καὶ στεῤῥὸν ἦθος διελάσαι, καὶ πρὸς τὰ κάτω περιτρέψαι), ἀσφαλεστέρα πολλῷ ἡ ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ μάλιστα τῶν εἰσαγομένων εὑρίσκεται ἐργασία. Τοῖς δ' ἔξω παντελοῦς βέλους γεγονόσιν ἀκώλυτος ἡ ἐν φανερῷ καὶ δημοσίᾳ πραττομένη. Ἐπεὶ καὶ ὁ Σωτὴρ ποτὲ μὲν εἰς μέσους καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τὰ θαύματα ἐπετέλει, ἔσθ' ὅτε δὲ οὐκ εἴα δημοσιεύεσθαι ταῦτα. Τὸ μὲν, ὅτι καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις πάθεσιν ἀπρόσπέλαστος ὅλως ἦν, οὕτω καὶ τὴν κενοδοξίαν ἀπρόσιτον κατεῖχεν· D τὸ δὲ, κανόνα καὶ γνώμονα παρέχων ἡμῖν, φεύγειν τε τὰς ἐπιδείξεις, καὶ τοὺς πεπλανημένους τῶν πολλῶν διακρούεσθαι ἐπαίνους. Τελειοτέρα μὲν οὖν καὶ τελείων, ὥσπερ ἔφαμεν, ἡ ἐν τῷ μέσῳ πρᾶξις, ἀσφαλεστέρα δὲ ἡ λανθάνουσα. Ἐκεῖ μὲν γὰρ πολλάκις λαθοῦσα συνεισδύεται τῇ ἀρετῇ ἡ κακία, ἐνταῦθα δὲ τόγε ἐπ' αὐτῇ τῇ κρυφίῳ πράξει ἀποτετείχισται παντελῶς αὐτῇ (34) ἡ διείσδυσις.

[80] I Tim. III, 7. [81] I Cor. X, 32.

NOTÆ.

(32) ἐν τῷ κρυπτῷ, Matth. VI, 4.
(33) Cum Colb. pro διὰ τί.

(34) Malim αὐτῆς, scilicet κακίας, vel αὐτῇ ἡ διείσδυσις.

Οὕτως οὐδαμῶς οὐκ ἔστιν ἐναντία τῶν Δεσποτικῶν ῥημάτων ἡ νομοθεσία.

Ἴδοις δ' ἂν καὶ ἄλλως οὐδὲν ἧττον τὸ ῥηθέν. Ἐλέγχων γὰρ τοὺς Φαρισαίους ὁ Σωτὴρ, καὶ μεταρυθμίζων αὐτῶν τὸ κατεσχηματισμένον καὶ ὕπουλον εἰς τὸ κόσμιόν τε καὶ τὸν χρηστὸν τρόπον, ἀπεῖπεν μὲν αὐτοῖς φεύγειν τὸ πρὸς ἀνθρώπους ζῇν, διώκειν δὲ, ὅσα θεραπεύει Θεόν. Τοὺς οὖν τὴν κενοδοξίαν νοσοῦντας ἀπαλλάσσων τῆς νόσου, πρὸς ἐκείνους φησίν· «Μὴ ποιεῖτε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων·» καὶ, «Ὃ ποιεῖ ἡ δεξιά σου, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου,» καὶ ὅσα ὅμοια. Τοὺς ἐμπαθεῖς περικαθαίρων τοῦ πάθους, τοὺς ὑποκριτὰς ἐλαύνων τῆς σκηνῆς, τοὺς ὑπὸ ζόφῳ καὶ πλάνῃ B πολιτευομένους, εἰς τὸν ἀπλανῆ καὶ καθαρὸν τῆς ἀρετῆς βίον μεταχαλῶν, ἐξ οὗ διαυγάζει ἡ ἀπάθεια καὶ ἡ ἀληθὴς δόξα, καὶ ἡ λαμπρότης ἡ ψυχική. Οὕτως οὐκ ἔστιν ἀλλήλοις ἐναντία τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ Λόγια, ὥστε τοὐναντίον οὐδ' ἄν τι γένοιτο τῶν ἔργων ἀπαστράψαι τὴν λαμπηδόνα, εἰ μὴ τῆς κενοδοξίας τὸν ζόφον πρότερον διασκεδάσῃ, καὶ περιέλοι ἐξ αὐτοῦ.

Ἄλλως τε δὲ, εἰ τὸ μὴ σκανδαλίζειν τὸν πλησίον σύνδρομόν ἐστι, μᾶλλον δὲ προηγούμενον τοῦ περιλάμψαι τοῖς ἔργοις τοὺς ἀνθρώπους, τὸ δὲ, μὴ ποιεῖν πρὸς ἐπίδειξιν, ἐν τῷ μὴ σκανδαλίζειν ὡς ἐν μέρει νόμος περιέχεται τῷ ὅλῳ. Καὶ τὸ φεύγειν ἄρα τὴν κενοδοξίαν προπαρασκευὴ γίνεται τοῦ ἔμπροσθεν C τῶν ἀνθρώπων διὰ τῶν ἔργων ἀναλάμψαι. Ἀλλὰ γὰρ τὰ μὲν Κυριακὰ λόγια σὴν (35) συνεξαίτησίν τε καὶ χάριν διαφόροις ἐπιβολαῖς ἀντὶ τοῦ διαφωνεῖν ἐπεδείχθη μᾶλλον ἀσπαζόμενα τὴν συμφωνίαν.

Ἔστι δὲ καὶ Δεσποτικῶν ἡ μίμησις νόμων, κἀκεῖθεν ἔχει τὴν πρόοδον, τὸ πλείοσιν ἐπιχειρήμασι μεθοδεύειν τὰ στασιάζειν ἀλλήλοις δοκοῦντα τῶν προβλημάτων. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ κοινὸς καὶ Πλάστης καὶ Διδάσκαλος, καὶ Σωτὴρ εἰσηγητὴς ὁρᾶται τοῦ κανόνος, οἷς ἐποίησεν. Οὐκ ἄχαρι δ' ἴσως ἐν ταυτῷ σοι συνδιεξαπλῶσαι καὶ τὴν θεωρίαν τοῦ τρίτου ζητήματος. Ὅτε γὰρ τὸ ἀχάριστον καὶ ἀναίσχυντον D ἔθνος τῶν Ἰουδαίων τῆς ἐν Σαββάτῳ σιτολογίας τοὺς μαθητὰς αἰτίας εἰσέπραττεν, οὐχ ἑνί γε τρόπῳ τὸ ἐπηρεαστικὸν αὐτῶν ἐπεστόμισεν. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὴν ἀνάγκην αὐτοῖς ἀντεπέστησεν. Τοῦτο γὰρ καὶ κατασκευάζεται τῇ κατὰ τὸν Δαβὶδ πράξει καὶ τῷ παραδείγματι, ὃς τοὺς ἄρτους φαγὼν οὐκ ἐξὸν τῆς προθέσεως, αἰτίας ἀφίεται. Δεύτερον δὲ ἀπὸ τοῦ τόπου, ἤτοι παρὰ τὸ ἐν τῷ τόπῳ προνόμιον. Παραδειγματικὸν μὲν καὶ τοῦτο, πλὴν τοῦ προτέρου βαθύτερον. Ὥσπερ γὰρ ἡ αὐτὴ πρᾶξις ἔξω μὲν τοῦ ἱεροῦ

A vitium sæpe virtuti se miscet; hic vero, per occultum nempe virtutis exercitium, vitii subreptio penitus cavetur. Illa itaque Domini præcepta sibi neutiquam adversantur.

Hæc, quæ dicta sunt, alia quoque ratione illustrare et perspicere licet. Pharisæos enim castigans, moresque eorum simulatos et subdolos ad veram honestatem et probitatem compositurus, vetuit ne ad hominum judicium vitam suam agerent, sed ea potius consectarentur, quæ Deo probantur. Ilos itaque a vanæ gloriæ studio avocaturus, ita eos alloquitur: «Ne faciatis eleemosynam vestram coram hominibus;» et: «Quod facit dextera tua, illud nesciat sinistra;» aliaque his similia. Homines itaque, affectibus indulgentes, a malo hoc purgat, hypocritas ex theatro propulsat, homines, inter nebulas et errores vitam agentes, ad vitam inculpatam et puro virtutis studio coruscam, ex qua immunis ab affectibus animus, veraque gloria, et mentis splendor emicat, perducit, Propterea divina et sacra illa oracula adeo sibi invicem non adversantur, ut potius lampas bonorum operum apud neminem lucere possit, nisi qui prius vanæ ambitionis caliginem dispulerit, seque ab illa liberarit.

Idem hoc etiam alia ratione probatur. Quod si offendiculum non ponere proximo conjunctum est, vel prævium potius illi, ut recte facta ab hominibus conspiciantur; nihil autem ad ostentationem facere, tanquam pars respectu totius, requiritur, ut offensioni non simus; consequitur fugam vanæ ambitionis præparare hominem, ut operibus suis coram hominibus lucere possit. Itaque ad petitionem tuam tuaque causa variis modis ostensum a me est, Domini nostri dicta adeo sibi invicem non adversari, ut consensio potius manifeste appareat.

Imitor vero hic Domini nostri exemplum, quod facit, ut pluribus modis et argumentis in concordiam illa redigantur, quæ secum invicem pugnare videntur. Ipse enim communis nostrum et conditor, et doctor, et Servator, ex iis, quæ ipse fecit, hanc regulam docuisse intelligitur. Dum in hoc sum, non injucundum tibi fortasse fuerit, etiam tertiæ quæstionis examen suscipere. Cum enim improba et impudens Judæorum natio discipulos rationem reddere jubebat [31], cur in Sabbato sementem comedissent, non uno modo injurios eorum sermones compescebat. Primo quidem loca necessitatem illis obvertebat. Id scilicet ipso Davidis facto et exemplo firmabatur, qui, cum panes propositionis, quibus vesci non licebat, comedisset, a culpa immunis habebatur. Alterum argumentum petit a loco, sive potius a prærogativa quadam, loco propria. Argumentum hoc itidem ab exemplo ducitur, sed

[31] Matth. XII, 1 seqq.

NOTÆ.

(35) σὴν habes ex Colbert. Vocula hæc in altero ob sequens συνεξαίτησιν omissa erat, ubi tamen atque adeo et hic rectius legetur σὴν ἐξαίτησιν.

priori illo est gravius. Sicut enim eadem actio, si A quidem extra locum sanctum fiat, crimini facit obnoxium, quæ in sancto loco patrata, reum non reddit; ita, si qui alii simpliciter in Sabbato frumento vescantur (largiar hoc vobis,) culpæ sunt obnoxii. At vero illi, qui hominum sunt servatores, et doctores, quique cum ipso sacerdotii Domino et legislatore versantur, vel propterea ab omni crimine immunes habentur. Quæ enim hic sunt, sancto illo loco sunt majora. Porro vero misericordiæ quoque nomine amentiam eorum castigat. Si enim sacrificium, inquit, præstat observatione Sabbati, lex vero vestra misericordiam sacrificio præfert: « Misericordiam enim, inquit, volo, non vero sacrificium [83]; » illi utique, qui pro eo, quod ad misericordiam flecti debebant, B prævaricationis pœnas poscunt, majoris peccati rei merito habentur, umbram legis vindicantes. Præterea quarto etiam argumento in eosdem animadvertit, dicens, hominem non propter Sabbatum factum, sed Sabbatum potius in hominis commodum conditum esse [84]. Denique et verborum flagello amentiæ eorum quintam infligit plagam, qua simul instar Domini cum majore quadam auctoritate et efficacia eosdem castigat. « Dominus enim, inquit, Sabbati est Filius hominis [85]. » Quod si vero Filius est Dominus; discipuli autem vel maxime filii sunt et hæredes (illi enim primi non ex sanguine, nec ex voluntate carnis nec ex voluntate viri, sed ex Deo geniti sunt, et a Deo in filios adoptati [86]); C iidem sane non servient, sed dominabuntur Sabbato. Hoc igitur Domini opere, aliisque illi similibus, muniti et edocti, illam, ut volebas, oraculorum venerabilium apparentem dissensionem, variis modis in consensionem manifestam traduximus. Atque illa quidem nostra ita habes. Si vero ingenii tui felicitas, et judicii acumen, sacræque doctrinæ copia et dicendi ubertas jucundiora et sublimiora invenerit (inveniet vero omnino, modo voluerit, siquidem ego te, amicum meum, recte novi); mutuam hanc benevolentiam instar amplissimi præmii accepero.

γινομένη πρὸς δίκην ὑπάγει, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἱερῷ ἀνεύθυνον ἀπολύει· οὕτω καὶ σιτολογεῖν μέν τινας ἁπλῶς ἐν Σαββάτῳ (δεδόσθω γὰρ ὑμῖν,) ποιεῖ ἐν εὐθύναις· τοὺς δὲ τῶν ἀνθρώπων σωτῆρας καὶ διδασκάλους, καὶ αὐτῷ τῷ τῆς ἱερωσύνης συνόντας Δεσπότῃ καὶ νομοθέτῃ παντὸς αἰτιάματος ἀπαλλάττει. Πολλῷ γὰρ μείζω τοῦ ἱεροῦ τὰ ἐνταῦθα. Ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐλέου τὴν αὐτῶν ἀπόνοιαν στηλιτεύει. Εἰ γὰρ μείζων μὲν ἡ θυσία τῆς παρατηρήσεως τῆς ἐν Σαββάτῳ, ἐπίπροσθέ τε τῆς θυσίας καὶ ὁ νόμος ὑμῶν τὸν ἔλεον ἄγει· « Ἔλεον γάρ, φησίν, θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· » οἱ τοὺς μαθητὰς ὁρῶντες λιμῷ καὶ ἀσιτίᾳ πιεζομένους, εἶτα ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἔλεον (36) τραπῆναι δίκην εἰσπραττόμενοι παρανομίας, οὗτοι πολλῷ χαλεπωτέρᾳ παραβάσει τὴν σκιὰν τοῦ νόμου διεκδικεῖν εἰσιν ἑαλωκότες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τετάρτῳ τούτους ἀποῤῥαπίζει λόγῳ, οὐ διὰ τὸ Σάββατον τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι λέγων, ἀλλ' ἀνάπαλιν ἀνθρώπου χρείᾳ τὸ Σάββατον ὑφεστάναι. Καὶ δὴ καὶ μέχρι πέμπτης πληγῆς τῆς ἀνοίας αὐτῶν τῇ μάστιγι τῶν λόγων καθικνεῖται, δεσποτικώτερον λοιπὸν καὶ μετ' ἐξουσίας αὐτοὺς ἐπιπλήττων. « Κύριος γάρ ἐστι, φησίν, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ Σαββάτου. » Εἰ δὲ Κύριος ὁ Υἱός, υἱοὶ δὲ καὶ κληρονόμοι μάλιστα οἱ μαθηταὶ (οὗτοι γὰρ καὶ πρῶτοι οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν, καὶ τῆς ἄνωθεν υἱοθεσίας ἠξιώθησαν)· οὐκ ἔτι δουλεύσουσιν, ἀλλὰ κυριεύσουσι τοῦ Σαββάτου. Ἐξ οὖν τῆς Δεσποτικῆς ἐργασίας ταύτης, καὶ ὅση παραπλησία, δυναμωθέντες τε καὶ στοιχειωθέντες, ὥσπερ ᾔτησας, λόγοις διαφόροις τὴν τῶν σεπτῶν Λογίων δοκοῦσαν διαφωνίαν εἰς ἀστασίαστον συνηγάγομεν συμφωνίαν (37). Ἀλλὰ γὰρ τὰ παρ' ἡμῶν σοι ἐπὶ τοσοῦτον. Εἰ δὲ τὸ σὸν τῆς διανοίας τάχος, καὶ τὸ ἐν φρονήματι συνετὸν, καὶ τῶν ἱερῶν θεωρημάτων ὁ πλοῦτος, καὶ ῥήτωρ τέχνη γλυκύτερά τε καὶ ὑψηλότερα προσεπιθεωροίη, προσεπιθεωρήσειε δ' ἂν μόνον βουληθείη, εἴπερ ἐγὼ τὸν ἐμὸν οὐκ ἀγνοῶ φίλον, εἰς τὸ πληρέστατον ἂν εἴην (38) τὴν ἀμοιβαίαν ἀπειληφὼς χάριν.

QUÆSTIO CXXXVI [*Coisl.* CLVIII. *Taur.* CLVIII].

Quare Paulus apostolus in epistolis suis nomen suum præmittit?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛϚʹ.

D *Διὰ τί ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς αὐτοῦ Παῦλος ὁ ἀπόστολος προτάττει τὸ ἴδιον ὄνομα* (39);

Editarum a Wolfio (l. c. p. 750-770 Galland. l. c. p. 732, 736, n. 33). —De Paulo suis epistolis proprium nomen præponente.

Divinus Paulus Epistolis suis nomen suum præfigit, ideo, quod os suum sine commemorata Domini beneficentia aperire noluit. Gratia enim illi nomen quoque novum imposuit, quæ Saulum in Paulum non solum quoad mores, sed etiam quod ad appellationem converterat. Propterea vocat se Paulum, tanquam qui ipsum nomen Domini in se

Προτάττει τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ Παῦλος ὁ θεῖος τὸ ὄνομα, μηδὲ διᾶραι στόμα χωρὶς τοῦ μεμνῆσθαι τῆς Δεσποτικῆς εὐεργεσίας βουλόμενος. Καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ τὴν κλῆσιν ἡ χάρις ἐκαίνισεν, εἰς Παῦλον τὸν Σαῦλον, ὥσπερ τοὺς τρόπους, οὕτω διαμειψαμένη καὶ τὰ ῥήματα. Διό φησι Παῦλος, ὁ καὶ αὐτὴν οἱονεὶ τὴν κλῆσιν ἐκ Δεσποτικῆς φιλοτιμίας φέρων,

[83] Osee VI, 6; Matth. XII, 7. [84] Marc. II, 27. [85] ibid. 28. [86] Joan. I, 13.

NOTÆ.

(36) Ita Colb. pro altero ἔλαττον.
(37) εἰς ἀστασ. συνηγάγομεν συμφωνίαν, ex Colb.
(38) Idem pro εἴης.

(39) Initium hujus responsi exstat apud Œcumenium sub Photii nomine, p. 202 Commentar.

ὁ πάντα πλουτήσας ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, τὸ ὄνομα, τὴν A πίστιν, τὸν πόθον, τὸν δρόμον, τὴν ἀποστολὴν, τὰ πολιτεύματα, εἰκότως τοιγαροῦν καὶ « δοῦλος Χριστοῦ. » Ὁ γὰρ προῖκα τοσαῦτα λαβὼν, καὶ μηδὲν προκαταθέμενος, πῶς οὐχὶ δοῦλος (40), καὶ εἴ τι ἄλλο, τοῦ διὰ τοσούτων τιμήσαντος; Δοῦλοι μὲν γὰρ καὶ ἄκοντες ἅπαντες, ὅσους ὁ δημιουργικὸς Λόγος ἐκ μὴ ὄντων εἰς ὕπαρξιν θέμενος, πρὸς τὸν Δεσπότην ὁρᾷν ἀναγκάζει, καὶ τοῦ Πλάστου τὸ κράτος ἐπίστασθαι. Καὶ γὰρ ἀνάγκη τὸ δημιούργημα δοῦλον εἶναι καὶ ὑπεξούσιον τῆς τοῦ δεδημιουργηκότος κυριότητος. Δοῦλον δὲ καὶ ὅσον τῆς τοῦ κρείττονος ἀπολαύει προνοίας, καὶ τῆς ζωῆς ὥσπερ ἐκεῖθεν ἔχει τὴν ὕπαρξιν, οὕτω καὶ τῆς διαμονῆς τὴν συνέχειαν. Εἶεν δ' ἂν εὐγνωμονοῦντες δοῦλοι, καὶ οἵτινες τυραννίδος πικρᾶς καὶ χαλεπῆς αἰχμαλωσίας μεγάλοις B ἐλευθερωθέντες λύτροις, τὸν λυτρωτὴν ἐπιγράφεσθαι Δεσπότην ἐγνώκασιν. Ἀλλ' ὅ γε θεῖος Παῦλος οὐ τούτοις ἑαυτὸν τοῖς τρόποις ὑποτάξαι Χριστῷ μέγα ἐποιεῖτο. Κοινά τε γὰρ ταῦτα, καὶ οὐδὲν ἐξαίρετον οὐδὲ θαυμαστὸν ἐνδεικνύμενα. Ἑτέροις δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν διακοσμεῖ, καὶ διαπλάττει δοῦλον πλείοσί τε καὶ μείζοσι, καὶ τὸ τῆς δουλείας καθαρὸν, καὶ ὄντως ἐλεύθερον λαμπρῶς ἐπιδείκνυται. Καὶ πρῶτον μὲν, οἷς ἔσχεν ἰδίως φιλοτιμεῖσθαι τοῖς δεδομένοις αὐτῷ παρὰ τοῦ Πλάστου χαρίσμασι. Δεύτερον, τῷ ἐξῃρημένῳ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ διαπύρῳ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγαπήσεως. Καὶ τρίτον τῇ ἀπροφασίστῳ τῆς ἀποστολῆς ὑπηρεσίᾳ, καὶ τῷ ἀπαραβλήτῳ δρόμῳ τῆς δουλείας, ἐλευθέρῳ φρονήματι τὴν ὡς ἀληθῶς C ἐμφανίζει εὐγένειαν. Καὶ πρός γε τοῖς εἰρημένοις τῇ ἀκριβείᾳ καὶ καθαρότητι τοῦ πολιτεύματος, δι' ὧν ἑαυτὸν δοῦλον καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ λογισμοὺς, καὶ πάντα τὰ τῷ Χριστῷ παρεστήσατο· οὐδαμοῦ τὴν ἐκλογὴν αἰσχύνας, οὐδὲ τὴν ἄνωθεν ψῆφον φαυλίσας, πανταχοῦ δὲ μᾶλλον θείαν ὡς ἀληθῶς ἀποφήνας, καὶ τοῖς ἔργοις τὴν κρίσιν βεβαιωσάμενος, καὶ μηδὲν λιπὼν, τί δεῖ λέγειν τῶν ἐντολῶν ἀκατόρθωτον, ὅπου λαβεῖν ἔστιν, ἃς καὶ ὑπερεβάλλετο; Δείκνυται τοιγαροῦν ὁ θαυμάσιος Παῦλος, καθ' ἕνα μὲν τρόπον δοῦλος, ὡς τῆς δημιουργικῆς παλάμης φιλοτέχνημα. Καθ' ἕτερον δὲ, ὡς τῇ ἐκεῖθεν προνοίᾳ τὴν ὕπαρξιν συνεχόμενος, εἶτα ὡς ἠγορασμένος τῷ Δεσποτικῷ αἵματι, λοιπὸν ἐντεῦθεν τὰ ἰδιάζοντα· οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ μέχρι τούτων ἵσταται, οὐδὲ (41) τοῖς κοι- D νοῖς τὴν αὐτοῦ δουλείαν περιγράφει, ἀλλὰ καὶ χαρισμάτων πλοῦτον περιβαλλόμενος, ἄλλης δουλείας ζυγῷ καὶ τρόπῳ ἑαυτὸν ὑποζεύγνυσιν, ἀντιδεξιοῦσθαι φιλονεικῶν οὐκ εἰωθόσι θεραπείαις, τὸν καινοτέραις αὐτὸν φιλοτιμησάμενον χάρισι. Ναὶ δὴ καὶ ἀντὶ πάντων φιλεῖ τὸν Δεσπότην, φίλτρου ὑπερβολὴν οὐ λείπων (42), καὶ μεῖζον εἰ κατὰ λόγον τοῦ θαυμάζεσθαι. Καὶ πάντα σκύβαλα ἡγεῖται, ἵνα Χριστὸν τὸν ποθούμενον κερδήσῃ. Ἀλλὰ καὶ ἀπο-

amori deberet, quique a Christo omnia, nomen puta, fidem, desiderium, cursum, apostolatum, reliquamque vitæ conditionem nactus esset; nec minus convenienter « servum Christi [87]. » Qui enim gratis omnia acceperat, nihilque ante præstiterat, quomodo is non etiam servus, et, si quid aliud est inferius, illius, qui tantis eum beneficiis ornaverat, appelletur. Omnes enim, etiam inviti, servi sunt, quotquot Verbum illud, quod omnia condidit, ex nihilo producens, ad Dominum respicere, Conditorisque sui potentiam agnoscere cogit. Necesse enim est creatum quodque servum esse, Conditorisque sui potestati obnoxium. Servus vero et ille est, qui majoris curæ fructum capit, quique eidem non solum id debet, quod sit, sed quod etiam esse perseveret. Servi porro etiam illi jure merito habeantur, quicunque ab acerba tyrannide et durissima captivitate magno pretio redempti liberatorem Dominum quoque suum appellandum esse intelligunt. Divinus vero Paulus tanti hæc non fecit, ut iis tantum nominibus se subjiceret; communia enim hæc habebat cum aliis, quæ nihil præcipui aut admiratione digni secum ferebant. Alia vero erant, eaque plura et majora, propter quæ servi se nomine cohonestat et ornat, servitutisque dignitatem et libertatem vere talem magnifice ostentat. Inter hæc primum locum tenent egregiæ illæ dotes, quibus a Conditore sibi concessis gloriari præ aliis poterat. Alterum est amor efficacissime, et magis, quam in homines alios, adversus se probatus. Tertium functio apostolatus sine tergiversatione suscepta, nec intermissus præconii evangelici cursus. Ex his prærogativis magnifice et ingenue de servitute sua sentiens veram nobilitatem demonstrat. Ad hæc omnia accedebat curata et ingenua res suas agendi ratio, per quam seipsum servum quod ad corpus, animam mentemque et cætera denique omnia Christo sistebat; electionem sui adeo non deturpans, aut cœleste de se judicium parvi faciens, ut potius pro divino munere a se haberi testatum faceret, idque opere ipso firmaret, nec quidquam præceptorum ejus negligeret, ut eadem in nonnullis etiam superare intelligatur. Admirandus itaque Paulus ex una parte servum se sistit, tanquam manus omnipotentis opus; ex altera vero talem, qui per divinam providentiam esse perseveret, quique Domini sanguine sit redemptus. His vero ea, quæ propria sibi habet, jungit, neque in dictis acquiescit, aut communibus illis beneficiis servitutem suam circumscribit. Multis enim gratiæ donis se cumulatum agnoscens, alius servitutis jugo et generi se subjicit, operam dans, ut non vulgari et consueto obsequio eum, qui se novis et insolitis beneficiis

[87] Rom. I, 1.

NOTÆ.

(40) ὁ γὰρ προῖκα — οὐχὶ δοῦλος accepi ex Colbert.

(41) Colb. οὐδ' ἐν.

(42) Sic scribo pro λεῖπον. Mox pro εἰ malim legere ᾗ.

mactaverat, vicissim exciperet. Propterea etiam Dominum præ aliis omnibus amat, de amoris sui, ipsa admiratione, ut conveniens erat, majoris, magnitudine nihil remittens. Omnia porro pro rejiculis habet, ut Christum, sibi desideratissimum, lucretur. Mittitur vero etiam ut præco, totumque orbem præconio suo implet, Hierosolymis, tanquam a carceribus, usque ad omnes terrarum fines excurrens, et evangelium usque ad Oceani flumina ebuccinans. Ejusmodi servitutem servire Christo Paulus didicerat. His vero et septimum servitutis genus accedit, quando leges et instituta vitæ, in Christo actæ, tam sancte solliciteque, ut nemo alius eorum, qui vel tunc vel postea vivebant, observavit et custodiit, corpus suum castigans et in servitutem redigens, ne aliis prædicans ipse fieret reprobus. Hæc sunt admiranda illa omnique libertate meliora servitutis genera, quæ Paulus spirabat, quæ sustinere non desinebat, quibus onustus gloriabatur. Propterea litteras scribens servum se Jesu Christi appellabat. Hæc, dicebat, mea est dignitas! hoc imperatoriæ potestatis insigne! hoc nomine omnibus velim innotescere! Qui in mundo res suas habent, illi quidem a mundi dignitatibus celebrari cupiunt, nunc consulum, nunc præfectorum, nunc tribunorum, nunc aliis titulis utentes. Paulo vero ad gloriæ, imperii et dignitatis amplitudinem sufficit, Christi esse servum, atque hoc potius, quam alio quovis nomine, inclarescere. Atque hæc quidem causa tibi existimanda fuerit, cur Paulus nomen suum Epistolis præmiserit, semperque se Christi servum appellarit.

A στέλλεται κῆρυξ, καὶ οἰκουμένην πληροῖ τῷ κηρύγματι, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐξ ἀφετηρίου τινὸς πρὸς τὰ γῆς πάντα δραμὼν πέρατα, καὶ μέχρις αὐτῶν τῶν Ὠκεανοῦ ῥευμάτων σαλπίσας τὸ Εὐαγγέλιον. Τοιαύτην δουλείαν ὁ Παῦλος ἠπίστατο, ἐφ' οἷς ἕβδομος δουλείας ἐξανύεται τρόπος, δι' οὗ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας τοὺς θεσμοὺς καὶ τὰ νόμιμα καθαρῶς τε καὶ σπουδαίως, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις ἕτερος, οὐ τότε, (43) οὐχ ὕστερον, κατώρθωσέν τε καὶ διεφύλαξεν, ὑπωπιάζων (44) τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶν, μή πως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένηται. Αὗται τῆς δουλείας αἱ θαυμάσιαι καὶ κρείττους ἁπάσης ἐλευθερίας ἰδέαι (45-41)· ταύταις ἀνέπνει, ταύταις οὐκ ἔληγε δουλεύων, ταύταις ἐναθλῶν ἐσεμνύνετο. Διὸ καὶ γράφων δοῦλον ἑαυτὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπογράφεται. B Τοῦτό μου, φησὶ, τὸ ἀξίωμα. Τοῦτο τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας τὸ ἐπίσημον. Ἀπὸ τούτου βούλομαι πᾶσι γνωρίζεσθαι. Οἱ μὲν ἐν κόσμῳ ἀναστρεφόμενοι ἀπὸ τῶν ἐν κόσμῳ ἀξιωμάτων δηλοῦσθαι βούλονται, ὑπάτους ἑαυτοὺς, καὶ στρατηγοὺς καὶ δημάρχους, καὶ τὰ τοιαῦτα ὑπογράφοντες. Παύλῳ δὲ ἀρκεῖ εἰς μέγεθος καὶ δόξης καὶ ἀρχῆς καὶ ἀξιώματος, τὸ δοῦλον εἶναι Χριστοῦ, κἀκεῖθεν μᾶλλον ἢ ἀπό τινος ἄλλου γινώσκεσθαι. Ἀλλ' οὕτω μέντοι τεθεωρήσθω ἡ αἰτία τοῦ τε προτάττεσθαι τὴν κλῆσιν τῶν Ἐπιστολῶν Παῦλον, καὶ τοῦ διὰ παντὸς δοῦλον ἑαυτὸν ἀναγράφειν Χριστοῦ.

Quod vero additur: « Qui declaratus fuit Filius Dei in potentia[39], » etc., illa mihi quidem hanc sententiam inferre videntur. *Declaratum* appellat, tanquam, qui ut talis cognitus sit, et ad notitiam hominum perductus. Res enim vel ex nomine suo cognoscere, vel definitionis alicujus ope percipere solemus. *Definitum* itaque appellat, non quasi a quoquam in filium sit adoptatus; absit hoc! neque, quod nomen Filii Dei per impositionem quamdam nactus sit; sed *definitum* vocat, tanquam qui ex proprietatibus suis nobis innotuerit, et in cognitionem nostram, quoad illa in homines cadit, pervenerit. Unde igitur, et ex quibus momentis Filius Dei determinatur, et quibus proprietatibus distinctus a nobis cognoscitur? Ex propheticis, inquit, oraculis. Id enim significat, dicens: « Quod prænuntiavit per prophetas suos in sacris Litteris[40]. » Deinde vero ex miraculis, quæ supra naturæ vires edidit. Dicit enim: « Qui declaratus est Filius Dei in potentia[41]. » Porro ex Spiritu sancto, quem hominibus in se credentibus donabat. Denique vero ex eo, quod, qui ex Davidis semine natus erat, ex mortuis resurrexit. Horum enim omnium congeries

C Τὸ (42) δέ· « Ὁρισθέντος Υἱοῦ ἐν δυνάμει, » καὶ ἑξῆς, τοιαύτην τινά μοι δοκεῖ τὴν θεωρίαν ἔχειν· *Ὁρισθέντος*, φησὶν, οἱονεὶ ἐπιγνωσθέντος, εἰς γνῶσιν ἀνθρώποις ἐληλυθότος (43). Εἰώθαμεν γὰρ ἢ ὀνόματί τινι καταλαμβάνειν τὰ πράγματα, ἢ διά τινων ὁρικῶν λόγων εἰς τὴν αὐτῶν ἀφικνεῖσθαι ἐπίγνωσιν. Νῦν οὖν, *ὁρισθέντος*, φησὶν οὐχὶ τὸ παρά τινος εἰς υἱοθεσίαν ἀνειλῆφθαι, ἄπαγε, οὐδ' ὅτι τὴν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν ἀπό τινος ἐπέσχεν θέσεως, ἀλλ', *ὁρισθέντος*, φησὶν, οἷον τοῦ διὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἰδιωμάτων ἡμῖν ἐμφανισθέντος, καὶ εἰς γνῶσιν καὶ κατάληψιν, ὡς οἷόν τέ ἐστιν ἀνθρωπίνῃ φύσει, περιελθόντος. Πόθεν οὖν καὶ ἐκ τίνων ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἀφορίζεται, καὶ τίσιν ἰδιότησι χαρακτηριζόμενος εἰς γνῶσιν ἡμῖν ἔρχεται; Ἐκ προφητικῶν, φησὶ, χρη- D σμῶν. Τοῦτο γὰρ παρίστησι διὰ τοῦ εἰπεῖν· « Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις· » δεύτερον ἐκ τῶν δυνάμεων, ἃς ὑπερφυῶς ἐτέλει. « Τοῦ ὁρισθέντος γὰρ, φησὶν, Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει. » Εἶτα ἐκ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ὃ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι ἐχορήγει. Ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἀναστῆναι (44) αὐτὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ γεγεννημένον. Καὶ γὰρ τούτων ἁπάντων ἡ συνδρομὴ

[39] Rom. I, 4. [40] ibid. 2. [41] ibid. 4.

NOTÆ.

(43) Ex Colb. loco οὔτός τε.
(44) Idem pro κοπιάζων.
(45-41) ἰδέαι scribo pro ἰδίαι.
(42) τοῦ pra τὸ, ex Colb.
(43) Respicit huc Œcumenius l. c., p. 203. his verbis: Διὸ καί τις τοῦ ὁρισθέντος, τοῦ ἐπιγνωσθέντος φησὶ, καὶ εἰς γνῶσιν ἀνθρώποις ἐλθόντος. Εἰώθαμεν γὰρ δι' ὁρισμῶν τινων ἐπιγινώσκειν, ἃ βεβαίως καὶ οὐκ ἐν δισταγμῷ ἐπιστάμεθα.
(44) Colb. pro ἀναστάντος. S. Paulus: Ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν.

διορίζει καὶ ἀποδιίστησιν αὐτὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων, A ὅσοις κατὰ χάριν γέγονεν υἱοὺς ἐπονομασθῆναι. Καὶ δείκνυσι καὶ διδάσκει πάντας, αὐτὸν εἶναι τὸν ἀληθῶς καὶ φύσει Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν. Ὅθεν δυνατὸν ἂν εἴη (45), καὶ οὐχὶ πλαγιασμῷ τῶν ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ κατ' εὐθεῖαν αὐτὰ συνείροντας τὸ ἐξαίρετον τῆς υἱότητος τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀφορίσαι τε καὶ παραστῆσαι, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσίν τε καὶ εἴδησιν σαφῆ καὶ καθαρὰν τοῖς πιστοῖς παρασχέσθαι. Οἷον εἴ τις ἐρωτῴη, Τί ἐστιν Χριστός; ῥᾷον καὶ οὐδὲν ἐργῶδες εἰπεῖν· Χριστός ἐστιν ὁ διὰ τῶν προφητῶν μὲν προκηρυχθεὶς καὶ γενόμενος κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαβίδ, ὑπερφυέσι δυνάμεσι καὶ Πνεύματος ἁγίου δαψιλεῖ τε καὶ ἀφθόνῳ χορηγίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος εὐεργετῶν, B καὶ διὰ τῆς οἰκείας ἀναστάσεως τὸν θάνατον μὲν νεκρώσας, καὶ τὸν ᾅδην σκυλεύσας, τοὺς ἀπ' αἰώνων δὲ συναναστήσας ἑαυτῷ νεκρούς. Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς καὶ Θεός. Εἰς τούτου τὸ Εὐαγγέλιον Παῦλος ἀφωρισμένος ἐγένετο· τοῦτο παρίστησιν ἡ τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ φωνή (46). Πρόσθες, εἰ βούλει, πρὸς ἐξάπλωσιν καὶ δήλωσιν σαφεστέραν· δι' οὗ καὶ Παῦλος ἔλαβε χάριν ἀποστολῆς ἔθνη βάρβαρα πεῖσαι, καὶ παρασκευάσαι ὑπακοῦσαι τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ· τουτέστιν εἰς αὐτὸν πιστεῦσαι (47) καὶ λατρεύειν μόνῳ, ὡς ἀληθινῷ Θεῷ, καὶ Υἱῷ Θεοῦ, ἀφέμενα τῶν πατρῴων ἐθῶν, καὶ τῆς παλαιᾶς αὐτῶν καὶ δεισιδαίμονος πλάνης.

Τὸ δὲ, « Καυχάσθω ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει C αὐτοῦ, ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, » τῷ ἱερῷ ῥηθὲν Ἰακώβῳ, οὐ τοῦτο δηλοῖ, ὡς Μεγαλοῤῥημονείτω, ἀλαζονευέσθω, μεγαλαυχείτω. Οὐδὲν τούτων. Τίθεται μὲν γὰρ, ὡς ἔθος, τὰ ῥήματα ταῦτα ἐπὶ τῆς τοιαύτης διανοίας, καὶ τὸ πρόχειρον τῆς λέξεως εἰς τοῦτο φέρει. Ἀλλ' οὖν νυνί γε τὸ καυχᾶσθαί φησιν ἀντὶ τοῦ, *θαῤῥείτω, ἐλπιζέτω*. Μηδὲ (48) γὰρ ὅτι ταπεινὸς, φησὶν, ἀθυμείτω, ὡς ἐν πενίᾳ τρυχόμενος, ἢ τῇ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἀδοξίᾳ ὑβριζόμενος. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν τοὺς ταπεινοὺς καὶ εὐτελεῖς καὶ πένητας καὶ πτωχοὺς ἐξελέξατο, τοὺς πλουσίους, καὶ δόξῃ καὶ γένει μεγαλοφρονοῦντας, φρυάττεσθαι λιπών. Οὔκουν ὀφείλει τις ἀθυμεῖν, ὅτι ταπεινὸς, εὐφροσύνης δὲ μᾶλλον πληρούσθω, κοινωνὸν ἑαυτὸν καὶ μέτοχον τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ διὰ τῆς εὐτε- D λείας καὶ ταπεινότητος ἐννοῶν. Ἀλλ' ἴσως ἄν τις ὑποφέρων ἐρεῖ, ὡς ἁρμόσειε τὸ νῦν εἰρημένον οὐ πρὸς τοὺς ἀρχομένους τότε πιστεύειν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τοὺς νῦν πιστούς. Οὔπω γὰρ ἐκείνοις λαμπρὸν οὕτω καὶ ἀξιοθαύμαστον τὸ τῶν ἀποστόλων ὑπῆρχεν ἀξίωμα, ὡς ἀπὸ τοῦ κατ' αὐτοὺς παραδείγματος εἰς μίμησιν ἀρετῆς καὶ ζῆλον τοὺς ἄλλους προκαλεῖσθαι. Οὐδὲν δὲ ἄρα τοῦτο κωλύει. Καὶ γὰρ καὶ τότε αὐτῶν τὸ τῆς ἀρετῆς μέγεθος σχεδὸν οὐδένα ἐλάνθανεν, ὅπουγε καὶ θυσίαις αὐτοὺς

[62] Rom. I, 5. [63] Jac. I, 9.

eum ab aliis omnibus distinguit et separat, quibus filios Dei appellari ex gratia contigit. Hæc ostendit et docet omnes, eum vere et natura sua Filium Dei et Deum esse. Hinc scilicet, atque adeo non ex nuda quadam verborum obliquitate, sed recta potius via, si singula sibi invicem jungantur, definire et demonstrare licet, quam eminente sensu Christus et Deus noster Filius sit Dei, eademque opera puram et distinctam ejus cognitionem credentibus suppeditare. Si quis verbi causa interrogetur : Quid est Christus? facile illi et in promptu fuerit respondere : Christus est, qui a prophetis quidem prænuntiatus, et secundum carnem ex semine Davidis genitus, potentia sua supernaturali, sanctique Spiritus largis et infinitis donis humano generi benefecit, et resurrectione sua mortem quidem peremit, infernoque spoliato, eos, qui inde a primis sæculis mortui erant, una secum resuscitavit. Hic est Christus, hic est Dei Filius et Deus. Ad hujus Evangelium prædicandum Paulus separatus est. Hoc indicat vox illius, qui Filius Dei declaratus est. Adde etiam, si placet ad majorem rei declarationem et intelligentiam : per quem Paulus etiam accepit apostolatus gratiam [62], ut gentes barbaras persuadendo vinceret, easque ad obsequium fidei in Christum præstandum præpararet, hoc est, efficeret, ut in illum crederent, eique uni, tanquam vero Deo, et Dei Filio servirent, a patriis moribus, vetereque sua, et erronea superstitione liberatæ.

Cæterum quod ad illud sancti Jacobi dictum attinet : «Glorietur frater humilis in sublimitate sua, dives autem in humilitate sua [63], » non hæc sibi vult, ac si diceret : Magnifice loquatur, jactet se, glorietur. Nihil horum locum habet. Solent quidem illa verba hoc sensu adhiberi, vocisque præsentis significatus primum obvius idem infert. Hoc vero loco verbum καυχάσθω idem est quod, *confidat, speret*. Nemo enim, inquit, ideo, quod humilis est, animum despondeat, quia paupertate est extenuatus, aut hominum probris subjectus. Nam ipse Dominus noster humiles et abjectos, et pauperes et mendicos elegit, divites vero, gloriaque et genere magnifice gloriantes fremere jussit. Itaque neminem ideo animum despondere oportet, quod humilis est; imo vero fas est eum lætari, quod participem se et consortem apostolici chori ipsa illa abjecta humilique sorte sua factum esse intelligit. Fortasse vero aliquis contra hæc exceperit, ea, quæ diximus, non in eos, qui credere inceperint, sed in illos potius, qui jam credunt, quadrare. Tunc enim apostolici muneris dignitas tam illustris aut admiranda visa non est, ut, exemplo ab illis ducto, alii ad imitationem virtutis eorum et æmulationem excitari possent. Hoc vero nihil obstat. Nam et tunc virtutis eorum præstantia neminem

NOTÆ.

(45) Colb. pro εἶναι.

(46) Act. IX, 15 : ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος.

(47) Ex Colb. pro πιστεύσας.

(48) Legerim μηδείς.

latebat, quandoquidem illos nonnulli, gentilium sacris adhuc addicti, sacrificiis prosequi et colere instituebant [64]. Ipse quoque Paulus aperte ait: «Imitatores mei estote, quemadmodum et ego Christi sum [65].» Sublimitas igitur hominis, humiliter de se sentientis, est humilitas, qua quidem ita sibi placere, bonoque animo esse et lætari oportet, quam lætatur alias, qui divitias omnes hominumque gloriam nactus sit, et in promptu habeat. Qui enim ita et in his quidem rebus humilis est, is Deum habet, se exaltantem et evehentem: *Qui enim se humiliat*, inquit [66], *exaltabitur*, qui vero contra se exaltat, ille Deum sibi adversantem et humiliantem, et ipso hoc arrogantiæ flatu vanaque jactantia in terram dejicientem experietur. Vides itaque sublimitatem extremæ humilitatis causam, vides humilitatem in cœlum tollentem; quomodo itaque bono animo non sit [67], et glorietur, hoc est, lætetur et confidat in illa humilitatis suæ sublimitate?

Num itaque divites illa evectione et exaltatione destituti sunt? Hoc quidem non dixerim, quia et Dominus noster non divites ex regno suo propellit, sed eos tantum, qui divitias suas augent, curisque suis toti avide illis inhiant, quique sollicitudinem suam omnem thesauris alligantes animum in terra auroque, tanquam in carcere quodam, defossum et vinctum circumferunt. Horum hominum amentiam castigans Salvator ait: «Ubi thesaurus vester est, ibi et cor est [68].» Ejusmodi divitibus cœleste domicilium inaccessum est: «Faciliusque est, ut camelus per foramen acus transeat quam ut illi regnum cœlorum ingrediantur [69].» Quomodo itaque divites ingredientur, et quomodo cœlestis civitas eis obtinget? Si Abrahamum imitentur, si Jobum, si boni fiant divitiarum œconomi, non autem parvi quidam tyranni, pauperum solatium cum non minori suæ, sibique natura similium, salutis dispendio clavibus et repagulis multis coercentes. Quomodo vero dives eo ducetur? et quid efficiet, ut tam præclare agat? Animi, inquit, demissio. Si enim seipsum extenuet, nec inflari se patiatur, neque auro et divitiis glorians et distentus in amentiam præceps ruat, novit utique nihil horum suum esse, nudum se ex ventre matris suæ exiisse, omnia Dei esse, illique facile esse, ut omnia illa sibi eripiat, et in alios transferat, darique hæc, non ut proximi rebus necessariis priventur, sed ut eorum quæ ipse accepit, reddantur participes. Taceo alia complura. Horum gnarus ille, hæc animo revolvens, datori gratias agit. Novit se esse debitorem, præceptis ejus, qui se et condidit et ditavit, audiens est, opibusque suis, ut alienis utitur, easque administrat, vel ita potius administrat, ut maxime suæ sint, sua illa esse existimans, et faciens, quæ in ejusdem et na-

A ἔνιοι, καίτοι τὰ Ἑλλήνων ἔτι θειάζοντες, γεραίρειν καὶ τιμᾷν ἐμελέτησαν. Καὶ αὐτὸς δὲ Παῦλος ἐν παῤῥησίᾳ φησίν· «Μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.» Ὕψος οὖν τοῦ ταπεινοφρονοῦντος ἀνδρὸς ἡ ταπεινοφροσύνη, ἐν ᾗ οὕτως θεραπεύεσθαι δεῖ, καὶ εὐθυμεῖν, καὶ χαρᾶς πληροῦσθαι τὴν ψυχὴν, ὡς εἴ τις ἄλλος τὸν σύμπαντα πλοῦτον καὶ τὴν ἀνθρωπίνην δόξαν εἴη περιβεβλημένος, καὶ κατέχων χειρί. Ὁ μὲν γὰρ οὕτω καὶ ἐν τούτοις ταπεινὸς τὸν Θεὸν ὑψοῦντα ἔχει, καὶ ἄνω τιθέντα. «Ὁ γὰρ ταπεινῶν ἑαυτὸν, φησὶν, ὑψωθήσεται,» ὁ δ' ἀπεναντίας ὑψούμενος τούτου τὸν Θεὸν ἀντιτασσόμενον εὑρήσει, καὶ ταπεινοῦντα, καὶ εἰς γῆν (49) αὐτῷ φυσήματι καὶ ματαίῳ κόμπῳ καταβάλλοντα. Εἶδες ὕψος ἐσχάτης αἴτιον ταπεινώσεως, εἶδες ταπείνωσιν εἰς οὐρανὸν B ἀναφέρουσαν, πῶς οὐκ ἄν τις εὔθυμος εἴη καὶ καυχήσαιτ' (50) ἂν εἰκότως, τουτέστι, τερφθείη καὶ θαῤῥήσει ἐπὶ τῷ ὕψει αὐτοῦ τῆς ταπεινώσεως;

Τί οὖν οἱ πλούσιοι ταύτης ἐστέρηνται τῆς ἀναγωγῆς καὶ ὑψώσεως; Οὐ τοῦτό φημι, ἐπεὶ καὶ ὁ κοινὸς Δεσπότης οὐ τοὺς πλουτίους ἐκβάλλει τῆς βασιλείας, τοὺς δὲ προστετηκότας τῷ πλούτῳ καὶ ταῖς φροντίσιν ὅλως πρὸς αὐτὸν νεύοντας καὶ ἐπτοημένους, οἳ τὴν μέριμναν πᾶσαν τοῖς θησαυροῖς ἐνδησάμενοι ἔχουσιν ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ τῇ γῇ καὶ τῷ χρυσῷ κατορωρυγμένας καὶ πεπεδημένας αὐτῶν τὰς ψυχάς. Ὧν καὶ τὴν ἄνοιαν στηλιτεύων ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· «Ὅπου ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία C ὑμῶν.» Τούτοις τοῖς πλουσίοις ἄβατος ἡ οὐράνιος πολιτεία, καὶ «Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ τούτους εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.» Πῶς οὖν εἰσελεύσονται οἱ πλούσιοι, καὶ κλῆρος αὐτοῖς ἔσται τὰ οὐράνια πολιτεύματα; Ἂν μιμῶνται τὸν Ἀβραὰμ, ἂν τὸν Ἰὼβ, ἂν οἰκονόμοι καλοὶ τοῦ πλούτου, ἀλλὰ μὴ μικροὶ καθίστανται τύραννοι, οὐδὲν ἔλαττόν τε ὁμοφυοῦς ἢ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πολλοῖς κλείθροις καὶ μοχλοῖς τὴν τῶν πενήτων παραμυθίαν ἐναποκλείοντες. Πόθεν δὲ ὁ πλούσιος εἰς ταύτην τὴν πρᾶξιν ἀφίξεται; καὶ τίς αἰτία καὶ τοῦ κατορθώματος; Ἡ (51) ταπείνωσις, φησίν. Ἐὰν γὰρ ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, καὶ οὐ πρὸς φυσίωσιν ἐπαρθῇ, οὐδ' εἰς ἀπόνοιαν ἐμπέσῃ, τῷ χρυσῷ καὶ πλούτῳ γαυρούμενός τε καὶ διογκούμε- D νος, οἶδεν, ὅτι τούτων οὐδέν ἐστιν ἴδιον αὐτοῦ, ὅτι πάντα ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ῥᾷόν ἐστιν ἀφελέσθαι μὲν αὐτοῦ ταῦτα, εἰς ἑτέρους δὲ μετενεγκεῖν, ὅτι ταῦτα δίδονται, οὐχ ἵνα στέρωνται τῶν ἀναγκαίων οἱ πλησίον, ἀλλ' ἵνα ἔχοιεν ἐκ τοῦ λαβόντος μεταλαμβάνειν. Ὅτι μυρία ἄλλα. Καὶ ταῦτα εἰδὼς, καὶ τοῖς λόγοις ἀνελίσσων εὐχαριστεῖ τῷ δοτῆρι. Οἶδεν ἑαυτὸν χρεώστην, πείθεται τοῖς τοῦ πλάσαντος αὐτὸν, καὶ πλουτίσαντος, νόμοις, ὡς ἀλλοτρίων τῶν ἰδίων προΐσταται, καὶ ταῦτα οἰκονομεῖ, μᾶλλον δὲ ὡς μάλιστα ἰδίων· ἴδια καὶ λογιζόμενος, καὶ ποιούμενος, ὅσα (52) τοὺς ὁμο-

[64] Act. XIV, 13. [65] I Cor. XI, 1. [66] Luc. XVIII, 14. [67] Jac. IV, 6. [68] Matth. VI, 21. [69] Matth. XIX, 24.

NOTÆ.

(49) εἰς γῆν Colb. pro ὀργήν.
(50) Id. pro καυχήτ'?
(51) ἡ lego, pro ἤ.
(52) Colb. pro ἔσφ.

πίστους καὶ ὁμοφυεῖς ἰσχὺν εἴληφε θεραπεύειν, οὕτω πράως τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν, οὕτω φιλανθρώπως, οὕτως οἰκονομικῶς, ὡς τῶν κοινῶν φύλαξ καὶ οἰκονόμος ταχθεὶς ἐκ Θεοῦ. Ὁρᾷς, ὅπως καὶ τὸν πλούσιον ἡ ταπείνωσις λαμπρὸν καὶ ὑψηλὸν καὶ τῆς βασιλείας ἄξιον ἀποφαίνει; Διὰ τοῦτό φησιν, « Ὁ δὲ πλούσιος καυχάσθω ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ. » Ἐν ταύτῃ, φησὶν, ἐλπιζέτω τῇ ταπεινώσει· ἐν ταύτῃ θαῤῥείτω, διὰ ταύτης ὑψωθήσεται. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, φησὶν, ἀπὸ τοῦ Πλάστου κερδήσειεν, τί ἄλλο αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ ἔσται, ἀπὸ γῆς, ἀπὸ πηλοῦ, ἀπὸ ψηφιδίων οὕτω μικρῶν; μᾶλλον δὲ, ὡς ἱερὸς Ἰάκωβος φάναι, μηδὲν ἀπὸ ἄνθους χόρτου διαφέροντος, ὃ πρὸς ὥραν μὲν ἀνθεῖ, καὶ τέρπει πολλάκις αἴσθησιν, ἐπικαίοντος δὲ τοῦ ἡλίου ξηραίνεταί τε καὶ ἀφανίζεται, μηδὲ λείψανον τῆς προτέρας εὐπρεπείας ὑπολειπόμενον. Ὥσπερ οὖν τὸ ἄνθος τοῦ χόρτου, ἐν ᾧ τὸ ὡραῖον προβάλλει, φθείρεται καὶ ἀπόλλυται, οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐν αὐτῷ τῆς πολυτελείας (53) τῷ ἄνθει μαραίνεται καὶ διόλλυται. Μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ ἐν τῷ χόρτῳ εὑρήσεις αὐτὸν ἀσθενέστερόν τε καὶ ἀδρανέστερον. Τὸ μὲν γὰρ ἰδίῳ καιρῷ ἀνθεῖ, καὶ ἰδίῳ μαραίνεται· ὁ δὲ πλούσιος ἐν αὐτῇ μάλιστα τῇ ἀκμῇ, ὅτε πανταχόθεν αὐτῷ βλαστάνει καὶ ἀνθεῖ τὰ ἡδέα, καὶ δοκοῦντα εἶναι λαμπρὰ καὶ ζηλωτὰ, καὶ τῷ ὄγκῳ καὶ τῷ φυσήματι φλεγμαίνων τοῖς πολλοῖς ἐστι φοβερὸς, τότε δὴ, τότε ἀθρόον πολλάκις ἢ θανάτου νόμῳ (54) συλληφθεὶς, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζεται, ἢ ναυάγιον αὐτὸν ποιεῖ ὑποβρύχιον. Καὶ τὸ καινὸν καὶ παράδοξον, οὐδ' αὐτὸν ἔσθ' ὅτε βυθίζον (55), ἀλλὰ τὸν χρυσὸν, τὴν αὐτοῦ ψυχὴν καὶ ζωὴν, καὶ τύραννος δὲ μᾶλλον, ἢ κατ' ἐκεῖνον, χεὶρ τὸν πλοῦτον ἁρπάσασα, ἔρημον αὐτὸν καὶ τῆς ὀφρύος καὶ τῆς ζωῆς ἐναπέλιπεν, θεραπόντων ἐπιβουλαὶ, λῃστῶν ἐνέδρα, τί ἄν τις, οἷς ἐκεῖνος ἁλίσκεται καὶ διόλλυται, φέρων ἀριθμῷ δοίη; οὕτω καὶ ἄνθους παθεῖν ὁ τοιοῦτος φαυλότερός τε καὶ ἑτοιμότερος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, περὶ ὧν ἠρώτησας, ἡ ἐπιστολή σοι διαλέγεται. Σὺ δὲ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἔργοις καὶ δόγμασι δοῦλον σεαυτὸν παριστῶν, καὶ τὸν πλοῦτον καλῶς οἰκονομῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ πεποιθὼς ἴσο, καὶ εὐθύμει. Ταπεινώσει, καὶ τἄλλα τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι ἔῤῥωσο.

[70] Jac. I, 10. [71] ibid.

A turæ et fidei consortes conferendi copiam nanciscitur: tam mansuete egenis impertiens, tam humaniter, tam frugaliter, quam communium bonorum custodem et dispensatorem se ab ipso Deo novit esse constitutum. Videsne, quomodo humilitas etiam divitem illustrem et sublimem et regno cœlesti dignum facere possit? Propterea ait: « Dives vero glorietur in humilitate sua [70]. » In hac, inquit, humilitate bene speret; hac confidat; per hanc exaltabitur. Nisi enim hoc, inquit, a Conditore lucretur, quid aliud ab illo acceperit, ex terra, ex luto, ex lapillis adeo parvis, imo potius, quod sanctus Jacobus ait [71], ab illis rebus, quæ a flore graminis nihil differunt, quod in horam quidem floret, sensusque aliquantisper delectat, sole vero B urente, marcescit et deflorescit, nihil pristini decoris relinquens. Quemadmodum igitur flos graminis, in quo decor ejus emicat, perit et aboletur; ita dives quoque, in media felicitate constitutus, et in ipso magnificentiæ flore marcescit et consumitur. Imo vero eumdem ipso illo graminis flore imbecilliorem et viliorem inveneris. Ille enim suo tempore floret, suo vero etiam marcescit: dives autem in summo vigore suo, quando jucunda quæque et illustria maximeque consectanda videntur, illi nascuntur et florent, ipse vero, fastu et arrogantia inflatus, multis terrorem incutit, tunc omnino, tunc frequenter vel mortalitatis lege correptus ex hominibus disparet, aut naufragio submergitur. Neque vero semper novum aliquid et in- C solitum illum submergit, sed manus potius, majore quam qua ipse usus est, tyrannide aurum, quod animam ejus et vitam constituit, subripiens, et fastu et vita privatum relinquit. Idem faciunt famulorum machinationes et latronum insidiæ. Et quis tandem enumerare possit omnia, quibus homo ejusmodi capitur et perit? adeo ille vilis est conditionis et magis aptus ad ea, quæ flori accidunt, experienda. Atque hæc quidem epistola mea, de illis, quæ scire voluisti, exponit. Tu vero, Christi, veri Dei nostri, servum et opere et doctrina te præstans, opesque tuas recte administrans, in ista humilitate confide, bonoque animo esto, nec minus cætera animo et corpore recte vale!

JOS. HERGENROETHER, S. THEOL. PROFESSORIS,

ADMONITIO

IN UNDECIM SEQUENTES QUÆSTIONES SEU COMMENTARIOS IN ARISTOTELIS CATEGORIAS.

Quæ sequuntur undecim dissertationes tractatum proprium constituunt de Aristotelis Categoriis, quas Photius jam ante discipulis suis fusius explicaverat. Eædem in Vaticano codice q. q. 137 usque ad q. 147, f. 117—134 implent; in Coisliniano codice, quem descripsit Montefalconius, quæstiones sunt numero

NOTÆ.

(53) Cod. πολιτελείας. Fortasse scribendum erat πολιτείας. Malim tamen *alterum* nostrum illud.

(54) θανάτου νόμῳ, Colb. pro θανατουμένῳ.

(55) Malim βυθίζοι.

decem (q. 163-182), cum ea quæ in Vatic. est q. 142, de sex reliquis Categoriis inscripta, ibi non numeretur. In Taurinensi codice hæ questiones omnino desiderantur. Jamdudum ceu singularis liber Photii de Aristotelis Categoriis Commentarius a pluribus seorsim describi consuevit (Vide Oudinum, *De Scriptoribus eccles.* t. II, p. 207, 214, ed. Lips. 1722); hinc plures vetusti scriptores in *Amphilochiis* eas quæstiones ut jam alias vulgatas omisisse videntur. Sane plura hujus rei vestigia inveniri possunt in manuscriptis codicibus, ut Vendobonensi philos. 29 f. 103, 276, apud Lambec. VII, 65, Paris, 547 (catal. a. 1653, 4, p. IV, p. 114), Paris, cod. 1843, (catal. ed. Paris, 1740, t. II p. 409) aliisque, quibus et fragmentum Φωτίου περὶ ποσοῦ in cod. Escorial. Φ, III, 10, (n. 226) sæc. XIII, f. 49 (vide Catalogum opera, E. Miller; Parisiis, a. 1848 editum, p. 172), accenseri posse arbitramur. Plura ejusdem argumenti fragmenta Photii nomine insignita scholiorum adinstar exstant in nobilissimo Monacensi codice 222 bombycino, in-4°, qui sæculo XIII, in charta solida et lævigata scriptura minutissima et valde abbreviata exaratus est et Porphyrii Isagogen cum scholiis Ammonii et Photii, deinde Categorias Aristotelis cum Anonymi et Photii Commentariis continet. Photio tribuuntur tredecim fragmenta, quorum hic titulos adnectere juvat : I. *De genere;* II. *De specie;* III. *De differentia;* IV. *De proprio;* V. *De accidente;* VI. *De communi;* VII. *De iis quæ sunt communia generi cum differentia, et de iis quæ sunt diversa;* VIII. *De quantitate;* IX *De relatione;* X. *De qualitate;* XI. *De decem categoriis;* XII. *De substantia;* XIII. *De actione et passione*. Ordo in foliis turbatus fuit et reipsa e. VIII-X post e. XI et XII collocanda erant. Porro ex his fragmentis sex posteriora cum nostrarum quæstionum textu collata fuerunt, quem multiplici pacto illustrant. Quantum conjicere possum, ea fragmenta excerpta sunt non quidem ex nostris undecim quæstionibus, verum e priori compendio, quod Photius discipulis suis philosophiæ prima elementa explanans legendum et describendum tradiderat, quemadmodum non uno in loco ipse nobis innuit (Cf. quæst. 77, et quæst. 78).

Quamvis nihil novi quoad historiam studiorum philosophicorum ex hisce Photii lucubrationibus erui posse videatur : utilitate tamen et jucunditate non carent, præsertim theologis, quibus arctus ille nexus plane perspectus est, qui inter dialecticas peripateticæ scholæ doctrinas et dogmatum ipsorum expositionem et evolutionem apud priscos Patres ecclesiaticosque scriptores undequaque apparet. Ab his quoque dialecticis notionibus sanctus Joannes Damascenus in tripartito suo opere theologiam institutionem est exorsus; has non Græci tantum, sed et Latini doctores eadem fere ratione sunt prosecuti, ut non longe a Photii temporibus distans Alcuinus.

QUÆSTIO CXXXVII.

Eidem Amphilochio petenti perspicuam decem Categoriarum synopsin.

Nunc primum edita a D. Hergenroether. De categoriis universim.

1. Rerum secundum eam quam habent inter se habitudinem et communionem quædam sunt *æquivocæ*, aliæ *univocæ*, aliæ *denominativæ*, deinde earum aliæ sunt *multivocæ* (multinomines), aliæ *diversivocæ* (diversinomines); et quodam modo sibi opponuntur hinc quidem multivocæ æquivocis, illinc diversivocæ univocis.

2. Æquivocæ igitur sunt res, quarum communio secundum nomen, differentia vero in ratione, sive definitiva sit ratio sive descriptiva; v. gr. animal dicitur tum homo tum imago hominis. Ecce, ista æquivoca (homonyma). Etenim secundum nomen solum ac vocem conveniunt, scilicet animal (nihil enim impedit quominus et imago appelletur animal, cum et eos qui hæc pingunt pictores animalium appellemus), secundum rationem vero differunt; nam etiam atque aliam definitionem sive rationem suscipit eorum utrumque. Homo enim est substantia animata et sentiens, imago vero manifeste ne-

A

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΖ'.

Τῷ αὐτῷ Ἀμφιλοχίῳ ζητήσαντι σύνοψιν σαφῆ τῶν δέκα Κατηγοριῶν (56).

α'. Τῶν ὄντων κατά τινα σχέσιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς ἄλληλα (57) τὰ μέν ἐστιν *ὁμώνυμα*, τὰ δὲ *συνώνυμα*, τὰ δὲ *παρώνυμα*, προσέτι (58) δὲ τούτοις ἄλλα τινά, ὧν τὰ μὲν καλεῖται *πολυώνυμα*, τὰ δὲ *ἑτερώνυμα*· καὶ τρόπον τινὰ ἀντίκεινται τὰ μὲν πολυώνυμα τοῖς ὁμωνύμοις, τὰ δὲ ἑτερώνυμα τοῖς συνωνύμοις.

β'. Ὁμώνυμα μὲν οὖν ἐστι πράγματα, ὧν ἡ κοινωνία κατὰ τὸ ὄνομα, ἡ διαφορὰ δὲ ἐν τῷ λόγῳ, εἴτε ὁρικὸς εἴη εἴτε ὑπογραφικὸς ὁ ἀποδιδόμενος· οἷον, λέγεται ζῶον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώ-
B
που εἰκών (59)· ἰδοὺ ταῦτα ὁμώνυμα· κατὰ γὰρ τὸ ὄνομα μόνον κοινωνοῦσι (60), τουτέστι τὸ ζῶον (οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ τὴν εἰκόνα ζῶον καλεῖν, ἐπεὶ καὶ τοὺς ταῦτα γράφοντας ζωγράφους καλοῦμεν)· κατὰ δὲ τὸν λόγον διαφέρουσιν· ἄλλον γὰρ καὶ ἄλλον ὁρισμὸν ἤτοι λόγον ἐπιδέχεται ἑκάτερον αὐτῶν (61)· ὁ μὲν γάρ ἐστιν οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικός, ἡ δὲ δηλονότι οὔτε ἔμψυχος οὔτε αἰσθητικός, τέχνῃ δὲ

NOTÆ.

(56) Cod. Mon. 222 f. 38 b : Φωτίου σύνοψις τῶν δέκα κατηγοριῶν.

(57) Mon. 222 : Τῶν ὄντων κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν τὰ μὲν εἰσίν.

(58) Mon. Πρόσεστι. Cf. Alcuin. *Dialect.* c. V. (*Ant. Lect.* II, I, p. 4591 ed. Basnage).

(59) Monac. : Πράγματα κατὰ μὲν τὸ ὄνομα κοινωνοῦντα, κατὰ δὲ τὸν λόγον, κἄν τε ὁρισμὸς κἄν τε ὑπογραφὴ, διαφέροντα· οἷον ἄνθρωπος καὶ ἡ τοῦ ἀ. εἰκ.

(60) Monac. . : Κοινωνοῦσι, οἷον τὸ ζῶον. Desunt verba in parenthesi posita.

(61) Mon. : Ὁρισμὸν ἀποδέχονται ἤτοι λόγον· ὁ μ. γὰρ αὐτῶν· Ven. apograph. omitt. γάρ.

διὰ μιμήσεως ἀποτελεσθεῖσα ἢ τέχνης ἔργον διὰ μιμήσεως εἰς γένεσιν προηγμένον (62). Ὑπογράφεται (63) δὲ τὰ ὁμώνυμα οὕτως· ὁμώνυμά εἰσι πράγματα, ὧν πραγμάτων ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ κατὰ τὸ ὄνομα λόγος (64) τῆς οὐσίας ἕτερος· *ὄνομα* δὲ ἐνταῦθα ἁπλῶς τὴν τυχοῦσαν λέξιν ἀκούειν δεῖ, καὶ *οὐσίαν* ἁπλῶς τὴν ἑκάστου (65) ὑποστατικὴν ὕπαρξιν κἄν τε οὐσία εἴη κυρίως, κἄν τε συμβεβηκός (66). Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος τῶν ὁμωνύμων πραγμάτων ὑπάρχει· αὐτῇ μέντοι γε τῇ ὁμωνύμῳ φωνῇ οὐκ ἂν ἁρμόσειεν, ἀλλ' εἴη ἂν αὐτῆς ἡ ὑπογραφὴ τοιαύτη· ὁμώνυμός ἐστι φωνὴ ἡ πλείονα καὶ διαφέροντα πράγματα κατὰ διαφόρους σημαίνουσα ἐννοίας. Καὶ τὰ (67) μὲν ὁμώνυμα ἐπὶ τοσοῦτον.

γʹ. Συνώνυμα δέ εἰσι τὰ ἔχοντα καὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα καὶ τὸν αὐτὸν (68) λόγον· οἷον ζῷον ὅ τε ἄνθρωπος (69) καὶ ὁ ἵππος· ἰδοὺ ταῦτα συνώνυμα· καὶ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα (70) αὐτῶν ἕν ἐστιν (71) οἷον τὸ ζῶον, καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὁ κατὰ τὸ ζῶον ὁ αὐτός ἐστιν. Ὑπογράφεται δὲ τὰ συνώνυμα οὕτως· συνώνυμά εἰσι πράγματα, ὧν πραγμάτων τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τὸ ὄνομα λόγος τῆς οὐσίας ἤγουν τῆς ὑποστατικῆς ὑπάρξεως ὁ αὐτός (72). Ὥσπερ δὲ ἄλλον μὲν λόγον ἐδέχετο τὰ ὁμώνυμα, ἄλλον δὲ ἡ ὁμώνυμος φωνὴ, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν συνωνύμων· ὁ γὰρ εἰρημένος λόγος οὐκ ἂν ἁρμόσειε καὶ τῇ συνωνύμῳ φωνῇ· ἀλλ' εἴη ἂν αὐτῆς οἰκεῖος ὁ τοιοῦτος· συνώνυμός ἐστι φωνὴ ἡ πλείονα καὶ διαφέροντα πράγματα κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν δηλοῦσα. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν συνωνύμων καὶ ὁμωνύμων ἕτεροι μὲν ἐδείχθησαν αὐτῶν οἱ λόγοι, ἕτεροι δὲ αὐτῶν τῶν φωνῶν καὶ τῶν ὀνομάτων, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν παρωνύμων καὶ πολυωνύμων καὶ ἑτερωνύμων ἔστι διασκέψασθαι· καὶ ῥᾳδία γέ ἐστιν ἐκ τῶν προειρημένων καὶ ἡ περὶ ἐκείνων διάκρισίς τε καὶ κατανόησις· τὸ γὰρ περὶ ἑκάστου αὐτῶν οὕτω λεπτολογίαν εἰπεῖν μὴ λίαν ᾖ ταπεινὸν καὶ ἀφελὲς καὶ οὐδ' αὐτοῖς τοῖς εἰσαγομένοις ἀπέριττον (73)· διὸ ταύτην ἐῶντες τὴν διάκρισιν ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτοῖς συνορᾶν τὰ ἄλλα λέγομεν.

δʹ. Παρώνυμα δέ εἰσι τὰ κατά τι μέρος (74) κοινωνοῦντα καὶ κατά τι διαφέροντα ἔν τε τῷ ὀνόματι καὶ τῷ πράγματι· οἷον ὡς ἡ γραμματικὴ καὶ ὁ γραμματικός· ὁ γὰρ γραμματικὸς δηλονότι κοινω-

A que animata est neque sentiens, arte vero per imitationem confecta sive artis opus per imitationem in ortum productum. Describuntur vero æquivoca sic : Æquivoca sunt res, quarum rerum nomen solum commune est, ratio vero substantiæ per nomen importata diversa. *Nomen* vero hic simpliciter denotat quodlibet : vocabulum, *substantia* vero simpliciter hypostaticam cujuslibet exsistentiam, sive substantia proprie sit sive accidens. Verum hæc ratio *rebus* æquivocis convenit; non autem *vocibus* æquivocis apta esse videtur; sed harum descriptio hæc erit : vox æquivoca est, quæ plures atque differentes res secundum diversas notiones significat. Atque hæc de æquivocis (homonymis) dicta sunto.

(54) In cod. Monac. f. 39 b. post verba supra (§ 5, not. 4) adducta: Ὁ ἄνθρωπος μᾶλλόν ἐστιν οὐσία διά τε τὸ ἐγγὺς (ἔγγιον) εἶναι τῆς πρώτης οὐσίας καὶ διὰ τὸ φανερώτερον ποιεῖν τὸ ζητούμενον· ἐὰν γὰρ ἐρωτᾷ τις ἀγνοῶν προκειμένου ἀνθρώπου, Τί ἐστι τοῦτο; εἴποι δέ τις ζῶον, ἄλλος δὲ, ὅτι ἄνθρωπος, ὁ εἰπὼν ὅτι ἄνθρωπος, φανερώτερον ἐποίησε τὸ ζητούμενον παρὰ τὸν εἰπόντα, ὅτι ζῶόν ἐστι. Καὶ πάλιν ἐὰν προκῆται καρέα (l. καρύα) ἢ ἄλλο τι καὶ ἐρωτᾷ τις, ὅτι Τί ἐστι τοῦτο; εἴποι δέ τις, ὅτι δένδρον, ἄλλος δὲ, ὅτι καρύα ἐστὶν, φανερώτερον ἐποίησε τὸ ζητούμενον· ἔστι δὲ ἡ μὲν καρύα εἶδος τῶν κατὰ μέρος καρυῶν, τὸ δὲ δένδρον γένος ἐστί· φανερὸν [οὖν ὅτι ἡ οὐσία οὐκ] ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, ἐὰν μὴ τὰ καθολικώτερα πρὸς τὰ μερικώτερα συγκρίνῃς, τουτέστιν ἂν μὴ τὸ γένος πρὸς τὸ εἶδος, ἢ τὸ εἶδος πρὸς τὰ ἄτομα. Arist. c. 5, § 6 seq. p. 3. — In Mon. sequuntur verba supra § 5, not. 5 adducta.

γένος, δεύτερον δὲ ὅτι καὶ ὁ εἰπὼν τὸ εἶδος μᾶλλον A δηλοῖ τὸν Σωκράτην ἢ ὁ εἰπὼν τὸ γένος· ὁ γὰρ εἰπὼν ἄνθρωπον μᾶλλον ἐδήλωσεν ἤπερ ὁ εἰπὼν ὅτι ζῶον· ὥστε ἐξ ὧν Ἀριστοτέλης ἐπιχειρεῖ δίδωσιν ἡμῖν συμβαλεῖν, ὡς μᾶλλον οὐσίαν καλεῖ τὴν μᾶλλον οὖσαν ἐξαγγελτικὴν καὶ ἑρμηνευτικὴν τοῦ προκειμένου παρὰ τὴν ἐνδεῶς πράττουσαν τοῦτο· πῶς δὲ τὸ μᾶλλον ἑρμηνευτικὸν καὶ ἐξαγγελτικὸν τοῦ προκειμένου ἢ ὅλως οὐσία δύναται ἐννοηθῆναι ἢ μᾶλλον οὐσία, οὐ τοῦ παρόντος σκοποῦ διελέγχειν. Ἀλλὰ περὶ μὲν οὐσίας τέως νῦν ἐπὶ τοσοῦτον.

Alexandri equum, quam qui dicit, eum equum esse vel animal. Similiter quoque, quod ad substantiam spectat universalem, magis substantia est species quam genus, tum quia propior est species substantiæ principalissimæ sive individuæ, quam genus, tum quia qui speciem dicit magis designat Socratem, quam qui dicit genus. Qui enim hominem dicit magis designat, quam qui dicit animal. Unde ex iis quæ argumentatur Aristoteles colligendum nobis præbet, quod magis substantiam dicit eam, quæ magis enuntiat et explicat id de quo agitur quam alia, quæ id minus plene præstat. Quomodo vero quod magis explicat et enuntiat id de quo quæritur, vel omnino substantia vel magis substantia cogitari queat, non in præsentia perscrutandum proposuimus. Verum de substantia hactenus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΘ'.

Περὶ ποσοῦ.

QUÆSTIO CXXXIX [CLXXV.]

De quantitate.

Nunc primum edita a D. Hergenroether.

α'. Ποσόν ἐστι, καθ' ὃ (55) τῶν ὄντων ἕκαστον B πεπόσωται· εἴδη δὲ τούτου δύο, συνεχὲς καὶ διωρισμένον. Συνεχὲς μὲν οὖν ἐστι ποσὸν, οὗ τὰ μόρια πρός τινα κοινὸν ὅρον συνάπτει, διωρισμένον δὲ, οὗ τὰ μόρια πρὸς οὐδένα κοινὸν ὅρον συνάπτει. Καὶ διαιρεῖται τὸ μὲν διωρισμένον εἰς δύο, εἰς ἀριθμὸν καὶ εἰς τὸν προφορικὸν λόγον (56)· οὔτε γὰρ ὁ ἀριθμός ἐστι συνεχής· πρὸς οὐδένα γὰρ κοινὸν ὅρον συνάπτει τὰ μόρια αὐτοῦ (57)· ὡς ὁ (58) δέκα· οὔτε γὰρ πρὸς ἄλληλα (59) τὰ πέντε καὶ τὰ πέντε ἢ τὰ τρία πρὸς (60) τὰ ἑπτὰ συνάπτει (61), ἀλλ' οὐδ' ἄλλου τινὸς ἀριθμοῦ· ὁμοίως δὲ καὶ (62) οὐδὲ ὁ λόγος ἐστὶ συνεχής· καταμετρούμενος γὰρ συλλαβῇ βραχείᾳ καὶ μακρᾷ πρὸς οὐδένα κοινὸν ὅρον τὰ μόρια αὐτοῦ (63) συνάπτει. Τὸ δὲ συνεχὲς εἰς πέντε διαιρεῖται εἴδη (64), γραμμὴν (65), ἐπιφάνειαν, χρόνον C καὶ τόπον καὶ εἰς μαθηματικὸν σῶμα (66)· μαθηματικὸν δέ ἐστι σῶμα (67), ᾧ μῆκος μὲν καὶ βάθος καὶ πλάτος ἐστιν, οὐ μέντοι γε ἁφῇ καὶ θέᾳ ὑποπίπτει, ἀλλὰ νῷ μόνῳ πέφυκε ληπτόν· ἕκαστον γὰρ (68) τούτων κοινὸν ὅρον ἔχει, πρὸς ὃν τὰ μόρια αὐτοῦ συνάπτει· ἡ μὲν γὰρ γραμμὴ τὸ σημεῖον (69), ἡ δὲ ἐπιφάνεια τὴν γραμμὴν, τὸ δὲ σῶμα τὴν ἐπιφάνειαν, ὁ δὲ χρόνος τὸ νῦν· τὸ γὰρ νῦν συνάπτει πρός τε τὸν παρεληλυθότα καὶ τὸν μέλλοντα· ὁ δὲ τόπος ὁμοίως συνεχὴς ὢν τὴν γραμμὴν ἔχει κοινὸν ὅρον· σχεδὸν γὰρ ταυτόν ἐστι ὅ τε τόπος καὶ ἡ ἐπιφάνεια· διαφέρει δὲ ὅτι τὴν μὲν ἐπιφάνειαν οὐκ ἀνάγκη σῶμα φυσικὸν περιέχειν, τὸν δὲ τόπον ἀνάγκη (70)· ἐξ ὧν D

1. Quantum est, secundum quod unaquæque res quantitatem habet. Ejus vero species duæ: continuum et discretum; continuum igitur est quantum, cujus partes termino alicui communi connectuntur; discretum vero, cujus partes nullo communi termino cohærent. Ac discretum quidem in duo dividitur, in numerum et in vocalem sermonem. Neque enim numerus est continuus; ejus enim partes nulli communi termino connectuntur; v. gr. decem (neque enim ad invicem cohærent quinque et quinque vel tria ad septem); sic nec alterius ullius numeri partes. Similiter neque sermo est continuus; metimur enim eum syllaba brevi et longa et ejus partes nullo cohærent communi termino. Continuum vero in quinque species dividitur, lineam, superficiem, tempus et locum et in corpus mathematicum. Est autem corpus mathematicum, quod longitudinem, profunditatem et latitudinem habet, non vero tactui et visui subjicitur, verum sola mente percipi potest. Horum unum quodque communem habet terminum, quo partes ipsius cohærent; linea videlicet punctum, superficies lineam, corpus superficiem, tempus præsens momentum; præsens enim tempus cohæret cum præterito et futuro. Locus vero, qui similiter continuus est, lineam habet communem terminum; fere enim idem sunt tum locus tum superficies; differunt autem, quia superficiem quidem corpus physicum haud necesse est continere, locum vero

NOTÆ.

(55) Cod. Mon. f. 27 a.: Φωτίου περὶ ποσοῦ. Π. ἑ. Κατηγορία, καθ' ἥν. De his agit Aristot. c. 6. (C. 4, p. 6 ed. Paris. cit.)

(56) Arist. simpliciter habet λόγον, quem vero deinde explicat τὸν μετὰ φωνῆς γινόμενον.

(57) Mon. qui hæc verbotenus reddit: Τὰ μόρια αὐτοῦ συνάπτει.

(58) Mon. τοῦ.

(59) Mon. Οὔτε γὰρ τὰ μόρια αὐτῶν συνάπτει πρὸς ἄλληλα, οἷον τὰ π.

(60) Mon. Καί.

(61) Vat. Συνάπτεται, sequentia ἀλλ' οὐδ. ἄ. τ. ἀρ. desunt in Mon.

(62) καί deest in Mon.

(63) αὐτοῦ τὰ μόρια Mon.

(64) διαιρ. εἴδη omitt. Mon.; addit vero εἰς γρ.

(65) Mon. καὶ εἰς ἐπιφ.

(66) Mon. καὶ εἰς σῶμα μαθ. καὶ εἰς χρόνον καὶ εἰς τόπον.

(67) Mon. σῶμά ἐστιν τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος ἔχον, μὴ μέντοι τῇ ἁ. κ. θ. ὑποπίπτον, ἀλλὰ νῷ μόνῳ περιληπτόν.

(68) Mon. οὖν.

(69) Arist. στιγμήν.

(70) Hucusque eadem ad verbum habet cod. Monac.; sequitur ibi deinde: καὶ ὁ τόπος... [f. φανερὸν] ὅτι συνεχής.

illud circumdare necesse est; ex eo autem, quod A physicum corpus continet ac circumdat, apparet continuum eum esse. Si enim corpus est continuum, locus vero corpus circumdat et veluti ei totus adaptatur toti, locum quoque continuum esse evidenter consequitur.

2. Horum vero, quæ prædicta sunt, alia positionem (situm) habent, alia non habent. Non habent tum numerus, tum sermo, tum tempus. Quod quidem spectat ad numerum, is utpote augmenti usque in infinitum capax, simul subsistere nequit; cum vero non subsistat simul, neque situm aliquem habere potest. Tempus autem, cum in eo quod nunc fiat exsistentiam habeat et non totaliter simul subsistat, similiter situm aliquem habere nequit. Eodem modo nec sermo situm aliquem potest B habere; dictus enim est et non amplius exsistit. Sed linea et locus et superficies situm aliquem habent; horum enim unumquodque et subsistentiam habet et alicubi situm est; cum vero alicubi situm sit, evidenter quoque positionem aliquam habet.

3. Verum hæc quæ dicta sunt, videlicet numerus, sermo, locus, linea, superficies, corpus, proprie sunt *quanta*. Si vero et alia quædam quanta dicantur, non proprie dicuntur, verum propter prædicta. Veluti multum dicimus album vel nigrum, quia superficies est ampla; et actionem longam, quia tempus longum est, in quo ipsa peragebatur. Et eodem modo de reliquis est dicendum. C

4. Habet autem quantum proprietates quatuor. Ac primo quidem quod mensuratur. Hæc proprietas omni et soli quanto convenit. Secundo, quod nihil habet contrarium. Hæc vero proprietas non solius est quanti; dictum enim est (q. præced. § 5. β), id et substantiæ convenire. Si quis existimet esse quid contrarium quanto, magnum et parvum velut contraria ponens, sciat, hæc non esse quanta, sed relata ad aliquid, ad aliud enim quidpiam relatum magnum dicitur et parvum; deinde quamvis concedamus, hæc esse quanta, neque sic forent contraria. Si enim magnum est parvo contrarium, idem vero ad aliud et aliud D

δὲ περιέχει φυσικὸν σῶμα, δῆλον ὅτι συνεχής ἐστι· εἰ γάρ ἐστι τὸ σῶμα συνεχὲς, ὁ δὲ τόπος τὸ σῶμα περιέχει καὶ οἷον αὐτῷ καθόλου ὅλως ἐφαρμόζεται, καὶ τόπος ἄρα δηλονότι συνεχής ἐστι.

β'. Τούτων δὲ τῶν εἰρημένων τὰ μὲν θέσιν ἔχει, τὰ δ' οὐκ ἔχει (71)· οὐκ ἔχει μὲν ὅ τε ἀριθμὸς καὶ ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος (72)· ἀλλ' ὁ μὲν ἀριθμὸς, ὅτι ἐπ' ἄπειρον ἔχων τὴν αὔξησιν, ἅμα ὑποστῆναι οὐ δύναται· ἅμα δὲ μὴ ὑφεστὼς (73) οὐδὲ θέσιν τινὰ δύναται ἔχειν· ὁ χρόνος δὲ ἐν τῷ γενέσθαι [νῦν] (74) τὸ εἶναι ἔχων καὶ μὴ ὅλως (75) ἅμα ὑφεστὼς ὡσαύτως οὐ δύναται θέσιν τινὰ ἔχειν· ὡσαύτως (76) δὲ οὐδὲ ὁ λόγος δύναται θέσιν τινὰ ἔχειν· εἴρηται γὰρ καὶ οὐκ ἔστιν. Ἡ δὲ γραμμὴ καὶ ὁ τόπος καὶ ἡ ἐπιφάνεια θέσιν τινὰ ἔχουσιν· ἕκαστον γὰρ τούτων (77) καὶ ὑφέστηκε καὶ κεῖταί που (78)· κείμενον δὲ δηλονότι (79) θέσιν τινὰ ἔχει.

γ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν (80) τὰ εἰρημένα, οἷον ἀριθμὸς λόγος, χρόνος, τόπος, γραμμὴ, ἐπιφάνεια, σῶμα κυρίως εἰσὶ (81) *ποσά*· εἰ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ποσὰ λέγοιντο, οὐ κυρίως ἂν εἴη (82), ἀλλὰ διὰ ταῦτα λέγοιτ' ἄν· οἷον πολὺ τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν λέγομεν διὰ τὸ τὴν ἐπιφάνειαν εἶναι πολλὴν, καὶ τὴν πρᾶξιν μακρὰν διὰ τὸ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ (83) γέγονεν ἡ πρᾶξις, εἶναι πολύν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

δ'. Ἔχει δὲ ἴδια τέσσαρα· πρῶτον μὲν τὸ μετρεῖσθαι· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον καὶ παντὶ τῷ ποσῷ ἐστι καὶ μόνῳ· δεύτερον δὲ τὸ μηδὲν ἔχειν ἐναντίον· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον (84) οὐ μόνῳ ἐστὶ τῷ ποσῷ· εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ τῇ οὐσίᾳ· εἰ γάρ τις νομίζοι τῷ ποσῷ εἶναί τι ἐναντίον (85), τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ἐναντία τιθεὶς (86), ἴστω, ὡς οὐκ εἰσὶ ταῦτα τοῦ ποσοῦ, ἀλλὰ τῶν πρός τι· πρὸς γὰρ (87) ἕτερον λέγεται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν· δεύτερον δὲ εἰ καὶ δῶμεν αὐτὰ τοῦ ποσοῦ εἶναι, οὐδ' οὕτως εἰσὶν ἐναντία (88)· εἰ γάρ ἐστι τὸ μέγα τοῦ μικροῦ (89) ἐναντίον, τὸ δ' αὐτὸ πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο μικρὸν καὶ μέγα ὁρᾶται, αὐτὸ ἂν ἑαυτῷ συμβήσεται ἐναντίον εἶναι (90), ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ

NOTÆ.

(71) Arist. c. 6, § 1, 8: τὰ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων συνέστηκε, τὰ δὲ οὐκ ἐξ ἐχόντων θέσιν.

(72) Monac.: κ. ὁ χρόνος καὶ ὁ λόγος.

(73) ἃ μὴ ὑφεστὼς δὲ ἅμα δῆλον ὡς οὐδὲ, κ. τ. λ.

(74) Mon.: ὁ δὲ χρόνος ἐν τῷ γ. νῦν. In Vat. deest νῦν.

(75) Vat. ὅλος; Calif. et Mon. ut supra.

(76) Supplevimus hæc ex Mon.; desunt enim in Vat. (unde jam Catif. aliquid deesse suspicabatur.) verba ὡσαύτως — οὐκ ἔστιν. cf. Arist. l. c. εἴρηταί τε καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι τοῦτο λαβεῖν.

(77) Mon. ἐπειδὴ γὰρ τούτων ἕκαστον.

(78) Mon. πως· Vat. et Arist. που.

(79) Mon. δῆλον ὡς.

(80) Mon. Ταῦτα μὲν οὖν. cf. Arist. l. c. § 9, p. 7. ed. Par.

(81) εἰσί deest in Mon., sicut seq. ἂν εἴη.

(82) Arist. c. 6, § 9: Κυρίως δὲ ποσὰ ταῦτα μόνα λέγεται τὰ εἰρημένα· τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατὰ συμβεβηκός.

(83) ἐν ᾧ — πολύν deest in Mon.

(84) Mon. τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον παντὶ μὲν τῷ ποσῷ, οὐ μόνῳ δέ ἐστιν.

(85) Mon. ὅτι καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ οὐκ ἔνεστι ἐναντίον.

(86) Mon. εἰ δέ τις... [fort. σοφιζόμενος προφέρει] λέγων, ὅτι τῷ ποσῷ ἐναντίον ἐστὶ τὸ οἷον μέγα τῷ μικρῷ, πρῶτον μὲν εἴρηται ὅτι.

(87) Mon. πρός τι γὰρ ἕτ.

(88) Mon. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν ἐναντία ταῦτα.

(89) τῷ μικρῷ Mon.

(90) Mon. οὐδὲν κωλύει εἶναι αὐτὸ ἑαυτῷ ἐναντίον. Arist. εἰ ἔσται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ἐναντία, συμ-

ἄρα το μικρὸν καὶ τὸ μέγα ἐστὶν ἐναντίον (91)· ὥστε A εἰ καὶ μὴ τῶν πρός τι, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ εἶναί τις αὐτὰ θείη, οὐδὲν ἄπορον εὑρήσει (92)· φανερὸν ἄρα (93) ὅτι τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι ἐναντίον παντὶ τῷ ποσῷ ἁρμόζει. Τρίτον τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· οὔτε γὰρ τὰ τρία τῶν (94) πέντε μᾶλλον τρία λέγεται, οὔτε ὁ χρόνος τοῦ χρόνου μᾶλλον χρόνος (95)· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον παντὶ μὲν τῷ ποσῷ ἐστιν (96), οὐ μόνῳ δέ· πρόσεστι (97) γὰρ καὶ τῇ οὐσίᾳ. Τέταρτον ἴδιον τοῦ ποσοῦ (98) τὸ ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι· τοῦτο δὲ καὶ (99) κυρίως ἴδιον τοῦ ποσοῦ· ἀκολουθεῖ δὲ τοῦτο τῷ πρώτῳ ἰδίῳ, οἷον τῷ μετρεῖσθαι· τὰ γὰρ μετρούμενα (1) ὑπό τινος ἤτοι ἴσα εἰσὶ πρὸς ἄλληλα συγκρινόμενα, ἢ ἄνισα, τουτέστι ἢ μείζονα ἢ ἐλάττονα· B τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον καὶ παντὶ τῷ ποσῷ ἁρμόζει καὶ μόνῳ. Εἰ δέ τις φαίη, καὶ τὴν διάθεσιν ποιότητα οὖσαν ἴσην καὶ ἄνισον λέγεσθαι, οὐ καλῶς λέγοι· μᾶλλον γὰρ ὁμοίαν καὶ ἀνομοίαν δεῖ ταύτην λέγεσθαι, οὐχὶ δὲ ἴσην καὶ ἄνισον, ὥστε παντὶ καὶ μόνῳ ἁρμόζει τῷ ποσῷ τοῦτο τὸ ἴδιον (2).

magnum et parvum conspicitur, idem sibimetipsi contrarium esse accidet, quod impossibile, quare etiamsi quis non relatorum ad aliquid hæc esse ponat, sed quantorum, nullam reperiet difficultatem. Apparet ergo, omni quanto convenire, non recipere contrarium. Tertia proprietas quanti est, quod non recipit magis et minus. Neque enim tria magis dicuntur esse tria quam quinque (dicuntur quinque), neque tempus tempore magis tempus, atque de cæteris similiter. Hæc vero proprietas omni quidem quanto adest, non autem soli; inest enim etiam substantiæ. Quarta proprietas quanti est, æquale et inæquale dici; id vero proprie est quanti proprietas; sequitur autem ex prima proprietate, quod scilicet mensuratur. Quæ enim mensurantur ab aliquo, dum adinvicem comparantur, aut æqualia sunt aut inæqualia, hoc est aut majora aut minora. Hæc vero proprietas et omni et soli quanto aptatur. Si quis vero dicat dispositionem quoque, quæ qualitas est, æqualem dici et inæqualem, haud recte dicere videtur; hæc enim potius similis et dissimilis dicenda est, non vero æqualis et inæqualis. Quare et omni et soli quanto convenit ista proprietas.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜ'.

Περὶ ποιότητος.

QUÆSTIO CXL. [*Coisl.* CLXXI.]

De qualitate.

Nunc primum edita a D. Hergenroether.

α'. Ποιότης ἐστὶ (3), καθ' ἣν ποιοί τινες ἢ καὶ ἄλ- C λως πως διακεῖσθαι λέγονται. Ἔχει δὲ εἴδη κατὰ συζυγίαν (4) προφερόμενα τέσσαρα· πρῶτον μὲν ἕξιν καὶ διάθεσιν, δεύτερον δὲ δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν, τρίτον παθητικὴν ποιότητα καὶ πάθος, τέταρτον σχῆμα καὶ μορφήν. Καὶ ἔστιν ἕξις μὲν ποιότης δυσαπόβλητος (5), κακοποιητικὴ ἢ τελειωτικὴ τοῦ ἐν ᾧ ὑπάρχει. Διάθεσις δέ (6) ἐστι ποιότης εὐαπόβλητος, τουτέστι πρὸς (7) καιρὸν γινομένη καὶ ἀπογινομένη· διαφέρει δὲ τῆς ἕξεως, ὅτι ἡ μὲν ἕξις πολυχρονιωτέρα ἐστὶ καὶ μονιμωτέρα, αὕτη (8) δὲ εὐκίνητος καὶ ταχὺ ἀπογινομένη· τοιαῦται δὲ αἵ τε ἐπιστῆμαι καὶ αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ κακίαι· ἕξιν μὲν γὰρ αὐτῶν ἔχειν λέγομεν (9) τὸν κατέχοντά τι τούτων ἐν πλείονι χρόνῳ ἢ καὶ δι' ὅλου τοῦ βίου· οἷον τὸν δεξάμενον τὴν γραμματικὴν καὶ κατέχοντα ταύτην ἕξιν (10) ἔχειν λέγο- D μεν· ὁμοίως καὶ δικαιοσύνην καὶ τὰς ἄλλας· διάθεσιν δὲ λέγομεν ἔχειν τὸν δεξάμενον μέν τι τῶν εἰρημένων, ταχὺ δὲ ταῦτα (11) ἀποβαλλόμενον, οἷον ὡς τὸν διὰ θυμὸν ἐρυθριάσαντα ἢ διὰ φόβον ὠχριάσαντα· οἱ

1. Qualitas est, qua quales quidem vel alio quopiam affecti modo dicuntur. Habet autem species secundum earum conjugationes enuntiatas quatuor; primo quidem habitum et dispositionem, secundo potentiam et impotentiam, tertio passivam (patibilem) qualitatem et passionem, quarto figuram et formam. Habitus quidem est qualitas ægre amissibilis deterius faciens vel melius reddens id in quo exsistit. Dispositio autem est qualitas facile amissibilis, id est, quæ ad tempus acquiritur et amittitur; differt autem ab habitu, quia hic firmior est et diuturnior, dispositio vero facile mutari et deponi potest. Ejusmodi sunt scientiæ et virtutes ac vitia; nam habitum eorumdem habere dicimus eum qui aliquid ejusmodi longiori tempore possidet vel etiam per totam vitam; veluti eum qui grammaticam in se suscepit ac mente tenet, eam habitum habere dicimus. Eodem modo res se habet cum justitia ac reliquis. Dispositionem vero habere dicimus eum, qui prædictorum quid in se recepit,

NOTÆ.

δήσεται τὸ αὐτὸ ἅμα τὰ ἐναντία ἐπιδέχεσθαι καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς εἶναι ἐναντία. § 14, p. 8.

(91) Mon. ἐναντία ἐστίν.

(92) Mon. οὐκ ἔσται ἀλλήλων ἐναντία.

(93) Mon. φανερὸν ὅτι τὸ μὴ ἐπιδ. τὰ ἐναντία.

(94) Sic Mon. et Arist. Catif. τοῦ π.

(95) Mon. addit εἶναι λέγεται.

(96) Mon. ὑπάρχει μὲν π. τῷ ποσῷ.

(97) ἐστι Monac.

(98) ἴδ. τοῦ π. deest in Mon.

(99) Mon. τ. δέ ἐστι τὸ κυρίως ἴδ.

(1) Mon. μετρ. γάρ.

(2) Sic et Monac. cf. Arist. fin. cap. 6.

(3) Mon. f. 32 b. , Φωτίου περὶ ποιότητος. Π. ἐστὶ κατηγορία, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται. Sic et Aristot. cap. 8 init. (p. 13 ed. Paris. c. 6.

(4) Mon. εἴδη συνώνυμα.

(5) Mon. ἢ κακ.

(6) δέ deest in Mon.

(7) Mon. εἰς.

(8) αὕτη — ἀπογινομ. omitt. in Mon.

(9) Mon. ἕξιν γὰρ ἔχειν λέγ.: deest deinde τούτων.

(10) Mon. αὐτὴν ὡς ἕξιν.

(11) Sic Catif. recte; Vat. et Mon. ταύτην.

mox vero illud abjecit et deposuit; verbi gratia eum, qui propter iracundiam erubuit vel præ metu palluit; tales enim dispositionem habere dicuntur; dispositus namque fuit eorum quilibet ad modicum tempus secundum ruborem vel pallorem; non vero ullius harum qualitatum habitum suscepit. Patet autem eum qui habitum habet, prius dispositionem habuisse; prius enim talis secundum illam qualitatem dispositus erat, deinde sic ejus habitum suscepit. Atque hæc quidem de prima specie qualitatis.

2. Altera vero qualitatis species est potentia et impotentia. Hæc vero non sunt actu, sed per solam habilitatem producuntur. Est vero potentia habilitatis progressus, impotentia autem difficultas vel excisio habilitatis. Exempli gratia præstantis ingenii puerum potentiam habere dicimus, ut geometricus fiat, hebetioris vero ingenii puerum impotentiam. Eodem modo apti ad cursum et ad pugilatum dicuntur non quidem currentes et pugilantes (hi enim vocantur cursores et pugiles), sed qui aptitudinem habilitatemque habent ad cursum vel ad pugilatum; et salubres dicuntur non qui bona fruuntur valetudine (hi enim vocantur sani), sed qui potentiam habent nihil facile ab accidentibus patiendi (morbidi vero vel ægroti dicuntur, qui naturalem habent impotentiam nihil facile patiendi ab accidentibus). Hæc de potentia et impotentia dicta sunto.

3. Tertia qualitatis species passiva (patibilis) qualitas et passio. Est autem passiva qualitas passioni cuidam diu conjuncta, passio vero via ad qualitatem passivam. Tripliciter dicitur passiva qualitas: vel enim a passione ortum habuit, veluti ab irregulari ac naturæ non consentaneo circa cor fervore febris, et passionem quamdam circa tactum efficit; calefacit enim eum qui illud tangit; vel a passione quidem orta non est, passionem vero infert, ut ignis calor; calor enim a principio igni inest et ad constitutionem substantiæ ipsius confert; manifeste igitur a passione ortum non habet, passionem tamen efficit; similiter et mellis dulcedo a passione orta non est, passionem autem circa linguam facit; vel rursum a passione quidem orta est, non vero passionem facit, veluti qualitates, quæ circa animam exsistunt, verbi gratia amentia, ira et alia id genus; ipsa enim a passione orta est, non vero in conspiciente vel tangente ef-

A γὰρ τοιοῦτοι (12) διαθέσεις ἔχειν λέγονται· διετέθη μὲν γὰρ ἕκαστος τούτων πρὸς ὀλίγον κατὰ τὴν ὠχρότητα ἢ ἐρυθρότητα· οὐκ ἐγένετο δὲ οὐδεὶς οὐδεμιᾶς ἑκτικὸς τούτων (13). Δῆλον δ' ὅτι ὁ ἔχων τὴν ἕξιν πρότερον ἔσχε τὴν διάθεσιν (14)· διετέθη γὰρ πρῶτον ὁ τοιοῦτος κατὰ τὴν ποιότητα, εἶθ' οὕτως ταύτης (15) ἑκτικὸς ἐγένετο. Καὶ οὕτω μὲν περὶ τοῦ πρώτου εἴδους τῆς ποιότητος.

β'. Δεύτερον δὲ εἶδος ποιότητος δύναμις καὶ ἀδυναμία· ταῦτα δὲ οὐκ εἰσὶ κατὰ τὴν ἐνέργειαν (16), ἀλλὰ κατ' ἐπιτηδειότητα μόνην προάγονται. Καὶ ἔστι (17) δύναμις μὲν ἐπιτηδειότητος προκοπή, ἀδυ- B ναμία δὲ δυσκολία ἢ ἐκκοπὴ ἐπιτηδειότητος· οἷον τὸν εὐφυῆ παῖδα δύναμιν ἔχειν φαμὲν τοῦ γενέσθαι γεωμετρικόν, τὸν δὲ ἀφυῆ ἀδυναμίαν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ δρομικοὶ λέγονται καὶ πυκτικοί, οὐχ οἱ τρέχοντες ἢ πυκτεύοντες (οὗτοι γὰρ δρομεῖς καὶ πύκται καλοῦνται), ἀλλ' οἱ ἔχοντες ἐπιτηδείως πρὸς τὸν δρόμον καὶ (18) τὴν πυγμήν· καὶ ὑγιεινοὶ οὐχ οἱ (19) ὑγιαίνοντες (οὗτοι γὰρ ὑγιεῖς λέγονται), ἀλλ' οἱ ἔχοντες δύναμιν τοῦ μηδὲν πάσχειν ὑπὸ τῶν τυχόντων εὐκόλως (20). Ταῦτα δὴ περὶ τῆς δυνάμεως καὶ ἀδυναμίας.

C γ'. Τρίτον δὲ εἶδος ποιότητος παθητικὴ ποιότης καὶ πάθος. Ἔστι δ' ἡ (21) μὲν παθητικὴ ποιότης ἡ πάθει τινὶ χρόνῳ (22) συνεζευγμένη (23), πάθος δὲ ἡ εἰς (24) τὴν παθητικὴν ποιότητα ὁδός. Τριχῶς δὲ λέγεται ἡ παθητικὴ ποιότης· ἢ γὰρ ἀπὸ πάθους ἐγένετο (25), οἷον ὡς ἀπὸ τῆς ἀνωμάλου καὶ παρὰ φύσιν περὶ τὴν καρδίαν ζέσεως ὁ πυρετός, καὶ πάθος τι κατὰ τὴν ἀφὴν ποιεῖ (26)· θερμαίνει γὰρ τὸν ἁπτόμενον· ἢ ἀπὸ πάθους μὲν οὐκ ἐγένετο, πάθος δὲ ἐμποιεῖ, ὡς ἡ τοῦ πυρὸς θερμότης· αὕτη γὰρ ἀρχῆθεν (27) ὑπάρχουσα τῷ πυρὶ καὶ συντελοῦσα πρὸς σύστασιν αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἀπὸ πάθους μὲν δῆλον ὅτι οὐκ ἐγένετο, πάθος δὲ ἐμποιεῖ (28)· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γλυκύτης τοῦ μέλιτος ἀπὸ πάθους μὲν (29) οὐκ ἐγένετο, πάθος δὲ περὶ τὴν γλῶτταν ποιεῖ· ἢ πάλιν ἀπὸ πάθους μὲν D ἐγένετο, πάθος δὲ οὐ ποιεῖ, ὡς αἱ περὶ τὴν ψυχὴν ὑφιστάμεναι ποιότητες· οἷον ἥ τε μανικὴ ἔκστασις καὶ ἡ ὀργὴ καὶ τὰ τοιαῦτα (30)· αὕτη μὲν γὰρ ἀπὸ πάθους (31) ἐγένετο, πάθος δὲ οὐκ ἐμποιεῖ εἰς τὸν

NOTÆ.

(12) Mon. πάντες οὗτοι διάθεσιν.

(13) Mon. οὐκ ἐγένετο δὲ οὐδεμίαν ἕξιν ἔχων, ἑκτικὸς τούτων.

(14) Mon. τὴν διάθ. ἔσχε.

(15) Mon. εἶθ' οὕτως ταύτην ἕξιν ἔχων ἑκτ. ἐγ.

(16) Mon. κατ' ἐνέργειαν.

(17) Mon. ἔστι δὲ δ.

(18) Mon. ἢ πρὸς τ. πυγήν.

(19) Mon. οὐχ οἷς [οἳ] εἰσιν ὑγ.

(20) Suppl. ex Monac. νοσώδεις δὲ οἱ ἀδυναμίαν φυσικὴν ἔχοντες τοῦ πάσχειν ὑπὸ τῶν τυχόντων εὐκόλως.

(21) Mon. ἔστι δὲ παθ. μὲν π.

(22) Mon. χρονίως.

(23) Mon. συνεζευγμ. ὠχρότης ἢ νόσος.

(24) Mon. πρὸς τ. π. π.

(25) In Mon. sequitur καὶ πάθος ἐποίει, ὡς ἡ περὶ τὸν ἄνθρωπον γινομένη παρὰ φύσιν θερμασία· αὕτη γὰρ καὶ ἀπὸ πάθους ἐγένετο τῆς ἀνωμάλου deinde et supra.

(26) Mon. ποιεῖ κατὰ τὴν ἀφήν.

(27) Mon. ἀρχ. μὲν προσεγένετο τῷ πυρί, συντελ. δὲ πρ. σύστ. τῆς τούτου οὐσίας.

(28) Mon. ποιεῖ.

(29) μέν deest in Mon., sicut sequens πάλιν.

(30) Mon. τὰ ὅμοια.

(31) Mon. αὕτη γὰρ ἀπὸ π. μὲν ἐγ.

ὁρῶντα ἢ ἁπτόμενον. Διαφέρει δὲ ἡ παθητικὴ ποιότης A τοῦ πάθους, καθ' ὃν τρόπον (32) ἡ ἕξις τῆς διαθέσεως· εἰ μὲν γὰρ ἐν χρόνῳ πλείονι παραμένει (33) τὸ πάθος, ὥστε παρωνύμως ἐξ αὐτοῦ ὀνομασθῆναι τὸν δεξάμενον αὐτὸ (34), παθητικὴ ποιότης λέγεται· εἰ δὲ παραυτίκα ἀπογένηται, πάθος μόνον ὀνομάζεται (35)

δ'. Τέταρτον δὲ (36) εἶδος ποιότητος σχῆμα καὶ μορφή. Διαφέρει δὲ ταῦτα, ὅτι τὸ μὲν σχῆμα κυρίως ἐπ' ἀψύχων (37), ἡ δὲ μορφὴ ἐπὶ ἐμψύχων τάττεται. Πρὸς τούτοις εἰσὶ (38) καὶ ἄλλα εἴδη, οἷον εὐθύτης καὶ καμπυλότης καὶ τὰ τούτοις ὅμοια (39), ἅτινα καὶ ἀντιδιαιρεῖται τῷ σχήματι καὶ τῇ μορφῇ· οὐδὲ γὰρ ταῦτα ὑπὸ τὸ σχῆμα ἀνάγονται (40), ὥς τισιν ἀλόγως (41) ἔδοξεν, εἴπερ σχῆμά ἐστιν ἡ τοῦ τυχόντος ὄγκου ἀποπεράτωσις, ἢ ὥς ἔνιοι (42), τὸ ὑπό B τινος ἢ τινων ὅρων περιεχόμενον· ὁμοίως δὲ οὐδ' ὑπὸ τὴν μορφὴν (43), εἴπερ μορφή ἐστιν ἡ ὅλου τοῦ εἴδους ἀποπεράτωσις· ἀλλ' εἰσί γε καθ' αὐτὰ ταῦτα (44) ὡς εἴδη τινὰ ὑπὸ τὴν ποιότητα ἀναγόμενα (45)· ὥσπερ καὶ ἡ τραχύτης τε καὶ ἡ λειότης, μανότης τε καὶ πυκνότης, καὶ εἴ τι παραπλήσιον.

ε'. Κατηγορεῖται δὲ ἡ ποιότης τετραχῶς· παρωνύμως, ὁμωνύμως, ἑτερωνύμως, ἀκατονομάστως (46)· παρωνύμως μὲν ὡς ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικός· ὁμωνύμως δὲ ὡς ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ἐπιστήμης ἡ γραμματικὴ γυνή· ἑτερωνύμως δὲ ὡς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ὁ σπουδαῖος· ὁ γὰρ σπουδαῖος ἀπὸ τῆς ἀρετῆς λέγεται, ἀλλ' οὐ παρωνύμως, [ὡς] ἀπὸ τῆς σπουδῆς (47), ἀκατονομάστως δὲ ὥσπερ καὶ ὁ δρομικὸς καὶ ὁ πυκτικός (48)· οὐ γὰρ κεῖνται ταῖς C ποιότησιν ὀνόματα (49), ἐξ ὧν (50) οὗτοι ἐποιώθησαν· ἡ γὰρ δρομικὴ φωνὴ οὐχ ἔστι τῆς δυνάμεως ὄνομα, ἧς μετέχων ὁ δρομικὸς καλεῖται δρομικός, ἀλλὰ τῆς τέχνης, ἐξ ἧς οὐχ ὁ δρομικός, ἀλλ' ὁ δρομεὺς καὶ παρονομάζεται καὶ προάγεται· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πυκτικὴ οὐχ ἔστιν ὄνομα τῆς δυνάμεως, ἧς ὁ πυκτικὸς μετέχων καλεῖται πυκτικός, ἀλλὰ τῆς τέχνης, ἐξ ἧς οὐχ ὁ πυκτικός, ἀλλ' ὁ πύκτης ἤγουν ὁ τῆς πυκτικῆς ἐπιστήμων παρονομάζεται καὶ προάγεται· ἐπ' ἐλαττόνων δὲ τὸ τοιοῦτον εὑρίσκεται, ἐπὶ δὲ τῶν πλείστων παρωνύμως κατηγορεῖται ἡ ποιότης τῶν μετεχόντων αὐτῆς (51)· ὥσπερ δὲ ἡ ποιότης τῶν μετασχόντων αὐτῆς οὐχ ὁμοίως κατηγορεῖται, D

ficit passionem. Differt autem patibilis qualitas a passione eodem modo, quo differt habitus a dispositione. Si enim passio diuturniori tempore perseverat, ita ut paronymice ex ipsa denominetur qui eam suscepit, passiva qualitas dicitur; si vero statim abjiciatur et desinat, passio solum appellatur.

4. Quarta species qualitatis est figura et forma. Differunt hæc, quia figura proprie de inanimatis, forma vero de animatis ponitur. Præterea sunt et aliæ species, veluti rectitudo et obliquitas, et quæ his similia sunt, quæque ex adverso respondent figuræ et formæ. Neque enim ista sub figuram reducuntur, ut quibusdam absque recta ratione visum est, cum figura sit molis cujusque terminatio, vel, ut quidam aiunt, id quod a termino aliquo vel ab aliquibus continetur et circumdatur; similiter vero neque ad formam reducuntur, cum forma sit totius speciei terminatio. Verum sunt hæc per se ipsa ut species quædam ad qualitatem pertinentia, quemadmodum et asperitas et lævitas, tum raritas et densitas, et si quid his est simile.

5. Prædicatur qualitas quadruplici modo: denominative, æquivoce, diversivoce, et innominabiliter; denominative quidem veluti a grammatica grammaticus; æquivoce veluti a grammatica scientiæ grammatica mulier; diversivoce, veluti a virtute honestus; honestus enim a virtute dicitur, sed non denominative, sicut denominative ab honestate); innominabiliter vero veluti aptus ad cursum et ad pugilatum; non enim posita sunt qualitatibus nomina, ex quibus isti *quales* effecti sunt. Nam vox, quæ aptitudinem ad cursum designat, non est potentiæ nomen, cujus particeps qui ad cursum aptus est talis dicitur, verum artis, ex qua non aptus ad currendum, sed cursor et denominatur et producitur; similiter etiam aptitudo ad pugilatum non est nomen potentiæ, cujus particeps ad pugilatum aptus vocatur talis, verum artis, ex qua non ad pugilatum aptus, sed pugil sive pugilatus gnarus et denominatur et fit talis. In paucioribus autem id invenitur; in plurimis denominative prædicatur qualitas de iis, qui ejus participes sunt. Quemadmodum vero qualitas non eodem modo de iis prædicatur,

NOTÆ.

(32) διαφέρει addit Mon.
(33) Mon. διαμένῃ.
(34) Mon. τὸ πάθος.
(35) ὀνομάζεται deest in Mon.
(36) δέ omitt. Mon., qui cum Arist. c. 8, § 14: σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή (c. 6, p. 15 ed. Paris.)
(37) Vat. f. 121 b. ἐπὶ ἀψ.
(38) Mon. Τούτοις δὲ εἰσί.
(39) Mon. καὶ τὰ ὅμοια. Sequentia verba destructa plane sunt usque ad τῷ σχήματι.
(40) Mon. ἀνάγεται.
(41) Mon. καὶ γὰρ τισὶ μὲν ἔδοξε εἰπεῖν σχ.
(42) Mon. ἔνιοι δὲ, σχῆμά ἐστι τὸ ὑ.
(43) Mon. οὐδὲ ὑπὸ τ. μ. ἀνάγεται.
(44) Mon. καθ' αὐτὰ δέ εἰσι... ταῦτα ἀναγ. ὑπὸ τ. π.
(45) Loco sequentium hæc habentur in Mon.: Αὗται μὲν οὖν εἰσι ποιότητες· τὰ δὲ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα ποιά εἰσιν. οὐ ποιότητες· καὶ γὰρ τὸ μὲν εὐθὺ ἀπὸ τῆς εὐθύτητος, τὸ δὲ καμπύλον ἀπὸ τῆς καμπυλότητος [λεγόμενα], ὡς εἴρηται, οὐκ εἰσὶ ποιότητες, ἀλλὰ μᾶλλον ποιὰ ὄντα, τουτέστι πεποιωμένα ὑπὸ τὸ κεῖσθαι ἀναχθήσονται, ὥσπερ καὶ τὸ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον.
(46) Mon. ἀκατωνομάστως.
(47) Mon. οὐ παρωνύμως ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ἑτερωνύμως δέ.
(48) Mon. ὡς ὁ π., ὁ δρομ. λέγεται.
(49) Mon. οὐ γὰρ κεῖται τῇ ποιότητι ὄνομα ἐξῆς (l. ἐξ ἧς) οὕτως ἐποιώθησαν. Reliqua desunt in Mon. usque ad illa hic immediate sequentia: ἐπ' ἐλαττόνων (not. 6).
(50) Vat. et Apogr. ἐξ ἧς.
(51) Ista verba ἐπ' ἐλαττόνων δὲ — μετεχόντων αὐτῆς in Mon. leguntur. Cætera usque ad fin. hujus § desunt.

qui ejus sunt participes, sed de aliis quidem denominative, de aliis vero æquivoce, de aliis rursum diversivoce, de aliis ineffabiliter absque proprio nomine : eumdem in modum et ea quæ illa participant haud eadem ratione qualia tum sunt tum dicuntur ; verum quæcunque qualitatis effecta participia nullam circa partium positionem innovationem subierunt, hæc proprie qualia erunt dicenturque ; quæcunque autem positionem partium aliam et aliam susceperunt, positionem habentia potius quam qualia dicenda esse videntur. Grammaticus igitur et justus et rubicundus et alia id genus proprie qualia fuerint ; unumquodque enim eorum propriæ qualitatis factum particeps secundum aliud quidpiam immutatum est, circa partium autem positionem nullam immutationem habuit. B Rarum autem et densum, et asperum et læve, obliquum et rectum et si quid ejusmodi, protinus una cum participatione denominativæ qualitatis etiam positionem partium transtulit et qualitatis participatio minime aliud quid primo mutavit, verum partium positionem commutavit ; quamobrem non proprie *quale*, sed potius positionem habens reddidit id quod illam suscepit. Etenim densum et est et dicitur illud cujus partes proxime inter se junctæ sunt; rarum vero cujus partes distant quodammodo et ab invicem dividuntur ; rursum læve est, cujus partes invicem positæ sunt (secundum rectam) una post aliam, neque eo quod una supra aliam emineat neque eo quod una inferior sit ac subsideat, ad invicem differentes ; asperum vero est cujus pars quidem emineat, pars autem subsideat. De his hactenus.

A ἀλλὰ τῶν μὲν παρωνύμως (52), τῶν δὲ ὁμωνύμως, τῶν δὲ ἑτερωνύμως, τῶν δὲ ἀκατονομάστως· οὕτω δὴ, οὕτω καὶ τὰ μετασχόντα αὐτῆς οὐχ ὁμοίως ἔστι τε καὶ λέγεται ποιὰ, ἀλλ' ὅσα μὲν μετεσχηκότα ποιότητος οὐδέν τι περὶ τὴν τῶν μορίων θέσιν ὑπέμεινε καινὸν, ταῦτα κυρίως ἔστι τε καὶ λέγοιτ' ἂν ποιά· ὅσα δὲ τὴν θέσιν τῶν μορίων ἠμείφθη, θέσιν ἔχοντα μᾶλλον ἂν ῥηθείη, ἀλλ' οὐ ποιά. Ὁ γοῦν γραμματικὸς καὶ ὁ δίκαιος καὶ ὁ ἐρυθρίας καὶ τὰ ὅμοια εἴη ἂν κυρίως ποιά· μετειληφότα γὰρ τῆς οἰκείας ἕκαστον ποιότητος κατ' ἄλλο μέν τι ἠλλοιώθη, τῆς δὲ μορίων αὐτοῦ θέσεως οὐδεμίαν ἔσχε μεταβολήν· τὸ μέντοι μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον, καμπύλον τε καὶ τὸ εὐθὺ καὶ εἴ τι ὅμοιον, αὐτίκα τοῦ μετασχεῖν τῆς παρωνύμου ποιότητος καὶ τὴν θέσιν B μεταβέβληκε τῶν μορίων καὶ ἡ τῆς ποιότητος μετοχὴ οὐχ ἕτερόν τι πρώτως ἠλλοίωσεν· ἀλλὰ τὴν τῶν μορίων θέσιν ἤμειψεν, ὥστε οὐ ποιὸν κυρίως ἀλλὰ θέσιν ἔχον τὸ δεδεγμένον αὐτὴν ἀπειργάσατο· καὶ γὰρ δὴ πυκνὸν μὲν ἔστι τε καὶ λέγεται (53), οὗ τὰ μόρια ἐγγὺς ἀλλήλων κεῖται· μανὸν δὲ οὗ τὰ μόρια (54) διεστήκασί πως καὶ διῄρηνται ἀλλήλων· πάλιν λεῖον μὲν οὗ τὰ μόρια ἐφεξῆς ἀλλήλων κεῖται (55), μήτε ἐν ὑπεροχῇ τινι πρὸς ἑαυτὰ μήτ' ἐν ταπεινώσει παραλλάττοντα· τραχὺ δὲ, οὗ τὰ μόρια (56) ὑπερέχει ἀλλήλων ἢ ἐλλείπει· καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον (57).

6. Qualitati sunt proprietates quatuor. Quarum C prima in eo est quod habet contrarium. Justitia enim injustitiæ contraria est. Hæc vero proprietas neque soli qualitati convenit, neque omni ; non soli quidem, quoniam convenit quoque actioni et passioni, ut infra dicetur ; non omni vero, quoniam pallori, qui et ipse qualitas est, nihil est contrarium. Altera proprietas est, quod non suscipit magis et minus. Neque enim est grammatica magis grammatica quam grammatica, neque justitia magis quam justitia. Attamen justus justo et grammaticus grammatico magis vel minus (talis) dicitur. Hæc vero proprietas neque omni qualitate affecto convenit neque soli; non soli quidem, quia eadem potiuntur et agere et pati ; non omni vero, quia quadrangulum et triangulum, quæ qualia sunt, i. e. D

ς'. Ἔχει δὲ ἴδια τρία· ἓν μὲν (58), τὸ ἔχειν ἐναντίον· ἡ γὰρ δικαιοσύνη τῇ ἀδικίᾳ ἐστὶν ἐναντία (59)· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον (60) καὶ οὐ μόνῃ τῇ ποιότητί ἐστι καὶ οὐ πάσῃ· οὐ μόνῃ μὲν, ἐπειδὴ ἔστι καὶ τῷ (61) ποιεῖν καὶ τῷ πάσχειν, ὡς ὕστερον λεχθήσεται· οὐ πάσῃ δὲ, ἐπειδὴ τῇ ὠχρότητι πάλιν (62) ποιότητι οὔσῃ οὐδέν ἐστιν ἐναντίον· δεύτερον, τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι (63) τὸ μᾶλλον καὶ [τὸ] ἧττον· οὐ γάρ ἐστιν ἡ γραμματικὴ τῆς γραμματικῆς μᾶλλον καὶ ἧττον γραμματικὴ, οὐδ' ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης· δίκαιος μέντοι δικαίου καὶ γραμματικὸς γραμματικοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεται· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον οὐ παντὶ τῷ πεποιωμένῳ ἐστὶ καὶ οὐ μόνῳ· οὐ μόνῳ μὲν, ἐπειδὴ ἔστι καὶ τῷ ποιεῖν καὶ τῷ πάσχειν, οὐ παντὶ δὲ, ἐπειδὴ τὸ τετράγωνον καὶ τὸ τρίγωνον (64) ποιὰ D ὄντα (65), τουτέστι πεποιωμένα, οὐκ ἔστι (66) μᾶλ-

NOTÆ.

(52) Cod. συνωνύμως.

(53) Mon. immediate post verba adducta § 5, not. 10 ante præs. § tractationem similiter : πυκνὸν μὲν γάρ ἐστιν, οὗ... ut supra.

(54) Mon. οὗ τὰ μ. διάστασίν τινα ἢ ἀραίωσιν ἔχει· λεῖον δὲ οὗ..., ut supra.

(55) Mon. add. οἱονεὶ ἐπ' εὐθείᾳ μήτε ἐν ὑπεροχῇ μήτε ἐν ἐλλείψει φαινόμενα· τρ. δέ.

(56) τοὐναντίον add. Mon.

(57) Mon. τ. μ. οὕτως.

(58) Mon. πρῶτον τὸ ἔχ.

(59) Sic Mon. et Catif. Ego in Vat. legi ἐναντίον. Sic et Arist. 1. § 18, p. 15.

(60) τὸ ἴδ. deest in Mon.

(61) Mon. bis τό

(62) πάλιν deest in Mon.

(63) Mon. *τὸ ἐπιδέχεσθαι* τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον *οὐ ταῖς ποιότησι*, ἀλλὰ τοῖς πεποιωμένοις ὑπάρχει· δικαιοσύνη μὲν γὰρ τῆς δικαιοσύνης οὐκ ἔστι μᾶλλον καὶ ἧττον δικαιοσύνη, οὐδὲ γραμματικὴ γραμματικῆς μᾶλλον γραμματική· δικαίου μέντοι δίκαιος καὶ γραμματικοῦ γραμματικὸς μᾶλλον καὶ ἧττον· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον... ut supra, Nulla ergo in re utriusque textus oppositio.

(64) Mon. τὸ τρίγωνον κ. τὸ τετράγ.

(65) ὄντα deest in Mon.

(66) Mon. οὐκ εἰσὶν ἀλλήλων μ. κ. ἧττον. Cætera quæ de hac altera proprietate in Vat. sequuntur, in Mon. desunt.

λον καὶ ἧττον· εἰ μὲν γὰρ συγκρίνεις τὸ τρίγωνον A πρὸς τὸ τετράγωνον, οὐ λέγεται μᾶλλον καὶ ἧττον· οὐδ' ὅλως γὰρ ταῦτα καθὸ τρίγωνον καὶ τετράγωνόν ἐστι, συγκρίνεται· τοῦ γὰρ αὐτοῦ δεῖ τὰ συγκρινόμενα μετέχειν ὀνόματος· εἰ δὲ συγκρίνεις τρίγωνον πρὸς τρίγωνον, ἢ τετράγωνον πρὸς τετράγωνον, οὐδ' οὕτως θάτερον θατέρου μᾶλλον ἢ ἧττον λεχθήσεται· συγκρίνεται μὲν γὰρ ταῦτα, ἀλλ' ἐπεὶ ὁμοτίμως τοῦ ὀνόματος καὶ τοῦ ὁρισμοῦ αὐτῶν τά τε τετράγωνα μεταλαμβάνουσι καὶ πάλιν τὰ τρίγωνα, διὰ τοῦτο οὐ δύναται λέγεσθαι τετράγωνον τετραγώνου μᾶλλον τετράγωνον ἢ ἧττον, ἀλλ' οὐδὲ τριγώνου τρίγωνον. Τρίτον ἴδιον τῆς ποιότητος, τὸ ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον λέγεσθαι· τοῦτο δὲ καὶ (67) κυρίως ἴδιον· κατ' ἄλλο γὰρ οὐδέν τι τῶν εἰρημένων (68) ὅμοιον λέγεται, ἀλλ' ἢ κατὰ τὴν ποιότητα.

qualitate affecta, non sunt magis et minus. Si enim triangulum cum quadrangulo comparas, non dicitur magis et minus; hæc enim nullo prorsus pacto, quatenus sunt triangulum et quadrangulum, ad invicem comparari possunt; ejusdem enim ea quæ comparantur nominis participia sint oportet. Si vero comparas triangulum cum triangulo, vel quadrangulum cum quadrangulo, neque sic alterum altero magis vel minus dicetur. Comparantur quidem ista, sed quia pari modo tum in nomine tum in definitione eorum consortium habent tum quadrangula, tum rursus triangula, idcirco quadrangulum quadrangulo magis vel minus quadrangulum dici nequit, sed neque triangulum triangulo. Tertia proprietas qualitatis est, simile et dissimile dici. B Hæc vero proprie est proprietas; secundum enim aliud, quam qualitatem nihil prædictorum simile dicitur.

ζ'. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι αἱ εἰδικώταται ποιότητες πᾶσαι ὑπὸ τὴν ποιότητα ἀνάγονται, ἥ τε γραμματική, φημὶ (69), καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ αἱ λοιπαὶ ὡσαύτως· αἱ δὲ γενικώτεραι (70) καὶ ὑπὸ τὰ πρός τι· ἥ τε γὰρ ἐπιστήμη τῶν πρός τί ἐστι (πρὸς γὰρ ἐπιστητὸν (71) λέγεται ἐπιστήμη), καὶ ἡ ἕξις (πρὸς γὰρ ἑκτὸν λέγεται ἕξις [72]). Ταῦτα μὲν οὖν περὶ ποιότητος (73).

7. Scire autem oportet specialissimas qualitates omnes reduci ad qualitatem, grammaticam, justitiam, aliasque similiter; generaliores (universaliores) vero etiam ad relata; scientia enim est ex relatis ad aliquid (ad scibile enim dicitur scientia) sic et habitus (ad id quod habetur dicitur habitus). Atque hæc de qualitate dicta sint

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΑ'.
Περὶ τῶν πρός τι.

QUÆSTIO CXLI. [*Coisl.* CLXXVII.]
De relatis ad aliquid.

Nunc primum edita a D. Hergenroether.

α'. Πρός τί ἐστιν (74), οἷς τὸ εἶναι ταυτόν ἐστι C τῷ (75) πρός τί πως ἔχειν· τουτέστιν ὧν ἡ ὕπαρξις ἐν τῇ πρὸς ἕτερον σχέσει ἐστίν· οἷον ὡς τὸ διπλάσιον καὶ (76) τὸ ἥμισυ· τὸ γὰρ διπλάσιον ἐν τῇ πρὸς τὸ ἥμισυ σχέσει τὸ εἶναι ἔχει (77), καὶ τὸ ἥμισυ ἐν τῇ πρὸς τὸ διπλάσιον (78)· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ὑποδέδηκε δὲ τοῖς πρός τί τινα (79), ὧν τὰ (80) μὲν κατὰ ταυτότητα λέγεται, τὰ δὲ κατ' ἀνισότητα, τὰ δὲ κατὰ γέννησιν (81), τὰ δὲ κατὰ μέθεξιν, τὰ δὲ κατὰ ὕφεσιν, τὰ δὲ κατὰ πάθος, τὰ δὲ κατὰ κρίσιν, τὰ δὲ κατὰ θέσιν, τὰ δὲ κατὰ τὴν πρὸς τὸ γένος ἀναφοράν· παραδείγματα (82) τοῦ μὲν κατὰ ταυτότητα, οἷον (83) φίλος φίλου φίλος, καὶ ἐχθρὸς ἐχθροῦ ἐχθρός, καὶ τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ ὅμοιον· τοῦ δὲ κατ' ἀνισότητα ὡς τὸ μεῖζον ἐλάττονος μεῖζον καὶ τὸ διπλάσιον ἡμίσεως διπλάσιον· [ἢ κατ' D ἰσότητα ὡς τὸ ἴσόν τινι, ἴσον·] τοῦ δὲ κατὰ γέννησιν (84) ὡς πατὴρ υἱοῦ πατήρ· τοῦ δὲ κατὰ μέθεξιν,

1. Relatum ad aliquid est, cujus esse idem est ac certo quodam modo ad aliquid se habere, hoc est, cujus exsistentia in habitudine ad aliud consistit; veluti duplum et dimidium; nam duplum in habitudine ad dimidium exsistentiam habet et dimidium in habitudine ad duplum; sicque pariter et in cæteris. Reducuntur autem ad relata quædam, quorum alia secundum identitatem dicuntur, alia secundum inæqualitatem, alia secundum generationem, alia secundum participationem, alia secundum subjectionem, alia secundum passionem, alia secundum judicationem, alia secundum positionem, alia secundum generis relationem. Exempla eorum, quæ secundum identitatem dicuntur, amicus amici amicus et inimicus inimici inimicus, et simile simili simile; ejus quod est secundum inæqualitatem: majus minori majus et duplum dimidii duplum [ejus quod secundum æqualitatem, ut æquale ali-

NOTÆ.

(67) καί deest in Mon. qui a verbis illis. Τρίτον ἴδιον eadem habet.
(68) Mon. κατ' ἄλλο γάρ τι τῶν εἰρημένων οὐδέν.
(69) φημί omitt. Mon. γραμ. καὶ δικαιοσ.
(70) Mon. γενικαί· sequ. καί omitt.
(71) Mon. καὶ γὰρ ἐπιστητοῦ λ. ἡ ἐπ.
(72) Mon. ἡ ἕξις.
(73) Mon. Τ. μ. οὖν ἐν τούτοις.
(74) Mon. f. 29 a. ἐστι κατηγορία, οἷς Cf. Arist. c. 6.
(75) Mon. τό.
(76) Mon. ἢ τὸ ἥμ.
(77) Mon. σχ. ἔχει τὸ εἶναι, ὁμοίως κ.
(78) σχέσει add. Mon.
(79) τινά deest in Mon.; Vat. ὧν μὲν τὰ μὲν κ.
(80) Mon. hic et in sequ. τό.
(81) Mon. generalius vocabulum habet γένεσιν.
(82) Mon. παράδειγμα.
(83) Mon. ὡς.
(84) Hæc uncis inclusa solus habet Mon.

cui æquale]; ejus quod secundum generationem, ut pater filii pater; ejus quod secundum participationem: participans ejus quod participatur, est particeps; ejus quod secundum subjectionem, velut dominus servi dominus; ejus quod secundum passionem, veluti percutiens eum qui percutitur percutit, et percussus a percutiente percussús est; ejus quod secundum judicationem scientia scibilis dicitur scientia; ejus quod secundum positionem: dexterum sinistri dexterum; ejus vero quod secundum relationem ad genus, ut grammatica, musica aliæque id genus disciplinæ; quælibet enim earum secundum seipsam non revocatur ad ea, quæ sunt relata ad aliquid; secundum habitudinem vero ad genus fortasse ad ista revocanda sunt; genus enim his est scientia; hæc vero est sub relatis ad aliquid; quare propter genus et illæ ad relata revocantur. Verum de hoc theoremate fusius alibi.

A ὡς τὸ μετέχον μετεχομένου μετέχει· τοῦ δὲ κατὰ ὕφεσιν, ὡς δεσπότης δούλου δεσπότης· τοῦ δὲ κατὰ πῆσιν (85) ἤγουν κατὰ πάθησιν, ὡς ὁ τύπτων τυπτόμενον τύπτει καὶ ὁ τυπτόμενος ὑπὸ τύπτοντος τύπτεται· τοῦ δὲ κατὰ κρίσιν ὡς ἡ ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ ἐπιστήμη· τοῦ δὲ κατὰ θέσιν, ὡς τὸ δεξιὸν ἀριστεροῦ δεξιόν· τοῦ δὲ κατὰ τὴν πρὸς τὸ γένος ἀναφοράν, ὡς ἡ γραμματικὴ καὶ ἡ μουσικὴ καὶ (86) αἱ ὅμοιαι· τούτων γὰρ ἑκάστη καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐκ ἀνάγεται ὑπὸ τὰ πρός τι· κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ γένος ἀναφορὰν ἀναχθείη ἴσως ἄν· γένος μὲν γὰρ τούτων ἡ ἐπιστήμη· αὕτη τε ὑπὸ τὰ πρός τι· ὥστε καὶ ταῦτα διὰ τὸ γένος ὑπὸ τὰ πρός τι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου τοῦ θεωρήματος ἐν ἄλλοις πλατύτερον.

2. Definitio a principio allata eorum quæ sunt relata ad aliquid, proprie naturæ relatorum convenit; quam vero nunc afferemus, ea quasi corollarium quoddam potius apparet. Est vero ejusmodi: Relata sunt, quæ ipsa quidquid sunt, aliorum esse dicuntur sive alio quocunque modo ad aliud referuntur. Dicebam vero, non esse ejusmodi definitionem declarativam naturæ eorum, quæ sunt relata, quia non quæcunque aliorum esse dicuntur, eadem quoque relata sunt; manus enim cujusdam dicitur manus et caput cujusdam caput, ac reliqua membra similiter. Scire vero oportet relatorum ad aliquid alia per genitivum efferri; veluti: dominus servi dominus; alia per dativum; veluti scibile scientiæ scibile, alia per accusativum, veluti percutiens eum qui percutitur percutit. Corollarium igitur, id, quod dictum est, idcirco ad verba illa *aliorum esse dicuntur* addidit *sive alio quocunque modo*, ut per verba *aliorum esse dicuntur* ea quæ per genitivum proferuntur declaret, per verba autem *sive alio quocunque modo* ea quæ efferuntur per accusativum et dativum.

B β'. Ἔστι δὲ ὁ ἐν ἀρχῇ (87) εἰρημένος τῶν πρός τι λόγος κυρίως (88) τῆς φύσεως τῶν πρός τι· ὃν δὲ νῦν ἐροῦμεν (89) ὡς παρακολούθημά τι μᾶλλον φαίνεται· ἔστι δὲ οὗτος· πρός τί ἐστιν, ὅσα αὐτά, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγεται ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον (90)· ἔφην δὲ μὴ εἶναι δηλωτικὸν τῆς φύσεως τῶν πρός τι τὸν τοιοῦτον λόγον· ἐπειδὴ οὐχ ὅσα ἑτέρων εἶναι λέγεται (91), ταῦτα καὶ πρός τί ἐστιν· ἡ γὰρ χεὶρ, τινὸς μὲν λέγεται χείρ, καὶ ἡ κεφαλὴ, τινὸς λέγεται (92) κεφαλὴ, καὶ τὰ ἄλλα τῶν μερῶν ὁμοίως· ἀλλ' οὐκ εἰσὶ ταῦτα τῶν πρός τι· οὐσίαι γάρ, οὐδεμία δὲ οὐσία τῶν πρός τι (93). Εἰδέναι μέντοι (94) χρὴ, ὅτι τῶν πρός τι τὰ μὲν κατὰ γενικὴν (95) ἐκφέρεται (96), οἷον ὡς ὁ δεσπότης δούλου δεσπότης, τὰ δὲ κατὰ δοτικὴν, ὡς τὸ ἐπιστητὸν τῇ C ἐπιστήμῃ ἐπιστητὸν, τὰ δὲ κατὰ αἰτιατικὴν, ὡς ὁ τύπτων τυπτόμενον τύπτει· τὸ οὖν παρακολούθημα, ὅπερ εἴρηται, διὰ τοῦτο (97) μετὰ τοῦ *ἑτέρων εἶναι λέγεται* προσέθηκε (98) τὸ *ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως* (99), ἵνα διὰ μὲν τοῦ *ἑτέρων εἶναι λέγεται* τὰ πρὸς γενικὴν δηλώσειε λεγόμενα, διὰ δὲ τοῦ *ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως* τά τε πρὸς αἰτιατικὴν καὶ δοτικήν.

3. Habent relata ad aliquid proprietates quatuor. Quarum prima est, esse in ipsis contrarietatem; scientiæ enim contrarium est, scil. ignorantia. Hæc vero proprietas nec omnibus nec solis convenit relatis; non omnibus quidem, quia duplo nihil est contrarium, non solis vero, quia etiam qualitati

γ'. Ἔχει δὲ τὰ πρός τι ἴδια τέσσαρα· πρῶτον (1) τὸ ὑπάρχειν ἐν αὐτοῖς ἐναντιότητα· καὶ γὰρ τῇ ἐπιστήμῃ ἐστὶν ἐναντίον (2) ἡ ἄγνοια· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον καὶ οὐ πᾶσι τοῖς πρός τι καὶ οὐ μόνοις ἁρμόζει· οὐ (3) πᾶσι μὲν, ἐπειδὴ τῷ διπλασίῳ οὐδέν ἐστιν D ἐναντίον, οὐ μόνοις δὲ, ἐπειδὴ καὶ (4) τῇ ποιότητί

NOTÆ.

(85) Sic Vat. et Catif.; Mon. τοῦ δὲ κατὰ πάθος.

(86) κ. αἱ ὅμ. et cætera usque ad fin. § desunt in Mon., ubi hæc duntaxat leguntur κ. ἡ μουσ. ἀνάγεται· καὶ γὰρ καὶ τούτων ἑκάστης ἐπιστήμη γένος· ταῦτα μὲν οὖν τὰ ὑπὸ τὰ πρός τι ὡς εἴδη τελοῦντα.

(87) Mon. ἐν ἀρχῇ. Ὁ μὲν οὖν εἰρημένος.

(88) Mon. add. ἐστί.

(89) ὃν δὲ λέξομεν Mon.

(90) ἄλλ. πρὸς ἕτ. deest in Mon. Hæc definitio est ex Arist. c. 7 init.

(91) Mon. ἀλλ', ὡς εἴπομεν, ὅτι οὐκ ἔστι δηλωτικὸς ὁ λόγος οὗτος τῆς φύσεως τῶν πρός τι· ἡ γὰρ χείρ, τινὸς χεὶρ λέγεται.

(92) λέγεται deest in Mon..

(93) Cf. Arist. c. 7, § penult. (c. 5, p. 12, 13 ed. Paris.)

(94) Mon. δὲ χρή.

(95) Scil. πτῶσιν Mon. τὸ γενικόν· sic et in seq. τὸ δοτ., τὸ αἰτ.

(96) Mon. προφέρεται· sequ. ὡς deest.

(97) In Mon. διὰ τοῦτο deest et sequitur. μετὰ τοῦ *αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων*, κ. τ. λ.

(98) καί add. Mon.

(99) Mon. ἢ ὁπωσοῦν· ἀλλ' ὡς (ἄλλως;) τά τε πρὸς αἰτιατικὸν καὶ πρὸς δοτικόν. Sequitur immediate § 3.

(1) πρῶτον omit. Mon.

(2) οἷον add. Mon.

(3) καὶ οὐ π. Mon.

(4) καί deest in Mon.

ἐστιν ἐναντίον· δεύτερον (5) δὲ ἴδιον τὸ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· καθ' ὃν δὲ (6) τρόπον τὸ πρὸ αὐτοῦ ἴδιον, κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον καὶ τοῦτο τοῖς πρός τι ἁρμόζει· τρίτον ἴδιον τῶν πρός τι (7) τὸ πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεσθαι· οἷον ὁ δοῦλος δεσπότου δοῦλος λέγεται καὶ ὁ δεσπότης δούλου δεσπότης λέγεται· καὶ τὸ διπλάσιον ἡμίσεος διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ διπλασίου ἥμισυ, καὶ τὸ μεῖζον ἐλάττονος μεῖζον, καὶ τὸ ἔλαττον μείζονος ἔλαττον, καὶ (8) ἡ ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ ἐπιστήμη καὶ τὸ ἐπιστητὸν ἐπιστήμῃ ἐπιστητὸν, καὶ ἡ αἴσθησις αἰσθητοῦ αἴσθησις, καὶ τὸ αἰσθητὸν αἰσθήσει αἰσθητόν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον καὶ πᾶσι τοῖς πρός τι καὶ μόνοις ὑπάρχει (9). Τέταρτον δὲ (10) τὸ ἅμα τῇ φύσει εἶναι· ἅμα γὰρ διπλάσιόν τέ ἐστι καὶ ἥμισυ, καὶ ἡμίσεος ὄντος διπλάσιόν ἐστι καὶ δούλου ὄντος δεσπότης ἐστὶ, καὶ δεσπότου ὄντος δοῦλός ἐστι (11)· ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τὰ ἄλλα· καὶ συναναιρεῖ δὲ ταῦτα ἄλληλα (12)· μὴ γὰρ ὄντος διπλασίου οὐκ ἔστιν ἥμισυ καὶ ἡμίσεος μὴ ὄντος οὐκ ἔστι διπλάσιον· ὁμοίως δὲ (13) καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· τοῦτο δὲ τὸ ἴδιον καὶ πᾶσι τοῖς πρός τι (14) καὶ μόνοις ὑπάρχει· οὐ γὰρ μάχεται (15) πρὸς τοῦτο τὸ αἰσθητὸν καὶ ἡ αἴσθησις· εἰ γὰρ καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα προϋφέστηκε τῶν ζώων, ἐν οἷς ἐστιν ὅλως ἡ αἴσθησις (καὶ γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων σύγκειται τῶν ζώων ἕκαστον), ἀλλ' οὖν οὐχ ὡς αἰσθητὰ προϋπῆρχε ταῦτα, ἀλλ' ὡς σώματα ἢ οὐσίαι· ἐπεὶ αἰσθήσεως μὴ οὔσης διὰ τὸ μηδὲ ζῶον ὑφεστάναι πω, οὐδὲ τὰ στοιχεῖα ὑπὸ αἴσθησιν ἔπιπτέ τινος· μὴ ὑποπίπτοντα δὲ τῇ αἰσθήσει οὐδ' αἰσθητά πω ἐτύγχανεν ἄν· γέγονε δὲ αἰσθητὰ, ὅταν αὐτῶν ἡ αἴσθησις ἀντελάβετο· καὶ τὰ ἄστρα δὲ εἴ τις προϋφίστησι τῆς ἀνθρώπων γενέσεως καὶ λέγοι αὐτὰ εἶναι ἐπιστητὰ, μήπω οὔσης ἐπιστήμης, διὰ τῆς εἰρημένης ἐπιλύσεως τῆς ἀπορίας ἐκστήσεται· ὑφίστατο μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄστρα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐπιστητά· ἐπιστήμης γὰρ μήπω περὶ ταῦτα ἐνθεωρουμένης, πῶς ἂν εἴη ἐπιστητά; ἀλλὰ δῆλον, ὡς τότε γέγονεν ἐπιστητὰ, ὅτε καὶ τῇ ἐπιστήμῃ ὑπεβλήθησαν· καὶ μέντοι γε [οἱ] ἐξ ἀϊδίου συνυφεστῶτά πω[;] οὐρανίῳ σώματι καὶ τὸν ἄνθρωπον [διοριζόμενοι], δῆλον ὡς οὐδὲ

A est contrarium. Altera proprietas est, recipere relata magis et minus. Quemadmodum vero proprietas prima, eumdem in modum et hæc relatis convenit (sc. nec omnibus nec solis relatis). Tertia proprietas est, convertibiliter affirmari (conversim dici), ut servus domini servus dicitur, et dominus servi dominus, et duplum dimidii duplum, et dimidium dupli dimidium, et majus minore majus, et scientia scibilis scientia, et scibile scientia (scientiæ) scibile, et sensatio sensibilis sensatio, et sensibile sensatione sensibile; similiter etiam in cæteris. Hæc vero proprietas et omnibus et solis convenit relatis. Quarta proprietas est, simul natura esse. Simul enim duplum est et dimidium, et dimidium dum est, duplum est, et dum servus est, B etiam dominus est, et dominus dum est, etiam servus est. Similiter vero his etiam cætera se habent. Et tollunt hæc quoque se mutuo, si enim non est duplum, neque est dimidium, et si non est dimidium, neque est duplum; similiter vero etiam in cæteris. Hæc proprietas et omnibus relatis ad aliquid convenit et solis. Neque enim cum his pugnant sensibile et sensatio; etiam si enim ignis et aqua atque cætera elementa ante animalia exstiterunt, in quibus sensus est (ex elementis enim unumquodque animal est compositum), attamen non ut sensibilia ista præexstitere, verum ut corpora vel substantiæ, quia quando non erat sensatio, propterea quia nondum exsistebat ullum ani- C mal, neque elementa sensui alicujus subjiciebantur; non subjecta vero sensui profecto nullo modo sensibilia fuerint. Facta autem sunt sensibilia, quando eorum sensatio suscepta atque exorsa est. Si vero quis astra ante hominum ortum exstitisse astruat eaque scibilia dicat nondum exsistente scientia, per prædictam solutionem difficultatem enodabit. Exstiterunt enim et astra, sed nondum ut scibilia: cum enim nondum scientia circa ipsa conspiciatur, quomodo scibilia fuerint? Verum manifeste tunc evaserunt scibilia, quando et scientiæ subjecta fuerunt. Qui tamen statuunt ab æterno cœ- D lesti corpori etiam hominem coexstitisse, hos evi-

NOTÆ.

(5) Ante ista in Mon.: Οὐ πᾶσι γὰρ οὐδὲ μόνοις τῶν πρός τι ὑπάρχει τὸ μᾶλλον.

(6) Deest in Mon. δέ, sicut et verba τοῖς π. τ. ἁρμόζει.

(7) τῶν πρός τι omitt. Mon. Cf. Arist. c. 7, § 8.

(8) καὶ ἡ ἐπιστ. — αἰσθητόν. Desunt in Mon.

(9) Mon. ἴδ. πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς πρός τι καὶ μόνοις.

(10) Mon. τέτ. ἴδιον τῶν πρός τι.

(11) καὶ δεσπότου — δ. ἐ. omittit. Mon.

(12) Verbotenus hæc sunt ex Aristotele (s. 16, p. 11, ed. Paris.) eadem sunt in Monac. et Vat.

(13) δέ deest in Mon.

(14) Mon. ὑπάρχει κ. μόνοις.

(15) Similem objectionem etiam Aristot. habet aliis verbis. In Mon. ita legitur: Εἰ γάρ τις ἀμφιβάλλοι, λέγων ὅτι οὐ πᾶσι τοῖς πρός τι ὑπάρχει, παρατιθεὶς ἡμῖν τὴν αἴσθησιν καὶ τὸ αἰσθητὸν, καὶ λέγων, ὅτι τοῦ αἰσθητοῦ ὄντος οὐκ ἀνάγκη αἴσθησιν εἶναι· πρὸ τοῦ γὰρ γενέσθαι τὰ ζῶα τὰ ἔχοντα αἴσθησιν, ἦν καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα, ἐξ ὧν καὶ τὰ ζῶα σύγκειται· ἀκουέτω δὴ ὁ τοιοῦτος, ὅτι τὸ πῦρ καὶ τὰ ἄλλα πρὸ αἰσθήσεως ἦσαν, εἴπερ καὶ πρὸ τῶν ἐχόντων τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' οὐχὶ ὡς αἰσθητά, ἀλλ' ὡς σώματα· ἅμα δὲ τῷ γενέσθαι αὐτὰ αἰσθητά, συνυφέστηκε καὶ ἡ αἴσθησις· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιστήμης· λέγουσι γάρ, ὅτι πρὸ τοῦ γενέσθαι τινὰ ἀστρονόμον ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην, ἦσαν καὶ τὰ ἄστρα ἐπιστητά· ἀλλὰ πρὸς τούτους φαμὲν, ὅτι ἦσαν μὲν τὰ ἄστρα, ἀλλ' οὐχὶ ἐπιστητά· ἡνίκα δὲ τούτων ἐπιστήμη γέγονε, τότε καὶ ταῦτα ἐπιστητὰ γέγονεν· ὥστε ἴδιον πᾶσι τοῖς πρός τι τὸ ἅμα τῇ φύσει λέγεσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν πρός τι.

deus est minime concessuros, tempore omnino vel A elementa animalibus vel astra scientiæ præexstitisse, sed solum ratione atque intellectu simplicia compositis præponi arbitraturos. Quamobrem omnibus relatis ad aliquid convenit, simul cum natura exsistere. Sed jam satis dictum est de relatis.

χρόνῳ ὅλως προϋφεστάναι ἢ τὰ στοιχεῖα τῶν ζώων ἢ τὰ ἄστρα τῆς ἐπιστήμης συγχωρήσουσι· λόγῳ δὲ μόνῳ καὶ θεωρίᾳ τὰ ἁπλᾶ τῶν συνθέτων προτιθέναι δικαιώσουσιν· ὥστε πᾶσι τοῖς πρός τι ὑπάρχει τὸ ἅμα τῇ φύσει ὑπάρχειν. Ἀλλ' ἀρκούντως εἴρηται καὶ περὶ τῶν πρός τι.

QUÆSTIO CXLII.

De sex reliquis categoriis.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΒ'.

Περὶ τῶν ὑπολοίπων ἓξ κατηγοριῶν.

Nunc primum edita a D. Hergenroether.

cuncta causa est, quia cum Moses legislator velum in facie gesserit, congruenter etiam leges veli instar obscuritatem contrahebant. Neutri ex his culpa imputanda est, quam auditorum infirmitas sustinet. Nam et Moses idcirco caput obnubebat, quia gloriam vultus ejus perferre nemo poterat: legique item, veli loco, ob eamdem causam obscuritas offusa fuit. Etenim in eo veluti thesauro condebantur perfectiora celsioraque dogmata, quæ Christum scilicet ejusque Testamentum portendebant. Sed enim Hebræorum imperfectio et infirma mens quominus inde lucrum ipsi perciperent, impediebat: nobis autem ea res recondita servabatur, ut Christo præsente, per conversionem ad eum, revelaretur thesaurus. Jam mecum considerate in quantam nos dignitatem Domini præsentia subvexerit: namque in ipso nos Mosis ordine collocavit. Cæteroqui futurarum rerum vaticinium, etiamsi forte nullam aliud trahat obscuritatem, nihilominus nunquam æque est evidens, ut præsentium rerum narratio. Verum ubi prophetiæ ad exitum perductæ fuerint, tum demum obscuritas in lucem convertitur. Nam et cum verba illa, «Solvite templum hoc, et ego tribus diebus excitabo illud [4],» a Servatore dicta fuerunt, non solum cæterorum Judæorum pars incredula et vecors prophetiam neque sensit neque intellexit, sed ne illi quidem qui inter eos prudentiores erant, et Dominicæ doctrinæ auditores, discipulorum nempe cœtus, quidquam intellexerunt, sed rerum exitu indiguerunt ut vaticinii sensum perciperent. Quare nec reus traducendus est Judæus, quia vaticinia de Christo ante hujus adventum non intellexerit. Ideoque et Servator aiebat: «Nisi ego venissem illisque locutus essem, peccatum non haberent [5].» Etsi enim oracula Christum prædicebant, hæc tamen obscurabantur propter ejus qui designabatur absentiam: quo demum præsente, jam neutiquam tegmine obnubebantur: sola autem improbitas vecordiaque refractariorum, quominus is reciperetur, obstabat. Accedit ad obscuritatis causas quod vetus Scriptura sermone Græco non fuit concepta, sed ex Hebraico in illum manavit. Est autem natura comparatum ut omnis lingua, quæ in peregrinam convertitur, obscuritatem abstrusionemque contrahat. Jam vero principio Mosaicæ leges Hebraicæ linguæ commendatæ fuerunt: quare et tunc Judæi soli notitia Dei potiebantur; reliquæ gentes idolica insania jactabantur. Sed enim Christi cum appropinquaret adventus, mundique ad eum vocatio; cumque jam Græca lingua præ cæteris in usum gentium recepta fuisset, tunc Hebrææ Litteræ in Græcas conversæ fuerunt, anno ante Christi adventum vix centesimo, Ptolemæo (39) in Ægypto regnante. Quippe decebat, ut

[3] II Cor. III, 13. [4] Joan. II, 19. [5] Joan. XV, 22, 24.

NOTÆ.

(39) Quo Ptolemæo? Nam Philadelphum (sub quo creditur curata interpretatio) non videtur Photius intelligere, inter cujus regnum Christique nativitatem intercedunt anni trecenti.

quo sermone multitudo gentium ad Dei cognitionem pertrahenda erat, eodem oracula quoque prænuntiarentur, quæ de communi Servatore vaticinabantur. Jam ipsa loquendi vis idcirco in plures dialectos versa est, quia cum initio unicam a Deo accepisset homo, vesania atque impietate elatus est. Quandoquidem ergo unica lingua homines abusi sunt, merito invecta fuit multitudo. Sed enim unius linguæ emolumentum et usum, multo tempore post divisionem ejusdem atque dissidium, igneis linguis ora instructi discipuli, magnalia Dei prædicando, tandem aliquando demonstraverunt atque cumularunt.

τῆς Αἰγύπτου Πτολεμαίου βασιλεύοντος (6) · ἐχρῆν γὰρ δι' ἧς ἔμελλε τὰ πλείω τῶν ἐθνῶν εἰς θεογνωσίαν χειραγωγεῖσθαι, δι' αὐτῆς καὶ τοὺς χρησμοὺς προαγγέλλεσθαι, οἳ τὸν κοινὸν προεφήτευον Σωτῆρα. Εἰς πλείους δὲ φωνὰς αἱ γλῶσσαι διεμερίσθησαν, διότι μίαν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν ὁ ἄνθρωπος, πρὸς ἀπόνοιαν καὶ ἀθεότητα ἤρθη · ἐπεὶ οὖν ἐπιβλαβῶς ἐχρήσαντο τῇ μιᾷ φωνῇ, εὐλόγως ἀντεισηνέχθη τὸ πλῆθος. Τῆς μέν τοι μιᾶς τὸ κέρδος καὶ τὴν χρείαν, μετὰ τὴν ταύτης διαίρεσιν καὶ διασπορὰν χρόνῳ ὕστερον πολυετεῖ, πυρίναις στομωθέντες γλώτταις οἱ μαθηταὶ τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ κηρύττοντες, ἐπέδειξαν τότε καὶ ἀνεπλήρωσαν.

QUÆSTIO CLIV [*Coisl.* CLXXXIV, *Taur.*CLXXIII].

Quot editiones Scripturæ factæ fuerint.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΝΔ'.

Πόσαι ἐκδόσεις γεγόνασι τῇ Γραφῇ;

Nunc primum edita a D. Hergenroether. — De Græcis Veteris Testamenti versionibus.

Prima est (versio) Septuaginta duorum interpretum. Hi cum Hebræi essent, selecti sunt ex unaquaque tribu sex et interpretati sunt divinam Scripturam regnante Ptolemæo Philadelpho anno tercentesimo primo ante Domini nostri Jesu Christi secundum carnem generationem. Secunda est Aquilæ editio. Hic, Sinope Ponti oriundus ac Græcus genere, Hierosolymis baptizatus est; postea, abjecta Christiana religione ad Judæos transiens interpretatus est et ipse divinam Scripturam Adriano imperante, qui lepra percussus fuit, quadringentis et triginta annis post Septuaginta duos interpretes; non recto vero sensu interpretationem perfecit, verum inimicitia in Christianos motus. Tertia est Symmachi editio. Qui prius Samaritanus erat; cum autem a propria gente nihil honoris acciperet, dominandi amore percitus ad Judæos accedit et iterum circumciditur; atque in odium Samaritanorum intendens et ipse divinam Scripturam interpretatur imperante tum Severo, quinquagesimo sexto anno post Aquilam propriam editionem suæ interpretationis faciens. Quarta est Theodotionis Ephesii. Iste, qui hæresin Marcionis Pontici amplexus fuerat, hæreseos ejusdem asseclis postea irascens, propriam Scripturarum editionem perfecit Commodo Romanum imperium administrante. Quinta interpretatio notum non habet parentem, inventa vero fuit in doliis abscondita, Caracalla Romanis imperante in Jericho. Sexta pariter auctoris incerti fetus simili modo reperta est, in doliis videlicet abscondita, Alexandro Mamææ filio imperatore, in urbe Nicopoli, quæ prope Actium sita est. Hisce omnibus accessit divinæ nostræ Scripturæ interpretatio, quam sanctus Lucianus magnus asceta et martyr perfecit. Hic enim prædictis editionibus adhibitis et Hebraica nactus magno cum studio exemplaria et accurate perspiciens quæ deficiebant vel a veritate excedebant removit, propriam vero ejusdem fidei Christianis editionem fecit, quæ editio post ipsius certamen et post per-

Πρώτη μὲν ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα δυοῖν ἑρμηνευτῶν · οὗτοι Ἑβραῖοι ὄντες ἐξελέγησαν ἀπὸ ἑκάστης φυλῆς ἓξ καὶ ἡρμήνευσαν τὴν θείαν Γραφὴν ἐπὶ Πτολεμαίου βασιλέως τοῦ Φιλαδέλφου πρὸ τα' ἐνιαυτῶν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Δευτέρα ἐστὶν ἡ τοῦ Ἀκύλα · οὗτος ἀπὸ Σινώπης τοῦ Πόντου ὑπάρχων καὶ Ἕλλην ὢν ἐβαπτίσθη ἐν Ἱεροσολύμοις · εἶτα, τὸν Χριστιανισμὸν ἀθετήσας, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις συνδραμὼν ἡρμήνευσε καὶ αὐτὸς τὴν θείαν Γραφὴν ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως τοῦ λεπρωθέντος μετὰ ἔτη τριάκοντα καὶ τετρακόσια (40) τῆς τῶν δυοῖν καὶ Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείας · οὐκ ὀρθῷ δὲ λογισμῷ τὴν ἑρμηνείαν ἐξέθετο, ἀλλὰ τοῖς Χριστιανοῖς ἀντιπαθών. Τρίτη ἐστὶν ἡ τοῦ Συμμάχου · οὗτος πρῶτα μὲν Σαμαρείτης ἦν · μὴ τιμώμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ἰδίου λαοῦ φιλαρχίας ἔρωτι προστρέχει τοῖς Ἰουδαίοις καὶ δεύτερον περιτέμνεται καὶ πρὸς ἀντιπάθειαν καὶ αὐτὸς τῶν Σαμαρειτῶν ἀφορῶν ἑρμηνεύει τὴν θείαν Γραφὴν Σεβήρου τηνικαῦτα βασιλεύοντος μετὰ ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη τῆς τοῦ Ἀκύλα ἑρμηνείας τὴν οἰκείαν ἔκδοσιν ποιησάμενος. Τετάρτη ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοδοτίωνος τοῦ Ἐφεσίου · οὗτος τῆς αἱρέσεως Μαρκίωνος γεγονὼς τοῦ Ποντικοῦ καὶ τοῖς συναιρεσιώταις μηνιῶν ἔκδοσιν ἰδίαν ἐποιήσατο τῆς Γραφῆς Κομόδου τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν χειρίζοντος. Ἡ δὲ πέμπτη ἑρμηνεία οὐκ ἔχει γνώριμον τὸν πατέρα · εὑρέθη δ' οὖν ἐν πίθοις κεκρυμμένη ἐπὶ Καρακάλλου τοῦ Ῥωμαίων ἄρξαντος ἐν Ἱεριχῷ. Καὶ ἡ ἕκτη δὲ τὸ ἀνώνυμον ὁμοίως ἔχουσα καὶ τὴν εὕρεσιν ὁμοίαν ἔσχε · εὑρέθη γὰρ καὶ αὐτὴ ἐν πίθοις κεκρυμμένη ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας ἐν Νικοπόλει τῇ κατὰ τὸ Ἄκτιον διακειμένῃ. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις γέγονε ἑρμηνεία τῆς ἱερᾶς ἡμῶν Γραφῆς παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Λουκιανοῦ τοῦ μεγάλου ἀσκητοῦ καὶ μάρτυρος · οὗτος γὰρ ταῖς προγεγραμμέναις ἐπιστήσας ἐκδόσεσι καὶ τοῖς Ἑβραϊκοῖς φιλοπόνως ἐντυχὼν καὶ ἀκριβῶς ἐποπτεύσας τὰ μὲν λείποντα ἢ περιττὰ τῆς ἀληθείας διώσατο, ἔκδοσιν δὲ ἰδιόκληρον τοῖς ὁμοδόξοις Χριστιανοῖς ἐποιήσατο, ἥτις ἔκδοσις μετὰ τὴν ἄθλησιν αὐτοῦ καὶ

NOTÆ.

(40) Aliter q. CLIII tempus assignatur.

τὸν διωγμὸν τὸν γενόμενον ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καὶ Διοκλητιανοῦ τῶν τυράννων εὑρέθη ἐν Νικομηδείᾳ ἐξ ἰδιοχείρου αὐτοῦ γεγραμμένη. Κωνσταντῖνος δὲ τηνικαῦτα ὁ μέγας ἐβασίλευε· τὸ δὲ βιβλίον εὕρηται παρὰ Ἰουδαίοις ἐν πυργίσκου τοίχῳ κονιάματι πρὸς ἀσφάλειαν διακεχρισμένῳ (41).

A secutionem, quæ sub Maximiano et Diocletiano tyrannis exorta est, Nicomediæ inventa fuit ex ipsis autographo scripta. Constantinus magnus tum imperabat; liber vero inventus est apud Judæos in turriculæ cujusdam pariete calce ad securitatem illito.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΝΕ'.

Τί ἰδόντες οἱ ποιμένες διεγνώρισαν περὶ τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς παιδίου;

QUÆSTIO CLV [*Coisl.* CLXXXV, *Taur.* CLXXIV].

Quid a se conspectum pastores aliis de puero, illis annuntiato, significarunt?

Editarum a Wolfio decima octava (*Cur. Philol.*, t. V, p. 770-772. Galland. *Biblioth.*, t. XIII, p. 736, 737, n. 34).
In Luc. II, 8-20.

Αὐτοψίᾳ τὰ εὐηγγελισμένα λαβόντες, καὶ τῷ θαύματι τῆς ἀληθείας κατεχόμενοι, οὐκ ἀπέκρυψαν τοῖς πυνθανομένοις τὴν αἰτίαν. Ἀλλ', ἅπερ τε πρότερον ἐθεάσαντο, καὶ ὧν ἀκοῇ τὴν γνῶσιν ἔσχον, παρ'
B αὐτοῦ τε τοῦ εὐαγγελιζομένου ἀγγέλου καὶ κήρυκος, καὶ παρὰ τῆς ἄλλης ἀγγελικῆς καὶ ὑμνολόγου στρατιᾶς, ταῦτα πάντα τοῖς παροῦσιν ἀπεκάλυπτον, καὶ ἀνεκήρυττον. Οὐ γὰρ μόνον τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ Ἰωσὴφ τὰ ὑπὲρ λόγον αὐτοῖς τεθεαμένα ἀπήγγελλον, ἀλλὰ μετ' ἐκείνους καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοις ἦν ἐντυχεῖν, κοινωνοὺς τῶν ὑπερφυῶν θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων διὰ τῆς διηγήσεως παρελάμβανον. Καὶ αὐτίκα ἡ πόλις ἡ Βηθλεὲμ ἀνεπέπληστο, πλησίον γὰρ ἦν, τοῦ τε σωτηρίου τόκου τὴν ἀλήθειαν καὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν μαρτυρίας τὴν ἀκρίβειαν, τῶν θεοσόφων (42) ἐκείνων ποιμένων προθύμως πάντα διηγουμένων, καὶ τὸ φρικτὸν τοῦ θαύματος ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐναφιέντων. Καὶ γάρ φησι· « Πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμαζον περὶ τῶν λαλη-
C θέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς [73]. » Πῶς γὰρ οὐκ ἦν θαυμάζειν τὸν ἐν οὐρανοῖς ἐπὶ γῆς ὁρᾷν, καὶ τήν τε γῆν τοῖς οὐρανοῖς διὰ τῆς εἰρήνης (43) συνάπτοντα, καὶ τὰ οὐράνια τὴν γῆν οἰκειούμενα. Μᾶλλον δὲ τὸ ἄφραστον ἐκεῖνο βρέφος, τῇ μὲν θεότητι τὰ οὐράνια, τῇ δὲ ἀνθρωπότητι τὰ ἐπίγεια συνάπτον ἀλλήλοις, ἐκ τῆς οἰκείας συναφείας, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα εἰρήνην θαυμασίαν τινὰ καὶ ὑπὲρ λόγον ἐπρυτάνευεν. Ὃ καὶ καθορῶσαι αἱ οὐράνιαι στρατιαὶ τὸ, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, » μετὰ τῆς πνευματικῆς χορείας ἀνέμελπον.

Ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν ποιμένων ἔργον, καὶ τὸ κήρυγμα καὶ ὁ δρόμος ἐν τούτοις. Ἡ δὲ Μαρία, φησὶν, συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα συμβάλλουσα ἐν τῇ
D καρδίᾳ αὐτῆς. Ποῖα ῥήματα; τὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ, τὰ τοῦ Ζαχαρίου, τὰ τῆς Ἐλισάβετ, τὰ τῶν ποιμένων, ἐν οἷς ὁ ἄγγελος αὐτοῖς ἐκόμιζεν εὐαγγέλια. Καὶ τὰ τάγματα τῶν ἀγγέλων, ἃ διὰ τῆς ὑμνολογίας τὴν πίστιν τοῖς εὐαγγελίοις βεβαιοτέραν παρείχοντο. Ἀλλὰ τίσι τὰ ῥήματα ταῦτα συνέβαλλεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς; Ἢ δῆλον ὅτι τοῖς ἔργοις, ὧν τὴν πεῖραν εἶχεν. Τῇ ἀσπόρῳ συλλήψει, τῇ ἀνωδίνῳ κυήσει, τῷ ἀδιαφθόρῳ τόκῳ; Τοῖς οὖν καθ' ἑαυτὴν ἔργοις τοὺς λόγους συμβάλλουσα Θεὸν ὁμολο-

Postquam ea, quæ nuntiata erant, oculis ipsi viderant, admiratione rei verissimæ correpti, causam illius non celarunt cognoscendi cupidis. Imo
B vero omnia illa, quæ et antea viderant, et auribus tum ab angelo et præcone Evangelii, tum a reliqua angelorum, Deum laudantium, corona acceperant, præsentibus aperiebant et renuntiabant. Neque enim Mariæ solum, et Josepho ea significabantur, quæ supra rationem posita conspexerant, sed præter eos cæteros omnes, qui quidem aderant, rerum, quas vel viderant vel audiverant, supernaturalium participes esse voluerunt. Statim itaque urbs Bethlehem, vicina enim erat, nuntio hoc implebatur, quandoquidem veritatem partus salutaris testimoniumque de cœlo non inficiandum pastores illi, Deum edocti, prompte enarrabant, tremendumque illud miraculum animis hominum instillabant. Ideo dicitur : « Omnes audientes mira-
C bantur, quæ illis a pastoribus nuntiabantur [73]. » Nonne enim mirum erat, eum, qui in cœlis est, in terris conspicere, et talem quidem, qui terram, facta pace, cœlo jungeret, cœlestia autem terræ impertiretur ; vel potius infantem illum non enarrabilem, videre, qui divinitate sua cœlestia, humanitate autem terrestria sibi invicem jungeret, mutuamque concordiam, admiratione et ratione omni superiorem, per suam illam unionem conciliaret? Hoc scilicet angelicæ copiæ perspicientes, et spirituali tripudio ductæ, canebant : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax [74]. »

Atque his quidem pastorum illorum opera, præconium et studium absolvebatur. « Maria vero, quod Lucas, ait, servabat verba hæc, in corde
D suo conferens [75]. » Quæ vero verba? Gabrielis archangeli illa, tum Zachariæ, porro Elisabethæ, nec minus pastorum, quibus evangelium angelus attulerat, tum cæterorum angelorum ordines, hymno suo salutaribus illis nuntius majorem fidem facientes. Cum quibus vero verba illa in corde suo conferebat? Nonne manifestum est, id factum esse cum rebus illis, quas experta didicerat, quando sine semine conceperat, sine doloribus fetum nutriverat, et sine ulla noxa pepererat? Verba

[73] Luc. II, 18. [74] ibid. 14. [75] ibid. 19.

NOTÆ.

(41) Mirum est nihil de Origenis editione dici.
(42) Sic scribo cum Colb. θεολόγων.
(43) Colb. pro εἰρημένης.

itaque illa cum rebus apud se gestis comparans, recte conficiebat, se illum, qui ex se natus erat, Deum profiteri debere. Cæterum pastores ultimum eorum, quæ mira viderant, contemplati, gaudioque perfusi, revertebantur, celebrantes et laudantes Deum super omnibus illis quæ audiverant et viderant, prout ipsis dictum erat.

A γεῖν τὸν γεννηθέντα τὴν κρίσιν ὀρθὴν ἀνεδέχετο. Οἱ μέντοι ποιμένες τὸ τελευταῖον, ὧν εἶδον, παραδόξων θεασάμενοι καὶ τὴν ψυχὴν χαρᾶς πληρώσαντες (44) ὑπέστρεφον, δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἤκουσαν, καὶ εἶδον, καθὼς ἐλαλήθη αὐτοῖς.

QUÆSTIO CLVI [*Coisl.* CLXXXVI, *Taur.* CLXXV].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΝϚʹ.

Num sacerdos erat Symeon, qui Dominum nostrum Jesum Christum ulnis suscepit?

Ἆρα ἱερεὺς ἦν Συμεών, ὁ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δεξάμενος ἐν ἀγκάλαις;

Editarum a Wolfio decima nona (l. c., p. 772-777. Galland., l. c., p. 737-739, n. 55). — De Simeone sene apud Luc. II, 25 seq.

Sacerdos non erat Simeon ille, sacerdotibus vero virtute multum præstabat. Propterea sacerdos alius ea, quæ de infante lex fieri jubebat, administrabat; Symeon vero tum aliis præclare gestis, tum canis senilibus supra alios evectus, secundum oraculum divinum dignus habebatur qui eo frueretur. Agnoscebat ille infantem prædicatum, veritatem oraculorum perspiciebat, ulnis denique ferebat eum, qui verbo suo portabat omnia. Cumque hoc modo humani generis salutem oculis usurpasset, diviniorique gaudio perfusus esset, non jam vitæ studio, sed imminentis felicitatis desiderio tenebatur, corpusque deponere quam celerrime, et defunctis salutem liberationemque partam nuntiare cupiebat.

Porro Deo benedicebat, hoc est, laudibus et præconiis eum prosequebatur. Laudabat autem tum aliis nominibus, tum vero in primis ideo, quod promissa sibi facta eventu confirmata videret, solatiumque Israelis contemplandum sibi oculis, et manibus ferendum dari intelligeret. Gaudio ex his plenus: « Nunc, inquit, servum tuum, Domine, dimittis secundum verbum tuum in pace[75]. » Nunc, inquit, quoniam exitum habeo promissorum, finem quoque fluxa hæc vita habeat. Verbum enim tuum hoc mihi prænuntiavit. Ipse mihi læti nuntii interpres fuisti, me mortem non ante visurum, quam Christum Domini viderim. Quoniam itaque oculis meis oblata sunt, quæ desiderabam, quæ quærebam, quæ impense cupiebam, nunc dimittis servum tuum, nec metu mortis turbatum, nec animo dubio suspensum, sed in pace potius stabili, lætitiamque amplissimam largiente. Vidi enim populorum omnium salutem. Vide hic divini sanctissimique senis solertiam! Ante enim quam viso hoc beatissimo dignus haberetur, solatium Israelis exspectabat. Postquam vero spei votique sui damnatus erat, non jam solatium Israelis, sed gentium omnium salutem videre se clamabat. « Viderunt enim, inquit, oculi mei salutare tuum, quod parasti ante oculos omnium populorum [76]. » Adeo splen-

B Οὐκ ἦν ἱερεὺς ὁ Συμεών, τῶν δὲ ἱερέων ταῖς ἀρεταῖς πολλὰ προεῖχεν. Διὸ καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς ἅπερ ἐπὶ τοῦ βρέφους (45) πράττειν ὁ νόμος ἐκέλευεν, τούτοις ὑπηρέτει. Ὁ δὲ Συμεὼν τοῖς τε ἄλλοις κατορθώμασι καὶ τῇ πρεσβυτικῇ βεβηκὼς πολιᾷ κατὰ τοὺς θείους χρησμοὺς τῆς ἀπολαύσεως ἠξιοῦτο. Ἐπέγνω τὸν κηρυσσόμενον, τῶν χρησμῶν ἑώρα τὴν ἀλήθειαν, ἀγκάλαις ἔφερεν τὸν φέροντα πάντα τῷ ῥήματι. Καὶ τῆς τοῦ γένους σωτηρίας ἐν ὄψει καταστὰς, καὶ θειοτέρας ἀναπλησθεὶς ἡδονῆς, οὐκ ἔτι τοῦ ζῆν περιείχετο, αὐτίκα δὲ μάλα τῆς σωτηρίας ἐφεστώσης καταλιπεῖν μὲν ἐπόθει τὸ σαρκίον, εὐαγγελίσασθαι δὲ καὶ τοῖς ἐν ᾅδου τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν.

C Καὶ τὸν Θεὸν μὲν εὐλόγει, τουτέστι δι' ἐπαίνων καὶ δοξολογίας ἦγεν. Εὐλόγει δὲ τά τε ἄλλα, καὶ διότι τὰς πρὸς αὐτὸν ὑποσχέσεις εἰς ἀλήθειαν ἔβλεπε προελθούσας, καὶ τὴν τοῦ Ἰσραὴλ παράκλησιν ὀφθαλμοῖς τε καθορᾷν ἠξιοῦτο, καὶ χερσὶ φέρειν. Καὶ χαρᾶς ἐπὶ τούτοις ἱερᾶς πεπληρωμένος, « Νῦν, φησὶν, ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. » Νῦν, φησὶν, ἐπεὶ τὸ τέλος ἔχω τῶν ἐπηγγελμένων, ἐχέτω τοῦτο καὶ ὁ ἐπίκηρος βίος. Τὸ γάρ σόν μοι ῥῆμα ταῦτα προανεφώνει. Καὶ γὰρ, τοῦ μὴ ἰδεῖν με θάνατον, πρὶν ἰδεῖν τὸν Χριστὸν Κυρίου, αὐτός μοι πάλαι τὰ εὐαγγέλια παρέσχες (46). Ἐπεὶ δὲ εἰς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς ἧκεν, ἃ ἐπόθουν, ἃ ἐζήτουν, ὧν ἐγλιχόμην, νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, οὔτε πρὸς τὴν πεῖραν ταραττόμενον τοῦ θανάτου, D οὔτε λογισμοῖς θορυβούμενον ἀμφιβολίας. Ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ σταθερᾷ καὶ πολλὴν τὴν εὐφροσύνην πηγαζούσῃ (47). Καὶ γὰρ τὸ σωτήριον πάντων τῶν λαῶν εἶδον. Καὶ ὅρα τὴν ἀκρίβειαν τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ γέροντος! Πρὶν ἢ μὲν τοῦ μακαρίου θεάματος καταξιωθῇ, παράκλησιν προσεδέχετο τοῦ Ἰσραήλ. Ἐπεὶ δὲ ἐντὸς τῆς ἐλπίδος γέγονε καὶ τῆς ἐπιθυμίας, οὐκέτι τῷ Ἰσραὴλ ἀνακράζει παράκλησιν ἰδεῖν, ἀλλὰ πάντων σωτηρίαν τῶν λαῶν. « Καὶ γάρ, φησὶν, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας, κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. » Οὕτως αὐτὸν

[75] Luc. II, 29. [76] Luc. II, 30, 31.

NOTÆ.

(44) Colb. πληρωθέντες.
(45) Τῷ βρέφειν, Colb.
(46) Sic scribo pro παρέσχεν.
(47) Codex. πηγάζουσι.

περιήστραψεν ἡ ἐν τῷ βρέφει καθορωμένη ἀπόῤῥητος A καὶ ὑπὲρ λόγον αἴγλη, ὡς τὰ προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ κατὰ μικρὸν ἀνακαλυφθέντα, ἐκείνῳ (48) καὶ τηνικαῦτα καὶ εἰς γνῶσιν ἀθρόον ἐλθεῖν. Καὶ ἵνα μηδὲ χώραν τινὶ παράσχοι πάντας λαοὺς καλεῖν, τοὺς ἐν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, ἐπάγει τὰ εἰρημένα. « Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, » ἀντὶ τοῦ· μηδείς με νῦν οἰηθείη πάντα καλεῖν τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν, ἀλλὰ σύμπαν τὸ γένος διὰ ταύτης μηνύω τῆς φωνῆς. Καὶ γὰρ σωτηρία καὶ ἀπολύτρωσις ἔσται πάντων οὗτος, ὃν ἐγὼ τεθέαμαι καὶ ἐν ἀγκάλαις φέρω. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἠρκέσθη. Ἀλλ' ἀντιδιαστέλλων τὸν Ἰσραὴλ, « πάντα τὰ ἔθνη » ἐπισυνάπτει, « φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ. » Οἷον κοινὴ μέν ἐστι σωτηρία τὸ ἀγκαλοφορούμενον βρέφος τοῖς ἔθνεσι πᾶσι, καὶ τῷ Ἰσραήλ. B Ἀλλὰ τοῖς μὲν φῶς, ὅτι τοῦ σκότους ἐξάγει τῆς εἰδωλολατρείας. Τῷ δὲ δόξα, ὅτι τὰ τούτοις πάλαι νόμιμα δοθέντα (49), διὰ τῆς εἰδωλικῆς ἀπεκαθαίροντο ἀχλύος, εἰς δόξαν [καὶ τελειότητα μεταβαλεῖ (50). Καὶ ἄλλως δὲ δόξα τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ ὁ τεχθεὶς, ἅτε δὴ ἐκ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ ἄνθρωπος γεγονώς. Μικροῦ δὲ καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης τὰ αὐτὰ προανακράζει, λέγων· « Ἰδοὺ, τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, » τουτέστι παρασχεῖν ὁρᾶν καὶ διαστέλλειν τὸ φῶς ἐκ τοῦ σκότους (51) καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκ τοῦ ψεύδους, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπὸ τῆς πλάνης. Διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ ταύτην κροτῶν, οἱονεὶ χορεύων καὶ ἀνακηρύττων τὴν σωτηρίαν, « Πάντα ἔθνη, φησὶ, κροτήσατε χεῖρας, ὅτι Κύριος ὕψιστος, C φοβερὸς, Βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Εἰ δὲ λαὸς τοῦ Χριστοῦ καὶ λέγεται, καὶ ἔστιν ὁ Ἰσραὴλ, πρὸς τὰ ἔθνη διαστελλόμενος, διαστέλλεται δὲ πάντως τοῖς τε Μωσαϊκοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἔθνεσι, δῆλον, ὅτι, κἂν μήπω τῆς χάριτος ἀπήλαυσεν, καὶ ἐντὸς ταύτης ἐχρημάτισεν, λαὸς καὶ οὗτός ἐστι τοῦ Χριστοῦ. Εἰ δὲ ὁ ἐν τῇ παλαιᾷ Διαθήκῃ λαὸς τοῦ Χριστοῦ ἐστιν λαὸς (52) πῶς οὐκ ἐμφράττεται τὰ ἀπύλωτα στόματα, τὰ ἀπὸ Μάνεντος εἰς ἑτέραν τούτους παραπέμποντα ἀρχὴν (53).

Τοῦ μέντοιγε πρεσβύτου Συμεῶνος, θεολογοῦντος τὰ εἰρημένα, ἣν, φησὶν (54), « Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις περὶ αὐτοῦ, » D θαυμάζοντες, οὐχ ὅτι νῦν τῶν ὑπὲρ λόγον τὴν νῦν γνῶσιν ἐδέχοντο, ἀλλ' ὅτιπερ ἐπὶ τοῖς ὑπερφυῶς προεγνωσμένοις καὶ ταῦτα προσελάμβανον (55). Ὑπερφυῶν γὰρ πραγμάτων γνῶσις, ὁσάκις ἂν εἰς μνήμην ἄγει τὸν ἐγνωκότα, τοσαυτάκις ἐν ταῖς διανοίαις ἀνακαινίζει τὸ θαῦμα. Εἶτα συντελέσας ὁ

A dor ineffabilis et ratione omni superior, ex infante micans, oculos ejus perstringebat, ut, quæ inposterum eventura et brevi aperienda erant, etiam tunc, idque plenissime, perspiceret. Ne vero occasionem cuiquam faceret suspicandi, se per populos illos omnes Judæorum tantum gentem indicare, sequentia subjungit : « Lucem in revelationem gentium. » Quasi diceret : Nemo putet, me de Judaica gente omni tantum loqui ; imo vero totum hominum genus hac voce indico. Ille enim, quem vidi, quemque ulnis fero, omnium salus erit et vindex. Imo nec in his acquievit, sed, Israelem distincturus, « gentes omnes » illi voci jungit, « lucem, inquiens, ad revelationem gentium, et gloriam populi tui Israelis [77]. » Sensus est : Infans, quem B ulnis fero, salutem quidem gentibus omnibus et Israeli quoque communem affert ; at illis quidem est instar lucis, ex idololatriæ tenebris eas educens ; huic vero gloriam parit, quia leges ipsis (*Judæis*) olim datas, quæ caligine idololatriæ obscuriores reddebantur, splendidiores et perfectiores reddet. Alia vero etiam ratione natus ille in gloriam populi Israelitici vergebat, quippe qui ex Abrahami semine hominem induisset. Atque eadem fere Isaias propheta antea pronuntiavit, dicens : « Ecce posui te in lumen gentium, ut aperias oculos cæcorum [78], » hoc est, facias ut videant et distinguant lucem ex tenebris, veritatem ex mendacio, et pietatem ex variis vitæ erroribus. Propterea et David, eamdem salutem, instar tripudiantis, C decantans, et prænuntians, « Omnes, inquit, gentes, plaudite manibus, quia Dominus excelsus et tremendus, Rex magnus est super terram [79]. » Quoniam vero Israel et vocatur et est populus Christi, quando gentibus opponitur, opponitur vero omnino et Mosaicis legibus et gentibus, patet utique, quod, etiamsi nunquam gratiæ particeps factus esset, ejusque fructum cepisset, vel sic Christi populus exstitisset. Quod si vero populus, in veteri fœdere appellatus, Christi est populus, nonne hoc ipso effrenata Manichæorum ora obturantur, qui illos alteri cuidam principio acceptos ferunt ?

Cæterum, Symeone sene mysteria hæc ita edisserente, « Josephus, quod Lucas ait, et mater ejus D mirabantur ea quæ de illo dicta erant [80]. » Mirabantur, inquit, non quidem, quod tunc demum eorum, quæ rationem omnem superabant, notitia instruerentur, sed quod præter illa, quæ ex supernaturalibus ante cognita habebant, etiam hæc recipiebant. Quoties enim insolentium rerum memoria illis, qui eas norunt, refricatur, toties admiratio

[77] Isa. XLIX, 6. [78] Isa. XLVI, 7. [79] Psal. LXVI, 2. [80] Luc. II, 33.

NOTÆ.

(48) Ita Colb. pro ἐκεῖνον.

(49) Ante vocem διὰ puto excidisse ἃ per antecedentem syllabam τα. Id vero frequenter usu venit.

(50) Sic Colb. pro μετακαλεῖ.

(51) Codex ita : τὸ σκότος ἐκ τοῦ φωτὸς, vocibus prave et inconvenienter positis, quod sequentia evincunt.

(52) λαὸς est ex Colb.

(53) Manichæi enim et Judæos, et legem Mosaicam malo principio in acceptis ferebant. Vide Photii librum I *Contra Manichæos*, tom. CII.

(54) Colb. pro φασίν.

(55) Colb. loco προελάμβανον.

animi denuo renovatur. Perfunctus ita senex noster divini Numinis laudibus, denique se ad benedictionem illorum, qui infantem attulerant, convertit. Hinc vero ad matrem solam verba facit. « Benedixit enim illis Symeon, et ad Mariam, matrem ejus, dixit [81]. » Ad Mariam, inquit, matrem, non ad Josephum, patrem ejus. Nihilominus tamen utrisque benedictionem impertitur, quamvis allocutionem, de rebus inprimis sublimioribus, ad matrem solam instituat : ut scilicet communi benedictione facta Josephum parentis habitu non prorsus privet ; simul tamen verbis suis, ad matrem speciatim perlatis, virginem ab eo distinguens, eam vere matrem ejus profiteatur. Quid vero ad matrem loquitur ? « Hic jacet in lapsum et resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui condradicitur [82]. » Vides, eum totam mysterii hujus conditionem summatim Virgini aperire, illam vero ejus enarrationem postea instituere. Quod si insecuta sanctorum virorum oracula conferre tibi libeat, historiæ series quæsitorum tuorum solutionem abunde suppeditaverit.

A πρεσβύτης τὴν εἰς τὸ Θεῖον δοξολογίαν, τρέπεται λοιπὸν ἐπὶ τὴν εὐλογίαν τῶν ἀναγαγόντων τὸ βρέφος. Εἶτα ἐκεῖθεν πρὸς μόνην τὴν μητέρα ἀποστρέφει (56) τὸν λόγον. « Καὶ εὐλόγησεν γὰρ αὐτοὺς Συμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτοῦ. » Πρὸς Μαριὰμ, φησὶ, τὴν μητέρα, οὐχὶ πρὸς Ἰωσὴφ τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ἀλλὰ τῆς μὲν εὐλογίας ἀμφοῖν μεταδίδωσι. Τὴν δὲ πρόσρησιν τῶν ἀποῤῥητοτέρων τῇ μητρὶ προσάγει μόνῃ, ἵνα διὰ μὲν τῆς κοινῆς εὐλογίας τοῦ σχήματος τῶν γεννητόρων μὴ ἀπογυμνώσῃ τὸν Ἰωσὴφ, διὰ δὲ τῶν πρὸς τὴν μητέρα λόγων τὴν Παρθένον ἐκείνου διαστείλας, τὴν ὡς ἀληθῶς ἀνακηρύξῃ μητέρα. Εἶτα καὶ τί διαλέγεται πρὸς τὴν μητέρα ; « Οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. » B Ὁρᾷς, ὅπως ὅλην τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν συνοπτικῶς πρὸς τὴν Παρθένον ἀναφέρει, κἀκείνη ποιεῖται τὴν τούτου διήγησιν. Εἰ δέ σοι φίλον καὶ πρὸς τὰ ἀκόλουθα μετελθεῖν ἀνδρῶν ἱερῶν σεμνολογήματα (57), τελείαν σοι τῶν ζητουμένων ἡ ἱστορία τὴν λύσιν ἐπιδαψιλεύσοιτο.

QUÆSTIO CLVII [*Coisl.* CLXXXVII, *Taur.* CLXXVI et CLXXVII (55*)].

Quid significat illud : « Hic jacet in ruinam et resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicitur? »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΝΖʹ.

Τί ἐστιν· « Οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, κ. ἑξ.

Editarum a Wolfio vigesima (l. c., p. 778-784. Galland., p. 739, 777, n. 56).

Quoniam et sequentium solutionem statim a nobis requisivisti, eam tibi, divina ope nixi, itidem suppeditabimus. Lapsum hic illis tribuit, qui ex fide in illum et pietate exciderant, resurrectionem vero illis, qui Servatorem, in carne apparentem, agnoscebant. Hoc ipsum Isaias quoque prænuntiavit, dicens : « Ecce pono in Sion lapidem offendiculi, et petram scandali : et omnis, qui credit in illum, non pudefiet [83]. » Itaque cadere necesse est illos, qui non credunt in ipsum. Ab altera parte ad resurrectionem, animo instituendam, manuducuntur, qui ab idolorum cultu et aliis, quos antea præfracte tenebant, erroribus discedebant.

Causam vero, cur et lapsus et resurrectio eventura sit, simul aperit. Quoniam enim œconomiæ gratiosæ contradicitur, mysterium hoc omne illis, qui assentiuntur, resurrectionis ; illis vero, qui se opponunt, lapsus et interitus causa exsistit. Quænam vero sunt illa, quibus contradicitur ? Resurgentes illi crediderunt, quod virgo peperit, et virgo mansit : illi vero, qui in crassiora cogitata prolapsi sunt, nihilque, quod naturam transcendat, nosse cupiunt, adduci non possunt ut profiteantur quod, qui virginem condidit, cum nondum esset, eamdem, jam exsistentem, virginem servare possit,

C Ἐπειδὴ καὶ τῶν ὑπολοίπων τὴν λύσιν τάχος ἐπεζήτησας, ἡμεῖς σοι καὶ ταύτην, Θεῷ πεποιθότες, παρέξομεν. Πτῶσιν μὲν ἐνταῦθα τῶν ἐκπεπτωκότων τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καὶ εὐσεβείας λέγει, ἀνάστασιν δὲ τῶν ἐπεγνωκότων παραγεγονότα τὸν Σωτῆρα. Τοῦτο καὶ ὁ Ἡσαΐας προανεφώνει, λέγων· « Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτὸν οὐ καταισχυνθήσεται. » Πίπτοιεν δ' ἂν οἱ μὴ πεπιστευκότες εἰς αὐτόν. Καὶ πρὸς τὴν ἐν ψυχῇ ἀνάστασιν χειραγωγοῦνται οἱ τῆς εἰδωλικῆς, καὶ τῆς ἄλλης, ἐν ᾗ ἐστηρίζοντο πρότερον, πλάνης (58) ἐκπεπτωκότες.

Τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἡ πτῶσις, καὶ ἡ ἀνάστασις ἕπεται, παραδηλοῖ. Ἐπεὶ γὰρ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας D ἀντιλέγεται τοῖς μὲν κατατιθεμένοις, ἀνάστασις τὸ μυστήριον γίνεται, τοῖς δὲ ἀντιφθεγγομένοις πτῶσις καὶ ἀπώλεια. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἀντιλεγόμενα ; Οἱ μὲν ἀναστάντες πεπιστεύκασιν, ὅτι Παρθένος ἔτεκεν καὶ Παρθένος ἔμεινεν· οἱ δὲ καταπεσόντες εἰς τοὺς ὑλικοὺς λογισμοὺς, καὶ οὐδὲν τῶν ὑπὲρ φύσιν εἰδέναι θέλοντες, οὐ πείθονται συνομολογεῖν, ὡς ὁ πλάσας μηδ' ὅλως οὖσαν Παρθένον, δύναται καὶ ὑποστᾶσαν Παρθένον φυλάττειν, μάλιστά γε τὴν γέννησιν εἰ αὐτὸς ὁ πλάσας ἀναδέχοιτο· ἀντιλέγοιτο δ' ἂν τῶν

[81] Luc. II, 33. [82] ibid. 34. [83] Isa. VIII, 14.

NOTÆ.

(55*) Nimirum in Taur. hæc quæstio in duas divisa est.

(56) Hoc Colbertini malim pro illo alterius ἀναστρέφει.

(57) Σεμνολογήματα scribo pro σεμνολόγημα.

(58) Codex habet μὴ ἐκ inconvenienter.

περὶ οἰκονομίαν καὶ ἄλλα σημεῖα· οἷον τῶν μὲν ἀναστάντων Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον τὸν γεγεννημένον ὑπερφυὲς ποιουμένων μάθημα. Τῶν δὲ πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἀναφορώντων (59) καὶ μηδ' ὅλως ταύτης (60) ὑψηλότερον ἐπαρθῆναι βουλομένων, τὸ μὴ συνομολογεῖν τὸν αὐτὸν Θεόν τε εἶναι, καὶ ἄνθρωπον.

Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς ἀφράστου τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας εἰς ἀντιλογίαν κατέστη· διεξελθὼν δὲ πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἱερὸς Συμεὼν τὰ εἰρημένα, ἀκροτελευτὶ αὐτοῖς ἐπιτίθησιν καὶ τὸ αὐτῆς τῆς Παρθένου ἐξ ἀχθηδόνος πάθος, καί φησιν· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί. » Σοῦ αὐτῆς, οἷον τῆς πάντα ἀκριβῶς τὰ τοῦ μυστηρίου B ἐξακριβωσαμένης, οὐδέ σου φείσεται (61) τὸ ἀπὸ λύπης πάθος· καὶ γὰρ ὡς ἀσπόρως συνέλαβεν, καὶ ὁ τόκος ἄσπορος γέγονεν, καὶ ἡ κύησις ἀνώδινος, καὶ τὰ τοῦ Γαβριὴλ εὐαγγέλια, τῶν ποιμένων τὰ διηγήματα, καὶ τὰ μυρία ἄλλα τῶν θαυμάτων καὶ ἐξαίρετα, οὐδεὶς ἂν σου μᾶλλον ἐπιστάμενος εἴη· ἀλλ' οὐ μόνον ταῦτα λέγουσιν (62), οἱ τῆς πλάνης ἐρασταὶ καὶ τῆς ἀληθείας κατήγοροι, ἀλλὰ καὶ σεαυτὴν ἐπί τε τῇ συλλήψει καὶ τόκῳ συκοφαντήσουσιν· ἡ συκοφαντία ῥομφαίας οὐκ ἔλαττον τὴν σὴν ψυχὴν δάκνουσά τε καὶ κατατιτρώσκουσα διελεύσεται· ἀλλ' ἐπειδάν σε τούτοις ἐνυβρίσωσι (63), τότε μᾶλλον ἐκ πολλῶν καρδιῶν ἀποκαλυφθήσονται καὶ διαλυθήσονται διαλογισμοί. Πῶς δή, καὶ τίνα τρόπον; τῶν μὲν C συκοφαντῶν οὐκ ἐνδιδόντων ταῖς συκοφαντίαις, τῶν δὲ συκοφαντουμένων ἐπὶ τὴν παλαιὰν τοῦ νόμου καταφευγόντων διάκρισίν τε καὶ κρίσιν. Τίς δὲ αὕτη ἐστὶν ἢ ἡ διὰ τοῦ ὕδατος τῆς ἐλέγξεως γινομένη; καὶ γὰρ λόγος διεφοίτησεν παλαιός, ὡς συκοφαντουμένης τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας ἠνέσχετο παρασχεῖν ἑαυτὴν τῇ κρίσει τοῦ ὕδατος, καὶ τὸ καθαρὸν αὐτῆς καὶ ἄσπιλον λαμπρῶς ἐπιδειξαμένου, καὶ ἀποφήναντος, αἰσχύνῃ μὲν δοθῆναι τοὺς συκοφάντας· τοὺς δὲ πρὶν διστάζοντας τὴν παρθενείαν καὶ τὸν ἄφθορον τόκον ἀναντιῤῥήτοις μαρτυρίαις βεβαιωθῆναι, καὶ τὴν Παρθένον ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐπὶ τῇ συκοφαντίᾳ καὶ ταῖς διαβολαῖς δυσθυμίας (64) τε καὶ λύπης· τὸ μέντοιγε τῆς ἐλέγξεως ὕδωρ ἱστορίᾳ παρειλήφαμεν περὶ τὸ Γαβῆ, Παλαιστιναίων δὲ τὸ ὄρος, τὰς πηγὰς ἀναδιδόναι, D ὃ κριτήριον καὶ ὁ παλαιὸς ἐπίσταται νόμος (65), τῶν τε τὴν σωφροσύνην οὐ διαφθειρομένων γυναικῶν, καὶ τῶν ἀλλοτρίαις ὁμιλίαις τὴν νηδὺν ἐνυβριζόντων. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἀφαιρεῖται τὴν πίστιν, ὅτι τε προελθεῖν ἐπὶ τῇ παρθένῳ τὸ τῆς ἐλέγξεως ὕδωρ ἀναγέγραπται, οὔπω τοῦ βρέφους φανέντος, ἡνίκα καὶ ὁ καιρὸς τὴν ἀμφιβολίαν εὔλογον (66) παρεῖχε, καὶ ἡ

A inprimis ubi Conditor ipse nascitur. Sunt tamen et alia circa œconomiam salutarem miracula, quibus contradici possit. Tale est, quod resurgentes pro doctrina supernaturali habent, natum illum vere Deum et hominem esse; contra vero illi, qui humanam tantum infirmitatem respiciunt, et supra eam evehi prorsus nolunt, eumdem et Deum et hominem esse inficiantur.

Præter hæc vero et alia plura ineffabilis Servatoris adventus signa contradictioni obnoxia erant. Sanctus vero Symeon, dicta hæc Virgini exponens, ultimo loco ipsius Virginis dolorem et tristitiam adjungit, dicens : « Et tuam quoque ipsius animam gladius transibit, ut ex multorum cordibus cogitationes detegantur [84]. » Tuam ipsius, inquit, quæ B omnia mysterii hujus capita accurate perspecta habes, hoc est, tibi ipsi non parcet tristitiæ affectus. Quod enim sine semine conceperis, fetusque sine semine formatus sit, quodque sine dolore uterum gestaris; quæ porro Gabriel læta nuntiarit; quæ pastores retulerint, quæque alia mira et insignia contigerint, nemo te rectius noverit. Sed illa omnia erroris amantes et veritatis adversarii non solum non profitebuntur, sed et te ipsam ex conceptione et partu calumniabuntur : atque hæc calumnia, non minus quam gladius, animum tuum mordens et vulnerans transibit. Quando vero his te injuriis afficient, tunc quidem cogitationes ex multorum cordibus detegentur et aperientur. Quomodo C vero, et qua ratione? Calumniatores scilicet non desistent ab injuriis; illi vero, qui calumnia onerabuntur, ad constitutum olim per legem judicium et explorationem confugient. Quæ vero illa alia esse possit, quam quæ per aquam exploratricem instituitur? Vetus enim percrebuit traditio, Mariam semper virginem, calumnia illa oneratam, se ipsam explorationi per aquam subjecisse, quæ puram suam et immaculatam graviditatem clarissime demonstrarit et manifestam fecerit : quo facto calumniantes quidem pudore sint suffusi, illi vero, qui de virginitate ejus et partu immaculato antea dubitarint, argumentis exceptione majoribus, convicti sint, Virgine interim ab ægritudine sua et tristitia, ex calumnia illa et conviciis oborta, penitus liberata. D Ex historia enim accepimus, aquam illam exploratricem juxta Gabe, qui Palæstinæ mons est, manasse, quod explorandi genus in feminis, quæ vel castitatem illibatam servarint, vel furtivis amoribus corpus macularint, adhibitum fuisse, nec vetus lex ignorat. Fortasse tamen narrationi huic fides haberi non possit, quod aqua illa exploratoria virgini admota esse legitur, fetu nondum edito, quando et

NOTÆ.

(59) Colb. pro ἀναφερόντων.
(60) Idem pro ταύτην.
(61) Codex : φήσεται.
(62) Ante λέγουσιν excidisse οὐ suspicor.
(63) Colb. pro ἐμβρίσωσι.
(64) Colb. pro δυσφημίας.
(65) Numer. v, 17, seqq.
(66) Ita Colb. pro ἄλογον. Cæterum non satis hæc omnia capio.

tempus ipsum idoneam dubitandi causam exhibebat, et judicium non inepte instituebatur; fetu vero jam edito, et partu agnito, aqua exploratoria locum nor habebat. Nihilominus tamen in historia hæc traduntur.

Constat mihi alias, multos sanctorum Patrum statuere, gladium illum Mariæ semper virginis animum ipso salutaris perpessionis tempore verberasse, quando illa dolorem suum de Filio acerbissimum et vehementem insitamque sibi matri in filium commiserationem tum tristitia summa, tum violento viscerum motu testatam fecerit. Hoc enim matris dolore factum esse, ut cogitationes ex multorum cordibus detegerentur, et tum illi, qui ipsum Dominum nostrum carnem tantum specie tenus circumtulisse inepte fingebant, tum illi, quos non ex Virgine, sed ex cœlo, carnem illam repetere non pudebat, confunderentur. Quod si vero gladium illum Virginis animum etiam tunc confodisse dicamus, quando parentes Filium post se relictum, confecta jam longa via, non invenerunt, imo etiam reversi, tanquam thesaurum deperditum, quæsiverunt, nihil statuerimus quod rectæ rationi adversetur. Nam etiam tunc ex multorum cordibus cogitationes detegebantur; Virgine scilicet ad Filium dicente: « Ego et pater tuus cum dolore te quæsivimus[84]; » Verbo autem hypostatico et carne induto respondente: « Quid est, quod me quæsiveritis? nonne sciebatis me esse debere in iis quæ Patris mei sunt[85]? » hoc ipso vero illustrem illum populum indicante, qui et templum et domus Patris appellabatur. Dum enim Filius Patrem suum clarissime profitebatur, clare etiam cogitationes eorum detegebantur, qui eum dicebant non fabri filium, nec hominis alterius sobolem, sed illius esse, qui ante sæcula genuerit. Quod vero nonnulli dicunt, gladium illum animum ejus pervasisse, oborta dubitatione, an crucifixus ille fortasse non sit Deus, id nunquam ego dixerim, quamvis a nonnullis sit dictum.

« Et erat, inquit, Anna prophetissa, Phanuelis filia, ex tribu Aser, » etc. « Et illa vidua erat annorum circiter quatuor et octoginta[86]. » Anna prophetissa, Phanuelis filia, his differentiæ capitibus distinguitur a matre Virginis; eadem vero egregio virtutum omnium studio præ cæteris eminebat. Ex eo enim, quod a templo non recedebat, jejuniis vero et precibus noctu et interdiu vacabat, apparet, eamdem reliquarum etiam virtutum corona ornatam fuisse. His vero illa virtutibus quod ad animum mundata, et sanctissimi Spiritus officina facta, ejusdemque alloquiis ditata, eadem hora astans confitebatur, et loquebatur de eo ad illos omnes, qui liberationem Hierosolymis exspectabant. « Eadem, inquit, hora astans. » Qua vero illa? Illa om-

A χρίσις οὐκ εἰ· τὸ παράλογον ὑπεσύρετο, τοῦ δὲ τόκου προελθόντος, καὶ τοῦ βρέφους ἐγνωσμένου, τοῦ καιρὸν εἶχεν τὸ ὕδωρ τῆς ἐλέγξεως; ἀλλὰ τοῦτο μὲν κατὰ τὴν ἱστορίαν ὅμως εἴρηται.

Οἶδα δὲ, πολλοὺς τῶν ἱερῶν ἡμῶν Πατέρων ῥομφαίαν ἐξειληφότας διελθεῖν τὴν ψυχὴν τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους αὐτὴν τὴν κατασχοῦσαν πικρὰν καὶ ὀδυνηρὰν ἐπὶ τῷ τέκνῳ ἀλγηδόνα, καὶ τῷ ἀνυπερβλήτῳ τῆς λύπης, καὶ τῷ ἐξῃρημένῳ σπαραγμῷ τῶν σπλάγχνων τὴν ἔμφυτον πρὸς τὸν Υἱὸν μητρικὴν συμπάθειαν ἐπιδεῖξαι. Καὶ διὰ τῆς μητρικῆς ταύτης συμπαθείας, ἐκ πολλῶν καρδιῶν λογισμοὺς ἀποκαλυφθῆναι, καὶ διελεγχθῆναι τούς τε κατὰ φαντασίαν τὴν σάρκα φο-B ρέσαι, καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τερατολογοῦντας, καὶ τοὺς οὐκ ἐκ τῆς Παρθένου, ἐξ οὐρανοῦ δὲ ταύτην καταγαγεῖν ἀπαναισχυντοῦντας. Εἰ δὲ καὶ τηνικαῦτα διελήλυθεν τῆς Παρθένου τὴν ψυχὴν ῥομφαία, ἡνίκα λελοιπότες τὸν παῖδα, μετὰ τὸ πολλὴν ὁδὸν διανύσαι, μὴ εὗρον τοῦτον, ἀλλὰ καὶ ὑποστρέψαντες ἐπεζήτουν, ὡς ἤδη τὸν θησαυρὸν ἀπολωλεκότες, οὐδὲν ἂν εἴη παρὰ τὸν ὀρθὸν διανενοημένον λόγον. Καὶ γὰρ καὶ τηνικαῦτα ἐκ πολλῶν καρδιῶν ἀπεκαλύφθησαν διαλογισμοὶ, τῆς μὲν Παρθένου πρὸς τὸν Παῖδά λεγούσης· « Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. » Τοῦ δὲ ἐνυποστάτου Λόγου καὶ σάρκα φορέσαντος ἀνταποκρινομένου, « Τί, ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς C τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με; » καὶ δηλοῦντος τὸν περιώνυμον λαὸν, ὃς τοῦ Πατρὸς νεώς τε καὶ οἶκος ἐπωνομάζετο. Καὶ γὰρ τὸν ἴδιον Πατέρα σαφῶς ἀνακηρύξαντος τοῦ Υἱοῦ σαφῶς ἀπεκαλύφθησαν οἱ διαλογισμοὶ τῶν λεγόντων αὐτὸν οὐκ (67) εἶναι τοῦ τέκτονος υἱὸν, οὐδ' ἄλλης τινὸς ἐπιγείου σπορᾶς, ἀλλὰ τοῦ πρὸ αἰῶνος γεγεννηκότος αὐτόν. Τὸν μέντοι λόγον, τὸν λέγοντα, ῥομφαίαν αὐτῆς τὴν ψυχὴν ἐξ ἀμφιβολίας διελθεῖν, ὡς μήποτ' οὐκ εἴη Θεὸς ὁ σταυρούμενος, εἰ καί τισιν ἐῤῥήθη, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐμοὶ ῥηθείη.

« Καὶ ἦν, φησιν, Ἄννα προφῆτις θυγάτηρ, Φανουὴλ, ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ, ἕως οὗ, « Καὶ αὕτη χεῖρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων. » Ἄννα προφῆτις, θυγάτηρ Φανουὴλ, ταύταις διαστέλλεται ταῖς διαφοραῖς αὕτη D πρὸς τὴν τῆς Παρθένου μητέρα· διέλαμπε δὲ ταῖς ἀρεταῖς ἁπάσαις. Ἐκ γὰρ τοῦ μὴ ἀφίστασθαι τοῦ ἱεροῦ, καὶ νηστείαις, καὶ δεήσεσιν λατρεύειν νύκτα καὶ ἡμέραν, δῆλον, ὡς καὶ ὁ λοιπὸς αὐτῇ τῶν ἄλλων ἀρετῶν συμπαρῆν χορός. Ὑφ' ὧν κεκαθαρμένη τὸν νοῦν, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος γεγενημένη δοχεῖον, καὶ τὰς παρ' αὐτοῦ δεχομένη ἐμφάσεις, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα ἀνθωμολογεῖτο (68) καὶ ἐλάλει τὰ περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ. « Αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα, » φησίν. Αὐτῇ, ποίᾳ; Ἡ καθ' ἣν τὸ Παιδίον ἡ Μήτηρ καὶ ὁ Ἰωσὴφ

[84] Luc. II, 35. [85] ibid. 48 seq. [86] Matth. XIII, 55.

NOTÆ.

(67) οὐκ addidi, quod sensus omnino postulat.

(68) Colb. pro ἀνθολογεῖτο.

προσέφερον τῷ ἱερῷ. Καὶ ὅρα τὴν παραπλησίαν τῷ A Συμεῶνι ταῖς ἀρεταῖς, ὅπως καὶ τὰς προφητείας παραπλησίους κιχρᾷ. Ἅμα μὲν γὰρ παρῆσαν τῷ ναῷ, ἅμα δὲ τῆς προφητικῆς ἠξιοῦντο χάριτος. Ἀλλ' ὁ μὲν Συμεὼν προελάμβανεν χρησμολογῶν· ἡ δὲ τὴν δευτέραν ἔχουσα τάξιν ὅμως οὐκ ἐδευτέρευσε τοῖς χρησμοῖς· ἀλλ' ἐκάλει μὲν τὸ βρέφος Κύριον, ᾧ καὶ ἀνθωμολόγει· ἐλάλει δὲ περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, λύτρωσιν τοῦ γένους καὶ σωτηρίαν ἀνακηρύττουσα. Τάχα δ' ἂν διὰ τοῦτο προλαβεῖν (68*) ἱερολογήσειέ τις τὸν Συμεῶνα, διότι ὁ μὲν τύπον ἔφερεν τοῦ νόμου. Καὶ γὰρ καὶ ἡ κλῆσις *τὸ ὑπήκοον* (69) δηλοῖ· ἡ δὲ *τῆς χάριτος* ἡ Ἄννα (69*)· τοῦτο γὰρ ἡ κλῆσις ἀναπτυσσομένη δηλοῖ. Ὧν ἀμφοῖν ὁ Χριστὸς ἔκειτο μέσος· τὸν μὲν ἀπολύων συντελευτῶντα (70) τῷ νόμῳ, τὴν δὲ τέως B κατέχει τῇ χάριτι συζῶσαν. Ἡ μέντοιγε Παρθένος καὶ Ἰωσὴφ κοινὴν τὴν εἰς Θεὸν ἀποδεδωκότες ὑμνολογίαν ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν Ναζαρὲτ, καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰ κατὰ τοὺς μάγους καὶ τὸν ἀστέρα διεπέπρακτο· καὶ δὴ καὶ ἡ εἰς Αἴγυπτον γέγονε φυγὴ, καὶ ἡ ἀπὸ ταύτης ἐπάνοδος.

nino, qua mater et Josephus infantem in templo sistebant. Adverte hic, quam similia, quæ virtutibus Simeoni similis erat, vaticinia edat. Simul enim aderant in templo, simul vero dono vaticinandi digni habebantur. Simeon quidem vaticinandi faciebat initium; hæc vero, quamvis secundum occupans locum, vaticiniis tamen suis non erat inferior. Nam infantem illum Dominum vocabat, eique vicissim confitebatur: loquebatur etiam de eo ad omnes, qui liberationem in Israele exspectabant, liberationem gentis et salutem promulgans. Fortasse aliquis Simeonem ideo primas hic partes habuisse dixerit, quod typus Legis fuerit. Nam et nomen ipsum *obedientem* infert, quemadmodum Annæ illud *gratiam* significat: id enim nomen, ad origines suas revocatum, denotat. Inter utrumque Christus positus erat medius, illum quidem, tanquam cum lege moriturum, dimittens, hanc vero una cum gratia servans superstitem. Cæterum Virgo et Joseph, postquam Deum communi hymno celebraverant, in Galilæam revertebantur, urbemque suam Nazareth, ubi deinde post quadraginta dies illa, quæ ad magos et stellam pertinent, agebantur; sicut et fuga in Ægyptum, et ex ea reditus eveniebat.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΝΗ'.

Διὰ τί τὴν Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια, ἐκλέγεται ὁ Χριστός; C

QUÆSTIO CLVIII [*Coisl.* CLXXXVIII, *Taur.* CLXXVIII].

Quare Mariam Magdalenam, ex qua septem dæmonia ejecerat Christus elegit[87]?

Editarum a Wolfio vigesima prima. (l. c. p. 785-786. Galland. p. 741-742 n. 37).

Τὸν ἕβδομον ἀριθμὸν καὶ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς καὶ ἐπὶ τῆς κακίας εὑρίσκομεν τὴν Γραφὴν παραλαμβάνουσαν. Εἰκότως ἂν τὴν Μαρίαν ἐκλέγεται τὴν Μαγδαληνὴν ὁ Σωτὴρ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια, ἵνα τὸν ἄρχοντα τῆς κακίας δι' αὐτῆς ἀπελάσῃ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Ὅτι, φησὶν (70*), αἱ ἱστορίαι τὴν Μαγδαληνὴν ταύτην διὰ βίου παρθένον διδάσκουσιν. Καὶ μαρτύριον δὲ αὐτῆς φέρεται, ἐν ᾧ λέγεται διὰ τὴν ἄκραν αὐτῆς παρθενίαν καὶ καθαρότητα, ὡς ὕαλον αὐτὴν καθαρὸν τοῖς βασανισταῖς φαίνεσθαι. Ὅτι, φησὶν, μετὰ τὴν κοίμησιν τῆς Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου πορευθεῖσα εἰς Ἔφεσον πρὸς τὸν ἠγαπημένον μαθητὴν, ἐκεῖσε τὸν δρόμον τὸν ἀποστολικὸν διὰ τοῦ μαρτυρίου ἡ μυροφόρος Μαρία ἐτελείωσεν, μὴ θελήσασα μέχρι τῆς τελευτῆς χωρισθῆναι (71) τοῦ D

Numerum septenarium a Scriptura sacra in virtutis æque ac pravitatis negotiis adhiberi invenimus. Verisimile igitur fit, Servatorem nostrum Magdalenam, e qua septem dæmonia ejecerat, ideo elegisse, ut omnis malitiæ auctorem per eam ab hominum natura depelleret. Ait enim historiam tradere Magdalenam illam, quoad vixerit, virginem mansisse. In hujus rei argumentum affertur, quod per summam suam virginitatem et puritatem instar crystalli purissimi apparuerit exploratoribus. Ait quoque, Mariam, quæ unguentum attulerat[88], post obitum Dominæ nostræ Deiparæ, Ephesum ad discipulum amatissimum profectam, ibidem cursum suum apostolicum martyrio absolvisse, quæ a Joanne, virgine et evangelista, usque ad

[87] Luc. VIII, 2. [88] Matth. XXVI, 7; Joan. XI, 2.

NOTÆ.

(68*) Hoc malo ex Colb. pro προσλαβεῖν.

(69) Ex Hebr. שמע, quod *audire* et *obedire* significat. Hinc Πέτρος, respectu habito ad nomen ejus alterum, Simon, explicatur per ὑπακούων in Lexico Origeniano apud Montefalconium p. 231. Confer Drusium de Vocibus Hebr. N. T.

(69*) Ex Hebr. חן, *gratia*.

(70) Colb. pro ἐντελευτῶντα.

(70*) Nescio, quem hic innuat Photius, cuique hanc observationem debeat.

(71) Παρθένος Græcis vir quoque dicitur, qui feminam non agnovit. Vide Æmilium Portum ad Suidam, tom. I, p. 5. edit. Kusteriana.

vitæ finem divelli noluerit. Sicut porro, inquit, Petrus, apostolorum primus, nomen suum ex fide immota, quam in Christum petram probabat, accepit; ita illa quoque, tanquam discipularum prima, propter puritatem suam et desiderium, quo in illum ferebatur, a Servatore eodem, quo Mater, nomine est insignita. Quemadmodum itaque discipulorum chorus Dominum sequebatur, ita mulierum, Domini disciplinam recipientium, corona nostri Domini Matrem consectabatur. Mirabantur enim, inquit, aliquando discipuli, quod cum muliere loquebatur [89]. Ex quo manifestum est Dominum id quidem usu receptum non habuisse. Cum itaque Mater Domini Evangelii cursum una cum Filio et rerum Conditore proveheret, mulieres, quæ eam comitabantur, communi Domino ejusque discipulis ex facultatibus suis ministrabant.

A παρθένου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου (71*). Ὥσπερ, φησὶν, ἡ ἀπαρχὴ τῶν ἀποστόλων Πέτρος ὠνομάσθη διὰ τὴν ἀσάλευτον πίστιν, ἣν εἶχεν ἐπὶ Χριστὸν τὴν πέτραν· οὕτω καὶ αὐτὴ, ἀρχηγὸς τῶν μαθητριῶν γενομένη, διὰ τὴν καθαρότητα αὐτῆς καὶ τὸν πόθον, ὃν εἶχεν εἰς αὐτὸν, Μαρία ὁμωνύμως τῇ Μητρὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος προσηγόρευται· ὥσπερ τῷ Δεσπότῃ τῶν μαθητῶν ἠκολούθει ὁ χορὸς, οὕτω τῇ Δεσποίνῃ καὶ Μητρὶ τοῦ Κυρίου τῶν μαθητευομένων γυναικῶν ὁ χορός. Ἐθαύμαζον γὰρ, φησὶν, ποτὲ οἱ μαθηταὶ, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει. Δῆλον, ὡς οὐκ οὔσης τοιαύτης συνηθείας τῷ Κυρίῳ, ἀλλὰ τὸν εὐαγγελικὸν δρόμον τῆς Μητρὸς τοῦ Δεσπότου συνεξανυούσης τῷ Υἱῷ καὶ Δημιουργῷ, καὶ αὐταὶ συνακολουθοῦσαι αὐτῇ τῷ κοινῷ Δεσπότῃ ἐκ τῶν ὑπαρχόν- B των αὐταῖς ἀναγκαίοις, καὶ τοῖς μαθηταῖς διηκόνουν.

QUÆSTIO CLIX [*Coisl.* CLXXXIX, *Taur.* CLXXIX].

Quid significat illud : « Ex me ipso non loquor [90] *? »*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΝΘ'.

Τί ἐστι τό· « Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ; »

Editarum a Wolfio vigesima secunda (l. c., p. 786-789. Galland. l. c, p. 742-743 n. 38).

Pseudomessiæ ex se ipsis loquebantur, non vero ex lege, nec ex prophetis, sed ex sua sententia et arbitrio. Contra Servator a lege non recedebat, non omittebat prophetas, sed dicebat, nunc quidem : « Recte dixit Isaias [91] ; » nunc vero : « Nonne in lege vestra scriptum est [92], » et plurima ejusmodi alia. Quoniam igitur, qui ante Christum veniebant, ejusque nomen male sibi tribuebant, non ex sacris Litteris, sed ex sua amentia errores serebant; ideo Servator noster ait : « Ego ex me ipso non loquor, sicut illi. » Ex se ipso enim loqui idem est, atque præter Scripturam sacram loqui. Quod vero pseudomessiarum et pseudoprophetarum sit, « ex se ipsis loqui, » id Deus ipse per prophetam Ezechielem testatus est, dicens : « Non misi eos ; ex se ipsis sunt locuti; ex corde suo loquuntur. » Quoniam itaque pseudoprophetæ ex se ipsis loquebantur, hanc amentiam a se amolitur. Improba enim Judæorum gens erronem illum esse, et mundum pervertere calumniabatur. Propterea aiebat : « Ego ex me ipso non loquor, » sed ex lege, ex prophetis : quæ ex Patre in lege, et in prophetis audivi. Habito vero ad humanam suam naturam respectu, et ad amoliendam malignam illam de se suspicionem, ita loquitur. « Vos vero, » addit, « ea, (loquimini) quæ ex patre vestro diabolo, audivistis. » Sicut enim, quæ patris sunt, hæreditatis loco filiis obtingunt, ita et quæ illius

Οἱ ψευδόχριστοι ἀφ' ἑαυτῶν ἐλάλουν, οὐκ ἐκ νόμου, οὐκ ἐκ προφητῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἰδίας γνώμης καὶ ὁρμῆς· ὁ δὲ Σωτὴρ οὐκ ἀπέστη νόμου, οὐκ ἐγκαταλέλοιπεν προφήτας, ἀλλ' ἔλεγε νῦν μὲν, « Καλῶς εἶπεν Ἡσαΐας· » νῦν δὲ, « Οὐ γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, » καὶ μυρία τοιαῦτα. Ἐπεὶ οὖν οἱ ἐλθόντες πρὸ Χριστοῦ, καὶ τὸ ἐκείνου περιθέντες ἑαυτοῖς κακούρ- C γως ὄνομα, οὐκ ἀπὸ τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰδίας ἀπονοίας τὰ τῆς πλάνης προυβάλλοντο, λέγει ὁ Σωτήρ· « Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ὥσπερ ἐκεῖνοι. » Τὸ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖν, τὸ ἔξω τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἐστι λαλεῖν. Ὅτι δὲ τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖν ψευδοχρίστων ἐστὶ καὶ ψευδοπροφητῶν, λέγει διὰ τοῦ προφήτου τοῦ Ἐζεχιὴλ (72) ὁ Θεός· « Οὐκ ἀπέστειλα αὐτοὺς, ἀφ' ἑαυτῶν ἐλάλησαν· ἐκ τῆς καρδίας αὐτῶν φθέγγονται. » Ἐπεὶ οὖν οἱ ψευδοπροφῆται ἀφ' ἑαυτῶν ἐκήρυττον, ταύτην ἀποδυόμενος τὴν ἀπόνοιαν (καὶ γὰρ ἐδυσφήμει (72*) τὸ ἀχάριστον τῶν Ἰουδαίων ἔθνος πλάνον αὐτὸν (73) καὶ πλανῶν τὸν κόσμον) διὰ τοῦτο ἔλεγεν· « Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, » ἀλλ' ἀπὸ νόμου, ἀπὸ τῶν προφητῶν, ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐν νόμῳ, ἐν προφήταις· ἐκ προσώπου δὲ D τῆς σαρκὸς ταῦτα λέγει, καὶ εἰς διάλυσιν τῆς δυσσεβούσης ὑπονοίας· « Ὑμεῖς δὲ, ὅσα ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου. » Τὰ γὰρ τοῦ πατρὸς κλῆρος γίνεται τοῖς παισὶ, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐκείνου γίνεται τῶν κληρονόμων· ὡς ἴσον ἐνταῦθα καθορᾶσθαι, καὶ εἰς ταυτὸν συνιέναι τὸ ἐξ ἑαυτῶν λαλεῖν,

[89] Joan. IV, 27. [90] Joan. XIV, 10. [91] Matth. XV, 7. [92] Joan. X, 34.

NOTÆ.

(71*) Ἰωάννου habeo ex Colbert.
(72) Alludere videtur ad Ezech. XIII, 6.
(72*) Verbum ἐδυσφήμει debeo Colbertino, quod in altero deerat.
(73) Sic scribo pro πλάνον αὐτῷ, quando Colbert. idem male : πλάνων αὐτόν.

A κεφαλῆς ἔχειν τὴν ἐξουσίαν (10) ἔδει, καὶ εἰδέναι, ὅτι κεφαλὴ τῶν ἄλλων προβαλλόμενος καὶ αὐτὸς ὑπὸ κεφαλὴν ἐστι τὸν κοινὸν ἁπάντων Δεσπότην καὶ ἐξουσιαστήν. Ἀπολελυμένη γὰρ αὐθεντεία καὶ αὐτόνομος ἀφόρητός (11) ἐστιν καὶ χαλεπή. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ χάριτι οἱ ἀρχιερατεύειν τελούμενοι, τὸ Εὐαγγέλιον ἐπὶ κεφαλῆς δέχονται, ἵνα μάθῃ ὁ χειροτονούμενος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν τοῦ Εὐαγγελίου τιάραν λαμβάνει καὶ ὅτι, εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἱερουργεῖται κεφαλὴ (12), ἀλλ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τούτους (13) τελεῖται τοὺς νόμους, καὶ τῶν ἄλλων κρατῶν κρατεῖται τῷ νόμῳ. Ἀλλ' ἡ μὲν τιάρα τὴν ἐξουσίαν ἐτύπου, ἥν τε αὐτὸς εἶχεν τοῦ λαοῦ, καὶ ὑφ' ἣν αὐτὸς ἀνεφέρετο τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ πέταλον τὸ χρυσοῦν, ἐν ᾧ τὸ ὄνομα ἐκεκόλαπτο τοῦ Θεοῦ, ἐπέκειτο μὲν τῷ στήθει, φυ- B λακῆς δ' ἐπεῖχε τύπον τῶν ἐν καρδίᾳ κινημάτων· καὶ ὡς δεῖ ταῦτα καταῤῥυθμίζειν (14) τῇ πρὸς τὸ θεῖον νεύσει καὶ ἀναφορᾷ· ἐπὶ δὲ τῶν ὤμων σμαράγδου λίθοι δύο, ἔχοντες τὰς ἓξ φυλὰς ἐντεῦθεν, καὶ τὰς ἓξ ἐντεῦθεν. Οὗτοι δὲ σύμβολον ἦσαν τῆς ὄψεως τῆς ἀρχιερατικῆς· ἔχει γὰρ ἡ τοῦ σμαράγδου ψῆφος καὶ χλωρότητα εὐπρεπῆ, καὶ καθαρότητα διαυγῆ, κατόπτρου δύναμιν ὑποφαίνουσα. Καὶ γὰρ δεῖ τὸν ἱερέα καὶ ἀσκήσει νήφειν, καὶ τὸν βίον τοῖς ὑπ' αὐτὸν ὥσπερ κάτοπτρον παρέχειν· ἐπὶ τὸν ὦμον δὲ ἡ σμάραγδος, ἐπειδὴ πράξεώς ἐστιν σημεῖον· ἡ γὰρ πρακτικὴ δύναμις τῶν ὤμων ἤρτηται· διὸ καὶ ὁ Θεὸς πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει (15)· « Θὲς τὴν καρδίαν σου ἐπὶ τῶν ὤμων σου, θύγατερ ἡ τιμωμένη, ὅτι Κύριος κτίζει σε εἰς σωτηρίαν· » καὶ C γὰρ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς ὤμους εἰς πράξεις ἡ Γραφὴ λαμβάνει, ὡς ὅταν λέγει περὶ τοῦ Δαβίδ· « Καὶ ἐν ταῖς συνέσεσι τῶν χειρῶν αὐτῶν ὡδήγησεν αὐτούς. » Ἐνῆσαν δὲ τῷ λογίῳ, τῷ ἐπὶ τοῦ στήθους καὶ οἱ δώδεκα λίθοι ἐνηρμοσμένοι, τὰς δώδεκα φυλὰς ὑποδηλοῦντες. Καὶ ὅρα· ἄνω μὲν, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων μία ἦν φύσις τῶν λίθων ὁ σμάραγδος, κάτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους οἱ δώδεκα· αἰνιττομένου τοῦ λόγου, ὅτι ἄνωθεν μὲν ἅπαντες ἐκ μιᾶς προήλθομεν φύσεως· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου διαφόροις γνώμαις ἐμερίσθημεν (16)· καὶ τὸ μὲν δίδωσι τῇ γνώμῃ, τὸ δὲ τῇ φύσει· ὑπὸ δὲ κράσπεδον τοῦ ἱερέως, τὸ λεγόμενον λῶμα, ἄνθη ῥόας, καὶ ῥοΐσκοι χρυσοῖ, καὶ κώδωνες ἀπηώρηντο· καὶ D πῶς ἂν εἴη Θεῷ ταῦτα κατὰ πρῶτον λόγον ἀρέσκοντα; ἀλλ' ἐν τῷ σχήματι τοῦ ἱερέως ἐφῆκεν ἐξεικονίζεσθαι τὰς ἀρετάς· κάτω ἄνθη καὶ καρποὶ τὰ τῶν ἀρετῶν κατορθώματα, ἅτινά ἐστιν ἐλεημοσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ φιλανθρωπία, καὶ τῶν ἄλλων ὁ σύστοιχος χορός.

[26] Jerem. XXXI, 22. [27] Psal. LXXVII, 78.

NOTÆ.

(10) Phrasi utitur Paulina I Cor. XI, 10.
(11) Sic scribo pro ἀφόριστος.
(12) Malim κεφαλή.
(13) Colb. pro ὑπὸ αὐτούς.
(14) Sic scribo pro καθαριθμήζειν, nisi scribi malis καταῤῥυθμῆσαι.
(15) Ubi tamen hodie apud τοὺς LXX legitur δὸς pro θές.
(16) Ita scripsi pro ἐμερίσθησαν, pendet enim ab antecedente προήλθομεν.

Ὅτι (17), φησὶν, μὴ μετάβαλλε ῥήματα Θεοῦ A ζῶντος· εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐβαπτίσθης, τί ἀναιρεῖς (18) τὰ ὀνόματα τὰ ζῶντα καὶ εἰσάγεις ὀνόματα λογισμῶν, γέννημα λέγων, καὶ ἀγέννητον, καὶ γεννητὸν, ὂν ἀεὶ, καὶ μὴ ὂν ἀεί, Τούτων ἀνέχεται Θεὸς τῶν ματαίων ῥημάτων; ἓν ῥῆμα ἵνα μεταβάλῃ, προφήτας ποτὲ ἐκινδύνευσεν ἀπολέσαι. Καὶ βλέπε ῥήματος μικροῦ ἀκριβολογίαν· Τὰ ῥήματα τῶν προφητῶν τινες ἐκάλουν ὑπὸ ἀπειρίας (19) λῆμμα Κυρίου· λέγει ὁ Θεὸς διὰ Ἱερεμίου (20)· « Ἐὰν ἐρωτήσῃ σε ὁ λαὸς, ἢ ὁ ἱερεὺς, ἢ ὁ προφήτης, καὶ εἴποι σοι, Τί τὸ λῆμμα; εἰπὲ αὐτοῖς, ὅτι Τὸ λῆμμα Κυρίου ὑμεῖς ἐστε. Λή- B ψομαι γὰρ ὑμᾶς λῆμμα, καὶ ῥάξω ὑμᾶς, ἵνα μὴ λέγητε λῆμμα. » Ἓν ῥῆμα ἵνα μὴ μεταποιηθῇ, ἀπειλεῖ ὁ Θεός· καὶ σὺ ὁλόκληρον δογμάτων ἀκρίβειαν διαστρέφων νομίζεις διαφυγεῖν τὰς τοῦ Θεοῦ χεῖρας;

Ne immutes, inquit, verba Dei viventis. In Patrem, Filium, et Spiritum sanctum baptizatus es. Quare nomina viva tollis, et nomina cogitationum tuarum invehis, progeniem, et ingenitum et genitum, semper exsistens, et non semper exsistens appellando? Num vana ejusmodi verba tolerabit Deus? Periculum olim erat, ne unum verbum ad pervertendos prophetas periret. Vide vero, quantopere voculæ parvæ ratio habeatur. Prophetarum verba nonnulli ex imprudentia λῆμμα Domini vocabant: « Si te interrogaverit populus, aut sacerdos, aut propheta, et dixerit, Quid sibi vult λῆμμα? dic illis, Vos estis λῆμμα Domini: vos enim instar λήμματος arripiam, et confringam vos, ne dicatis amplius λῆμμα [28]. » Ibi Deus minas fecit, ne una vox mutetur: tu vero, qui universam rectamque doctrinarum seriem pervertis, manus Dei effugere te posse opinaris?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞϚʹ.

Πῶς πρεσβευτὴς ἦλθεν ὁ Χριστὸς παρὰ τοῦ Πατρός;

QUÆSTIO CLXVI [*Coisl.* CXCV, *Taur.* CLXXXV].

Quomodo Christus legatus a Patre venerit?

Edita a Maio (l. c. p. 104.) — De Christo tanquam Patris legato.

Ὅτι ἦλθε, φησὶ, παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς πρὸς C τοὺς ἀνθρώπους πρεσβευτὴς, ἐσφάγη ὁ πρεσβευτὴς, καὶ τότε γέγονεν ἡ εἰρήνη. Ἀλλ' οἱ πρέσβεις ἐρχόμενοι καὶ δῶρα φέρουσι καὶ δῶρα λαμβάνουσι. Ποῖον οὖν ἦκε φέρων δῶρον, καὶ ποῖον ἀντέλαβε; Παράδοξον τὸ δῶρον, ὡς καὶ ὁ πρεσβευτὴς παράδοξος τὸ αἷμα αὐτοῦ φέρων ἦλθε δῶρον· τὸ σῶμα αὐτοῦ ἦλθε φέρων δῶρον· καὶ τί παρ' ἐμοῦ ἔλαβε δῶρον; Πίστιν· καὶ τί ἀντὶ αὐτῆς μοι παρέσχε; Χάριν. Ἐπίστευσα ἐγώ· ἐχαρίσατο ἐκεῖνος· ἐλύθη ἡ ἔχθρα· ὁ πρεσβευτὴς ὅταν ἔλθῃ πρὸς ἔθνος, οὐκ ἀξιοῖ τινι τῶν ἀγοραίων ἢ πενήτων διαλεχθῆναι, ἀλλ' εὐθὺς τῷ βασιλεῖ πρόσεισιν. Οὗτος δὲ ὁ πρεσβευτὴς ἦλθε, καὶ εὐθὺς πόρνῃ, καὶ λῃστῇ, καὶ τελώνῃ, καὶ μάγοις διηλέχθη. Εἶδες πρεσβευτοῦ φιλανθρωπίαν; οὐ γὰρ πρὸς ἕνα καὶ δεύτερον ἦλθεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν κοινὴν φύσιν. Καὶ ἦλθε τὸ ἐμὸν D περιβεβλημένος ἱμάτιον, ἵνα μὴ γυμνῇ τῇ θεότητι παραγενόμενος φοβήσῃ τὴν θήραν.

Quod venerit Christus a Patre legatus ad homines, ostendit hoc: interfectus est legatus, et tunc facta est pax. Sed legati venientes dona ferunt et simul dona accipiunt. Quale ergo donum ferens venit, et quale recepit? Mirificum donum, siquidem mirabilis iste nuntius suum sanguinem in donum ferens venit. Corpus suum ferens donum venit. Quodnam autem a nobis donum accepit? Fidem; et quid pro illa mihi donavit? Gratiam. Ego credidi, ille gratificabat, soluta est inimicitia. Legatus cum venit ad gentem, non dignatur cum aliquo plebeio vel paupere conversari, sed cito regi sese offert. Legatus autem ille veniens statim cum meretrice et latrone et usurario et magis conversatur. Videsne legati philanthropiam? Non enim ad unum vel alterum venit, sed ad omnes homines, et veniens nostro induitur vestitu, ne, si venisset, divinitate non velata, illius occursum timeamus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΖʹ.

Εἰς τὸ ῥητόν (21)· « Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. »

QUÆSTIO CLXVII [*Coisl.* CXCVI, *Taur.* CLXXXVI].

In oraculum illud: « Si quis est in Christo, nova est creatura; vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia [29]. »

Editarum a Wolfio vigesima octava (l. c., p. 810-812. Galland. XIII, 750, 751, n. 44.)

Ὅτι φασὶν οἱ Ἑλληνισταὶ, καὶ τὸ Ἰουδαΐζον· Τί κομπάζει Παῦλος λέγων· « Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, ἰδοὺ

Gentiles et Judaizantes dicunt: Quid gloriatur Paulus dicens: « Vetera transierunt: ecce omnia

[28] Jerem. xxiii, 33. [29] II Cor. v, 17.

NOTÆ.

(17) Quæ sequuntur, ea quomodo huc quadrent, non admodum video.

(18) Colb. pro ἂν ἐρεῖς.

(19) Sic scribo pro ἀπηρίας. Nisi malis ἐπηρείας.

(20) In Codice, male: Ἡσαΐου.

(21) εἰς τὸ ῥητόν, accepi ex Colb.

facta sunt nova : si quis in Christo est, nova est creatura. » Ego enim, inquit, nihil novi video. Nonne vero habes oculos, ut ea perspicere possis? Adesdum, et faciam tibi oculos, ut videas. Tune vero oculos das? Imo vero. Tune Conditor es? Utique. Nonne mente captus es? Neutiquam. Oculosne itaque corporis facis? Non sane, sed, quod plus valet, mentis. Itaque et mihi oculos paras? Vel maxime. Nonne vero eos habeo? Minime. Sed tu habes? Utique. Dic, quæso, quomodo? Quod si tu templum ingressus nudum ibi simulacrum, et mutum lapidem videas, dicasque, Hic est Deus, num oculos tunc habes? Neque enim externi oculi quidquam prosunt, quando internis captus es. Vides itaque necesse esse, ut oculos tibi parem, quo lapidem videas esse lapidem, et lignum esse lignum. Oculos habes, ut videns lignum illud adores? Ego vero illud comburam. Num igitur oculos habes, qui illud, quod comburitur, Deum appelles? Homo aliquis ebrius est, et circumfertur, et deridetur, et ex homine ratione destitutus evadit. Tu vero ais : Ebriositas deus est, Bacchus; furtum deus est, Mercurius. Videsne, oculis tibi opus esse? Lex prava punit; tu vero, ea patrans, nihil sentis. Jam, quæso te, attende quomodo omnia facta sint nova. Creatura in Scriptura vocatur non solum, quando aliquid ex nihilo esse incipit, sed et quando aliquid, quod est, in melius mutatur. Deus cœlum condidit, hoc est, fecit aliquid ex nihilo : idem vero etiam creat, quando hominem impium bonum efficit. Atque hic creare idem est, quod aliquid in melius mutare. Audi porro Davidem loquentem. Quoniam enim ille et cor ejus creatum erat, adulterio vero et cæde inquinabatur, et ad cædem ferebatur, Deum precatur, et ait : « Cor novum crea in me, Deus [30]; » non quidem, quod ante non habebat cor, sicut nec de cordis essentia, sed de optima, quæ illud ornat, conditione loquitur. Vides itaque quod creatura vocetur non solum, si ex nihilo aliquid existere incipit, sed etiam, si quid quoad essentiam corruptum in melius mutetur. Ita meretrix conditur, si fiat casta; ita rapax, si evadat misericors. Ita in ovem mutatur lupus, et in columbam accipiter. Duo itaque sunt creationis genera. Propterea etiam lavacrum dicitur creatio, lavacrum, inquam, regenerationis. « Exuentes enim, inquit, hominem veterem, induentes autem novum, qui regeneratus est ad imaginem ejus, qui eum condidit. » Vides itaque, quod nova aliqua sit creatura. Quid enim mihi prodest, si cœlum fiat novum, et terra nova, ergo vero peccatis inveteravi? Cœlum domus est, ego vero in eo diversor et ægroto. Quando medi-

A γέγονε τὰ πάντα καινά· εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις; » ἐγὼ γάρ, φησι, καινὸν οὐδὲν βλέπω. Οὐ γὰρ ἔχεις ὀφθαλμοὺς, ἵνα ἴδῃς ταῦτα; Δεῦρο, καὶ ποιήσω σοι ὀφθαλμοὺς, καὶ ὁράσεις (22)· Καὶ σὺ ποιεῖς ὀφθαλμούς; Ναί. Καὶ δημιουργὸς εἶ; Καὶ πάνυ. Σὺ ἀπονενόησαι; Οὐχί. Οὐκοῦν ποιεῖς (23) ὀφθαλμοὺς τοῦ σώματος; Οὔ· ἀλλὰ τὸ μεῖζον, τῆς διανοίας. Καὶ ποιεῖς μοι ὀφθαλμούς; Μάλιστα. Οὐ γὰρ ἔχω; Οὐχί. Σὺ δὲ ἔχεις; Ναί. Πῶς; εἰπέ μοι. Ὅταν ἀπέλθῃς εἰς ναὸν, καὶ ἴδῃς ἐκεῖ ξόανον γυμνὸν, λίθον ἄφωνον, καὶ εἴπῃς· Οὗτος ὁ Θεός ἐστιν· ἄρα ὀφθαλμοὺς ἔχεις; μὴ γὰρ ὄφελός τι των ἔξωθεν ὀφθαλμῶν τῶν ἔνδον πεπηρωμένων; Ὁρᾷς ὅτι χρείαν ἔχεις ἵνα ποιήσω σοι ὀφθαλμοὺς, ὥστε τὸν λίθον σε ἰδεῖν λίθον, καὶ τὸ ξύλον, ξύλον· ὀφθαλμοὺς ἔχεις, ὅταν

B ἴδῃς ξύλον, καὶ προσκυνήσῃς· καὶ λαβὼν ἐγὼ, αὐτὸ καύσω. Ἄρα ἔχεις ὀφθαλμοὺς τὸ καιόμενον Θεὸν ὀνομάζων; ὅταν τὰ πάθη θεοποιεῖς, ὀφθαλμοὺς ἔχεις; μεθύει ὁ ἄνθρωπος, καὶ περιφέρεται, καὶ καταγελᾶται· καὶ γίνεται ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου ἄλογος. Σὺ δὲ λέγεις· Ἡ μέθη θεὸς, ὁ Διόνυσος· ἡ κλοπὴ θεὸς, ὁ Ἑρμῆς· ὁρᾷς, ὅτι χρεία σοι ὀφθαλμῶν; ὁ νόμος τὰ πάθη κολάζει· καὶ σὺ ταῦτα ποιῶν οὐκ αἰσθάνῃ; εἰ βούλει δὲ, πρόσχες, ὅπως γέγονε πάντα καινά. Κτίσις ἐν τῇ Γραφῇ λέγεται, ἡ οὐ μόνον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. Ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν· τουτέστιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἐργάσασθαι· κτίζει, καὶ ὅταν τὸν πονηρὸν ἄνθρωπον καλὸν ἀπεργάσηται· ἐνταῦθα τὸ κτίζειν ἐστὶν ἐπὶ τὸ βέλ-

C τιον μεταβολή. Καὶ ἄκουσον τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτὸς καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐκτισμένη, ἐῤῥυπώθη δὲ τῇ μοιχείᾳ, καὶ τῷ φόνῳ, καὶ πρὸς φθορὰν κατεφέρετο, παρακαλεῖ τὸν Θεὸν, καὶ λέγει· « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός. » Οὐχ ὅτι πρότερον οὐκ εἶχε καρδίαν· οὐδὲ περὶ τῆς οὐσίας τῆς καρδίας λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς κοσμούσης αὐτὴν ἀρίστης πολιτείας. Ἰδοὺ τοίνυν κτίσις λέγεται, οὐ μόνον ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς οὐσίας διαφθαρείσης εἰς τὸ βέλτιον μεταβολή· οὕτω κτίζεται σώφρων ἡ πόρνη, οὕτως ἐλεήμων ὁ ἅρπαξ· οὕτω μεταβάλλεται εἰς πρόβατον ὁ λύκος, καὶ ὁ ἱέραξ εἰς περιστεράν· δύο κτίσεις. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ λουτρὸν κτίσμα λέγεται· τὸ λουτρὸν

D λέγω τῆς παλιγγενεσίας. « Ἀποδυσάμενοι γὰρ, φησὶ, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδυσάμενοι δὲ τὸν νέον, τὸν ἀναγεννώμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν (24). » Ὁρᾷς οὖν ὅτι ἐστὶ καινὴ κτίσις. Τί γάρ μοι ὄφελος, ἐὰν γένηται ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ γῆ καινὴ, ἐγὼ δὲ ταῖς ἁμαρτίαις πεπαλαίωμαι; ὁ οὐρανὸς οἶκός ἐστιν, ἐγὼ δὲ ὁ διαιτώμενος ἐν αὐτῷ, καὶ νοσῶν. Ἐὰν ἰατρὸς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀῤῥωστοῦντος εἰσέλθοι, καὶ τοῦ μὲν οὐδεμίαν πρόνοιαν λάβοι, λευκαίνει δὲ

[30] Psal. L, 11.

NOTÆ.

(22) Colb. καὶ ὁρᾷς.
(23) Idem, ποίησον.

(24) Coloss. III, 10, ubi tamen hodie codices nonnihil aliter habent.

τοὺς τοίχους, καὶ χρυσογραφεῖ τὸν ὄροφον, οὐκ ἂν εἴπες αὐτῷ, Ἄνθρωπε, ἀνάστησον τὸν νοσοῦντα· τί τὴν οἰκίαν καλλωπίζεις; βοήθησον τῷ κειμένῳ. Καὶ ὁ Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἐν ᾧ κατακειμένην εὗρεν τὴν φύσιν μου νοσοῦσαν, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν αὐτῆς ἅπαντα δέχεται τὸν ἀγῶνα, καὶ ἀνακαινίζει, καὶ ἀνορθοῖ τὴν φύσιν. Τί οὖν τὸν ἰατρὸν μέμφῃ, ὅτι μὴ ταῦτα ἐποίει· τὸν Χριστὸν δὲ πάλιν ὑπὸ μῶμον ποιεῖς, ὅτι ταῦτα ποιεῖ; οὕτω παρῆλθεν τὰ ἀρχαῖα· οὕτω γέγονε τὰ πάντα καινά· οὕτω καινὴ κτίσις· καὶ μυρία ἄν τις τοιαῦτα ἐπισυνάπτῃ.

A cus ægroti domum intraverit, nullaque habita ægroti cura, muros dealbaverit, tectumque aureis ornaverit figuris, nonne ad eum dixeris, Mi homo, excita ægrotum; quid domum ornas? juva decumbentem. Ita Christus quoque mundum hunc ingressus est, in quo naturam meam ægrotantem et decumbentem invenit; inque ea sananda omnem operam collocat, renovatque naturam et restituit. Quid igitur medicum culpas, quod illud non fecerit? Christo vero vitio vertis, quod fecerit illud? Ita transierunt vetera; ita omnia facta sunt nova; ita nova facta est creatura: cujusmodi sane infinita aliquis attulerit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΗ'.

Διὰ τί ὁ Ἀπόστολος, ὅταν περὶ Χριστοῦ διαλέγηται, « θάνατον » καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον· ὅταν δὲ περὶ [τῆς] *ἡμῶν, « κοίμησιν; »*

QUÆSTIO CLXVIII [*Coisl.* CXCVII, *Taur.* CLXXXVII].

B

Quare Apostolus, de Christo loquens, mortem ejus « mortem, » nostram vero « somnum, appellat[21]*? »*

Editarum a Wolfio vigesima nona (l. c., p. 815. Galland. l. c., p. 751, n. 45). — De morte Christi proprio mortis nomine designata apud Apostolum, qui mortem fidelium *somnium* appellavit.

Τί δήποτε, ὅταν μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλέγηται Παῦλος, *θάνατον* καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον, ὅταν δὲ περὶ τῆς ἡμετέρας τελευτῆς, *κοίμησιν* αὐτήν, καὶ οὐ θάνατον ὀνομάζει; Καὶ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τρίτον μνησθεὶς (25) τῆς τελευτῆς τῶν ἀνθρώπων, οὐδαμοῦ θάνατον λέγει, ἀλλὰ κοίμησιν τὴν ἀναχώρησιν λέγει (26). Οὐ γὰρ παρέργως ταύτῃ κέχρηται τῶν λέξεων τῇ παρατηρήσει, ἀλλὰ σοφόν τι καὶ μέγα κατασκευάζει. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Χριστοῦ *θάνατον* καλεῖ, ἵνα τὸ πάθος πιστώσηται· ἐπὶ δὲ ἡμῶν, *κοίμησιν*, ἵνα τὴν ὀδύνην παραμυθήσηται. Ἔνθα μὲν γὰρ παρεχώρησεν ἡ ἀνάστασις, θαῤῥῶν καλεῖ *θάνατον*· ἔνθα δὲ ἐν ἐλπίσιν ἔτι μένει, *κοίμησιν* καλεῖ· καὶ διὰ ταύτης παραμυθούμενος ἡμᾶς τῆς προσηγορίας, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ὑποτείνων ἡμῖν· ὁ γὰρ κοιμώμενος ἀναστήσεται πάντως· ἐπεὶ καὶ θάνατος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ μακροχρόνιος ὕπνος.

Quæ causa est cur Paulus, de Christo disserens, mortem ejus *mortem* vocat, de nostro vero obitu loquens, eum *somnum*, non autem mortem, appellat? In eodem enim loco mortem hominum ter commemorans, discessum illum nunquam mortis, sed semper somni nomine appellat. Neque enim sine causa hac voce perpetuo usus est; sed sapienter egit, et præclarum aliquid significavit. Scilicet de Christo *mortis* nomen adhibet, ut perpessionem simul confirmet; de nobis vero *somni* C illud, ut dolori afferat solatium. Ubi enim resurrectio jam consecuta est, confidenter *mortem* nominat; ubi vero spe adhuc præcipitur, *somnum* vocat, ipsa hac appellatione et nos consolaturus, et ad pulchram spem excitaturus. Mortuus enim omnino resurget, quoniam mors ipsa nihil aliud est, quam somnus aliquis diuturnus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΘ'.

Διατί, ἀφεὶς τὴν ὅρασιν, Ἡσαΐας περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς διαλαμβάνει;

QUÆSTIO CLXIX [*Coisl.* CXCVIII, *Taur.* CLXXXVIII].

Quare, relicta visione, Isaias de cœlo et terra disserat?

Edita a Maio (*Nov. Coll.*, t. IX, p. 104, 105). — In Isaiæ verba, I, 1, 2.

Εἰπὲ τὴν ὅρασιν ἣν εἶδεν· ὁ δέ· « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ· ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ἄλλα ἐπηγγείλω, καὶ ἄλλα λέγεις; ἀρχόμενος εἶπες· Ὅρασις κατὰ Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀφεὶς τὴν διήγησιν, οὐρανῷ καὶ γῇ διαλέγῃ· ἀφῆκας τοὺς ἀνθρώ-

D Dic visionem quam vidit: ille autem: « Audite, cœli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est. » Alia annuntias et alia dicis? Incipiendo dicis: « Visio super Judam et Jerusalem, » et, relicta narratione tua, cœlum et terram alloqueris.

[21] Rom. v, 10.

NOTÆ.

(25) Codex, male, μνησθῆς.
(26) Vide I Cor. xv, 18, 20, 21, et II Thess. iv, 13, 14, 15. Utroque in loco verbum κοιμᾶσθαι.

Relictis hominibus, cum creaturis irrationabilibus conversaris? quia irrationalibus facti sunt irrationaliores qui ratione gaudent, et non propter illud solummodo, sed et quia Moyses, cum in eo esset ut illos ad terram promissam deduceret, futura prævidens, dicit : «Audite, cœli, et loquar, attende, terra, verbis oris mei [23]. — Adjuro vos, dicit Moyses, per cœlum et terram, quod si ingressi fueritis in terram promissam et dereliqueritis Dominum Deum, in omnes nationes dispergemini [24]. » Venit ergo Isaias; jamjam minæ actu complendæ erant. Moysem mortuum, nec illos qui tunc audierant eum vocare non potest; reliquum est ut creaturas quas et in testimonium vocavit Moyses vocet. Attamen ille Aaron, multosque alios in testimonium vocare poterat, sed propterea dicam ego non vocari illos quod morituri erant, nec testes superfuturi, et quia ad injustitiam inclinabat Israel. Itaque superstites creaturas in testimonium voco. Sic et Isaias facit, non tantum propter exposita, sed et quia Judæos allocutus, et illos non audientes inveniens, ad creaturas sese convertit et illas in testimonium secum assumit. Audite, cœli, vos enim manna attulistis. Auribus percipe, terra, tu enim coturnicem dedisti; audite, cœli, quæ enim sunt supra naturam illis ministrastis. Sursum eodem modo ac stabiliti fuistis, permansistis, et formam circuli non aversati estis. Auribus percipe, terra, tu enim deorsum et cibum illis, nulla illorum sollicitudine ministrasti. Propterea alius propheta [26*], regem furentem videns, idola colentem, Deum injuriis persequentem, aliosque in peccato lapsos, ad nullum illorum sermonem facit, sed conversus : Audi, inquit, altare, audi me. Quare ergo lapidem alloquatur? Ita sane, inquit, quia rex insensibilior est lapide. Audi, altare, hæc dicit Dominus : et statim ruptum est altare et effractum est et effluxit victima; homo autem non audivit; sed tendit rex manus ut prophetam raperet. Deus autem quid facit? Manum illius aridam fecit. Non in principio manum illius facit aridam, ut lapidis sensibilitate sapientior evaderet. Volebat enim illum, nulla punitione adhibita, sapientiorem fieri. Sed quia lapis effractus est et tu ad meliorem sensum non rediisti, contra te justa ira me convertam.

A ποὺς καὶ τοῖς ἀλόγοις στοιχείοις προσδιαλέγῃ; Ναί φησιν· ἐπειδὴ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι γεγόνασιν οἱ λογικοί. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ διότι μέλλων ὁ Μωϋσῆς εἰσάγειν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας καὶ προορῶν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, οὕτω πώς φησιν· «Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω· προσεχέτω γῆ ῥήματι ἐκ στόματός μου. — Διαμαρτύρομαι ὑμῖν, φησὶν, Ἰουδαῖοι, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὁ Μωϋσῆς· ὅτι ἐὰν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας καὶ ἐγκαταλίπητε Κύριον τὸν Θεὸν, διασκεδασθήσεσθε εἰς πάντα τὰ ἔθνη. » Ἦλθε τοίνυν Ἡσαΐας· ἔμελλεν ἡ ἀπειλὴ περατοῦσθαι· οὐκ ἠδύνατο καλεῖν Μωϋσέα τὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐδὲ τοὺς τότε ἀκηκοότας· λοιπὸν τὰ στοιχεῖα καλεῖ ἅπερ διαμαρτυρόμενος αὐτοῖς ἐκάλει καὶ ὁ Μωϋσῆς· καίτοι γε ἐκεῖνος καὶ τὸν

B Ἀαρὼν ἠδύνατο καλεῖν εἰς μαρτυρίαν καὶ πολλοὺς ἄλλους. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φαίην ἄν, οὐκ ἐκάλεσα τούτους, ἐπειδήπερ ἔμελλον ἐκεῖνοι τελευτᾷν καὶ μὴ παρεῖναι μάρτυρες· ἐπειδὰν εἰς παρανομίαν ἐξέκλινεν ὁ Ἰσραὴλ· διὸ τὰ μένοντα στοιχεῖα εἰς μαρτυρίαν καλῶ. Οὕτω καὶ Ἡσαΐας ποιεῖ οὐ διὰ τὰ εἰρημένα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴ διαλεχθεὶς τοῖς Ἰουδαίοις εὗρε μὴ ἀκούοντας αὐτοῦ, ἐπὶ τὰ στοιχεῖα στρέφεται, καὶ μάρτυρας παραλαμβάνει αὐτοῦ· «Ἄκουε, οὐρανέ· » σὺ γὰρ τὸ μάννα ἤνεγκας. «Ἐνωτίζου, γῆ· » σὺ γὰρ τὴν ὀρτυγομήτραν ἔδωκας. «Ἄκουε, οὐρανέ· » τὰ γὰρ ὑπὲρ φύσιν αὐτοῖς ἐχορήγησας· ἄνω καθ' ὃν τρόπον ἐστερεώθης ἔμενες, καὶ μίμησιν οὐχ ὑπερεῖδες ἅλωνος· «Ἐνωτίζου, γῆ· » σὺ γὰρ κάτω ἧς, καὶ τράπεζαν αὐτοῖς παρετίθεις αὐ-

C τοσχέδιον. Διὰ τοῦτο καὶ ἕτερος προφήτης ὁρῶν βασιλέα μαινόμενον, τὰ εἴδωλα λατρευόμενα, τὸν Θεὸν ὑβριζόμενον, τοὺς ἄλλους ἐπτηχότας, πρὸς οὐδένα τούτων ποιεῖται τὸν λόγον, ἀλλ' ἀποστραφεὶς, Ἄκουσον, φησὶν, θυσιαστήριον, ἄκουσόν μου. Τί οὖν λίθῳ διαλέγῃ; Ναὶ, φησὶν, ἐπειδὴ λίθου ἀναισθητότερος ὁ βασιλεύς. Ἄκουσον, θυσιαστήριον· τάδε λέγει Κύριος· καὶ εὐθέως ἐσχίσθη τὸ θυσιαστήριον καὶ ἐῤῥάγη καὶ ἐξέχεε τὴν θυσίαν· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἤκουσεν· ἀλλ' ἐκτείνει τὴν χεῖρα ὁ βασιλεὺς τὸν προφήτην ἁρπάσαι βουλόμενος, ὁ δὲ Θεὸς τί ποιεῖ; ἐξήρανεν αὐτοῦ τὴν χεῖρα· οὐ ξηραίνει δὲ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ τὴν χεῖρα, ἵνα τῷ τοῦ λίθου πάθει σωφρονέστερος γένηται· ἐβούλετο γὰρ αὐτὸν ἄνευ τῆς εἰς

D αὐτὸν κολάσεως σωφρονισθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ὁ λίθος ἐσχίσθη καὶ σὺ οὐ διωρθώθης, ἐπὶ σὲ τὴν δικαίαν ὀργὴν ἐπιστρέφω.

QUÆSTIO CLXX. [*Coisl.* CXCIX, *Taur.* CLXXXIX.]

Quæ est parabola de filio, paternas facultates sibi vindicante, et in longe dissitam terram proficiscente [27] ?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΟ'.

Τίς ἡ παραβολὴ τοῦ τὴν πατρικὴν οὐσίαν λαβόντος, καὶ εἰς χώραν ἀποδημήσαντος μακράν;

Editarum a Wolfio trigesima (l. c. p. 814, 815. Galland. p. 751, 752, n. 46)

Illa eo pertinet, quod justorum cohors domi-

Ὅτι τὸ τάγμα τῶν δικαίων οὐ βούλεται εἰς ἑαυ-

[23] Deut. xxxii, 1. [24] Deut. xxx, 1. [26*] III Reg. xiii, 1. [27] Luc. xv, 13.

τὸν ἁρπάσαι τὴν ἐξουσίαν τῶν κτισμάτων, ἀλλ' ὑπὸ τὴν τοῦ Σωτῆρος πρόνοιαν θέλει κεῖσθαι τὰ τῆς οἰκονομίας· διὸ καὶ ἡ παραβολὴ τὸν νεώτερον εἰσάγει, λαβόντα τὴν πατρικὴν οὐσίαν, εἰς χώραν ἀποδημῆσαι μακράν· τὸ δὲ μῆκος οὐ σταδίοις διετείνετο, ἀλλὰ τρόποις ἐξετοπίζετο. Καὶ γὰρ ὁ ἁμαρτάνων μακρὰν γίνεται Θεοῦ, οὐ τόπῳ, ἀλλὰ τρόπῳ. Λαβὼν δὲ τὴν οὐσίαν τὴν πατρικὴν ἀπώλεσεν αὐτὴν, ἀσώτως ζῶν. Ἔλαβεν ἥλιον εἰς ἀπόλαυσιν, καὶ τὸ δῶρον ὡς Θεὸν προσεκύνησεν· ἔλαβεν πηγὰς εἰς τρυφὴν, καὶ τὸ δῶρον ἐθεοποίησεν· ἠγνόησε τὸν χαρισάμενον, καὶ τὸ χάρισμα ὑπερεδόξασεν ἡ αὐτὴ κτίσις· ἀλλ' οὐ πᾶσιν ὁμοίως ὁρωμένη πατρικὴ ἡ οὐσία· ἀλλ' ὁ μὲν καλῶς αὐτῇ, ὁ δὲ κακῶς ἀπεχρήσατο, τάγμα τοῦτο κἀκεῖνο, εἰ καὶ διάφορον· ὁ εὐσεβὴς τὸ κάλλος ὁρᾷ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ κάλλους τὸν δημιουργὸν ἀνυμνεῖ. «Ὄψομαι γὰρ, φησὶ, τοὺς οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου.» Εἶδεν ὁ ἀσεβὴς, καὶ πρὸς μὲν τὸν κτίστην τὴν διάνοιαν οὐ διεβίβασεν· ἐναπομείνας τῷ κάλλει τοῦ οὐρανοῦ Θεὸν ἐφαντάσθη τὸ δημιούργημα· ὁ εὐσεβὴς οὐχ ὑβρίζει τὴν κτίσιν, ἀλλὰ τῷ Δεσπότῃ τὴν προσκύνησιν ταμιεύεται· τιμᾷ τὴν κτίσιν (27), ἀλλ' ὁμόδουλον· οὐκ ἀφαιρῶν δὲ τὸ σέβας τοῦ κτίσαντος περιάπτει τῷ κτίσματι· ἐπαινεῖ τὸ φιλοτέχνημα, ἀλλ' οὐχὶ τὴν τοῦ τεχνίτου δόξαν εἰς ἐκεῖνο περιΐστησιν· ὁ δὲ δυσσεβὴς οὐ κακῶς μὲν εἶδεν (28), κακῶς δὲ προσεκύνησεν, καὶ πᾶσαν τὴν τάξιν ἀνέτρεψεν· ὅτι δράκοντα πολλάκις ἡ Γραφὴ καλεῖ τὸν διάβολον, καὶ ὄφιν σκολιόν. Διὸ καὶ ὁ Σωτήρ φησιν· «Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων (29),» καὶ ἵνα μὴ τὰ ἕρποντα ὑπολάβῃς ἐπήγαγεν· «Καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ·» δράκων καὶ ὄφις ὁ διάβολος· οὐχ ὡς ῥίζα κακίας, ὥς φασιν οἱ Μανιχαῖοι, ἀλλ' ὡς κατάρχων τῶν δαιμονίων, καὶ ἀρχηγὸς αὐτοῖς τῆς ἐκπτώσεως γεγονώς.

A nium in creaturas sibi non per rapinam vindicare, sed omnem earum administrationem Servatoris providentiæ cupit esse subjectam. Propterea parabola illa juniorem introducit, quod paternas facultates recipiens in longinquam regionem discesserit. Longum vero illud iter non stadiis producebatur, sed moribus distinguebatur. Peccans enim quisque remotus est a Deo, non loco, sed moribus. Idem vero paternas facultates nactus, intemperanter vivendo eas dissipat. Solem enim in commodum suum nactus, donum illud instar Dei adorat: fontes in recreationem nactus, et hoc munus Dei loco habet. Ignorat datorem, donum vero eadem creatura nimio cultu prosequitur. Neque tamen omnes paternam hæreditatem eadem ratione B adierunt. Alius enim illa bene, alius vero male usus est. Et hic et ille certus hominum ordo est, quamvis a se distinctus. Homo enim pius pulchritudinem cœli videt, et ob pulchritudinem illam conditorem laudat. « Videbo enim, inquit, cœlos, opera manuum tuarum [28]. » Videt eamdem impius, sed mentem suam ad conditorem non convertit: verum, in pulchritudine cœli ipsius hærens, opificium illud ut Deum sibi repræsentavit. Pius creaturam non afficit injuria, sed Conditori cultum defert: honorat creaturam, sed ut conservam; debitum vero honorem, conditori subreptum, non transfert in creaturam. Laudat artificium, sed gloriam artificis illi non vindicat. Impius vero non C male quidem vidit, male autem adoravit, totumque ordinem pervertit. Scriptura diabolum sæpe draconem et serpentem obliquum appellat. Ideo et Servator dicit: « Ecce dedi vobis potestatem super serpentibus et scorpiis ambulandi [29]. » Ne vero de reptilibus hæc accipias, subjungit: « Et super omni potestate inimici. » Draco et serpens diabolus est; non ut radix malitiæ, ut Manichæi aiunt, sed ut talis, qui dæmonibus dominetur, lapsusque auctor illis exstiterit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΟΑ'.

QUÆSTIO CLXXI [*Coisl.* CC, *Taur.* CXCI].

Edita a Montacutio (ep. 30 ad Gregor. p. 88, 90). In Matthæum, I, 25

Ὁ ἀσπασμὸς ἄνωθεν ἡ σύλληψις ἄσπορος· κύησις ἄφραστος· ὠδῖνες ἀλόχευτοι· σφραγὶς τῆς παρθενίας· ἡ τῶν ὠδίνων διάλυσις (ὁ γὰρ τόκος ἄφθορος· καὶ ἡ τεκοῦσα παρθένος καὶ μετὰ γέννησιν)· Θεὸς ἐν σαρκὶ τὸ τικτόμενον· χορὸς ἀγγέλων ᾆσμα τὸ θαῦμα ποιούμενοι· ἔνθα τοσούτων καὶ τηλικούτων συνδρομὴ, πῶς ἄν τις διαμφισβητήσειε, κἂν πάντα

D Salutatio de sursum; conceptio sine semine; parturitio inexplicabilis; partus sine obstetrice; virginitatis sigillum; dolorum absentia (nam et sine corruptione fuit generatio, et quæ peperit, post partum virgo permansit); quod nascebatur, Deus erat in carne, angelorum chorus admirationem cantum suum faciebant; ubi talium concursus, et

[28] Philipp. VIII, 4. [29] Luc. X, 19.

NOTÆ.

(27) ἀλλὰ — τὴν κτίσιν in altero male omissa Colbertino debeo.

(28) Cod. κακῶς μὲν εἶδεν, οὗ, pro quo sensus nostrum illud postulat, nisi τὸ, οὗ prorsus expungere malis.

(29) Interim non video, quomodo hæc huc pertineant.

tantorum fuit, quomodo quis ambigere posset, haud intelligo, licet ipsi proposita fuerit summa impietas, an Virgo virgo manserit usque in finem. Quod si quidam fundamentum sibi blasphemiæ struxerint illud : « Et non cognovit eam, donec pepererat Filium suum primogenitum, » intelligant, illi quod immaculatorum oraculorum veritas id volebat constitutum dare, quod opinionem, naturam, apprehensionem transgreditur omnem, nempe sine viri consortio conceptionem et nativitatem ; id vero prætermisit, tanquam consectarium, mente animoque concipiendum, quod deinceps fuit. Certe illam quæ in partu permansit virgo, per reliquum vitæ cursum perstitisse virginem, neque novum erat, nec paradoxum, potius id quod necessario e præmissis consequebatur. Sed et os Judæorum blasphemum obturare volebat, qui de fornicatione natum sine semine conceptum traducebant. Obviam igitur ivit eorum impiæ sententiæ, dum manifestat et deprædicat intactam fuisse viro, quæ Filium pepererat. Illud præterea intelligere debent, quod nec vocum earum vim voluerunt percipere, e quibus divina oracula constant ; alioqui diffiteri non possunt *Donec* interdum per antidiastolen temporis secuturi usurpari, interdum adhiberi ad rerum eximiarum et divinarum declarationem : ut in præsenti, non quidem ad distinguendum aliquod aliud tempus, sed e contra potius ad intimandum spatium immensurabile. Exempla præsto sunt : « Consurrexit etenim in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, quo ad usque perduratura fuit luna [30]. » Sed et scriptum est dixisse Patrem Filio : « Conside a dextris mihi, usque dum ponam inimicos scabellum pedum tuorum [31]. » Et ad discipulos ait Salvator : « Ecce, ego cum vobismet sum, usque ad mundi consummationem [32]. » Liquet autem quod in istis illud *donec*, non aliquod temporis interstitium aut terminum subinfert, sed vox illa, excellentiam rerum divinarum subindicat, et mentes legentium animosque ad cogitandum transmittit extensionem quamdam indefinitam. Sed nec ista tantum significat *donec*, verum et tertiam animadvertere est intelligentiam, qua quidem nihil magni excessus indicatur, tantummodo contrarium innuitur absolute antecedentis cujusdam *donec* : ut in istis : « Non reversa est ad Noe columba, donec exarefacta erat terra [33]. » Et alibi dicitur : « Donec consenueritis, ego Deus sum. » Et sexcenta hujuscemodi in promptu sunt, quæ vel valde affectat surdos hos docere possunt, quod vox illa usurpari solet pro *continuo* et *in sæcula*. Cum igitur docuerint audacissimi, quod post lunæ ablationem Christi Dei nostri justitia in nihilum recessura sit, et pacis ipsius abundantiam minuendam, vel in odium et inimicitias disseminandam ; aut quod cum subjecerit inimicos suos sub pedibus suis, de loco con-

A ἀσεβεῖν ἔθετο μελέτην, ὅτι μὴ οὐχὶ παρθένος, ἡ Παρθένος καὶ μέχρι τέλους διέμεινεν ; Εἰ δὲ τὸ, « Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκεν τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, » ὑπόθεσιν βλασφημίας ἑαυτοῖς τινες ἂν εὑρίσκουσιν, ἴστωσαν, ὡς ἡ τῶν ἀχράντων Λογίων ἀλήθεια τὸ μὲν παράδοξον καὶ ὑπερφυὲς καὶ ὑπὲρ κατάληψιν ἠβουλήθη παραστῆσαι, ὅπερ ἐστὶ· τόκος ἄνευ ἀνδρὸς ἐπιγνώσεως· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα νοεῖν κατέλιπεν ὡς ἀκόλουθον. Τὸ γὰρ, τὴν ἐν τόκῳ παρθενεύουσαν, καὶ τὸ λοιπὸν διὰ βίου παρθενεύειν, οὔτε καινὸν ὅλως ἢ παράδοξον, ἀλλὰ καὶ τοῖς προηγησαμένοις ἐξ ἀναγκαίου μᾶλλον ἑπόμενον. Ἄλλως τε δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τέως ἐπιστομίζειν ἔγνω τὸ βλάσφημον, οἳ ἐκ πορνείας τὸν ἄσπορον τόκον διέσυρον. Διὸ καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἵσταται κακόνοιαν, δι᾽ ὧν τρανοῖ καὶ
B ἀνακηρύττει τῆς τεκούσης τὸ ἀνέπαφον. Κἀκεῖνο δὲ συνιέτωσαν, ὅτι μηδ᾽ αὐτὰς τὰς λέξεις, ἐξ ὧν οἱ θεῖοι χρησμοὶ, συνιέναι ἠβουλήθησαν· ἢ γὰρ ἂν τὸ, ἕως, κατέμαθον ἐνίοτε μὲν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐφεξῆς χρόνου παραλαμβανόμενον, ἐνίοτε δ᾽ οὖν ἐπὶ δηλώσει μεγάλων μὲν ἔργων καὶ θεοπρεπῶν· καθάπερ καὶ νῦν, οὐ μὴν πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἑτέρου χρόνου τινὸς, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, εἰς ὑποδήλωσιν ἀπεράντου διαστήματος· καὶ ἀνὰ χεῖρα τὰ παραδείγματα· « Ἀνατελεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη· » καὶ, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου » (ἀνάγραπτός ἐστιν ὁ Πατὴρ λέγων τῷ Υἱῷ) « ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· » καὶ, « Ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι (πάλιν ὁ Σωτὴρ τοῖς
C μαθηταῖς φησιν) ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Καὶ δῆλον, ὡς ἐνταῦθα τὸ, *ἕως*, οὐ χρονικόν τι μεθόριον καὶ πέρας παρεισάγει, μέγεθος δὲ θείων πραγμάτων ἡ λέξις συμπαραδηλοῦσα εἰς ἀπεριόριστον παράτασιν τὸν νοῦν τῶν ἐντυγχανόντων ἀναπέμπει. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τρίτον ἔστιν ἰδεῖν αὐτοῦ σημαινόμενον, δι᾽ οὗ μέγα μὲν καὶ ὑπέρογκον οὐδὲν ὑποδηλοῦται, ἁπλῶς δὲ τὸ ἐναντίον τοῦ προτέρου *ἕως*, διασημαίνεται· ὡς τὸ, « Οὐκ ἀνέστρεψε πρὸς τὸν Νῶε ἡ περιστερὰ, ἕως τοῦ καταξηρανθῆναι τὴν γῆν· » καὶ, Ἕως ἂν καταγηράσητε (ἀλλαχοῦ φησιν), ἐγώ εἰμι ὁ Θεός· » καὶ ἄλλα μυρία, δι᾽ ὧν εὔδηλον καὶ τοῖς λίαν ἐθελοκωφοῦσι καθίσταται, ὡς ἀντὶ τοῦ *Διηνεκῶς*, καὶ *Εἰς τὸν αἰῶνα*, ἡ λέξις
D παραλαμβάνεται. Ὅταν οὖν δείξωσιν οἱ πάντα θρασεῖς, μετὰ τὴν τῆς σελήνης ἀνταναίρεσιν, τὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν δικαιοσύνην εἰς τὸ μὴ ὂν καταδύουσαν, καὶ τὸ πλῆθος αὐτοῦ τῆς εἰρήνης ἐκμειούμενον, καὶ εἰς ἔχθραν διαχεόμενον· καὶ μετά γε τὸ ὑποτεθῆναι τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας τοῦ Πατρὸς παρακινούμενον τρέποιτο (τόδε τὸ βλάσφημον εἰς τὰς τῶν ἀναισχυντούντων κεφαλὰς)· εἶτα δὲ καὶ μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, ὅτε μᾶλλον αὐτοῖς ἡ οἰκείωσις, τῶν μαθητῶν ἀφιστάμενον· καὶ ἐπειδ᾽ ἂν καταγηράσωσιν οἱ τότε ἄνθρωποι, μηκέτι ὄντα τὸν Θεόν·

[30] Psal. LXXI, 7. [31] Psal. CIX, 1. [32] Matth. XXVIII, 20. [33] Gen. VIII, 7.

εἰ βούλει δὲ καὶ τὴν περιστερὰν μετὰ τὸ ξηρανθῆναι τὴν γῆν πρὸς τὸν Νῶε ἀναστρέψασαν· τότε διαπορείτωσαν, καὶ εἰ μετὰ τὸν ἄῤῥητον καὶ παρθένιον τόκον, ἀνδρὸς ὁμιλίαν ἡ Παρθένος ἐμελέτησεν. Εἰ δὲ μὴ κατ' ἐπιστολὴν ἔγραφον, πλείους ἂν, Θεοῦ διδόντος, τὰς ἀποδείξεις σοι παρεθέμεθα· ἀλλ' ἱκανὰ καὶ ταῦτα οἷς μὴ μετὰ τῆς ἀγνοίας καὶ ἡ διάνοια προσαπώλετο. Τὰ δ' ἄλλα, ψυχῇ καὶ σώματι ἔῤῥωσο.

A sessus ad dextram sui Patris deturbabitur (interim in auctorum capita hæc blasphemia convertatur) et post sæculi consummationem, cum multo propinquius illi conjungentur discipuli, eum ab iis recessurum, aut Deum non ulterius futurum, postquam illi homines ætate provehantur; aut docuerint, post arefactam terram columbam ad Noe rediisse, tunc addubitent, nec impedio, an post partum virgineum inexplicabilem, de virili consortio Virgo cogitaverit. Quod si non epistolam scriberem, plures adhuc, cum bono Deo, tibi repræsentarem demonstrationes. Sed istæ sufficient satis iis omnibus, qui non una cum ignorantia, et mentis suæ fecerunt jacturam. Cætera Valeas animo et corpore.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΟΒ'.

Περὶ προνοίας.

B QUÆSTIO CLXXII. [*Coisl.* CCI. *Taur.* CXCII.]

De Providentia.

Edita a Montacutio (ep. 51 ad Taras. p. 90-94, et rursum a Maio, *Nov. Coll.* t. I, p. 174-178).

α'. Εἰ μηδεὶς τῶν ἀδικούντων, καὶ ὅλως ἁμαρτανόντων, κατὰ χεῖρας εἶχε φθάνουσαν τὴν δίκην, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ τῆς ἀρετῆς ἐργάται, τὸν βίον ἔτριβον ἐν ταλαιπωρίᾳ, οὐκ ἂν σοι λίαν ἀτόπως ὁ περὶ προνοίας λόγος ἐχώλευεν. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ καὶ τῶν τὴν κακίαν μετιόντων, παρ' αὐτὰς τὰς πράξεις ὤφθησαν τὰς δίκας δεδωκότες, καὶ τῶν ἀρετῇ ῥυθμιζομένων εὐπαθοῦντές εἰσιν ἐγνωσμένοι, πῶς οὐκ ἀνόητος ἡ κατὰ τῆς προνοίας ἐπίνοια; Εἰ δ' ὅτι μὴ πάντες C ἐνταῦθα κομίζονται τὰ ἐπίχειρα, τοῦτό σε κατ' αὐτῆς ἀνερεθίζει, ἴσθι ὡς δι' ὧν ἔγνως αὐτῇ μάχεσθαι, μᾶλλον αὐτῆς ἀνακηρύττεις [t], μετὰ τῆς σοφίας, τὸ ἄμαχον· εἰ γὰρ πάντες ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οἱ μὲν τὰς εὐθύνας εἰσεπράττοντο τῶν ἡμαρτημένων [u], οἱ δὲ, ἐφ' οἷς εἵλοντο τὰ ἀμείνω, δόξης καὶ τιμῆς ἀπήλαυον καὶ εὐδαιμονίας, μάτην τε ἂν τὸ ἐκεῖθεν κριτήριον συνειστήκει (ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀνωτάτω Θεοῦ σοφίας καὶ κηδεμονίας), καὶ βίαιον ἄλλως [v] καὶ ἀκούσιον ἡ τοῦ κακοῦ φυγὴ ἀπεδείκνυτο· δεδοικότων, ὡς εἰκὸς, τῶν πλημμελεῖν ἐγνωκότων, τὴν παραυτίκα τιμωρίαν· καὶ οὐχὶ γνώμης ἀγαθῆς αἱρέσει, δειλίᾳ δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς κακίας διασπωμένων. Ἀλλά γε δὴ καὶ μισθαρνίᾳ καὶ οὐκ ἀρετῆς [x], τῆς ἀρετῆς ἐτύγχανεν ἂν ἡ ἐργασία· καὶ οὐκέτι διάκρισις τῶν σπουδαίων καὶ τῶν φαύλων ἐγεγόνει· οὐδὲ τισὶ μὲν, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν τύχωσι βασιλείας, καὶ ἵνα Δεσποτικὰς συντηρήσωσιν ἐντολὰς, ἡ ἀρετῆς πρᾶξις, καὶ ἡ ταύτης χρῆσις ἐξ ἔρωτος θείου, τισὶ δὲ ἵνα τὸν παρόντα βίον ἐν ἀπολαύσει διανύσωσι καὶ εὐδαιμονίᾳ.

I. Si nemo prorsus improborum, et peccatis penitus deditorum vindictam præ manibus præsentem haberent, sed virtutis operatores, universim omnes, vitam transigerent per miserias, haud absurde tibi videretur de providentia, ratio manca atque mutila; sed cum plurimi eorum, qui se nequitiis dediderunt, in ipso improbitatis actu, pœnas dedisse cognoscantur, et qui secundum virtutis tenorem semet confirmarunt, prospere vixisse intelligantur, omnino necesse est ut stultum sit obloqui Providentiæ. Quod si illud te contra eam stimulat, quia non indifferenter omnes hac in vita percipiant merita sua, scias oportet, te per id quo contra depugnare illam reris, vel maxime ejusdem vim irresistibilem et sapientiam celebrare. Certe, si omnes per præsentem vitam, vel rationem reddere de peccatis cogerentur, vel eo quod meliorem partem fuerint amplexi, gloriam, honorem, beatitudinem hic assequerentur, omnino frustra futurum aliquod judicium exspectaretur (quod tamen a suprema sapientia et cura divina ordinatur); sed insuper violentum quid et coactitium videretur, a malo abstinuisse; si horrerent delinquentes e vestigio D semper sequens et adhærens supplicium; quo pacto fieret, ut non de electione melioris sententiæ, sed metu potius, et timiditate, a malo deterrerentur: accedit quod virtutis operatio, non ex aliquo virtutis respectu, sed mercedis intuitu susciperetur; nulla bonorum a malis distinctio statueretur: sed nec a quibusdam, ut regnum cœlorum consequantur, aut ut divina mandata custodiant, virtutis actus, ejusdemque frequens usus ex amore Dei, proficiscerentur, quidam autem in eum finem id agerent, ut præsentis vitæ cursum suaviter transmittant, et beate.

β'. Ἄλλως τε καὶ τὸ πάντων κάλλιστον, τοὺς ἀγῶνας λέγω ἐφ' οἷς οἱ δίκαιοι μάλιστα στεφανοῦνται, ἀναι-

2. Ulterius autem id quod longe pulcherrimum est, nimirum certamina, propter quæ adita justi

VARIÆ LECTIONES.

[t] Maius ἀνακηρύτταις. [u] M. ἁμαρτημάτων. [v] ἄλλως deest in Maio. [x] M. μισθαρνία καὶ οὐκ ἀρετῇ.

coronantur, tollerentur, si nemo prorsus hujus vitæ miseriis et calamitatibus conflictaretur. Nec hæc tantum dixero, sed adjiciam id quod nulla de prioribus demonstrationibus est invalidius, esset hoc a Deo qui supplicium augeret, et vehementius in delinquentes ira excandesceret. Quod utrumque alienum est a divina bonitate; velle enim coronas auferre, et pœnam machinari acerbissimam, eamque sine alleviamento, longissime recedit a bono moderatoris animo; fieri enim non potest, quin supplicium contra peccantes inexorabile sit statutum, et in solidum mera vindemiatio præparata, cum in tantum ebulliat beneficentia, ut liceat iis qui honestius vixerint et præsentis vitæ felicitate, et futuris bonis perfrui. Qui vero non ita comparantur, locum pœnarum subit præmiorum ablatio. Quocirca quod non omnes viri probi ad voluntatem res hic affluentes habent; nec improbi omnes miseriis involvantur, summam circa humanum genus Dei amorem enuntiat procurationemque. Ideo hic puniuntur quidam boni, ut coronis deinceps redimantur, ut magis ad amoris Dei admirationem excitentur, cum vel per tribulationes appareat et efflorescat. Si autem et illud tibi arridet, quod divinus Paulus habet, adjiciam; fit hinc ut ne nimis efferantur ipsi, nec multo quibusdam videantur augustiores, quam quod oculis usurpantur.

3. Tu mihi etiam et illud cogita, si placet, quod cum summis et quidem defæcatissimis virtutis voluptatibus perfusi quasi luxuriant, par et æquum fuerit, ut potio velut constringens, et constipans iis propinaretur, hoc est ut subeant afflictiones; præterea, eo quod divina gratia multo magis per ipsorum infirmitates elucescit, et habetur admirationi. Quin ulterius ad consummatam nequitiæ pudefactionem et depressionem, cum qui certaminum suorum et tentationum sudoribus diffluunt, nihil de virtutis tenoris remiserint, nec mollitie fracti fuerint, quominus inirent colluctationem: sed nec indiscriminatim omnes et tentationes transmittantur, ne qui sunt infirmiores, cogitationibus conturbentur de providentia; improborum etiam aliqui, qui nimirum tam enormiter non deliquerunt, ideo plectuntur, ut purgentur ipsorum sordes; aliqui autem ad extensionem magis acerbam rationis reddendæ olim eorum quæ in vita patrarant impie, quo etiam fine insipientiores persentiscere queant, quantum odio est improbitas Deo. Non omnes porro, ne liberi arbitrii studium et industria, frustra fuisse adhibitum convincatur; ut potestatis quæ adest puritas, et impermistio, simul cum utilitate manifestetur, quæ resultat ab divinæ legis observatione; de qua quidem observatione judicium oportet omnes et singulos subire in futuro sæculo. Rursus, cum quiete et felicitate multi viri justi ideo vivunt, ut

A ροῦντός ἐστι τὸ μηδένα τούτων βούλεσθαι τοῖς παροῦσι πόνοις ἐνταλαιπωρεῖσθαι. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ, ὃ τῶν εἰρημένων οὐδενὸς εἰς ἀπόδειξιν ἀσθενέστερον, αὔξοντός ἐστι τὴν τιμωρίαν καὶ ὑπερυργιζομένου κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων. Ὧν ἑκάτερον ἀλλότριον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. Τό τε γὰρ στεφάνους ἀφαιρεῖν, καὶ τὸ πικροτάτην καὶ ἄκρατον μηχανᾶσθαι τιμωρίαν, πόῤῥω καθέστηκε τῆς ἀγαθοειδοῦς ἐπιστασίας, πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη τοῖς ἁμαρτάνουσιν σφόδρα καὶ ἀπαραίτητος, καὶ ὅλον τρυγίας ἄκρατος ἡ τιμωρία τρόπον τινὰ παρεσκευασμένη, ὅταν ἐπὶ τοσοῦτον μὲν ὑπέρβλυσις ᾖ τῆς εὐεργεσίας, ὥστε ἐξὸν ἄμεινον βιοῦντας, καὶ τῆς ἐντεῦθεν εὐπαθείας, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν ἀπολαύειν, τοῖς δὲ οὐδ' οὕτως, ἀντὶ τῶν χειρόνων, αἵρεσις ἔπεισι τῶν κρειττόνων; B Ὥστε τὸ, μὴ πάντας τοὺς σπουδαίους ἐνταῦθα τὸν βίον ἔχειν ἐν εὐροίᾳ, μηδὲ τοὺς φαύλους ἅπαντας ἐν ταλαιπωρίᾳ, τῆς ἄκρας ἐστὶ περὶ τὸ ἀνθρώπινον φιλανθρωπίας τε καὶ κηδεμονίας. Κολάζονται τοίνυν ἐνταῦθά τινες τῶν μὲν σπουδαίων, ἐπὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀπολήψει, καὶ ἵνα μᾶλλον αὐτοῖς ὁ θεῖος ἔρως θαυμαστὸς [y], ἡλίκος κἂν ταῖς θλίψεσιν ἂν ἀκμάζων ἐπιδεικνύοιτο. Εἰ βούλει δὲ καὶ ἵνα μὴ, ὡς ὁ θεῖος Παῦλός φησιν, ὑπεραίρωνται, μηδέ γε μείζους, ὑπὲρ ὃ ὁρῶνται. παρ' ἐνίοις νομίζωνται.

γ'. Σὺ δέ μοι σύνες, εἰ βούλει, καὶ διότι μεγάλαις καὶ καθαραῖς ἡδοναῖς ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐντρυφῶσι καὶ διαχέωνται [z] δίκαιον [a] ἂν εἶεν, ὥσπερ στύφοντί τινι καὶ C συνάγοντι φαρμάκῳ προσομιλεῖν [καὶ] ταῖς θλίψεσι· καὶ ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις διὰ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν πλέον ἐκλάμπει καὶ θαυμάζεται. Ἀλλὰ καὶ εἰς τελείαν αἰσχύνην τοῦ πονηροῦ καὶ κατάπτωσιν, ὅτι καὶ τοῖς τῶν πειρασμῶν ἱδρῶσι περισταζόμενοι, οὔτε τὸν τῆς ἀρετῆς τόνον ἔλυσαν, οὐδ' εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ πάλην κατεμαλακίσθησαν. Οὐ πάντες δὲ τοῖς πειρασμοῖς παραδίδονται, ἵνα μὴ τοῖς ἀσθενεστέροις, κατὰ τῆς προνοίας, οἱ λογισμοὶ συνταράσσωνται· κολάζονται δὲ καὶ τῶν φαύλων οἱ μὲν ἐπὶ καθάρσει μολυσμάτων, ὅσοις μετριώτερόν τι διημάρτηται· οἱ δὲ, εἰς παράτασιν [b] τοῦ πικροτέραν αὐτοῖς πάντως ἀποκεῖσθαι τῶν βεβιωμένων ἐκεῖθεν τὴν εἴσπραξιν, καὶ ἵνα καὶ τοῖς ἀνοητοῖς τῆς τοῦ Θεοῦ μισοπονηρίας συναίσθησις γένηται. D Οὐ πάντες δὲ, ἵνα μὴ μάτην τοῦ αὐτεξουσίου ἀπελεγχθῇ τὸ φιλότιμον· καὶ ἵνα καθαρὸν ἐξουσίας καὶ ἀμίαντον συναποδειχθῇ τῆς τῶν ἐντολῶν νομοθεσίας τὸ [c] ὠφέλιμον· καὶ διότι μένει τὸ κοινὸν ἐκεῖθεν καὶ πάντων κριτήριον. Πολλοὶ δὲ πάλιν ἐν εὐπαθείᾳ διάγουσι τῶν μὲν δικαίων, παράκλησις καὶ παραψυχὴ καὶ κοινὸν ἀγαθὸν τοῖς πλησίον προκείμενοι, καὶ εἰς ἀῤῥαβῶνα τῆς μελλούσης ἀπολαύσεως, καὶ ἵνα τὸν ἀλάθητον πιστεύσωσιν ὀφθαλμὸν καὶ τὰ ἐνταῦθα ἐποπτεύειν. Οὐ πάντες δὲ, ἵνα μὴ προσκαίρῳ μισθῷ τῆς ἀρετῆς ἡ χάρις δόξῃ

VARIÆ LECTIONES.

[y] Ισ. εἴη. [z] M. διαχέονται. [a] M. γρ. δίκαιοι. [b] M. παράστασιν. [c] M. om. τό.

διαλύεσθαι· καὶ ἵνα μὴ βαρυτάτη καὶ ἄκρατος τοῖς παρολισθοῦσι [d], τρόπον τινὰ, παρεσκευασμένη εἴη ἡ τιμωρία, ἅτε δὴ παντελῶς εἰς ἀναπολόγητον αὐτοῖς περιισταμένης τῆς ἁμαρτίας. Τί γὰρ, ἐξὸν [e] κἀνταῦθα κἀκεῖθεν, ἐν εὐπαθείᾳ διάγειν; σὺ δὲ, μετὰ τῆς ἑκατέρωθεν ποινῆς, τῶν κρειττόνων ἠλλάξω τὰ χείρονα· μηδὲ ὑπερβολὴ χρηστότητος, ἡ τῶν εἰσπράξεων ὑπερβολὴ μεμηχανημένη, νομίζοιτο.

A consolationi, refrigerationi, et communi cuidam commodo inserviant viciniæ suis, et in pignus futuræ oblectationis, ut oculum confirment aliter dispositum, ad recte quæ hic fiunt perstringendum. Non omnes porro, ne gratia quæ virtuti debetur, persoluta fuisse putetur, accepta mercede temporali; atque ut ne supplicium illud gravissimum nec intermistum secundum mensuram quamdam videatur aberrantibus apparatum intolerabilem, ac si nulla restaret de peccatis adhibenda apologia; quorsum vero, et hic, et in futuro sæculo liceret ad voluntatem vivere? Tu quidem post pœnam utrolibet constitutam, pro melioribus pejora permutasti; nec bonitatis superabundantia, exigendæ rationis comparata superabundantiæ, hyperbole reputetur.

δ'. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἀδίκων πολλοῖς τὰ παρόντα B κατὰ ῥοῦν φέρεται, ἵνα εἴ τι καλοκἀγαθίας ἴχνος αὐτοῖς διεπράχθη, ἐντεῦθεν ὦσι τὴν ἀντιμισθίαν ἀπειληφότες, ἐξασθενούσης τῆς πράξεως παρατείνεσθαι πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μισθαποδοσίαν· εἰ [f] δὲ καὶ ἵνα μὴ πρόφασιν τῆς κακουργίας τὴν ταλαιπωρίαν προβάλλωνται. Οὐκ εἰς πάντας δὲ αὐτῶν τὰ τῆς εὐθείας διαβιβάζεται, ἵνα μὴ ἡ τῆς κακίας τρίβος, ἐπὶ πλέον ἀνευρυνομένη, πολλοὺς ἑλκύσῃ πρὸς βάραθρον· καὶ ἵνα μὴ πρὸς ἀναλγησίαν ἔτι μᾶλλον οἱ φιλαμαρτήμονες ἀποκλίνωσι, καὶ ἡ θεία ψῆφος τοῖς πολλοῖς εἰς χλεύην νομίζοιτο. Καὶ μυρία ἄλλα δι' ὧν τῆς προνοίας τὸ ἀγαθουργόν τε καὶ σοφὸν καὶ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην κρίσιν τε καὶ μεθοδίαν [g] καὶ ἔρευναν ἔστι θεάσασθαι. Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐμμελετῶν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐγγυμναζόμενος, τῆς δοκούσης ἐν C τοῖς παροῦσιν ἀνωμαλίας καὶ συγχύσεως σαυτὸν ἀναλάμβανε, καὶ τὰ περὶ ἡμᾶς πάθη, καὶ τῶν πειρασμῶν ἡ συνέχεια, μηδέν σε κατὰ τῆς προνοίας ὁπλιζέτω. Εἴτε γὰρ, ὡς ἡμεῖς εὐχόμεθα, δι' αὐτῶν τοῦ πλείστου ῥύπου καθαιρόμεθα, ἐντεῦθεν μᾶλλον τὸ ὑπέρσοφον καὶ φιλάνθρωπον τῆς προνοίας λαμπρῶς διαφαίνεται· εἴτε, καθάπερ αὐτὸς νομίζεις, ἄθλους καὶ ἀγῶνας ὑπερχόμεθα, μήτε τῶν ἐκεῖθεν ἡμᾶς στεφάνων φθονήσῃς καὶ τῆς προνοίας τὸ διὰ πάντων ἀγαθουργὸν καὶ μεγαλεῖον ἐκθειάζων μᾶλλον ἐπιγίνωσκε. Εἴη δὲ τὰ ἡμέτερα πάθη Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν περὶ ἡμᾶς σπλαγχνιζομένου, τῶν προειρημένων τὸ ἕτερον· ἀλλὰ μὴ βαρυτέρας τιμωρίας D καὶ ἀπαρακλήτου προοίμιον.

4. Similiter et secundo cursu, multa in præsenti feruntur impiis, ut si probitatis aliquod ab iis gestæ vel vestigium apparuerit, illi in hac vita præmium accipiant, cum nimis sit imbecillus actus, ut pertingat ad futuram ibi retributionem: sed et ne miserias illi suas, ad prætexendas allegarent improbitates suas. Nequaquam vero cum singulis recte inceditur, ne vitiorum via diffusior facta, multos præcipitaret in barathrum; neve magis adhuc magisque qui peccatis oblectantur, ad insensationem deviarent, neo judicium Dei multorum ludibrio exponeretur; sunt et alia sexcenta, unde liceat providentiæ divinæ bene faciendi propositum, sapientiam; humanum judicium, omnem censuram, et investigationem, superantem intueri. Hisce tu et hujuscemodi meditationes accommodando, et cogitationes tuas occupando, ab illius confusionis, et anomaliæ opinionibus quam in præsentis vitæ rebus videre videris, te expeditum reddes; nec quæ nobis obvenere calamitates, aut continuatæ tentationes, contra providentiam, armis te instruant: sive enim, quod nobis in votis est, ab inde plures sordes abluamus, hoc modo summus divinæ sapientiæ et misericordiæ gradus per Providentiam collustratus ostenditur: sive, quod tute opinaris, luctus subimus et certamina; noli nobis coronas futuras invidere, Providentiæ autem per omnia permeantis, opera bona et illustria magis apud animum recognosce. Nostræ autem passiones, per viscera misericordiæ Christi Dei nostri erga nos, in alteram rerum præallegatarum concedant, non autem prooemium, aut initium fiant gravioris cujusdam, et inconsolabilis supplicii.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΟΓ'.

Περὶ Τριάδος.

QUÆSTIO CLXXIII [*Coisl.* CCII. *Taur.* CXCIII].

De Trinitate.

Edita a Montacutio (ep. 35 ad Joan. Chrysost. p. 94).

Ἡ τῆς Τριάδος σύγχυσις, ἀναίρεσιν τῶν προσώπων ποιεῖ· ἡ δὲ τῆς οὐσίας διαίρεσις, ἀλλοτρίωσιν καὶ κατατομὴν ἐπινοεῖ τῆς Θεότητος· φεῦγε τὸν παρ' ἑκάτερα τῆς βασιλικῆς ὁδοῦ κρημνὸν, καὶ κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὅρους τε καὶ θεσμούς,

Trinitatem confundere, personas est tollere, substantiæ divulsio Deitatis alienationem, et consectionem introducit: præcipitium utrumque fugito extra regiam viam constitutum, et juxta leges, scita, et determinationes ecclesiasticas, unicam substantiam

VARIÆ LECTIONES.

[d] M. παρολισθῆσαι. [e] M. τί γάρ; ἐξόν. [f] M. ἔτι. [g] M. μεθοδείαν.

et Deitatem in tribus subsistentiis et personis venerare, et cole; et Christianam de Deo fidem, vel theologiam hisce comprehensam prædicato.

A μίαν οὐσίαν καὶ θεότητα ἐν ὑποστάσεσι καὶ προσώποις τρισὶ λατρεύων καὶ προσκυνῶν, τὴν τῶν Χριστιανῶν θεολογίαν τούτοις συγκεφαλαιούμενος ἀνακήρυττε.

QUÆSTIO CLXXIV [*Coisl.* CCIII, *Taur.* CXLIV].

Quomodo intelligendum sit quod de Job dicitur: « Pereat dies in qua natus sum? »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΟΔ'.

Πῶς δεῖ νοεῖν τὸ περὶ τὸν Ἰὼβ εἰρημένον· «Καταραθείη ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐγεννήθην;»

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. IX, 105, 106). — Exegetica *In Job* III, 3.

Job maledicit diei nativitatis suæ, ut inter plures causas eligam, quia mente multum agitabatur, ne forte in tantam culpam incidisset, ut tantam Dei iram contra illum excitasset, id est: in tantum a Dominicis mandatis recessi, ut mihi lateat magnitudo mali; in tantum autem longanimitatem et philanthropiam Dei provocavi, ut tantæ iræ subjici dignatus fuerim, et tali pœnæ submitti. Maledicitur dies ista, ita tamen ut ista maledictio non esset indignatio contra illa quæ passus erat, sed potius lamentationes et obsecrationes pro his quibus Deum offenderat Quod et clare explicat Dominus, cum ad illum dicit: « Putas me non ita tecum egisse ut justus videreris, » e contra non sunt tibi peccatorum repetitio passiones quas habuisti subeundas, sed exercitium quidem virtutis, præmiorum et pulchriorum coronarum quam pro doloribus et plagis compensationem procurans. Itaque non ira impulsus, te tantis laboribus probavi; sed potius ut tua virtus fulgentior appareret, et contra communem nostræ naturæ hostem fortis et trophæis onustus omnibus videreris. Diei autem nativitatis maledicit et hoc non absolute, sed quia in illa die splendidis conviviis illos qui vel amicitia vel sanguine illi conjungebantur. Mos est enim splendide viventes sese spectaculorum et cantuum aliquorum jucunditate et deliciis delectare, per quæ et visus et auditus fascinantur. Regibus enim cœnantibus, conveniens erat talia in convivio induci. Propterea sane mente turbabatur ne ista Deo fuissent odiosa, et iram illius contra se excitassent. Itaque maledicit nativitatis diei, id est, in quæ et vires et vigorem, et anima reflexionem in deliciis affluere sinebat, et vanis voluptatibus deliniri. Quod autem istam maledictionem exterius profert, ne omnibus insensibilis tam terribilem calamitatem sufferre videatur, non est absurdum cogitare. Maledictionem enim profert non contra aliquid vere exsistens, sed quod antea factum jam non exsistit, esseique forte maledictio ista magnitudinem passionis et dolorum sensationem manifestans, et maledicentem nullius culpæ reum demonstrans. Contra enim nihilum erat illi indignatio. Si quis autem dixerit eum Dominici decreti memorem illud dixisse, piam sententiam amplexus erit. Cujusnam vero decreti? Illius quo contra Evam promulgavit, cum illa Adamum participem culpæ reddidit. Tunc enim dicit, doloribus et ærumnis hominum partum et mortem subjiciens, ex quibus occurrebat spes gaudii, tristi domans morositate. Ad istum ergo dolorem Job mentem attollens, non

Novi autem nonnullos qui aliam quamdam hujus mysterii explicationem symbolicam protulerint. Deus, inquiunt, virtutibus et justitiæ trutina omnium providentiam librat; quoniam igitur quod ab hominibus excogitatum est ad ferendum de æqualibus et inæqualibus judicium, hoc proprie trutina dicitur, cujus extremitas utraque media ex parte, quam examen vocant, dependet; et (51) trina quidem proprietate sua, divinarum personarum differentiam subindicat: harum autem trutinæ proprietatum unicum est judicium, et unica operatio; sicque trutina et trium personarum et singularis naturæ [Dei] considerationem quadam velut imagine in se ipsa exprimit, non contumeliosum sibi esse existimavit universorum judex et quasi librator Deus incomprehensibilem sui notitiam per consuetas nobis voces detegere et explicare.

Possis etiam ipse advertere, in alio nullo [præter ternarium] numero duas extremitates medietati conjungi per singularem et differentiæ omnis expertem æqualitatem, indiversitatem et indistantiam seu inseparabilem [in re tamen inconfusa] nobis delineat et sacram quamdam nostræ Theologiæ ideam velut in speculo exhibet, per hunc potius quam per alium quempiam numerum explicatam Trinæ unicæque Deitatis Theologiam edocere merito studuit Ecclesiæ quæ sacris nos mysteriis initiat, judicium.

At enim illud quoque manuductionis instar oportet ut assumat is, qui voluerit intelligere cur sancta Trinitas neque multiplicari amplius neque innovationis quidpiam possit in se recipere. Hoc porro cujusmodi est? Quandoquidem eorum quæ ex non exstantibus ad exsistentiam producta sunt, unumquodque materia constat et forma, vel saltem elementari aliqua dualitate, quæ, quamdam cum materia et forma proportionem habeat, necesse est ut binarium illum qui creaturis convenit, numerum tanquam terrestrem ac materialem superet natura materiæ omnis expers, omnem supra substantiam posita et hujus universi creatrix. Quod si res ita se habeat, par est ut duali numero comprehendi se

A οὖσαν πρὸς ἑτέραν ἁπασῶν τῶν φύσεων δημιουργὸν καὶ ἐξῃρημένην αὐτῶν ἀφθέγκτοις ὑπεροχαῖς τῆς γεννήσεως ἄγαλμα τὸ ποιεῖσθαί τε καὶ συνίστασθαι. Πολλὰ δ' ἂν καὶ ἕτερα εἴη πρὸς τὴν αὐτὴν θεωρίαν διοικονομεῖσθαι δυνάμενα.

Οἶδα δέ τινας εἰπόντας καὶ ἑτέραν τινὰ συμβουλικὴν θεωρίαν. Ἀρεταῖς, φασὶ, τὸ Θεῖον καὶ ζυγῷ δικαιοσύνης τὴν πρόνοιαν πάντων ταλαντεύων [m]. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὃ τοῖς ἀνθρώποις ἐπινενόηται κριτήριον τῶν ἴσων τε καὶ ἀνίσων, ζυγὸν δ' αὐτὸ κυριολογοῦσιν. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο [n] τὰ παρ' ἑκάτερα δύο πέρατα τῆς κατὰ τὸ μέσον κεραίας ἐξήρτηται. Καὶ τριαδικῷ μὲν
B ἰδιώματι τὸ κατὰ τὰς ὑποστάσεις διάφορον ὑποδείκνυται. Μία δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ἡ κρίσις καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ταύτῃ τριαδικὴν ἐν ἑαυτῷ καὶ μοναδικὴν θεωρίαν εἰκονίζει, οὐκ ἔσχεν ὕβριν ὁ τῶν ὅλων κριτὴς, καὶ ζυγοστάτης Θεὸς, διὰ τῶν ἡμῖν συντρόφων φωνῶν τὴν ἀκατάληπτον αὐτοῦ θεογνωσίαν παραπτύσσεσθαι.

Οὐδ' ἂν ἐπιθεωρήσαις ὡς ἐπ' οὐδενὸς ἔστι λαβεῖν τῶν ἄλλων ἀριθμῶν πλὴν τῆς Τριάδος ἀπαραλλάκτῳ καὶ ἑνιαίᾳ ἰσότητι τὰ ἄκρα τῷ μέσῳ συναπτόμενα. Ὁ τοίνυν ἐν ἀριθμοῖς τὸ ἴσον καὶ ἀπαράλλακτον καὶ
C ἀδιάστατον ἐν τῷ ἀσυγχύτῳ ὑπογράφει, καὶ ἱεράν τινα φαντασίαν τῆς ἡμῶν θεολογίας ἐνοπτρίζει [o], εἰκότως ἐφιλοσόφησεν ἡ μυσταγωγὸς τῆς Ἐκκλησίας χρίσις [p], δι' ἐκείνου μᾶλλον ἢ δι' ἑτέρου τινὸς ἀριθμοῦ τὴν [q] ἀναπλουμένην τῆς τριαδικῆς μοναρχίας ἐκδιδάσκειν.

Ἀλλὰ γὰρ δεῖ κἀκεῖνο λαβεῖν χειραγωγίαν ἐσόμενον εἰς τὸ κατανοεῖν τὸ τῆς Τριάδος ἀπλήθυντόν τε καὶ ἀκενοτόμητον [r]· ποῖον δὴ τοῦτο; ἢ εἰ [s] ἕκαστον τῶν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθέντων ἐξ ὕλης ἐστὶ καὶ εἴδους, ἢ ἐξ ἀναλογούσης γε πάντως ὕλῃ καὶ εἴδει στοιχειώδους δυάδος ἀναγκαῖον τῆς δυαδικῆς συναριθμήσεως τῶν κτησμάτων [t] ἅτε δὴ χαμαιπετοῦς καὶ προσύλου τὴν ἄϋλον καὶ ὑπερούσιον
D καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς φύσιν ὑπεραναβεβηκέναι. Εἰ δὲ τοῦτο, εἰκότως ἄρα μετὰ τὴν ἐν δυάδι ἀρίθμησιν οὐδαμῶς ἀνέχεται τὸ Θεῖον συναπαρτίζεσθαι. Τῇ δὲ τριαδικῇ θεολογίᾳ κάτω λειπῶν [v] τὴν ὕλην, καὶ τὰ τῆς ὕλης, ἐνυδριόμενον τὴν μετ' αὐτὴν ἀρίθμησιν οὐ προσίεται. Ἵνα μὴ πρὸς τὸ χυ-

VARIÆ LECTIONES.

[m] l. ταλαντεῦον. [n] legerem lubenter τούτου. [o] l. ἐνοπτρίζει. [p] l. κρίσις. [q] adde vel subintellige θεολογίαν, idque per figuram quæ vocatur a Græcis ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. [r] ἀκαινοτόμητον. [s] L. ἐπεί. [t] κτισμάτων. [v] λεῖπον vel λιπόν.

NOTÆ.

(48) *Licet terrenis natura artis præposita et antelata esset, quam necesse esset rursus.* Ἐπεὶ κἂν τοῖς περιγείοις ἡ φύσις τῆς τέχνης προΐδρυταί τε καὶ προκάθηται, ἣν ἀνάγκη πάλιν. Id est: « Quoniam in terrenis quoque rebus arti natura præponitur et præsidet, quam rursus necesse est., etc.

(49) *Veluti imaginem constitui.* Τῆς γενέσεως ἄγαλμα τὸ (lego ἄγαλμά τι) . . . συνίστασθαι. Id est: « veluti quamdam generationis imaginem . . . constituit.

(50) *Hic deerant plurima apud* Canisium, *quæ mihi Græca communicavit* D. Caperronnier, *et ipse Latina fecit, summa cum humanitate.* (BASN.)

(51) Intelligit, opinor, ambas trutinæ extremitates et τὸ *examen* dictum.

δαίόν τε καὶ ἀνίδρυτον κατενεχθείη τῆς πρώτης περιοχῆς ἀποῤῥυὲν, καὶ πρὸς ἑκάστην ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην διασκεδαζόμενον.

A nequaquam patiatur Divinitas : sed materiam et quæ ad hanc pertinent, infra se relinquens, in trina theologia sedem figat, neque illum post Trinitatem numerum admittat ; ne ad effusam ineffabilemque numeri rationem deferatur, si a prima illa [Trinitatis] comprehensione defluxerit et ad unamquamque hominum excogitationem dispergatur.

Τριὰς δὲ καὶ οὐχὶ δυὰς ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ τὴν αἰτίαν καὶ ἀρχὴν τῆς τομῆς καὶ τοῦ σκεδασμοῦ ἐν ἑαυτῷ φέρων τὴν ἑνιαίαν καὶ ἄτμητον καὶ πηγὴν πάσης ἑνότητος ἐνυβρίσῃ φύσιν. Οὐδὲ τέσσαρα δὲ πολλῷ μᾶλλον. Διπλῆ γὰρ ταῦτα τομὴ, ἡ μὲν τὴν γένεσιν προκαταλαβοῦσα, ἡ δὲ τὴν ἐξ ἐκείνης συντεθεῖσαν τέμνουσά τε καὶ διαλύουσα. Οὐδὲ τὰ πέντε δ' ἂν ἔχοι χώραν καθορᾶσθαι, οὐδὲ τὰ ἑξῆς. Τὰ μὲν ὅτι δεύτερα τῆς Τριάδος, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἀμεροῦς ἐννοίας ὑποβέβηκεν. Τὰ δὲ ὅτι τοῦ σκεδασμοῦ καὶ τῆς τομῆς, καὶ τῆς ὕλης ὅσον εἰς σύνθεσιν πρόεισιν πλέον μετέχει. Οὐκοῦν εἰκότως ἡ θεολογία, τὴν μὲν Τριάδα πρὸς ἐκφαντορίαν τῆς ἐν τῇ φύσει παραλαμβάνει κρυφιότητος. Τὸ δὲ ἓν διότι οὐδενὶ οὕτως ἄλλῳ τὸ ὑπὲρ νοῦν κρύφιον τῆς θεότητος ὡς τῷ ἑνὶ θεολογεῖται καὶ παραδείκνυται· καὶ διότι πηγὴ συμφυΐας ἁπάσης ὑμνολογεῖται τὸ Θεῖον ἑνότητος.

Jam vero Trinitatem habet Deus, non dualitatem ; ne si sectionis dispersionisque causam et principium in se ipso ferret, singularem insectilem, et omnis unitatis fontem naturam contumelia quadam afficeret. Multo magis excluditur a Deo quaternitas. Hæc enim duplex est sectio ; quarum una (52) creationem præoccupavit, altera compositam ex illa secat et dissolvit. Neque etiam in divinis locum B habet quinarius numerus neque cæteri qui sequuntur ; tum quia secundas tenent post trinitatem partes, et ipsius ideæ indivisibili longe sunt impares, tum quia dispersionis, et sectionis, et materiæ [quantum ad compositionem pertinet] sunt amplius participes. Itaque jure merito theologia Trinitatem quidem assumit ad illius quod in natura [divina] absconditur, mysterii declarationem : unitatem vero, eo quod nihil perinde ac unitas absconditam Deitatis naturam omni creata mente superiorem indicet, et eo qui Deum deceat, modo eloquatur ; præter quam quod divina unitatis ratio tanquam fons cujusque naturalis cognationis celebratur.

Ἔτι δὲ ἡ δυὰς, τά τε ἴχνη τοῦ μὴ ὄντος ἐν ἑαυτῇ πρώτῃ μάλιστα φέρει. Λύσεώς τε γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων αὕτη πηγὴ, καὶ τομῆς καὶ σκεδασμοῦ, καὶ πᾶσιν αἰτία φέρειν ἐν ἑαυτοῖς τῆς φθορᾶς τὰ προοίμια. Ἡ Τριὰς δὲ τὸ ἄτμητον εἰκονίζει πρώτη καὶ ἀσκέδαστον. Καὶ εἴ τι ἄλλο μετέχει τῆς ἀδιαιρέτου τε καὶ ἀσκεδάστου φύσεως ἐξ αὐτῆς μετειληφὸς ἐπιγινώσκεται. Διὸ τὸ Θεῖον εἰκότως τῆς ῥοῆς καὶ λύσεως καὶ φθορᾶς αἰτίαν ἀπεσείσατο [x]. Διὰ δὲ τῆς εἰκονιζούσης Τριάδος τὸ ἄῤῥευστόν τε καὶ ἀσκέδαστον καὶ ἀδιάλυτον ἐπιγινώσκεσθαι κατηξίωσεν. Καὶ γὰρ τὸ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς τομῆς καὶ ῥύσεως τῶν ἄλλων ὁμοταγῶν παθῶν ὑπεριδεῖν, οἰκεῖον θεότητος. Τὸ δὲ τὴν Τριάδα μὴ ὑπεριδόντας πρώτως εἰκονίζουσαν τἀναντία πάντα τῶν εἰρημένων παθῶν εἰς ἀπορίαν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν πλανᾶσθαι μὴ παραχωρεῖν, φιλανθρωπίας τέ ἐστι τῆς πρεπούσης Θεῷ, καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς Προνοίας περιφανεστάτη παράστασις.

Ad hæc dualitas prima omnium maxime in se fert nihili, seu ejus quod non exsistat, vestigia. Hæc enim præ cæteris fons dissolutionis est, scissuræ et dispersionis ; causamque omnibus præbet C cur in seipsis quædam veluti primordia ferant corruptelæ : Trinitas autem, quod secari dispergive nequit, illud prima repræsentat ; et si quid aliud indivisibilis nec dispersionem patientis naturæ fit particeps, ex ipsa particeps illius esse cognoscitur. Quam ob rem divinitas causam effluxus, dissolutionis, et corruptelæ a se ipsa expulit : et per Trinitatem quæ immunitatem ab effluxu, dissolutione et dispersione repræsentet, agnosci dignata est. Etenim sectionis, effluxus, et aliarum ejusdem ordinis affectionum causam despicere, hoc sane divinitatis est proprium : quod vero Trinitatem quæ omnia prædictis affectionibus contraria velut imagine quadam exhibeat, non despexerimus, neque permiserit Deus ut humana mens in dubitationum angustiis adducta erraret ; hoc profecto benignitatis est qua Deum erga homines affici decet et manifestissimum erga nos Providentiæ argumentum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΠΒ'.

Πῶς λέγομεν ἓν καὶ τρία τὸ Θεῖον;

D QUÆSTIO CLXXXII [*Coisl.* CCXI, *Taur.* CCII].

(53) *Quomodo dicamus Deum unum et tria?*

Edita a Basnagio (l. c. p. 431-433).

Ἓν καὶ τρία τὸ Θεῖον θεολογοῦμεν, τὸ ἓν δὲ καὶ τὰ τρία ἑνὶ τῆς ὑπερφυοῦς ταύτης θεαρχίας καὶ καθ' ἡμᾶς ἱερολογεῖ θεολογία. Οὐ τὸ ἓν ἐν ἀριθμοῖς ἢ τὰ τρία κυρίως ὥσπερ ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν καὶ κυρίως

Unum et tria Deum theologice dicimus, et unum et tria in divinitate, quæ supra naturam est, nostra Theologia dicit, non unum in numeris, vel tria proprie sic accipiens, sicut in iis, quæ secundum natu-

VARIÆ LECTIONES.

[x] ἀπεσείσατο.

NOTÆ.

(52) Nam, ut supra docuit Photius, omnis Creatura constat ex materia et forma ; vel ex aliqua dualitate quæ materiæ et formæ respondeat.

(53) Hanc quæstionem nec non et duas sequentes efformat quarta ex Dissertationibus Basnagii.

ram, et proprie numerari possunt, (54) omnem enim numerum et unitatem, quæ sunt partes numeri, et omnem aliam quantitatem divinitas, mensura arcana, quæ expromi non potest, superat, sed symbolice nomine unius intelligere possumus occultam illam et abditam divinæ naturæ rationem, et ab omni voce et extra se egressione remotionem, et ut sic loquar, inclinationem et ingressionem ad semetipsam; reconditumque illud naturæ supra omnem cogitationem et intelligentiam evectæ. Nomen vero trium mystice docet bonitatem, quæ eam facit manifestam, et qua procedit, seque expandit, et explicat, non totum fulgorem emittens, sed quantum natura humana potest recipere, in quibus Creator et potentia ejus, ac providentia quæ per se exsistit, actu vivifico et omnia conservante simul splendescit et innotescit, (55) illa enim παντελὴς ἀκινησία, id est, perfecta quies et immobilitas in mansione arcana et abdita, quæ expromi non potest, sicut in thalamis silentii occultatur, sic ab omni mente secessit, quoniam nec est mens, quæ ad ea intelligenda ascendat, quæ supra mentem sunt.

In primis cogitatio nostra, ut Deum decet, mansionem et stationem, et quietem immotam, et identitatem, et quantum potest humana natura superne illuminari splendore illinc misso, (56) conjuncte et copulate contemplatur. Hic vero unitam, et deificam diversitatem, et inseparabilem (57) in personis immotis, ut Deum decet, manentem, tanquam ex fonte arcano et abdito, decenter Deo aspicit. Unum igitur et tria est Deus, non secundum artem numerandi, hoc sane ante nos ille arcanorum magister magnus Dionysius ab illo institutus, qui quæ expromi non possunt, eum docuit, significans, aiebat, qui est omnium, quæ sub intelligentiam cadunt eximie, et excellenter effector, nec est unum, nec unitas, collocans eum super omnia, quæ apud nos sunt in honore et pretio, declaransque, ut est ante alia, sic etiam esse ante numerationem. Et rursus, inquit, videmus divinitatem sacre laudatam tanquam monadem, et unitatem (Deum, inquam, tanquam solum et unum) propter simplicitatem et unitatem impartibilitatis supra naturam, ex qua,

A ἀριθμητῶν παραλαμβάνουσα. Ἀριθμοῦ γὰρ παντὸς καὶ ἑνάδων, αἳ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ μέρη καὶ πάσης ἄλλης ἀναπληροῦσι ποσότητος, παντελῶς ἡ ὑπεράρχιος ἀγαθαρχία, ἀῤῥήτῳ μέτρῳ ὑπερίδρυται. Ἀλλὰ μὴν διὰ τοῦ ἑνὸς τὴν κρυφιότητα αὐτῆς καὶ τὸ ἄφθεγκτον, καὶ ἀνεκφοίητον [y], καὶ πῶς ἄν τις εἴποι τὸ συνεῦον εἰς ἑαυτὴν καὶ σεσιγημένον τῆς φύσεως, καὶ παντὸς ἐπέκεινα καὶ νοῦ καὶ νοήσεως, συμβολικῶς ἐνδίδωσιν ἀναπτύσσεσθαι. Τὸ δὲ τρία τὴν ἐκφαντορικὴν αὐτῆς ἀγαθότητα καὶ πρόοδον καὶ ἐξάπλωσιν ἱερολογικῶς μυσταγωγεῖ καὶ ἀνακαλύπτει. Οὐχ ὅλην τὴν αἴγλην ἐναυγάζουσα, ἀλλ' ὅσην ἡ ἀνθρωπίνη φύσις δυνατὴ παραδέχεσθαι. δι' ὧν ὅ τε Δημιουργὸς, καὶ ἡ αὐθυπόστατος δύναμίς τε καὶ πρόνοια τῇ ζωογόνῳ καὶ συνεκτικῇ τοῦ παντὸς B συνεκλάμπει καὶ συναναφαίνεται ἐνεργείᾳ. Ἡ γὰρ ἐν τῇ [z] ἀφράστῳ τῆς κρυφιότητος μονὴ, καὶ παντελὴς ἀκινησία, ὥσπερ δὴ τοῖς τῆς σιγῆς θαλάμοις ἐναποκρύπτεται, οὕτω δὴ καὶ διανοίας πάσης, ὅτι μηδ' ἡντινοῦς [a] εἰς τὰ ὑπὲρ νοῦν ἀνιὼν ἀνακεχώρηκεν.

Ἐν μὲν οὖν [b] τοῖς πρώτοις ἡ θεοπρεπὴς φαντασία τὴν μονὴν καὶ στάσιν, καὶ τὸ ἀκίνητον καὶ τὴν ταυτότητα, καὶ ὅσον ἐστὶ δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει δέξασθαι τὰς ὑπερανωσκειμένας [c] αὐγὰς τῆς ἐκεῖθεν ἐλλάμψεως, τῆς μονῆς καὶ στάσεως καὶ ἀκινησίας τὸ συνῃρημένον ἐποπτεύει· ἐνταῦθα δὲ τὴν ἑνοειδῆ C καὶ θεουργὸν ἑτερότητα, καὶ τὴν ἀδιάστατον ἐν ἀκινήτοις ὑποστάσεσι κίνησιν, ἀῤῥήτως τε καὶ ῥοῆς χωρὶς ἁπάσης θεοπρεπῶς ἐπιβλέπει. Ἓν οὖν τὸ θεῖον καὶ τρία, οὐ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν τεχνολογίαν. Τοῦτο δὲ ἄρα καὶ πρὸ ἡμῶν ὁ τῶν ἀποῤῥήτων μύστης ὑπὸ τοῦ τὰ ἀνέκφραστα μυσταγωγοῦντος ὁ μέγας μυηθεὶς Διονύσιος αἰνιττόμενος ἔλεγεν, ὡς ὁ παντὸς νοητοῦ καθ' ὑπεροχὴν αἴτιος οὔτε ἕν ἐστιν, οὔτε ἑνότης, ὑπερτιθεὶς αὐτὸν τῶν ἐν ἡμῖν ἁπάντων τιμίων. Καὶ δὴ καὶ δῆλον ὡς πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ τῆς συναριθμήσεως, καὶ πάλιν ὁρῶμεν τὴν θεαρχίαν ἱερῶς ὑμνουμένην, ὡς μονάδα μὲν καὶ ἑνάδα, διὰ τὴν ἁπλότητα καὶ ἑνότητα τῆς ὑπερφυοῦς ἀμερείας, ἐξ ἧς ὡς ἑνοποιοῦ δυνάμεως ἑνιζόμεθα, καὶ τῶν μεριστῶν ἡμῶν ἑτεροτήτων ὑπερκοσμίως συμπυσσομένων [d-e],

VARIÆ LECTIONES.

[y] l. ἀνεκφοίτητον. [z] τῷ. [a] l. μηδ' ἣν τις νοῦς, vel μηδ' ἣν τινος νοῦς. [b] dele οὖν. [c] l. ὑπεράνω κειμένας vel ὑπερανῳκισμένας. [d-e] l. συμπτυσσομένων.

NOTÆ.

(54) *Omnem enim numerum* etc. *superat.* Ἀριθμοῦ γὰρ παντὸς καὶ ἑνάδων, αἳ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ μέρη καὶ πάσης ἄλλης ἀναπληροῦσι ποσότητος, παντελῶς ἡ ὑπεράρχιος, ἀγαθαρχία ἀῤῥήτῳ μέτρῳ ὑπερίδρυται. Id est: « Omnem enim numerum et unitates, quæ numeri et omnis alterius quantitatis partes adimplent, omnino superat ineffabili mensura optimus ille [Divinitatis] principatus omnem supra principatum positus. »

(55) *Illa enim perfecta quies et immobilitas in mansione arcana et abdita quæ expromi non potest.* Ἡ γὰρ ἐν τῇ [lego τῷ] ἀφράστῳ τῆς κρυφιότητος μονὴ καὶ παντελὴς ἀκινησία. Id est: « Nam mansio in secreto ineffabili, et perfecta illa immobilitas. »

(56) *Conjuncte et copulate contemplatur. Hic vero unitam et deificam*, etc. τῆς μονῆς καὶ στάσεως καὶ ἀκινησίας τὸ συνῃρημένον ἐποπτεύει· ἐνταῦθα δὲ τὴν ἑνοειδῆ καὶ θεουργόν. Id est: « Mansionis quietis, et immobilitatis contractionem contemplatur: Hic vero uniformem et deificam. etc. »

(57) *Inseparabilem, etc. Deo aspicit.* Τὴν ἀδιάστατον ἐν ἀκινήτοις ὑποστάσεσι κίνησιν ἀῤῥήτως τε καὶ ῥοῆς χωρὶς ἁπάσης θεοπρεπῶς ἐπιβλέπει. Id est: « Inseparabilem in personis immotis motionem, ineffabiliter et absque omni fluxu, prout Deum decet, aspicit. »

εἰς θεοειδῆ μονάδα συναπτόμεθα, καὶ θεομίμητον ἕνωσιν.

Τριάδα δὲ, πρόσχες· οὐ γὰρ ὡς ἀριθμητὴν φησιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τρισυπόστατον τῆς ὑπερουσίου γονιμότητος ἔκφασιν, ἐξ ἧς πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἔστι τε καὶ ὀνομάζεται· καὶ πολλὰ τοιαῦτά ἐστιν παρὰ τῷ θεσπεσίῳ τῶν ἀθεάτων θεωρῷ, καὶ τῆς Παύλου μυσταγωγίας ἐπαξίῳ. Ὅτι δὲ οὐ τῶν κυρίως ἀριθμητῶν ἡ Τριὰς ἔκ τε τῶν εἰρημένων ἔστι θεωρεῖν, καὶ ἄλλοι διάφοροι δηλοῦσι λόγοι. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν κυρίως ἀριθμητῶν, οἷον ἀνθρώπων, φέρε εἰπεῖν, ἢ ἀγγέλων, ἢ μυρίων ἄλλων δυνάμεθα λέγειν, καὶ τριὰς ἀγγέλων καὶ τριὰς ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τρεῖς ἄγγελοι, καὶ τρεῖς ἄνθρωποι. B Ἐπὶ δὲ τῆς ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ ἀριθμὸν ὑπεραγίας Τριάδος, οὔτε Τριὰς θεῶν εἴποιεν [f] ἄν τις εὐσεβῶν, ἀλλ' οὐδὲ τρεῖς θεοί. Πάλιν τὰ ἐν τῇ ὑπεραγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι λαμβανόμενα πρόσωπα, φανερὸν ὡς δι' ἀλλήλων τὰς ἰδιότητας ἀχράντους καὶ ἀκηράτους διασώζοντα χωρεῖ. Πληροῖ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ, πληροῖ τὰ πάντα ὁ Υἱὸς, ὡσαύτως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ἔνθα πάρεστι τὸ Πνεῦμα, ἐκεῖ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱός· ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς πάρεστιν ὁ Υἱὸς, συμπάρεισι καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα. Ἐπὶ δὲ τῶν κυρίως ἀριθμητῶν οὐδὲν ἔστι τοιοῦτον οὐδὲ ἐννοεῖν.

Ἔτι δὲ ἐπὶ τῶν κυρίως ἀριθμητῶν, καὶ προσθήκη γίνεται καὶ ἀφαίρεσις τῶν ἀριθμουμένων· C ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερουσίου καὶ ἀκαταλήπτου Τριάδος, πῶς ἂν ὅλως ἐννοειθείη τοῦτο; καὶ πολλὰ ἄν τις ἐπιθεωρήσειε τοιαῦτα.

A tanquam unifica potentia, efficimur unum, (58) et nostris diversitatibus divine complicatis et in unum convolutis, in unitatem Dei similem, et unitionem, quæ Deum imitatur, copulamur.

Trinitatem vero attende, (59) non enim tanquam numerabile, dicit, sed propter manifestationem trium personarum in illa supra naturam fecunditate, ex qua omnis paternitas in cœlo et in terra est et nominatur. Et multa alia hujusmodi licet reperire apud divinum inaspectabilium spectatorem, et in mysteriis Pauli institutione dignum. Quod autem Trinitas non sit proprie numerabilium, tum ex iis quæ dicta sunt licet cognoscere: tum aliæ rationes varie declarant, siquidem in iis, quæ proprie numerari possunt, ut, verbi gratia, in hominibus et angelis, et similiter in infinitis aliis dicere possumus, trinitatem angelorum et trinitatem hominum, imo et tres angelos, et tres homines; in Trinitate vero supra quam sancta, neque Trinitas deorum pie dici potest, neque tres Dii. Rursus in Trinitate supra quam sancta et unius ejusdemque substantiæ personæ in seipsis mutuo incedunt, integris et salvis proprietatibus implet omnia Pater; implet omnia Filius, similiter etiam Spiritus sanctus. Et rursus; Ubi adest Spiritus, illic et Filius, et Pater, quin etiam in quibus est Filius, sunt simul et Pater et Spiritus sanctus. In iis vero, quæ proprie numerari possunt, nihil ejusmodi ne intelligi quidem potest.

Ad hæc in iis quæ sunt proprie numerabilia, accessio fit, et subductio eorum, quæ numerantur; in Trinitate vero supra naturam, et incomprehensa, quomodo hoc penitus intelligatur? Multa alia ejusmodi contemplari quis potest.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΠΓ'.

Περὶ τῶν αὐτῶν τῷ αὐτῷ.

Edita a Basnagio (l. c. p. 433).

Τὸ ἓν καὶ τὰ τρία ἐνὶ τῆς θεαρχικῆς θεολογούμενα φύσεως, οὐχ ἀριθμός ἐστι κυρίως, οὐδ' ἀρχὴ ἀριθμοῦ· ἀλλὰ τὸ μὲν ἓν σύμβολόν τί ἐστι τῆς ἀπερινοήτου κρυφιότητος, καὶ αἰνιγματίζει τὸ ἄῤῥητον τῆς ὑπάρξεως. Τὴν ἐκφαντορίαν δὲ τὰ τρία διαπλοῖ, καὶ παραγυμνοῖ τοῖς μεριστοῖς τὴν γνῶσιν τῆς ἀμερίστου καὶ ἀκαταλήπτου θεότητος. Ἐκφαίνεται γὰρ ἡ ὑπὲρ νοῦν καὶ πᾶσαν κατάληψιν οὐσία τῇ τοῦ Πατρὸς ἀναπλουμένη καὶ Υἱοῦ προσηγορίᾳ καὶ Πνεύματος. D Ὥσπερ ἐπὶ τὸ κρύφιον καὶ ἀκατανόητον συστέλλεται τῷ ἑνὶ τῆς ὑπερφυοῦς μηδ' ἐπινοίᾳ στερουμένη κρυφιότητος. Καὶ τῶν ὀνομάτων ἀλλήλων διισταμένων ἡ ἄῤῥητος δι' αὐτῶν καὶ ἀσυναίρετος θεολογεῖται τῶν

QUÆSTIO CLXXXIII [*Coisl.* CCXII, *Taur.* CCIII.]

De iisdem eidem.

— Præcedentis continuatio.

Unum itaque et tria non sunt proprie numerus, neque principium numeri in naturæ divinæ Theologia, sed potius unum symbolum est arcanæ, et in abdito reconditæ naturæ, quæ intelligentia comprehendi non potest, significatque in ænigmate non posse efferri et exprimi divinam substantiam. Tria vero manifestationem explicant; et divinitatis impartibilis, atque incomprehensæ cognitionem aliquantum explanant hominibus qui sunt partibiles; patefit enim substantia, quæ supra mentem, et supra omnem comprehensionem est, appellatione Patris, et Filii, et Spiritus sancti, (60) sicut uno arcani, quod supra naturam est, et neque cogita-

VARIÆ LECTIONES.

[f] l. εἴποι.

NOTÆ.

(58) *Et nostris diversitatibus in unum convolutis.* Καὶ τῶν μεριστῶν ἡμῶν ἑτεροτήτων συμπτυσσομένων. Id est: « Et nostris diversitatibus seu differentiis quæ sunt divisibiles, in unum convolutis. »

(59) *Non enim tanquam numerabile dicit.* Οὐ γὰρ ὡς ἀριθμητὴν φησι. Id est: « Non enim tanquam numerabilem dicit. »

(60) *Sicut uno arcani, etc. nominibus significantur.* Ὥσπερ ἐπὶ τὸ κρύφιον καὶ ἀκατανόητον συστέλλεται τῷ ἑνὶ τῆς ὑπερφυοῦς μηδ' ἐπινοίᾳ στερουμένη κρυφιότητος· καὶ τῶν ὀνομάτων ἀλλήλων διισταμένων ἡ ἄῤῥητος δι' αὐτῶν καὶ ἀσυναίρετος

tione firmatur, contrahitur in arcanum; et quod A comprehendi non potest; et nominibus inter se distinctis traditur conjunctio sine synæresi (id est, contractione personarum) eorum, qui nominibus significantur, et intelliguntur, et quod multiplicari non potest, non recedens ab unitate, exit sine multiplicatione, trinitate multiplicatum. Et hoc quidem unum tria profert; hæc vero tria ab illa simplicitate unius et conjunctione non exeunt.

νοουμένων συνάφεια, καὶ τὸ ἀπλήθυντον οὐκ ἐξιστάμενον τῆς ἑνότητος, πρόεισιν ἀπληθύντως τῇ τριάδι πληθυνόμενον· καὶ τὸ μὲν τὰ τρία βλαστάνει, τὰ δὲ τῆς τοῦ ἑνὸς ἁπλότητος καὶ συναφείας οὐ διΐσταται.

Quamobrem vere est incommunicabilis Deus, nihil enim ejusmodi est in creaturis; si vero unum tantum esset, vel tria, Deus infinitos haberet consortes et participes, demonstraretque creatura Creatorem in suis proprietatibus collocatum.

Διὸ καὶ ἀκινώνητον [g] ὡς ἀληθῶς ὁ Θεός· οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον ἐν τοῖς κτίσμασιν· εἰ δὲ ἓν μόνον ἦν ἢ τρία, τὸ Θεῖον μυρίους ἂν συνεπεἰγετο κοινωνοὺς καὶ ἡ κτίσις τὸν Κτίστην ἐδείκνυ τοῖς ἑαυτῆς συναπτόμενον ἰδιώμασιν.

QUÆSTIO CLXXXIV [*Coisl.* CCXIII, *Taur.* CCIV].

Eidem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΠΔ'.

Τῷ αὐτῷ.

Edita a Basnagio (l. c. p. 433, 434). — Prioris continuatio.

Quod si Deus et divinitas in omnibus est, et per B omnia meat, quid mirum est, si et in hominibus est tanquam homo. Esse igitur in omnibus, tum ex aliis, tum ex ratione creationis intelligitur, esse vero in hominibus, cognoscitur ex assumpta humanitate, quam propter charitatem erga nos assumpsit, (61) et exortus, quem cœpit, participatione, et communione nostra, quæ secundum honorem post primum tulit. Quorum alterum manus Creatoris largita est; alterum ipse ad nos veniens. Sicut igitur (62) omnia, cum non essent, creatio ejus fecit ut essent, sic etiam, quia homines singulari supra aliarum creaturarum omnium procurationem providentiæ beneficio affecit, etsi partus Virginis, et ille ortus, qui exprimi non potest verbis, supra ortum humanum est, genitum esse C dicimus eum, qui ex æternitate est, et hominem vocatum, qui naturam humanam finxit ac formavit. Non facimus hominem Deum, apage, hoc enim fere fieri non potest, et judicium rationis hoc non patitur, sed Deum confitemur venisse ut hominem quod facile est Deo, qui naturæ auctor fuit, id quod illius in nos charitatis vim magnam prædicat.

Εἰ ὁ Θεὸς καὶ ἡ θεότης ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι καὶ διὰ πάντων, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐν ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος; Τὸ μὲν οὖν ἐν πᾶσιν εἶναι τά τε ἄλλα καὶ τῆς δημιουργίας ὁ λόγος ἐπίσταται, τὸ δὲ ἐν ἀνθρώποις ἡ διὰ φιλανθρωπίαν τοῦ κτίσματος πρόσληψις, καὶ τῆς γεννήσεως ἣν αὐτὸς ὑπέστησε μετοχῇ καὶ κοινωνίᾳ δευτέρας [h] τιμῆς ἀπολαυούσης μετὰ τὴν πρώτην. Ὧν τὴν μὲν ἡ δημιουργὸς χεὶρ, τὴν δὲ προσελθὼν αὐτὸς ἐχαρίσατο. Ὥσπερ οὖν διότι τὰ ὄντα ἐκ μὴ ὄντων ὑπέστησε Δημιουργὸν αὐτὸν λέγομεν, εἰ καὶ κρείττων πολλῷ δημιουργίας ἡ πρόοδος· οὕτω καὶ διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους ἐξῃρημένῃ τῶν ἄλλων εὐεργετῆσαι προνοίᾳ, εἰ καὶ κρείττων ἐστὶν ἀνθρωπίνη [i] γεννήσεως ὁ ἐκ Παρθένου τόκος, καὶ ἡ ἄφραστος γέννησις, γεννηθῆναι λέγομεν τὸν προάναρχον, καὶ ἄνθρωπον χρηματίσαι τὸν Πλάστην τῆς φύσεως. Οὐχ ἄνθρωπον θεοποιοῦμεν (ἄπαγε· ἀδύνατόν τε γὰρ ὡς ἀληθῶς τοῦτο, καὶ λόγου κρίσιν οὐχ ὑφιστάμενον), ἀλλὰ Θεὸν ὁμολογοῦμεν προελθεῖν ὡς ἄνθρωπον, ὅπερ ῥᾷόν τί ἐστι Θεῷ τῷ τὴν φύσιν πλαστουργήσαντι, καὶ πολλὴν φιλανθρωπίας ἀνακηρύττει διάθεσιν.

QUÆSTIO CLXXXV [*Coisl.* CCXIV, *Taur.* CCVI].

(63) ***Quomodo omnino cogitari possit Deum esse incarnatum?***

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΠΕ'.

Πῶς ἐστι δυνατὸν ὅλως ἐννοεῖν τὸ Θεῖον σαρκωθῆναι;

Edita a Basnagio (l. c. p. 434, 435).

Neminem existimo ita a divina illuminatione vacasse, ut non sit ei insitum, et communi notione

Θεοῦ μὲν οὐδὲ θείας ἐλλάμψεως οὐδένα τοσοῦτον κεκενωμένον εἶναι νομίζω, ὃς μὴ πανταχοῦ παρεῖναι

VARIÆ LECTIONES.

[g] l. ἀκοινώνητον. [h] l. δευτέρα in nominativo. [i] l. ἀνθρωπίνης.

NOTÆ.

θεολογεῖται τῶν νοουμένων συνάφεια. Id est : « Sicut D per unitatem in occultum et incomprehensibile contrahitur [Dei substantia] ne per subtilem quidem mentis cogitationem privata supernaturali secreto, et distinctis inter se nominibus, per ea theologice prædicatur ineffabilis et contractionis exspers conjunctio eorum qui significantur et intelliguntur. »

(61) *Et exortus, etc. tulit.* Καὶ τῆς γεννήσεως ἣν αὐτὸς ὑπέστησε, μετοχὴ καὶ κοινωνία, δευτέρας τιμῆς ἀπολαυούσης μετὰ τὴν πρώτην. Id est : « Et ex participatione ac communione generationis ab ipso factæ quæ secundum honorem post primam illam [creationem videlicet] tulit. »

Turrianus legit in ablativo μετοχῇ et κοινωνίᾳ, sed sequentia docent legendum esse, μετοχὴ et κοινωνία, in nominativo.

(62) *Sicut igitur omnia cum non essent, creatio ejus fecit ut essent.* Ὥσπερ οὖν διότι τὰ ὄντα ἐκ μὴ ὄντων ὑπέστησε, Δημιουργὸν αὐτὸν λέγομεν εἰ καὶ κρείττων πολλῷ δημιουργίας ἡ πρόοδος. Id est : « Sicut igitur, quia creaturas ex nihilo produxit, Opificem ipsum dicimus, quamvis opificio quolibet longe præstantior sit hujusmodi productio. Turrianus hic quæpiam omisit.

(63) Est quinta dissertatio apud Basnagium.

τὸ θεῖον ἀδιαστάτως, μηδὲ τὰ πάντα πληροῦν, ἐμφύτῳ καὶ κοινῇ κατέλαβεν ἀντιλήψει. Εἰ δὲ πᾶσι πάρεστιν ὁ Θεὸς τοῖς οὖσιν, οὐδὲν τῆς ὑπερφυοῦς αὐτοῦ φύσεως ἐκ τῆς περὶ τὰ δημιουργήματα αὐτοῦ παρουσίας συναλλοιουμένης, ἐκείνων ἀλλοιουμένων, οὔτε τοῖς καθ' ὑπόβασιν ἑτέρου πρὸς ἕτερον ἐλαττώμασιν συνελαττουμένης, οὐδὲ ταῖς ἐν τοῖς κτίσμασιν ἀναφυομέναις κηλῖσιν ἐνυβριζομένης, ἀλλ' ἐν τῇ ἀφράστῳ καὶ ἀπερινοήτῳ τῆς μακαριότητος ὑπεροχῇ καὶ ἀπαθείας ὑπεριδρυμένος πάρεστί τε τοῖς οὖσι, καὶ συνέχει ταῦτα καὶ διεξάγει· πῶς ἂν ἀδύνατον εἴη, ἤ τινα φέρον ὕβριν, τῷ ἀνθρωπίνῳ παρεῖναι φυράματι, καὶ τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν καὶ πρόνοιαν διὰ τῆς σαρκώσεως ἐπιδείξασθαι; μᾶλλον δὲ πῶς οὐ καλόν; Πῶς δ' οὐχ ἁρμόδιον; Ἀλλ' ὁ λόγος οὗτος.

Ἴσως ἄν τις ὑποκρούσειεν, οὐ μόνον ἐνανθρωπῆσαι τὸ θεῖον φρονεῖν ὑποτίθεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κτισμάτων τὴν φύσιν ὑπελθεῖν, καὶ πρὸς οὐσίωσιν ἀναδέξασθαι. Ἀλλά γε τῆς σῆς διανοίας τὸ εὔστροφον, ὁ γενναῖος 1, ἀποδεχόμενος, οὐκ ἀποδέχομαι τῆς ἄλλης ἐπιβολῆς, ὅτι μὴ θᾶττον ἐπέγνως μηδὲ προσέσχες βιαίως τὴν ἐξαρχῆς θέσιν ἐξαρνούμενος. Ὁ γὰρ ἀδύνατον διατεινάμενος Θεὸν σαρκοῦσθαι, καὶ ἀνθρωπίνην μορφὴν ἀναδέχεσθαι, τοσοῦτον διὰ τῆς δευτέρας ἀπορίας φαίνεται τοῦτο συνομολογῶν, ὡς οὐδὲ τῶν ἄλλων κτισμάτων οὐδενὸς τὴν φύσιν ἀναλαβεῖν αὐτὸν ἀποφαίνεται, καὶ ὁ καθ' ἑνὸς ὁρῶν τὸ ἀδύνατον κατὰ πάντων ὁμοῦ τὸ δυνατὸν ἐψηφίσατο· ὥστε τὸ δυνατὸν εἶναι Θεὸν σαρκωθῆναι, οὐδὲ παρὰ σοὶ τῶν ἀδυνάτων φιλολογοῦντι εὑρεθήσεται.

A anticipatum, Deum esse ubique sine ulla intercapedine, replereque omnia. Quod si in omnibus rebus adest Deus, (64) nulla mutatione facta propter præsentiam ejusdem in rebus, nec ulla variatione status in eum inducta, ex eo, quod alii infra alios sint, nec ulla contumelia aspersa propter maculas, quæ in creaturis insunt, quin potius in illa beatitudinis excellentia, neque dici, nec intelligi potest, supra quam quæ eloqui licet, collocatus omnibus præsens interest, et omnia continet et gubernat; quomodo fuerit impossibile, aut quomodo contumeliosum, adesse in humana massa, et suam charitatem majorem, quam ut exprimi queat, et providentiam per incarnationem demonstrasse? quin imo quomodo non optimum est, et B aptissimum. Sed hæc hactenus (65).

Fortassis aliquis eorum, qui incarnationem Dei impossibilem, et Deo indignam reputant, refellet eam, sentiens non solum Deum factum esse hominem, sed etiam omnium aliarum creaturarum naturam subiisse, et πρὸς οὐσίωσιν ἀναδέξασθαι, id est, eas ad (66) substantialem unionem recepisse. Sed age tu, vir valentissime, (67) qui mentis tuæ facilem mobilitatem amplecteris, non approbo aliam cogitationem, quia non agnovisti cito, (68) nec advertisti firme, quod a principio positum fuit, quod negas. Qui enim contendit impossibile esse Deum carnem assumpsisse, et humanam formam induisse, usque adeo videtur hoc per secundam dubitationem confiteri, et comprobare, (69) ut pronuntiet, nec C naturam ullius creaturæ ex omnibus aliis sumpsisse, et qui in uno vides hoc impossibile, rursus possibile esse Deum assumpsisse carnem in omnibus simul, quæ nec apud te sunt impossibilia, vides.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΗϚʹ.

Διατί Θεὸς ἐσαρκώθη;

QUÆSTIO CLXXXVI [*Coisl.* CCXV. *Taur.* CCVI]. (70)

Quare Deus carnem assumpserit?

Edita a Basnagio (l. c. p. 455, 456). — De causis Incarnationis.

Ἐπειδὴ λίαν ὀλίγων ἐστὶ διὰ νοῦ καὶ θεωρίας εἰς

Quia perpaucorum est contemplatione mentis

VARIÆ LECTIONES

1 l. ὦ γενναῖος.

NOTÆ.

(64) *Nulla mutatione facta, etc. infra alios sint.* Οὐδὲν τῆς ὑπερφυοῦς αὐτοῦ φύσεως ἐκ τῆς περὶ τὰ δημιουργήματα αὐτοῦ παρουσίας, συναλλοιουμένη, ἐκείνων ἀλλοιουμένων, οὔτε τοῖς κατ' ὑπόβασιν ἑτέρου, πρὸς ἕτερον ἐλαττώμασι, συνελαττουμένης. Id est: « Nec tamen supernaturalis ejus natura ob præsentiam ipsius in rebus creatis alteratur, dum alterantur illæ; neque fit minor aut inferior, dum creaturæ secundum subjectionis ordinem aliæ fiunt aliis inferiores. »

Plura omissa hic observari possunt in versione Turriani.

(65) *Sed hæc hactenus. Fortassis, etc. Factum esse hominem.* Ἀλλ' ὁ λόγος οὗτος, ἴσως ἄν τις ὑποκρούσειεν, οὐ μόνον ἐνανθρωπῆσαι τὸ θεῖον φρονεῖν ὑποτίθεται. Id est: « Sed hæc ratiocinatio, objiciet fortasse quispiam, non solum Deum factum esse hominem suggerit ut sentiamus. »

(66) *Ad substantialem unionem.* Πρὸς οὐσίωσιν. Id est: « Ad substantiationem seu substantiæ productionem. »

(67) *Qui mentis tuæ facilem mobilitatem amplecteris, non approbo aliam cogitationem.* Τῆς σῆς διανοίας τὸ εὔστροφον ἀποδεχόμενος, οὐκ ἀποδέχομαι τῆς ἄλλης ἐκβολῆς. Id est: « Qui mentis tuæ facilem mobilitatem amplector, non approbo aliam co- D gitationem. »

(68) *Nec advertisti quod a principio positum fuit, quod negas.* Μηδὲ προσέσχες . . . τὴν ἐξ ἀρχῆς θέσιν ἐξαρνούμενος. Id est: « Neque animadvertisti te propositam ab initio thesin, seu quod propositum initio fuerat, prorsus negasse. »

(69) *Ut pronuntiet, etc. Impossibilia vides.* Ὡς οὐδὲ τῶν ἄλλων κτισμάτων οὐδενὸς τὴν φύσιν ἀναλαβεῖν αὐτὸν ἀποφαίνεται, καὶ ὁ καθ' ἑνὸς ὁρῶν τὸ ἀδύνατον, κατὰ πάντων ὁμοῦ τὸ δυνατὸν ἐψηφίσατο, ὥστε τὸ δυνατὸν εἶναι Θεὸν σαρκωθῆναι οὐδὲ παρὰ σοὶ τῶν ἀδυνάτων φιλολογοῦντι εὑρεθήσεται. Id est: « Ut pronuntiet eumdem cæterarum creaturarum nullam non assumpsisse naturam, et qui in una rem impossibilem esse videbat, is in omnibus simul possibilem esse censuit adeo ut apud te ratiocinandi studiosum non impossibilis inveniatur divinæ incarnationis possibilitas. »

(70) Est dissertatio sexta apud Basnagium.

cogitationem, quæ Deum deceat, de Deo informare, A idque vel ex eo liquet, quod ii, qui videntur inter homines ad summum fastigium sapientiæ pervenisse, inter se ipsos et ab aliis plurimum dissenserunt; idcirco Deus factus est homo, ut non solum, qui plus cognitionis, quam alii asseculi videntur, sed etiam vulgus hominum, qui magis sensu quam ratione ducuntur, per ea, quæ vident et audiunt, ad piam et salutarem Dei cognitionem recurrere possint, per ea, quæ sub sensum cadunt, ad eum, qui sub intelligentiam, ascendentes, et ab iis quæ per carnem a Deo facta sunt, ad contemplationem divinitatis incorporeæ et supra naturam, atque hoc quidem ex iis quæ acciderunt, patefit; ex quo enim Deus factus est homo, et illa admirabilia, et quæ supra naturam erant opera, formam naturæ nostræ B ferens perfecit, absurdas et multiplicibus erroribus implicitas cogitationes abjecerunt, et illis nugis et idolorum fictionibus procul relegatis Deum in carne visum, hunc verum Deum esse confitentur, et venerantur, qui digni habiti sunt, ut per præsentiam corporis ejus (71) et operum ejus aspectu et auditione eum cognoscerent, et hujusmodi cognitione ad cognitionem ac contemplationem ejus naturæ inaspectabilis adducerentur.

Sed hæc quidem una causa; altero vero quod nequaquam fortis ligatus esset, (72) nisi fortiter certamen hoc subiisset. Tertia, quod doctrina oculis, et auribus præposita valentior est, et multo facilior ad exsequendum, quam quæ e longinquo et per alia intermedia annuntiatur. (73) Tum etiam C actio per imitationem virtutum facilior est et commodior, quam ea quæ citra imitationem exigitur. Imitationem autem non possunt habere homines, quæ humanam vitam in altum tollat, si nullus sit, qui hanc actionem virtutis suspiciat humanæ. Hujusmodi actio humana quomodo esse posset, si incarnatio Verbi Dei facta non esset? Amore igitur erga homines, et providentia immensa Verbum Dei factum est homo, et nobiscum deifice conversatum est, et inter homines vixit.

φαντασίαν ἀνελθεῖν τοῦ Θείου θεοπρεπῆ, καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν καὶ οἱ δοκοῦντες εἰς ἄκρον ἐλάσαι τῆς ἐν ἀνθρώποις σοφίας πρὸς σφᾶς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπὶ μέγιστον διηνέχθησαν· διὰ τοῦτο ἐνηνθρώπησεν ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ μόνον οἱ πλέον τι κατὰ γνῶσιν τῶν ἄλλων ἔχειν δοκοῦντες, ἀλλὰ καὶ ὁ πολὺς ἄνθρωπος ὁ τῇ αἰσθήσει μᾶλλον ἢ τῷ λογισμῷ χειραγωγούμενος, δι' ὧν ὁρᾷ τε καὶ ἀκούει πρὸς τὴν εὐσεβῆ τοῦ Θείου καὶ σωτήριον ἔννοιαν, ἀνατρέχειν ἔχει [k] διὰ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τῶν [l] νοητῶν ἀναβαίνων, καὶ ἀπὸ τῶν διὰ μέσης τῆς σαρκὸς θεουργουμένων ἐπὶ τὴν τῆς ὑπερφυοῦς καὶ ἀσωμάτου θεότητος θεωρίαν. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν ἐκβεβηκότων· ἐξ οὗ γὰρ Θεὸς ἐνανθρώπησαι [m], καὶ τὰ παράδοξα καὶ ὑπερφυῆ τῶν ἔργων τὴν ἡμετέραν φέρων μορφὴν ἐπετέλεσεν, τὰς ἀλλοκότους καὶ πολυπλανεῖς φαντασίας ὁ ἄνθρωπος ἀποῤῥήψας [n], καὶ μακρὰ χαίρειν εἰπὼν τοῖς μακροῖς λήροις, καὶ τοῖς εἰδωλικοῖς ἀναπλάσμασιν, τὸν ἐν σαρκὶ φανέντα Θεὸν, τοῦτον ἀληθινὸν Θεὸν ἀνομολογεῖ τε καὶ προσκυνεῖ, διὰ τῆς ἐν σώματι μὲν παρουσίας αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ λόγον ἔργων ὄψει καὶ ἀκοῇ καταμαθεῖν αὐτὴν [o] ἀξιωθεὶς, διὰ δὲ τῆς τοιαύτης γνώσεως εἰς τὴν τῆς ἀθανάτου [p] φύσεως ἐπίγνωσίν τε καὶ θεωρίαν ἀναχθείς.

Ἀλλ' ἓν μὲν τοῦτο· δεύτερον δὲ, ὅτι οὐδαμῶς ὁ ἰσχυρὸς ἐδεσμεῖτο μὴ δυνατωτέρου τὸν ἀγῶνα τοῦτον καὶ τὸν ἆθλον ὑποδυσαμένου. Τρίτον ὅτιπερ ἡ ὄψει καὶ ἀκοῇ προκειμένη διδασκαλία τῆς πόῤῥωθεν καὶ δι' ἑτέρων μέσων ἀπαγγελλομένης ἐπικρατεστέρα τε πολλῶν καὶ ἀκριβεστέρα. Εἰ βούλει δὲ, ὅτι καὶ πολλοῖς εὐχερεστέρα καὶ ῥᾳδίως ἐξανύεσθαι δυναμένη ἡ διὰ μιμήσεως τῶν ἀρετῶν πρᾶξις τῆς ἄνευ ἀπαιτουμένης. Μίμησις δ' ἀνθρώποις οὐκ ἂν εἴη τὸν ἀνθρώπινον ἀνυψοῦσα βίον, μηδενὸς ταύτην πράττοντος ἀνθρωπίνως. Πρᾶξις δ' ἀνθρωπίνη πῶς ἂν εἴη τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου μὴ γεγενημένης; Φιλανθρώπως ἄρα καὶ ἀνυπερβλήτου προνοίας, καὶ τοῦ Λόγου γέγονεν ἐνανθρώπησις, καὶ ἡ μεθ' ἡμῶν θεοποιὸς ἀναστροφὴ καὶ πολιτεία.

QUÆSTIO CLXXXVII [*Coisl.* CCXVI. *Taur.* CCVII].

De Filii incarnatione.—inedita.

Cur Filius, et non alia sanctæ Trinitatis persona, nostra natura assumpta, incarnatus est? D

Τί δήποτε ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχ ἑτέρα τῆς ἁγίας Τριάδος ὑπόστασις, τὴν ἡμετέραν ἀναλαβὼν ἐσαρκώθη φύσιν;

VARIÆ LECTIONES.

[k] l. ἔχῃ in subjunctivo. [l] l. ἐπὶ τὰ τῶν, etc. [m] ἐνηνθρώπησε. [n] l. ἀποῤῥίψας. [o] l. αὐτόν. [p] Turrianus legebat ἀθεάτου, non male.

NOTÆ.

(71) *Operum ejus aspectu.* Τῆς ὑπὲρ λόγον ἔργων ὄψει. Id est: « Ejus operum quæ omnem orationem superant aspectu. »

(72) *Nisi fortiter certamen hoc subiisset.* Μὴ δυνατωτέρου τὸν ἀγῶνα τοῦτον καὶ τὸν ἆθλον ὑποδυσαμένου. Id est: « Nisi fortior quispiam certamen hoc subiisset. »

(73) *Tum etiam actio per imitationem virtutum facilior est.* Εἰ βούλει δὲ ὅτι καὶ πολλοῖς εὐχερεστέρα... ἡ διὰ μιμήσεως τῶν ἀρετῶν πρᾶξις. Id est: « Tum etiam si velis, quia multis hominibus actio per imitationem virtutum facilior est. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΠΗ'.

Διὰ τί ὁμοφυοῦς καὶ ἰσοτίμου τῆς Τριάδος κηρυττομένης, ὁ μὲν Πατὴρ λέγεται διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος δημιουργεῖν, οὐκ ἔμπαλιν δέ;

A QUÆSTIO CLXXXVIII. [*Coisl.* CCXVII. *Taur.* CCVIII.] (74).

Quare cum Trinitatem homogeneam esse parique honore frui in confesso sit, Pater tamen per Filium et per Spiritum sanctum creare dicatur, non autem versa vice?

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. IX, p. 151).

α'. Εἰς ἀπορίαν τινάς φασιν ἐνίους ὑπάγεσθαι, τίνος χάριν τῆς ὑπεραγίας Τριάδος ὁμοφυοῦς τε καὶ τὸ ἰσότιμον κεκληρωμένης, καὶ μάλιστά γε τῆς θείας τοῦτο διατρανούσης Γραφῆς, Δημιουργὸς μᾶλλον ὁ Υἱὸς ὑπ' αὐτῆς δοξολογεῖται ταύτης καὶ ἀνακηρύσσεται ἤπερ ὁ Πατήρ; εἰ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ εὑρίσκεται, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ὁ Υἱός· πῶς δὲ πάλιν δι' Υἱοῦ μὲν λέγεται δημιουργεῖν ὁ Πατήρ, οὐκ ἔμπαλιν δὲ, οὔτε διὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός; οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τὸ Πνεῦμα οὔτε διὰ τοῦ Πατρὸς οὔτε διὰ τοῦ Υἱοῦ; ἢ διὰ τοῦ Πατρὸς μὲν ἔστι καταλαβεῖν, παράδοξον μὲν ἀκοῦσαι, νοῆσαι δὲ οὐ παράδοξον; ὅτιπερ ὅ τε ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα εἰ καὶ μὴ δημιουργεῖ, ἀλλ' οὖν ἐφ' ἑτέροις ἔργοις ἀποστέλλων αὐτὸν ὅμως ἐνεργεῖ· πῶς οὖν οὐκ ἄδοξον τὸ παράδοξον; καὶ τίς ὁ δόξαις ὑπάγων αὐτό; οὐκ ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἀποστελλόμενος Πατήρ· λέγει γὰρ τῇ προφητικῇ τοῦ Ἡσαΐου χρώμενος φωνῇ, « Ἄκουέ μου, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ, ὃν ἐγὼ καλῶ, ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ Θεὸς οὐκ ἔστι. » Ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐθεμελίωσα τὴν γῆν, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. Ὅρα πῶς δημιουργῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος δημιουργεῖ. Ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. Ταῦτα διὰ τοῦ Προφήτου εἰπὼν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ διὰ τῶν εἰρημένων ἐμφανῆ καταστήσας ἑαυτὸν, ὅτιπερ ὁ ταῦτα λέγων αὐτός ἐστιν ὁ Πατήρ· καὶ γὰρ δεξιὰ μὲν αὐτοῦ ὁ Υἱός, Πνεῦμα δὲ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

β'. Ὢ ῥημάτων κεκρυμμένων! μᾶλλον δὲ διανοίας οὐκ ἐμφανοῦς μὲν, ἐμφανιζομένης δὲ ῥᾳδίας εἰς κατάληψιν ἐπάγει· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέστειλέ με καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Οὐκοῦν τὸ Πνεῦμα ὥσπερ ὁ Υἱὸς ἐκεῖνο, οὕτω καὶ αὐτὸ ἐξαποστελλόμενος παρὰ τοῦ Πατρὸς, νῦν ἀποστέλλει τὸν Πατέρα· εἶπε γάρ, « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Δῆλον οὖν ἐκ τούτων καὶ τοῖς μὴ λίαν ὀξυδορκοῦσιν, ὅτιπερ ἡ ἀποστολὴ οὔτε τὸν Υἱὸν εἰς ἐλάττω κατάγει φύσιν καὶ τιμὴν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ Πνεῦμα· ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἀποστέλλεσθαι λέγεται παρ' ἑκατέρου· ἀποστέλλει ὁ Πατὴρ τὸ Πνεῦμα, ἀποστέλλει καὶ ὁ Υἱός, ἀποστέλλει τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα. « Πνεῦμα γὰρ Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκ' ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. » Ἀποστέλλει καὶ τὸν Πατέρα. Οὔκουν ἐλαττοῦται διὰ τῆς ἀποστολῆς τὸ Πνεῦμα· οὐκ ἀποστέλλει δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ χρίει τὸν Υἱόν. Πῶς οὖν ἡ ἀποστολὴ καταβιβάσει τὸ Πνεῦμα; οὐ μόνον

1. Audio nonnullos in perplexitate versari, curnam, cum sanctissima Trinitas eamdem substantiam eumdemque honoris gradum sortita sit, idque in primis perspicua divina Scriptura doceat, nihilominus creandi laus ab eadem Scriptura de Filio potius quam de Patre prædicetur? nam etsi Patrem quoque Creatorem dici deprehendimus, multo tamen magis Filium. Rursus curnam per Filium dicatur creare Pater, non autem e contrario per Patrem Filius; neque item Spiritus per Patrem sive per Filium? An per Patrem quidem intelligere licet, auditu mirum, intellectu non impervium? quia et Filius etiamsi Spiritum minime creat, dum tamen ad alia opera hunc mittit, simul operatur. Cur ergo non est incredibile miraculum hoc? et quis fidem huic rei facit? nemo quisquam, præter Patrem, qui scilicet ipse quoque mittitur. Ait enim prophetica utens Isaiæ voce: «Audi me, Jacob et Israel, quem ego appello: Ego Deus primus et ego novissimus, et præter me nemo Deus est [34]. » Ego manu mea telluris fundamenta jeci, Spiritusque meus cœlum firmavit. Viden' ut creans, per Filium Spiritumque creet? Ego cunctis astris præcepi. Hæc ore Prophetæ [35] ait omnium Deus, seque his dictis manifeste revelat, nempe quod verba hæc a Patre dicuntur: nam dextera ejus Filius est; Spiritus vero ejus, Spiritus sanctus.

2. O verba recondita! imo potius sensus minime patens! qui si tamen explanetur, facilis intellectu est. « Et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus [36]. » Ergo Spiritus, sicuti hunc Filius, ita et ipse Patrem mittit. Nam reapse Dominus nunc Filius dicitur, qui similiter a Patre missus, nunc mittit Patrem. Ait enim: « Et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus. » Ex his igitur constat paulo etiam obtusioribus, neque missione Filium deprimi ad minorem vel naturæ vel honoris gradum; neque item Spiritum; quoniam et ipse Pater mitti dicitur ab utroque. Mittit Pater Spiritum; mittit et Filius. Mittit Filium etiam Spiritus; « Spiritus enim Domini super me; quamobrem unxit me; evangelizare pauperibus misit me [37]. » Mittit etiam Patrem. Non ergo imminuitur missione Spiritus. Neque tantummodo mittit, sed etiam ungit Filium. Quomodo ergo missio Spiritum deprimit? Non solum enim hanc ipsam retribuit Spiritus Filio, ve-

[34] Isa. XLVIII, 2. [35] Isa. LXV, 12. [36] Isa. XLVIII, 16. [37] Isa. LXI, 1. Luc. IV, 18.

NOTÆ.

(74) Pleraque Photius desumpsisse ex Jobi monachi deperdito opere *De incarnatione* lib. III c. 10, quod ipse recenset in bibliotheca, Cod. 222.

rum etiam addit unctionem. Profundus sermo ; sed quo profundior, eo magis hæreticorum obstruit ora. Huc etiam mentem intende : manet in Filio; hunc a mortuis suscitat. Hæc, inquam, nobilioris ne an deterioris ordinis sunt quam mittere? Sed neque hæc Spiritum supra Filium exaltant; neque missio ab æqualitate cum Filio Spiritum missum deprimit [38].

3. At enim ungere, dices, et mittere et exsuscitare, post sacram œconomiam incarnationemque fiunt : quæ si prædicta quoque fuerunt, oraculis videlicet res futura prædicabatur [39]. — Præclare ais. Considera porro, missionem quoque Spiritus a Filio cum Servator docuit, illumque a Patre fuisse missum et nihil a se ipso loqui, tunc missionem item Spiritus sibi vindicavisse : cumque ipse missus est, tunc mittendi quoque facultatem accepisse. Viden' ut hæc omnia sacræ œconomiæ verba sint, non auctoritas? Specta igitur quod œconomiæ est, atque ab eo quidquid est auctoritatis, discerne. Missio non destruit consubstantialitatem : substanti homogenea non trahit ad differentiam. Cum exivit a Patre venitque Filius, tunc mittit et Spiritum. Neque in exitu fit distractio, neque in missione separatio. Exivit manens, misitque retinens apud se. Suscitat Christum Spiritus; non quod infirmior in illo divinitas esset, sed ne vim activam Spiritus a divinitate Filii alienam putares. Deinde Spiritus quidem Patrem mittit ; non tamen sæpenumero. Ita propter hanc missionem non excidit Spiritus, secus ac hæretici blaterant, ab æqualitate et divinitate. Quos autem non sæpe mittit, id scilicet accidit, ne in Trinitate vim causalem tribus communem existimemus. Idcirco Pater quidem dicitur sæpenumero per Spiritum agere; similiter etiam per Filium. Illud autem sæpe fieri dicitur, ut Patri causalis vis confirmetur : rarius autem agere per Patrem Spiritus dicitur vel Filius, ne si sæpe per Patrem agere Spiritus atque Filius dicerentur, malitiosa atque versuta hæreticorum rabies minore ordine personam gloriamque Patris collocaret ; aut quod magis obvium esset, causalitatem illi eriperet. Mittit Pater Spiritum atque Filium. Mittit Patrem etiam Spiritus itemque Filius : en naturæ æqualitas. At enim sæpius mittit Pater : en causalitatis prærogativa. Ita sine ulla diversitate substantiæ patria proprietas elucet; eademque simul elucere sinit illorum, qui a se procedunt, homogeneitatem honorisque paritatem.

4. Dicitur ergo Pater per Filium res creatas ex nihilo produxisse ; præterea Veteris quoque Testamenti legislatorem eumdem prædicat : divina nimirum Providentia multo antea refutante funditusque evertente illorum insaniam, qui Vetus Novumque Testamentum ad duo contraria principia referre audent. Nam si Ecclesia diserte licet fatente, Christum oraculorum veterum veritatem demonstravisse,

A αὐτοῦ ταύτην ἀνταποδιδόντος τῷ Υἱῷ, ἀλλὰ καὶ προστιθέντος τῷ χρίσματι· βαθὺς ὁ λόγος, ἀλλ' εἰς ὅσον ἥκει βάθους τὰ τῶν αἱρετικῶν ἀποφράττει στόματα. Ἐπισκόπει δὲ καὶ τοῦτο. Ἐπὶ τὸν Υἱὸν μένει· ἐγείρει αὐτὸν ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Ἄρα ταῦτα δευτέραν ἀλλ' οὐχὶ τὴν πρώτην ἢ τὸ ἀποστέλλειν τάξιν κατείληφεν; Ἀλλ' οὔτε ταῦτα τὸ Πνεῦμα ποιεῖ τοῦ Υἱοῦ ὑπερκείμενον, οὐδ' ἡ ἀποστολὴ καταβιβάζει τῆς ἰσοτιμίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἀποστελλόμενον.

γ'. Ἀλλὰ τὸ χρίειν ἐρεῖς ἀποστέλλειν καὶ ἐγείρειν μετὰ τὴν οἰκονομίαν μετὰ τὴν σάρκωσιν· εἰ γὰρ καὶ προείρηται, ἀλλὰ χρησμοὶ τὸ μέλλον ἐκήρυττον· μενοῦν γε. Ἐννόει δὲ ὡς καὶ τὸ ἀποστέλλεσθαι τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἡνίκα ἐδίδασκεν ὁ Σωτὴρ, ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν ἀπεστάλθαι καὶ μηδὲν ἀφ' B ἑαυτοῦ λέγειν, τηνικαῦτα καὶ τὴν ἀποστολὴν οἰκειοῦται τοῦ Πνεύματος· ὅτε αὐτὸς ἀπεστέλλετο, καὶ τὸ ἀποστέλλειν ἀνεδέχετο. Ὁρᾷς ὡς ταῦτα πάντα οἰκονομίας ἐστὶν, ἀλλ' οὐκ αὐθεντίας τὰ ῥήματα ; νόει τὸ τῆς οἰκονομίας, καὶ διάκρινε τὸ τῆς αὐθεντίας· ἡ ἀποστολὴ οὐ λύει τὸ ὁμοούσιον· τὸ ὁμοφυὲς οὐ τρέπει πρὸς ἑτερότητα· ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἧκεν ὁ Υἱὸς, τότε ἀποστέλλει καὶ τὸ Πνεῦμα· οὔτε ἐν τῇ ἐξελεύσει διάστασις, οὔτε ἐν τῇ ἀποστολῇ χωρισμός· ἐξῆλθε μένων, καὶ ἀπέστειλε παρ' ἑαυτῷ ἔχων· ἀνιστᾷ τὸν Χριστὸν τὸ Πνεῦμα, οὐχ ὡς ἀτονούσης τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, ἀλλ' ἵνα τὴν ἐνέργειαν τοῦ Πνεύματος, τῆς ἐν τῷ Υἱῷ νοήσῃς οὐκ ἀλλοτριουμένην θεότητος· εἶτα τὸ Πνεῦμα μὲν ἀποστέλ- C λει τὸν Πατέρα· οὐ πολλάκις δέ· ἵνα διὰ μὲν τοῦ ἀποστέλλειν, ὅλως τῆς αὐτῆς μὴ διαπέσῃ κατὰ τὴν αἱρετικὴν γλωσσαλγίαν ἰσοτιμίας καὶ θεότητος· διὰ δὲ τοῦ μὴ πολλάκις, τὸ ἐν τῇ Τριάδι αἴτιον μὴ νομισθῇ κοινὸν τῶν τριῶν· διὰ τοῦτο λέγεται μὲν πολλάκις ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνεργεῖν· ὡσαύτως δὲ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ· πολλάκις μὲν ἵνα τὸ αἴτιον τῷ Πατρὶ βεβαιωθῇ· οὐ πολλάκις δὲ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Πατρὸς, οὔτε ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ διὰ τοῦ πολλάκις ἐνεργεῖν διὰ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν, ἡ κακομήχανος καὶ πολύτροπος λύσσα τῶν αἱρετικῶν εἰς ἐλάττω τάξιν τὴν ὑπόστασιν ἢ τὴν δόξαν καταβιβάσῃ τοῦ Πατρός· ἢ τό γε προχειρότερον, τὴν τοῦ αἰτίου περιέλοι τιμήν. Ἀποστέλλει ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱόν· ἀποστέλλει τὸν Πατέρα καὶ τὸ D Πνεῦμα καὶ ὁ Υἱός. Ἰδοὺ τῆς φύσεως τὸ ἰσότιμον. Ἀλλὰ πολλάκις ὁ Πατὴρ ἀποστέλλει· ἰδοὺ τοῦ αἰτίου τὸ ἐξαίρετον. Οὕτως ἐν τῷ ἀπαραλλάκτῳ τῆς οὐσίας τὸ πατρικὸν ἴδιον ἐκλάμπει, καὶ συνεκλάμπεσθαι δίδωσι τῶν ἐξ αὐτοῦ προεληλυθότων τὸ ὁμοφυὲς καὶ ἰσότιμον.

δ'. Λέγεται τοίνυν δι' Υἱοῦ τὴν κτίσιν ἐκ μὴ ὄντων ὑποστῆναι, ἀλλὰ καὶ τῆς Παλαιᾶς ἀνακηρύττεσθαι νομοθέτην· τῆς θείας πόῤῥωθεν Προνοίας ἐπιστομιζούσης τε καὶ πρόῤῥιζον τὴν ἀπόνοιαν ἀνασπώσης τῶν εἰς ἀντικειμένας ἀρχὰς δύο τολμώντων τὴν Παλαιὰν ἀναφέρειν καὶ τὴν Νέαν. Εἰ γὰρ τὸν Υἱὸν τῆς Ἐκκλησίας λαμπρῶς ἀνομολογούσης τούς τε παλαιοὺς χρησμοὺς ἀποφῆναι, καὶ τῆς νέας τὸν αὐτὸν

[38] Marc. I, 10. Rom. VIII, 11. [39] Joan. XV, 26 ; XVI, 13.

εἰσηγητὴν γεγονέναι, καὶ πρό γε τούτων τὴν τῶν A κτισμάτων φύσιν ἐκ μὴ ὄντων οὐσιῶσαι, ὅμως οὖν τὸ Μανιχαίων μισόχριστον καὶ θεομάχον ἔθνος (75) καὶ οἱ Μαρκίωνες οὐ φρίττουσιν εἰς ἑτέραν μὲν ἀρχὴν τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα ἀνάγειν, τὴν μαχομένην δὲ τὰ Μωσαϊκά, τίνα ἂν παρέδραμον βλασφημίας ὄγκον, εἰ τῶν Παλαιῶν μὲν Γραμμάτων ἀφωρισμένως νομοθέτης ὁ Πατὴρ ἀνεκηρύττετο, ἀφωρισμένως δὲ τῆς χάριτος ὁ Υἱός; Ἀλλὰ ταῦτα ἑτέρου καιροῦ μᾶλλον καὶ ὑποθέσεως ἄλλης. Δεῖ δὲ πάλιν εἰς τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀπορίαν ἐπανελθεῖν, πῶς ὁ μὲν Πατὴρ διὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργεῖ, ὁ δὲ Υἱὸς οὐκέτι διὰ τοῦ Πατρός. Ἡ γὰρ εἰρημένη λύσις ἔλυσε μὲν λαμπρῶς τὸ μέρος τῆς ἀπορίας, ἐπέτεινε δὲ μᾶλλον τὸ λοιπόν. Πλὴν ἐπείπερ ἄμεινον μὴ μόνον ταῖς εὐλόγοις ἐπερείδεσθαι θεωρίαις, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν Λογίων χρήσει B καὶ διδασκαλίᾳ κατασφαλίζεσθαι ταύτας. Χρησμοῖς γὰρ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὰ ἡμέτερα περιεχόμενα, ὅσον προσλαμβάνουσι τὸ κράτος, τοσοῦτον νικᾷν ἀνάγονται τὸν μῶμον.

novique fœderis eumdem fuisse auctorem, quodque caput est creandæ ex nihilo naturæ vim suam impendisse, nihilominus Christo Deoque infensi Manichæi itemque Marcion non venerentur quominus alteri principio Evangelium tribuant, alteri autem contrario Mosaicas institutiones; in quantum denique blasphemiæ excessum venissent, si veterum quidem Scripturarum seorsum auctor prædicaretur Pater, gratiæ rursus seorsum Filius; Sed enim hæc alius temporis diversique potius argumenti sunt. Revertendum igitur ad propositam initio dubitationem, quomodo Pater per Filium creet; Filius autem nequaquam per Patrem. Jam hactenus prolata solutio sicuti dubii partem splendide illustrat, ita magis obscurat alteram. Sed enim præstat, non probabilibus tantummodo niti sermonis argumentis, verum etiam Scripturarum usu ac magisterio rem confirmare. Nostri enim sancti Spiritus oraculis freta argumenta, quanto fortiora evadunt, tanto calumniæ superiora fiunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΠΘ'.

Διὰ τί Πνεῦμα μὲν Πατρὸς καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ θεολογοῦμεν, οὐκέτι δὲ Πατέρα Πνεύματος οὐδὲ Υἱὸν ἀποδίδοσθαι συνομολογοῦμεν;

QUÆSTIO CLXXXIX. [*Coisl.* CCXVIII, *Taur.* CCX.]

Cur Spiritum Patris et Spiritum Filii theologico sermone dicamus; neque tamen Patrem Spiritus neque Filium, conversa vice, fateamur?

Edita a Maio (l. c. 183, 184).

Quandoquidem præter expositiones illas quas divini Patres plures quam quaternas nobis proposuerunt illius dicti, « Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur; » et, « Qui protulerit verbum in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro; at remittetur qui verbum in Filium dixerit; » quandoquidem tu ab istis dictis aliam requiris, cum tot illæ sint, cur autem sic, nescio; (nam sufficiunt illæ allatæ ad implendum animi desiderium discendi vel cupidissimi), nihil forte obstabit, et illam aliam contemplare quæ cum rebus ipsis summam admittit consonantiam: at quænam illa? Nimirum quod is qui impegerit in Christum Deum nostrum, propter humanitatis demonstrationem; ut puta quod comedebat, idque cum publicanis et peccatoribus: quod dormiebat: quod lassitudine tenebatur: quod dixerit, « Tristis est anima mea usque ad mortem: » et quæ sunt cjus generis: quæ omnia Verbum, quod omnia sapienter administrabat, ad confirmationem et evidentem declarationem assumptæ carnis perpetrabat. Qui igitur propter ista impingebant in Christum, facillimam acquirent, ut videtur, emendationem: nam ab ignorantia quodammodo exciderat blasphemia, cum non possent in profundum, vel per rimulam, dispensationis penetrare, vel inenarrabilem perspicere condescensionem: quapropter per divina ipsius opera inducti, proclivem illi admittent immutationem, et consimilem de peccatis consequentur veniam. Ita exstitit Paulus persecutor, cum crucem et mortem audiret; et cum ederet, biberet, et reliqua faceret, quæ in calumniam Domini Judæi proferebant. Cum vero semel diviniorem experientiam per cœlestem visionem consequebatur, continuo rejectis quæ blaspheme locutus erat et fecerat, præco prodiit illius quem persequebatur. Ad eumdem modum ter mille imprimis, et deinceps hisce plures, et postea numerosior multitudo, per signa divina immutati, cum festinatione ad prædicationem ejus quem persequebantur accurrerunt. Patet ergo jam dictis, qualis venia conceditur illis qui in Filium hominis blasphemant; nimirum facilitatem mutationis consequitur facilitas indulgentiæ. At qui res magis admirabiles, et quæ soli divinæ potentiæ subjacent, sub aspectum habent manifestum: dæmonas nimirum expulsos, morbos abactos, cæcis visum restitutum solo verbo: et cætera naturam excedentia, planeque stupenda; nec ad horum aliqua converti volunt, sed voluntarie ad Spiritus opera et illuminationem obcæcantur: isti difficulter, si omnino tamen, resipiscunt, atque ita

VARIÆ LECTIONES.

[a] ὑπ' ὄψιν.

NOTÆ.

(84) Idem Thomæ supra q. XLIX.

indulgentiam haud impertitur iis Deus. Quo enim alio persuasu resipiscant, qui ad tam nova et naturam ita excedentia obdurantur, nec ab aliquo induci possunt ut conversionem suam meditentur? Non igitur immerito, sine venia hoc illorum peccatum, et blasphemia indulgentiam excedit. Exempla apponantur Annas, Caiaphas, et complures e Judæis; hi cum dæmonia ejicientem cernerent, cum deberent venerari benefactorem, ausi sunt rem impudentiam omnem excedentem proloqui, et per convitia dicere, eum dæmonia ejicere per principem dæmoniorum; cum cæcos intuerentur videre, lecto affixos per cursum et bajulationem sanitatem ratam facientes, dixerunt tamen, «Non est a Deo iste homo;» et per Lazarum mortuum quadriduanum vitæ restitutum, ad majorem invidiam inflammabantur. B «Quærebant enim, ait, ut et Lazarum interimerent.» Et postquam resciverint resurrexisse, illam resurrectionem occultare, data pecunia, et per mendacium nitebantur. Et cum discipuli linguis igneis exacuerentur, et magnalia Dei verbis peregrinis deprædicarent, et magna hominum multitudo ad pietatem miraculo inducerentur, sine omni pudore, miraculi augustum et venerandum factum, ad mustum transferre et ebrietatem satagebant; nec verebantur nequissimi alastores, ne ab igne illo miraculoso absumerentur. Ita nihil prorsus quantumvis naturam exsuperaret, ad mutandum ipsorum nequam et absurdam opinionem sufficiebat, postquam semel contra præcipua Spiritus sancti et C divina opera sine omni modestia et pudore se disposuerant, ad audendum. Quocirca, nec injuria, manifeste pronuntiatur: «Qui verbum protulerit contra Filium hominis, remittetur illi: at qui contra Spiritum sanctum protulerit non remittetur ei, nec in hoc sæculo, neque in futuro:» cum qui propter humanas et humilitatis passiones scandalizabantur in Domino Christo, proclivem habeant per et propter majora et sublimiora mutationem et remissionem: at qui in rebus spiritualibus, supernaturalibus et divinis sine ratione insaniunt, admodum difficulter, aut non omnino, redeunt ad meliorem frugem. Ideoque haudquaquam peccatorum obtinget indulgentia.

A τῶν πρὸς ἐπιστροφὴν ἰδεῖν δυσωπηθέντες; Δι' ὃ δικαίως αὐτῶν καὶ σύγγνωστον ᵃ τὸ πλημμέλημα, καὶ μείζων ἡ βλασφημία τῆς ἀφέσεως. Παραδείγματα τοῦ λόγου· Ἄννας καὶ Καϊάφας καὶ πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων, οἱ δαίμονας ἀπελαύνοντα ἰδόντες, δέον προσκυνεῖν τὸν εὐεργέτην, ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων (πρᾶγμα πάσης ἀναισχυντίας τολμῶντες ἐπέκεινα) ἐκβάλλειν αὐτὸν ἐλοιδόρουν τὰ δαιμόνια· τυφλοὺς βλέποντας ὁρῶντες, καὶ κλινήρεις δρόμῳ καὶ φορτίῳ τὴν ἴασιν βεβαιοῦντας· «Οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ἔλεγον, ἐκ τοῦ Θεοῦ·» τὸν Λάζαρον ἀνιστάμενον τεταρταῖον εἰς πλείονα φόνον ᵇ ἀνεφλέγοντο. «Ἐζήτουν γάρ, φησίν, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν.» Εἶτα ἀναστάντα μεμαθηκότες, χρήμασι καὶ ψεύδει καταχρύπτειν ἐπεχείρουν τὴν ἀνάστασιν. Καὶ δὴ καὶ τῶν μαθητῶν πυρίναις γλώσσαις στομωθέντων, καὶ τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ ξένοις ῥήμασιν ἀνακηρυττόντων, καὶ πλῆθος ἄπειρον τῷ θαύματι πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἐναγόντων, εἰς γλεῦκος οὗτοι καὶ μέθην τὸ φρικτὸν τοῦ θαύματος διασύρειν οὐκ ᾐσχύνοντο, οὐδ' ἐφοβοῦντο μὴ τῷ ξένῳ πυρὶ καταδαπανηθῶσιν οἱ ἀλάστορες. Οὕτως οὐδὲν αὐτοῖς τῶν ὑπερφυῶν εἰς μεταβολὴν τῆς μοχθηρᾶς καὶ ἀτόπου γνώμης ἐξήρκεσεν, ἅπαξ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν πνευματικῶν καὶ θείων ἔργων ἀναισχυντεῖν ἑαυτοὺς παρεσκευακόσι καὶ ἀποθρασύνεσθαι. Δικαίως ἄρα λίαν καὶ σοφῶς εἴρηται, ὅτι «Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.» Τοῖς μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπικωτέρων καὶ ταπεινοτέρων σκανδαλισθεῖσιν ἐπὶ τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, ῥᾳδία ἡ διὰ τῶν μειζόνων καὶ ὑψηλοτέρων μεταβολὴ καὶ ἡ ἄφεσις. Τοῖς δὲ πρὸς τὰ πνευματικὰ καὶ ὑπερφυῆ καὶ θεῖα ἀπονοηθεῖσι, παγχάλεπος ἢ καὶ ἀδύνατος ἡ διόρθωσις. Διὰ τοῦτο καὶ οὐδεμία τῶν πλημμεληθέντων ἀπαντήσει ἄφεσις.

QUÆSTIO CCXIV [*Coisl.* CCXLII, *Taur.* CCXXXIV].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΔ'.

Edita a Montacutio (ep. 129, ad Christoph. p. 170, 171).— De præcepto Christi, Matth. VI, 17.

Cum caput inungere et faciem lavare, de vetusta D quadam consuetudine, ab iis qui gaudio et lætitia afficiebantur, usurpetur, quæ gaudii et oblectationis symbola quædam erant; Dominus de jejunio legem rogaturus, quam nos lubentes voluit et gaudentes adimplere, «Caput tuum, ait, inungito, et lavato faciem:» non quod volebat oleo caput mollefacere, aut faciem aqua abstergere; cum nec ipse, qui totos quadraginta dies jejunabat, istis uteretur: nec intueri licet emolumentum aliquod iis contingere, qui utuntur. Quocirca nec inungi, nec ablui istis mandavit, sed per symbola gaudii et lætitiæ voluit et mandavit, ut jejunium cum gaudio et voluptate agamus. Ad hunc modum si nos componamus et exornemus, cum alios latere poterint quæ facimus, et jejunii certamen haud gravatim subi-

Ἐπειδὴ τὸ ἀλείφεσθαι τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπον νίπτεσθαι τοῖς εὐφραινομένοις καὶ χαίρουσι, κατά τι παλαιὸν ἐπετηδεύετο ἔθος, καὶ σύμβολα ταῦτα χαρᾶς ἐνομίζετο καὶ εὐφροσύνης· ὁ Δεσπότης τὸν περὶ νηστείας νόμον εἰσάγων, καὶ βουλόμενος ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ταύτην ἐπιτελεῖν, «Ἄλειψαί σου, φησὶ, τὴν κεφαλὴν, καὶ νίψαι τὸ πρόσωπον·» οὐ τοῦτο λέγων, ἐλαίῳ λιπαίνειν τὴν κεφαλὴν, ἢ τὸ πρόσωπον ἐκπλύνειν ὕδατι· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς νηστεύσας ἐφ' ὅλας ἡμέρας τεσσαράκοντα τούτοις ἐχρήσατο· οὐδέ τι κέρδος ἐκ τούτων, εἴ τις αὐτοῖς χρῷτο, ὁρᾷν ἔστι παρεπόμενον. Οὐκ οὖν ἀλείφεσθαι καὶ νίπτεσθαι ἡμᾶς διὰ τούτων ἐγκελεύεται, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν τῶν συμβόλων τῆς χαρᾶς καὶ τῆς εὐφροσύνης, χαίρειν ἡμᾶς καὶ εὐφραίνεσθαι ἐν τῷ νηστεύειν νομοθετῶν, ταῦτα ἔφησεν. Οὕτω γὰρ ἑαυ-

VARIÆ LECTIONES.

ᵃ Ισ. ἀσύγγνωστον. ᵇ φθόνον.

τοὺς δια[τε]θέντες καὶ διακοσμήσαντες, τούς τε ἄλλους, ἐν οἷς πράττομεν, λαθεῖν δυνησόμεθα, καὶ ἑαυτοῖς ἀνεπαχθῆ τὸν τῆς νηστείας ἀγῶνα ἀπεργασόμεθα. Ἔνθα γὰρ προθυμία καὶ χαρὰ, ἐκεῖ κοῦφον καὶ τὸ ἐπίπονον· ὥσπερ ἔνθα τὸ ῥᾴθυμον καὶ τὸ ἀηδὲς, ἐκεῖ καὶ τὸ ῥᾷστον δυσχερέστατον. Ἄλειψαι τοίνυν καὶ αὐτὸς τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπον νίψαι· ὅπερ μαθεῖν ἐπηρώτησας· φαιδρὸν σεαυτὸν καὶ ἱλαρὸν ἀπὸ τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ εὐθυμίας καὶ ἀγαλλιάσεως, ἐν τῷ νηστεύειν, παρασκευάζων, καὶ παντὶ τρόπῳ λαθεῖν ἐπιτηδεύων τοῖς ἀνθρώποις τὸ κατόρθωμα, ἵνα μισθαποδότην ἔχῃς τὸν ἔφορον τῶν κρυφίων Θεόν. Εἰ δὲ καὶ νηστεύων, ἐλαίῳ εὐποιίας τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ δαψιλῶς πιάνας ἡγεμονικὸν, ἐκεῖθέν τε ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς νοερᾶς, ὅλον σεαυτὸν καὶ τὸ πρόσωπον ἐκπλύνας φαιδρὸν ἀπεργάσῃ καὶ καθαρὸν (ἐλεημοσύναις γὰρ, φησὶν, ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι), εἰς τὸ χρησιμώτατόν σοι δείξεις τῶν θείων Λογίων τὴν ἀνάπτυξιν προσεληλυθέναι.

A bimus. Nam ubi paratus accedit quis cum gaudio, ibi quod laboriosum est, leve fiet; e contra, quod facile fit, difficillimum redditur ubi intervenit socordia, et adversa voluntas. Inunge tu ergo caput, et faciem lava; id quod cupiebas quid esset intelligere, hoc est: Te sereno et hilari vultu præditum exhibe, propter gaudium animi tui et exsultationem repositam in jejunando; enitere autem et operam da omnimodam ut hoc præclarum facinus celetur, ut sic Deum qui secreta omnia intuetur, habeas retributorem. Quod si porro cum jejunas, oleo beneficentiæ caput affatim irrigas, et in capite partem principatum obtinentem, ita ut inde tanquam de fonte intellectuali, te totum, nec solum faciem abluas, et mundes (nam emundat, ut dicitur, B eleemosyna peccatum), palam facies divinorum oraculorum explicationem tibi exstitisse fructuosam.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΕ'.

QUÆSTIO CCXV [*Coisl.* CCXXIV, *Taur.* CCXXXV].

Edita a Montacutio (ep. 132, ad Taras. p. 171-175). — Matth. xii, 48; Marc. iii, 33 (85).

Ὅπερ ἔφησεν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Σωτὴρ, « Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; » οὐχ ὡς ἄν τις ἀφρόνως οἰηθείη, ἐπαισχυνόμενος ὠδῖνας τὰς μητρικὰς, ἢ τὴν μητέρα ἐκβάλλων τοῦ μητρικοῦ κλέους P καὶ τῶν προνομίων, τοῦτό φησι. Πῶς γὰρ, ὅ γε καὶ πρὸ καιροῦ τῶν θαυμάτων, διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν αἰδῶ, εἰς οἶνον μεταστοιχειώσας τὸ ὕδωρ, καὶ κατ' αὐτὸν τοῦ πάθους τὸν καιρὸν, ὅτε τραύμασι, καὶ λόγχῃ, καὶ σταυρῷ, καὶ ἥλοις κατετείνετο, πλείστην ὅσην περὶ αὐτῆς τὴν φροντίδα ἐπιδεδειγμένος· καὶ πρό γε τούτων οὐχ αὐτῇ μόνον τῇ γεννησαμένῃ ἀληθῶς, ἀλλὰ καὶ τῷ νομισθέντι ὑποτασσόμενος πατρί; « Ἦν γὰρ, φησὶν, ὑποτασσόμενος αὐτοῖς; » Ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω; Ὁ μήτραν οἰκῆσαι μὴ ἐπαισχυνθεὶς, καὶ τὸ ἔργον ἑκὼν ὑπελθὼν, πῶς ἂν ἔχοι λόγον τὴν κλῆσιν αἰσχύνεσθαι; καὶ ὁ τιμᾷν γονεῖς, μετά γε τὸ Θεῖον εὐθὺς, νομοθετῶν, πῶς ἂν αὐτὸς ὑπεύθυνος ὀφθείη μητρικῆς καταφρονήσεως; Οὐκ ἔστι τοίνυν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τὴν μητέρα ἐν αἰσχύνῃ ποιούμενος ὁ κοινὸς Πλάστης ἡμῶν ἢ ὑπερορῶν, τὸ « Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου; καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; » ἔφησεν· ἀλλὰ διὰ τῶν ῥημάτων τούτων ἕτερά τινα διοικονομεῖται μείζονα· καὶ γὰρ ὁ τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς, τῶν ἄλλων ἁπάντων πολλαχοῦ διδάσκων προτιθέναι, καὶ μήτε πατέρα, μήτε μητέρα, μήτε τέκνα, μήτε ἀδελφοὺς αὐτῆς προτιμᾷν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν σύμπαντα τὸν κόσμον, νῦν διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν αὐτὸ τοῦτο περιφανῶς ἐπιδείκνυσιν. Ἐπεὶ γὰρ διδάσκοντος αὐτοῦ τοὺς ὄχλους, καὶ τὸν τῆς σωτηρίας λόγον ταῖς ἐκείνων ψυχαῖς ἐγκατασπείροντος, ἐπέστησαν ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ πρὸς ἑαυτοὺς τὸν εὐεργέτην καὶ κοινὸν Σωτῆρα μετακαλούμενοι, εἰ-

Quod in Evangelio dixit Servator, « Quæ est mater mea, et quinam sunt fratres mei? » non ita protulit, ut imprudens forte aliquis arbitrari poterit, quasi materni partus dolores verecundaretur: aut eo fine ut matrem materno honore privaret. Qui enim illud admitteret, is, qui ante tempus operandi miracula, ob eam quam erga illam reverentiam habebat, aquam in vinum commutavit: et qui sub ipso passionis tempore cum vulneribus, C lancea, cruce, clavis extendebatur, tamen etiam tum summam se illius curam gerere patefecit: quique ante hæc omnia, subjiciebatur, non illi tantummodo quæ ipsum vere genuerat, sed et patri quoque putativo: Nam « erat, ait Scriptura, subditus illis? » Quid autem hæc allego? Qui uterum incolere non erubuit, qui opus et rem ipsam sponte subivit, quomodo sermone nominationem aversaretur? qui parentes post Deum sancivit, quomodo reus ille fuerit maternæ alicujus vilificationis? Non est ergo dicendum, omnino non est, quod matrem agnoscere erubesceret qui communis nostrum omnium Conditor, aut contemptui haberet, cum dixit, « Quæ est mater mea? quinam sunt fratres mei? » Omnino per hæc verba aliud quiddam D eximius dispensatur; qui non una vice docuit, animæ salutem rebus aliis omnibus anteponendam, ita ut nec patrem, matrem, liberos, fratres, illi præferamus, imo ne mundum certe universum, is in præsenti hoc idem opere declaravit. Nam cum multitudinem promiscuam doceret, et salutis semen cordibus ipsorum inseminaret, aderant mater et fratres ipsius, qui communem omnium benefactorem et Servatorem ad se vocabant; cui citationi

VARIÆ LECTIONES.

P κλήρου.

NOTÆ.

(85) Ejusdem argumenti est q. XLV.

non obedivit, nec injuria, neque enim docendi functionem deseruit, non comperendinavit auditorum salutem, aut maternam prætulit salutationem; ita reipsa docuit quod cum quis salutem animarum velut agrum colendum suscipit, id agricolam imprimis sollicitum habere debeat, ut nec juxta viam tritam, neque inter spinas, neque in petra semen spargat: eodem modo et spiritualis agricola se totum labori et agriculturæ impendere tenetur, nec in alias curas et cogitationes se dividere: ne quidem si mater aut propinquorum aliquis sit, qui inde ipsum avocare aut abducere velit. Nec est hic maternus aliquis contemptus, sed summa provida cura et sollicitudo de salute salvandorum: sed nec tempus docendo assignatum in obsequium propinquorum impendi debet. Itaque discipulos sibi magis conjunctos cupiens, Salvator ait, « Ecce mater mea, et fratres mei, » id est, isti Patris mei doctrinam ut semen in sinum animarum suscipientes, loco matris meæ et fratrum meorum mihi reputantur. Ita patet nequaquam hoc dictum, ut matrem vilem haberet; neque enim tales quales erant discipuli, in sortem maternam extulisset: sed multo magis ut eam veneratione et honore prosequeretur. Ait enim, qualem demum cunque filialem amorem in matrem quis, aut quem in fratres tenetur habere, tali omnino digni reputantur illi, qui doctrinam observant, et bona inde promanantia opera gignunt. Attendito autem et illud, cum præmiserat, « Qui diligit patrem vel matrem plus quam me, non est me dignus [89], » ne gravius quid et difficilius in mandatis dedisse videretur, ipse illud imprimis proprio exemplo adimpletum dat, facilitans ita imitationem, materno obsequio utilitatem et salutem multorum præponens; vocem hanc opere ipso tantum non edens: Nolite arbitrari meum mandatum grave quid esse vel difficulter obeundum; ego enim qui nulli debitor sum, rem ipsam princeps exordior, et ante Matris meæ cultum, ut intueri oculis potestis, vestram pono salutem. Ubi vero omnium Rex ego qui sum et Dominus et Conditor, haud sum ita gerere me erga vos dedignatus, ut vestram salutem affectui et amori materno prætulerim, certe multo vos magis tenemini similiter compensare, et præ cæteris omnibus ferre amicitiam meam, et in me benevolentiam: nec ob aliquod meum hoc emolumentum; amor enim humanus et desiderium, quid proderit ei qui cuncta vel nutu circumrotat, cujus opus digitorum hominum est natura, cœlum et quæ exsistunt universa. Hæc ego ipsa, ut et alia, ob vestram desidero salutem. Nec mirari oportet, si Matrem Christus, ut oportuit, honorans, illam haud prætulit saluti hominum: nam matrem illam propter nos et nostram salutem assumpsit, ut nequaquam sibi

A κότως οὐκ ἐπεστράφη τῇ κλήσει, οὐδὲ ὑπήκουσεν, οὐδὲ καταλιπὼν τὴν διδασκαλίαν, καὶ τὴν τῶν ἀκροατῶν ὑπεριδὼν σωτηρίαν, τὴν μητρικὴν ἐντυχίαν προὐτίμησεν· ἔργῳ παιδεύων, ὡς ἐπειδ᾽ ἄν τις γεωργῇ ψυχικὴν σωτηρίαν, ὥσπερ ὁ γεωργούμενος μόνῳ προσέχειν ὀφείλει τῷ γεωργῷ, ἂν μὴ ἄρα παρὰ τὴν ὁδὸν, ἢ ἐπ᾽ ἀκάνθαις, ἢ πέτραις ὑποδέχεσθαι μέλλοι τὴν κατασποράν· οὕτω δὴ, οὕτω καὶ ὁ [πνευματικὸς [q]] γεωργὸς, ὅλον ἑαυτὸν ἐπιδιδόναι τῷ πόνῳ καὶ τῇ γεωργίᾳ χρεωστεῖ, καὶ μὴ πρὸς πέτρας [r] καταμερίζεσθαι τὰς φροντίδας· μηδ᾽ ἂν μήτηρ, ἤ τις ἄλλος ᾖ τῶν ἐγγυτάτω γένους ὁ πρὸς ἑαυτὸν ἐκεῖθεν μετακαλούμενος καὶ μεθέλκων. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι παρόρασις μητρὸς, ἀλλὰ πολλὴ πρόνοια καὶ σπουδὴ τῶν σωζομένων· οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ B τὸν τῆς διδασκαλίας καιρὸν, εἰς τὴν τῶν συγγενῶν χρὴ καταναλίσκειν θεραπείαν. Διὰ τοῦτο τοὺς μαθητὰς ἐπὶ πλέον οἰκειούμενος ὁ Σωτὴρ, « Ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, φησὶν, καὶ οἱ ἀδελφοί μου. » Τουτέστιν, Οὗτοι δὴ, οὗτοι, τὸν πατρικὸν τῆς διδασκαλίας σπόρον τοῖς ψυχικοῖς ὑποδεχόμενοι κόλποις, τὸν μητρικὸν τόπον καὶ ἀδελφικὸν ἀναπληροῦσιν ἐμοί. Τοῦτο δὲ δῆλον, ὡς οὐ φαυλίζοντός ἐστι τὴν τεκοῦσαν (πῶς γὰρ ἂν τοὺς τοιούτους, ὡς εἰς μέγα κλέος, εἰς τὸν μητρῷον ἀνέφερε κλῆρον;), ἀλλὰ μᾶλλον ἀξίως σεμνύνοντος καὶ τιμῶντος αὐτήν. Ἣν γὰρ, φησὶ, πρὸς μητέρα καὶ ἀδελφοὺς στοργὴν καὶ διάθεσιν ὀφείλει τις κεκτῆσθαι, τῆς αὐτῆς ἀξιοῦνται καὶ οὗτοι, πληρωταὶ τῆς διδασκαλίας καὶ γεννητικοὶ τῶν ἐξ αὐτῆς φυομένων ἀγαθῶν ἔργων γινόμενοι. Σκόπει δὲ κἀκεῖνο, C ὡς ἐπειδὴ προεῖπεν, « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, » ἵνα μὴ δόξῃ βαρὺ καὶ δύσκολον ἐπιτάσσειν πρόσταγμα, αὐτὸς τοῦτο πρῶτος ἐκπληροῖ τῷ καθ᾽ ἑαυτὸν ὑποδείγματι ῥᾳδίαν παρασκευάζων τὴν μίμησιν, καὶ τῆς μητρικῆς θεραπείας προτίθησι τὴν ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν τῶν πολλῶν· μονονουχὶ τοῖς ἔργοις φωνὴν ἀφιείς· Μὴ νομίσηται [s-t] τὴν ἐμὴν ἐντολὴν βαρεῖαν εἶναι καὶ δυσεξάνυστον· ἔργῳ γὰρ ὑμῖν, ὁ μηδενὶ τυγχάνων ὑπόχρεως, πρῶτος τοῦ ἔργου ἀπάρχομαι, καὶ τῆς μητρικῆς θεραπείας, ὡς ὑμῖν ὁρᾷν πάρεστι, τὴν ὑμῶν προκρίνω σωτηρίαν. Ὅπου δὲ πάντων Δεσπότης ὑπάρχων καὶ Δημιουργὸς, τοῦτο περὶ ὑμᾶς αὐτοὺς οὐκ ὤκνησα ἐπιδείξασθαι, ἀλλὰ D καὶ μητρῴας στοργῆς τὴν εἰς ὑμᾶς σπουδὴν προτίθημι καὶ διάθεσιν· πῶς οὐκ αὐτοὶ μᾶλλον ὀφειλέται καθεστήκατε, τοῖς ὁμοίοις ἀμείβεσθαι, καὶ πάντων ἔμπροσθεν ἄγειν τὴν περὶ ἐμὲ τὸν εὐεργέτην φιλίαν καὶ εὔνοιαν; καίτοι οὐδὲ ταῦτα δι᾽ ἐμέ· τί γὰρ εἰσοίσει πόθος ἀνθρώπινος τῷ πάντα νεύματι περιάγοντι, καὶ οὗ δακτύλων ἔργον, αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων, καὶ οὐρανὸς, καὶ τὰ σύμπαντα, ἀλλὰ καὶ ταῦτα, ὥσπερ καὶ τἄλλα, διὰ τὴν ὑμῶν αὐτῶν ἐπιζητῶ σωτηρίαν. Οὐ χρὴ δὴ [u] θαυμάζειν, εἰ τὴν μητέρα τιμῶν ὁ Χριστὸς, ὡς προσῆκεν, ὅμως οὐδὲ

[89] Matth. XVII, 58.

VARIÆ LECTIONES.

[q] C. M. πνευματικὸς deest. [r] C. M. recte ἑτέρας. [s-t] νομίσητε. [u] C. M. δέ.

ταύτην τῆς ἡμῶν ὑπερτίθησι σωτηρίας· καὶ γὰρ δὴ καὶ μητέρα ὅλως δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμῶν ἐκτήσατο σωτηρίαν, ἀλλ' ὥστε δὲ αὐτοῦ [v] φεισάμενος ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλὰ κἀκεῖνα τὰ μυρία πάθη ὑποστὰς καὶ τὸν ἐπονείδιστον ἐκεῖνον καὶ βίαιον θάνατον, ἵν' ἀντὶ θανάτου, ζωῆς ἡμᾶς ἀθανάτου δείξῃ κληρονόμους, οὐκ ἂν ἀπεικότως καὶ τῆς μητρικῆς συμπαθείας τὴν ἡμῶν ἡγήσατο προτιμοτέραν σωτηρίαν. Εἰ βούλει δὲ κἀκεῖνο σκοπεῖν [x] (πολύχους γὰρ ἡ τῶν θείων Γραφῶν γεωργία, καὶ πολλὴν ἀναδιδοῦσα τοῖς φιλοπονοῦσι τὴν ὠφέλειαν), οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἐνδεέστερον δόξῃ, ὅτι τὸ, « Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου; » οὐ πρὸς τὴν Μητέρα ἀποτεινόμενος εἴρηκεν ὁ Σωτήρ· ἐκείνη γὰρ ἡ μακαρία Παρθένος, σεμνοπρεπῶς τε καὶ σὺν εὐλαβείᾳ ἔξω ἵσταται, οὐδὲ τὴν πρὸς τὸν Υἱὸν παῤῥησιαζομένη εἴσοδον· οὐμενοῦν οὐδὲ τὴν διδασκαλίαν περικόπτουσα, αὐτὸν δὲ μόνον ἰδεῖν ἐπιποθοῦσα. Πρὸς τίνα λοιπὸν ὁ Δεσποτικὸς λόγος ὁρᾷ; δῆλον [y], ὡς πρὸς ἐκεῖνον, τὸν οὐκ ἐν καιρῷ καὶ θρασέως ἐπιφωνοῦντα καὶ ἀνακράζοντα, « Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε. » Ἐκεῖνος γὰρ ὁ Ἰουδαῖος (οὐδὲ γὰρ ἔχομεν τούτου κυριώτερον ἐκ τῶν Εὐαγγελίων ὄνομα) ὅτε τῷ Δεσπότῃ προσεφώνει, οὐδὲν οὐ μόνον συνῆπτε ῥῆμα σεβασμιότητος, ἀλλ' οὐδὲ τὸν πρέποντα καιρὸν ἀναμείνας, ἀλλὰ καὶ τὴν διδασκαλίαν περικόπτων, καὶ πολλῇ χρώμενος τῇ αὐθαδείᾳ καὶ θρασύτητι, τὸ, « Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου, προσέῤῥιπτεν, ἔξω ζητοῦσί σε. » Οἶμαι δὲ αὐτὸν τοῦτο δεδρακέναι, ὡσανεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ γένους ἐπισκώπτειν τὸν κοινὸν τοῦ γένους Σωτῆρα διαμηχανώμενον. Οὐ γὰρ ἂν οὕτω θρασέως, καὶ εἰς ὑπήκοον [z] τῶν διδασκομένων, τὸν ὀνειδισμὸν οἰκειότερον εἰπεῖν ἢ τὴν πρόκλησιν τοῦ Δεσπότου ἐπεποίητο· καὶ ταῦτα διεμηχανᾶτο καὶ συνεσκευάζετο, ῥᾳθυμοτέρους τε περὶ τὴν ἀκρόασιν, τό γε καθ' ἑαυτὸν, τὸ πλῆθος ἀπεργαζόμενος, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τοῦ διδασκάλου, ἀπό γε τῆς συγγενείας, ὡς ἐνόμιζεν, ἐξευτελίζων καὶ ὑποτεμνόμενος. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φαίνεται τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τε διδασκαλίας, καί γε καὶ τῆς θαυματουργίας, τῷ φθόνῳ διαπιμπράμενον, καὶ πρὸς διαβολὰς καὶ ὕβρεις τοῦ Δεσπότου ἐκτόπως ἀναφλεγόμενον. « Οὐχ οὗτος γάρ ἐστι, φησὶν, ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; » καὶ πάλιν, « Οἴδαμεν τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα· » καὶ, « Οὗτος οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν; » καὶ, « Οὐχὶ παρ' ἡμῖν εἰσιν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ; » καὶ πολλὰ τοιαῦτα βασκανίας ῥήματα. Διὸ καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν παρανομίαν, καὶ δι' αὐτοῦ τῶν ὁμοφρόνων τὸ σύστημα, εἰς τοιαύτην τινὰ διάνοιαν τὸν λόγον σχηματίζων τῆς ἀποκρίσεως, « Τίς ἐστι, φησὶν, ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου; Τουτέστι, Τί τὴν μητέρα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὀνειδισμὸν προφέρειν ἐμελέτησας; μάτην σοι διεμηχανήθη τὸ κακούργημα, εἰς τοὐναντίον σοι περιτραπή-

A parcens, nostra causa longe alia et innumera passus est. Imprimis contumeliosam illam et violentam mortem crucis, ut vitæ nos æternæ hæredes, qui mortis fueramus, faceret: non est improbabile illum nostram salutem antiquiorem, quam maternam habuisse observantiam. Si adhuc libet et illud mihi nota, divinarum Scripturarum agricolatio multiplicibus spicis abundat, et plurimum industriis commodum concedit, non minimum illud, quod illa « Quæ est mater mea, et qui fratres mei? » non in Matrem directa protulit Servator (illa enim beata Virgo modeste ut oportuit foras constitit, nec liberam adeundi Filium licentiam vindicavit), sed nec docendi cursum interrumpere volebat, sed ipsum tantummodo gestiebat salutare. Ad quem B igitur dirigitur sermo Dominicus? patet quod ad eum, qui satis intempestive vociferando et inclamando dicebat, « Mater tua et fratres tui te foras quærunt[60]. » Erat, ille Judæus, nec alio proprio nomine dictum habemus in Evangelio. Ille cum Dominum alloqueretur, non modo nullum verbum reverentiæ evolavit, sed nec tempus præstolatus opportunum docendi cursum interrupit, et cum multa audacia et supercilio projecit illud, « Mater tua et fratres tui te foris quærunt. » Reor autem eo fine hoc ab illo factitatum, ut qui voluerit omni machina adhibita generis nostri Auctorem ab humana sua generatione traducere: non enim tam petulanter in auribus auditorum exprobrationem potius quam evocationem adhibere volebat, nisi id agebat ma- C chinando, ut ignaviores redderet auditores. Ita quantum in ipso erat abduxit ab audiendo multitudinem, et doctoris reverentiam imminuendi animo, per vilificationem prosapiei interrumpit. Apparet enim et alibi Judaicam gentem cum alias, tum præcipue cum doceret aut miracula daret, invidia succensam, et ad accusandum convitiandumque Dominum insano modo inflammatam. Ita inquiunt, « Annon hic est fabri filius[61]? » et, « Novimus patrem ejus ac matrem ejus[62]: » et, « Annon nos scimus unde iste est[63]? » et, « Nonne apud nos sunt fratres et sorores ipsius[64]? » et multa alia malevolentiæ verba ingerunt. Quocirca Christus Dominus incivilitatem illius redarguens, et per illum D conventum eorum qui eodem animo affecti erant, ad cogitationes istiusmodi accommodat responsum, et inquit, « Quæ est mater mea? qui mei fratres? » quasi diceret: Quid mihi matrem et fratres in opprobrium ingeris? frustra tibi hoc cessit machinamentum, in contrarium convertetur insidiosa hæc tua satagentia. Tantum enim abest ut me parentum meorum tenuitatis pudeat, ut non solum matrem quæ me incarnatum vere peperit, agnoscam, sed insuper et istos quos viles intueris et despectos, sine urbe et loco pauperes, licet nulla me attingant

[60] Matth. XII, 47. [61] Matth. XIII, 55. [62] Joan. VI, 42. [63] Joan. IX, 29. [64] Marc. VI, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[v] ἄλλως τέ γε οὐχ ἑαυτοῦ. [x] σκόπει. [y] C. M. ἢ δῆλον. [z] ἐπήκοον.

affinitate, non abnego, sed mihi proprius assumo, A matris et fratrum mihi locum impleturos, modo per meam doctrinam inducti, Patris mei adimpleant voluntatem. Quemadmodum enim illam, nulla me consanguinitate attingentem (nam quid habet genus humanum cum Deitate commune?) de paterna tamen voluntate incarnatus ex illa, matrem monstravi, et omnia materna privilegia, una cum virginitate illibata sarta illi tecta servavi; ita quoque et istos qui nullum justum titulum adire possunt, quo mihi per carnem conjungantur aut tribum, modo adimplentes cepero doctrinam meam et voluntatem Patris, in sortem et dignitatem fraternam maternamque assumam. Atque ita, ut ego opinor, e dictis tibi patet et satisfit, quod propter illud dictum, « Quæ est mater mea, » et quæ sequuntur; B nullatenus Dominus et Salvator noster reus tenebatur alicujus contemptus aut despectus erga matrem; sed contra, tam per ista quam alia omnia Dei opera ostenditur, maternis privilegiis et honoribus, idque meritissimo, apud eum quem pepererat, fructam et gavisam fuisse.

σεται τὸ σκευώρημα. Ἐγὼ γὰρ τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ τῇ εὐτελείᾳ τῶν συγγενῶν ἐπαισχύνεσθαι, ὥστε οὐ μόνον τὴν κατὰ σάρκα γεννησαμένην ἀληθῶς, μητέρα ἐπιγράφομαι, ἀλλὰ δὴ καὶ τούτους ὁρᾷς τοὺς εὐτελεῖς καὶ ἀπόλιδας, τοὺς ἀοίκους καὶ πένητας, καίτοι μηδὲν κατὰ γένος προσήκοντας, οὐ παραιτοῦμαι ὡς μητέρα καὶ ἀδελφοὺς οἰκειοποιήσασθαι, ἂν ὦσι μόνον τὸ πατρικὸν, διὰ τῶν ἐμῶν διδαγμάτων, ἐκπληροῦντες θέλημα. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνην μηδὲν τῇ θείᾳ φύσει προσήκουσαν (τί γὰρ κοινὸν ἀνθρωπίνῳ γένει καὶ θεότητι;), ὅμως θελήματι πατρικῷ σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς, μητέρα ἀνέδειξα, καὶ πάντα τὰ μητρικὰ προνόμια, μετά γε τῆς παρθενίας αὐτῆς, συνετήρησα· οὕτω δὴ, οὕτω καὶ τούτους μηδὲν μηδὲ ἐκ τῆς κατὰ σάρκα προσεχοῦς φυλῆς ἐμοὶ δικαίωμα διασώζοντας, ἂν μόνον λάβω πληρωτὰς τῆς ἐμῆς διδασκαλίας καὶ τοῦ πατρικοῦ θελήματος, εἰς τὸν τῶν ἀδελφῶν καὶ μητέρων ἀναβιβάζω κλῆρον καὶ τὸ ἀξίωμα. Ἐκ τοίνυν τῶν εἰρημένων οἶμαί σοι σαφῶς ἐπιγνωσθῆναι, ὡς οὐδὲ διὰ τοῦ, « Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου; » καὶ τῶν ἐφεξῆς, οὐδαμῶς ὁ Δεσπότης ἡμῶν καὶ Σωτὴρ μητρικῆς ὑπεροψίας, ἤ τινος ὀλιγωρίας, ἐγένετο ἔνοχος· ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων, ὡς καὶ διὰ πάντων τῶν ἄλλων, ἡ Θεοτόκος ἐπιδέδεικται τῶν μητρικῶν γερῶν ἀξίως παρὰ τοῦ τεχθέντος ἐξ αὐτῆς ἀπολαύουσα.

QUÆSTIO CCXVI [*Coisl.* CCXLV, *Taur.* CCXXXVI].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙϚʹ.

Edita a Montacutio (ep. 153, ad Michael., p. 175-177).—In verba Joan. Baptistæ, Matth. III, 11; Marc. I, 7; Luc. III, 16.

Præconis illius vocem qua profitebatur, « Non C sum dignus qui solvam corrigiam calcei ejus, » quod a te quæsitum est, secundum diversas considerationes expositum invenimus: sunt qui non solum propius ad scopum, ut ego arbitror, accedunt, sed et ad vocis proprietatem, calceum et corrigiam, hi non aliud intelligunt quam quæ communiter in communi usu posita esse sciunt: et per illas voces volunt Baptistam intelligere baptizati illius excellentiam, sine comparatione transcendentem. Scio enim, inquit, illum ego tam excellenti esse dignitate præditum supra meipsum, non in quantum servus a domino distat, sed si quæ alia est differentia et distantia, quæ a nulla re alia superetur, neque certe ego me in eorum numero reponam, qui illum infima contingunt servitute; id enim indicat, « Solvere corrigiam calceamenti. » Sunt D qui magis adhuc secundum anagogen, *calcei* nomine mundum supponunt; *corrigiam* autem interpretantur speculationes in mundo illius modi quæ apprehensionem habent haud facile inveniendam, sed vinculo ignorantiæ insolubili constringuntur. Hunc Jesu calceum supponunt esse, propterea quod, inquiunt, Providentia ipsius omnia permeet, et totum mundum amplectatur et contineat. Potius autem proprio ipsius pede regulat et agit cum summa sapientia; non eget ob id ipsum, consilio multo aut provida cura, sed per extremam et ultimam inspe-

Τὴν τοῦ κήρυκος φωνὴν, καθ' ἣν ἐκεῖνος ἐκήρυττεν, « Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ, » ὅπερ αὐτὸς διηρώτησας, κατὰ διαφόρους θεωρίας ὑπειλημμένην εὑρίσκομεν. Οἱ μὲν γὰρ, οὐ μόνον ἐγγύτερον, οἶμαι, τοῦ σκοποῦ, ἀλλὰ καὶ οἰκείως τῆς λέξεως, ὑπόδημα καὶ ἱμάντα οὐχ ἕτερόν τι παρ' ὃ κατὰ κοινὴν χρῆσιν ἅπαντες ἴσασιν, ἀλλ' αὐτὰ ἐκεῖνα νενομίκασι· καὶ τὸν Βαπτιστὴν διὰ τούτων ἀποφαίνεσθαι τὸ καθ' ὑπεροχὴν τοῦ βαπτιζομένου ἀσύγκριτον. Τοσοῦτον γὰρ ἐκεῖνον, φησὶ, συνεπίσταμαι ἐν ὑπεροχῇ μεγέθους καὶ ἀξιώματος, οὐχ ὅσον ἐστὶ τὸ μέσον δούλου[a] καὶ Δεσπότου, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλη διαφορὰ καὶ διάστασις μηδενὶ ἑτέρῳ ὑπερβολὴν ἀπολείπουσα· οὐδὲ γὰρ, οὐδ' εἰς τὴν ἁπασῶν ἐσχάτην δουλείαν ἄξιον ἐμαυτὸν ἐτάζεσθαι τίθημι· τοιοῦτον γὰρ τὸ, « Λύειν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. » Οἱ δὲ ἀναγωγικώτερον ἴσως, *ὑπόδημα* μὲν τὸν κόσμον ὑποτίθενται, *ἱμάντα* δὲ τῶν ἐν αὐτῷ θεωρημάτων ὅσα δυσεύρετον ἔχει τὴν κατάληψιν, καὶ τὸν τῆς ἀγνοίας δεσμὸν ἄλυτον· ὃν ὑπόδημα ποιοῦσι τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι διαπαντὸς αὐτοῦ, φασὶν, ἡ Πρόνοια διαπεφοίτηκε, καὶ ὅλον αὐτὸν ἔχει περιλαβὼν καὶ συνέχων· μᾶλλον δὲ ποδὶ τῷ οἰκείῳ διιθύνει καὶ φέρει πανσόφως· τουτέστιν, οὐδὲ πολλῆς δεῖται τῆς ἐπ' αὐτῷ βουλῆς καὶ προνοίας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐσχάτης καὶ τελευταίας ἐπισκοπῆς τὸ τηλικοῦτον καὶ τοσοῦτον συντηρεῖ τε καὶ διακοσμεῖ φιλοτέχνημα. Αὕτη δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. M. 553 f. 97 δούλου.

ὅσον κομψείᾳ τινὶ διεσχηματίσθη ἡ περίνοια, ἐπὶ A τοσοῦτον, οἶμαι, τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας διέστηκεν. Ἕτεροι δέ τινες *ὑπόδημα* μὲν τὴν *σάρκα* σημαίνεσθαι (ταύτην γὰρ ὁ *Λόγος* ὑπέδυ, φασίν)· *ἱμάντα* δὲ γεγενημένην τῶν φύσεων πρὸς ἀλλήλας συνάφειαν, ἣν ὁ Πρόδρομος οὐκ ἀπετόλμα λύειν, οὐδ' ὅσοι τῆς ἐκείνου διδασκαλίας κατήκοοι. Οὐδὲ γάρ, οὐδὲ θεμιτὸν ἀτόποις ἐννοίαις κατ' ἰδίαν σχίζειν ὑπόστασιν ἀπὸ τοῦ *Λόγου* τὸ πρόσλημμα. Ἄλλοι δὲ παρὰ τούτους, οὐχ ἁπλῶς τὴν *σάρκα*, ἀλλ' αὐτὴν τὴν *σάρκωσιν*, καὶ τὴν *ἐνανθρώπησιν*, *ὑπόδημα* νενοήκασιν· *Ἱμάντα* δέ, οὐ συνάφειαν φύσεων, ἀλλὰ τῶν περὶ τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν ἀπόρων, καὶ λογισμοὺς ἀνθρωπίνους ὑπερβεβηκότων, τὸν σύνδεσμον· ὧν τὴν ἐπίλυσιν καὶ σαφήνειαν, οὐχ ὅτι τινὰς τῶν πολλῶν ἑαυτοῖς ἐπιτρέπειν χρὴ καὶ περιερ- B γάζεσθαι, ἀλλ' ἀκριβῶς κἀκεῖνο συνεπίστασθαι, ὡς οὐδὲ τοῖς κατὰ Ἰωάννην, ἔν τε πράξει καὶ θεωρίᾳ, τὸ ὑψηλὸν καὶ μετέωρον ἔχουσιν, οὐ μὲν οὖν οὐδὲ τούτοις, τῶν ἀποῤῥήτων [b] ἐκείνων τὸ κρύφιον καὶ δυσκατάληπτον εἰς γνῶσιν ἀφίκοιτο. Αὐτὸς γάρ, ὁ « Μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, » δι' ὧν μὴ δύνασθαι *λύειν τὸν ἱμάντα* ὡμολόγησε, μηδ' αὐτὸν ἱκανὸν ἂν γενέσθαι παρίστησιν τὰ τοιαῦτα τῶν ἀπορημάτων ἐπιλύσασθαι. Τίνα δέ ἐστι ταῦτα; Τίς ἡ τοῦ Λόγου κένωσις; πῶς ὁ Πλάστης ἑνοῦται τῷ πλάσματι; Παρθένος δὲ πῶς ἂν τέκοι, καὶ τὴν τῶν ὠδίνων λύσιν σφραγῖδα τῆς παρθενείας ποιήσαιτο; πῶς ὄγκον ἔχων ὁ Σωτὴρ καὶ σῶμα, θαλάσσης νῶτα διέτρεχε; πῶς δὲ τάφῳ καὶ κλείθροις καὶ σφραγῖσι C περιέχεται; τούτων δὲ πάλιν ἀκινήτων φυλαττομένων ἐκεῖθεν προέρχεται; εἶτα δὲ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰς μέσους τοὺς μαθητάς, μετὰ τοῦ αὐτοῦ σώματος, ἐπιφαίνεται; καὶ πληγὰς καὶ τρώσεις τοῦ ἀπαθοῦς καὶ ἀφθάρτου ὄψεις ἐξερευνῶσι καὶ δάκτυλοι; βρῶσις δὲ καὶ πόσις τῷ ἀπροσδεεῖ καὶ ἀρεύστῳ [c] πῶς ἄν τις ἐξείποι διαπράττεσθαι σώματι; Τούτων οὖν καὶ τῶν τοιούτων δεσμῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐχ ὅτι τῶν πολλῶν καὶ τυχόντων, ἀλλ' οὐδ' εἴ τις εἰς τὴν τοῦ Προδρόμου διέβη τελείωσιν, οὐδὲν σαφῶς καὶ καθαρῶς ἐπιλύσεται. Ἀλλ' ἕτερος μὲν ἴσως ἑτέρου τοῖς ἀκροαταῖς ἐρεῖ τι ψυχαγωγικώτερον, καὶ τῆς πολλῆς ἀπορίας παραμύθιον· ἡ δὲ χωρὶς ἐσόπτρων καὶ αἰνιγμάτων ἐν τούτοις ἀλήθεια, τῶν ἐν βίῳ πάντων ὁμοίως ἀποκεχώρηκεν. Ἀλλὰ ταῦτα D μέν σοι τῶν κατὰ μνήμην σωζομένων οἶμαι τὰ ἀξιολογότερα ἔγραψα· σὺ δ' ἐπικρίνας στέργοις τὸ ἄμεινον. Εἰ δ' ἐρυθριᾷς τὴν κρίσιν, ἐγώ σοι τὸ πρῶτον καὶ τὸ τελευταῖον τῶν ἐν μέσῳ προτίθημι. Τὸ μὲν γὰρ καὶ τῆς ὑποθέσεως καὶ τῶν ῥημάτων ἐστὶν οἰκειότατον· τὸ δὲ τελευταῖον τῶν κατὰ θεωρίαν εὑρήσεις ἀναλογώτερον. Ἔῤῥωσο.

A ctionem, opus optimo studio ab ipso elaboratum, tale cum sit et tantum, conservat et exornat. Hæc autem expositio, quo magis ornatu quodam effigiatur, eo, opinor, recedit longius a veritatis intentione. Alii sunt qui per *calceum*, intelligunt *carnem* significari, quam nimirum sibi induit *Verbum*; *corrigiam* autem naturarum adinvicem connexionem, quam nequaquam ille Præcursor solvere audebat, nedum doctrinæ ipsius auditores. Neque enim fas cuicunque fuit per absurdas opiniones quaslibet propria auctoritate solvere hypostasin illam quam assumpsit sibi *Verbum*. Aliqui ab istis alii non simpliciter *carnem*, sed ipsam et *incarnationem*, et humanitatem susceptam *calceum* interpretantur: *corrigium*, non naturarum unionem, B sed quæstionum illarum et dubiorum, quæ circa humanitatem in carne susceptam, agitantur, vinculum et annexionem, quæ mentem omnem humanam longe superent: quarum quæstionum solutionem et explicationem, non aliqui e vulgo sibi arrogare debent, aut curiosius circa easdem versari, sed illud exquisite imprimis cognoscere, quod nec Joannis sectatores, qui in actione et contemplatione sublime quid et excelsum habebant, abscondita hæc et vix comprehensibilia, certe inexplicabilia, intelligebant. Ipse « Major inter omnes e mulieribus natos, » cum profitetur se solvere indignum esse *corrigiam calcei*, eodem actu agnoscit non posse se ejusmodi dubias solvere quæ- C stiones. At quænam illæ sunt? Quænam Verbi exinanitio? Rerum Conditor quo pacto rei conditæ adunitur? quo pacto pepererit Virgo, et partus dolorum solutionem, sigillum adhibuit virginitatis? quomodo Servator, qui pondus et corpus habuit, maris tergora cursu peragravit? quomodo sepulcro, claustris et sigillis tenebatur inclusus? et iisdem ipsis immotis custoditis, inde egreditur? quomodo deinde ostiis clausis in medium processit discipulorum, cum eodem corpore? quomodo plagas, inflicta vulnera impassibilis corporis et incorruptibilis, oculi et digiti perscrutantur? Quomodo cibus et potus conferent non indigenti, nec fluido corpori, quis autem effari potest? Hæc autem et similia vincula, nemo, non dixero e vulgo homi- D num et fæce promiscua, sed ne quidem si ad Præcursoris perfectionem ascenderit aliquis, plane, clare, et perspicue solverit: fieri autem potest, ut unus altero, apud auditores, quid magis ad animæ solamen, dixerit, et in difficultatis multiplicis expeditionem: veritas autem in istis sine speculis et ænigmatis ultra ipsius vitæ terminos removetur. Atque ita tibi earum expositionum quæ mandantur memoriæ, præcipuas enarravi. Tu, facta discussione, optimam amplectere. Quod si judicium interponere verecunderis, ego primam atque ultimam cæteris præpono. Nam earum una cum argumento subjecto, et cum verbis majorem habet affinitatem; postremam reperies magis ad contemplationis analogiam facientem. Vale.

VARIÆ LECTIONES.

[b] C. M. ἀποῤῥηθέντων. [c] leg. ἀῤῥεύστῳ. C. M. ἐναρέστῳ.

QUÆSTIO CCXVII [*Coisl.* CCXLVI, *Taur.* CCXXXVII].

De differentia imaginum.

Edita a Montacutio (ep. 154, ad Joan. Spathar., p. 178, 180).

A Non detrahit aliquid Christi imagini, si Filius dicatur vera Patris imago, aut, homo vere factus ad imaginem Dei : ne tum si affirmamus eos qui secundum virtutem vivunt, ad veram Christi imaginem conformari. Non enim ut traducatur imaginis artificium, hoc dicitur; non ut mendacium imagini affricetur: sed ut illa quæ intercedit diversitas intelligatur. Non enim cum Filium veram sapientiam nominamus, sapientiam a divinis oraculis eliminamus; sed nec cum lucem veram, vitam veram, dicimus, lumen solare aut vitam hic nostram, multo minus illam futuram, falsariæ subsistentiæ inniti insinuamus. Eodem modo et cum Filium profitemur veram imaginem, B non illas imagines, quæ suum ortum ab imitatione sortiuntur, in mendaciorum ordinem rejicimus; tantummodo differentiam quam illa ad istas habet per excessum significamus. Audi igitur filium tonitrus, quemadmodum ille, de cœlo intonans, nobis talem verborum sensum suggerit. Utrumque certe, in eo, « gratiam pro gratia [65], » novum et vetus; uno eodem gratiæ titulo appellans; addit deinde eminentiam, ubi unum cum altero comparat, « Lex, inquiens per Moysen dabatur, gratia autem et veritas per Jesum Christum [66]. » Manifeste patet, quod cum ita dicat, nec gratiam nec veritatem a Mosaica lege abscidit, ipse enim ille fuit qui paulo prius appellatione C *gratiæ* ipsam insignierat. Sed nec mendacium illi imputat. Non enim in contumeliam aut crimen legis dictum illud, « Gratia autem et veritas per Jesum Christum fuit, « Evangelicis sancitis adaptabatur (Heracleon ita diceret, et Heracleonis filii), sed profecto magis illustrem et perfectam Domini magnificentiam ostendere volens quam habuit Lex per Moysen data, generali illo nomine *Gratiæ* et *veritatis* complexus est. Quin et divinus Paulus cum dixit, « Umbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, » legem typum et imaginem esse futurorum bonorum, non prædicavit; sed imprimis per verborum illorum tenorem, docere voluit potius gratiam, quam legem, bonorum futurorum fruitionem repræsentare. D

Quin et decantatus in explicandis et docendis divinis Litteris, Joannes Chrysostomus, multis in locis hac figura dictionis usus esse agnoscitur. Divina oracula commentariis explanans, et linguam in iis enodandis adhibens, quæ cum Nicodemo dis-

[65] Joan. I, 16. [66] ibid. 17.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΖ'.

Περὶ διαφορᾶς εἰκόνων.

A Οὐδὲν λυμαίνεται τῇ εἰκόνι Χριστοῦ, τὸ λέγεσθαι τὸν Υἱὸν ἀληθινὴν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς, ἢ τὸν ἄνθρωπον ἀληθῶς κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι Θεοῦ· οὐ μὴν οὐδ' ἐπειδ' ἂν λέγωμεν, τοὺς κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας τὴν ἀληθῆ μορφοῦσθαι εἰκόνα Χριστοῦ. Οὐ γὰρ ἐπὶ διαβολῇ τῆς τεχνητῆς [d] εἰκόνος ταῦτα λέγεται, οὐδ' ἵνα ψεῦδος αὐτῇ ἐπιγράφοιτο· ἀλλ' ὡς ἂν αὐτῶν ἡ πρὸς ἄλληλα διαφορὰ ἐπιγινώσκοιτο. Οὐδὲ γὰρ, οὐδ' ὅταν τὸν Υἱὸν ἀληθινὴν σοφίαν προσαγορεύωμεν, τὴν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν σοφίαν τῆς ἀληθείας ἐξορίζομεν· οὐδ' ἐπειδ' ἂν φῶς αὐτὸν ἀληθινὸν, ἢ ζωὴν ἀληθινὴν ὀνομάζωμεν, τὸ ἡλιακὸν φῶς, ἢ τὴν ἡμετέραν ἐνταῦθα ζωὴν, ἵνα μὴ λέγω τὴν ἐκεῖθεν, ψευδοϋπόστατον ἀποφαίνομεν· οὕτως οὐδ' ὁπηνίκα φαμὲν ἀληθινὴν εἰκόνα τὸν Υἱὸν, οὐχὶ τὰς εἰκόνας, αἳ τὴν γένεσίν εἰσιν λαχοῦσαι διὰ μιμήσεως, εἰς ψεῦδος ἐλαύνομεν, ἀλλὰ τὸ πρὸς αὐτὰς ἐκείνης καθ' ὑπεροχὴν δηλοῦμεν διάφορον. Ἄκουσον τοίνυν τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, ὅπως ἡμῖν ἄνωθεν βροντῶν, τὴν τοιαύτην χρῆσιν τῶν λόγων ἐννοεῖν δίδωσιν. Ἄμφω γὰρ ἐν τῷ εἰπεῖν, « καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος, » τήν τε Παλαιὰν καὶ τὴν Νέαν, τῷ τῆς χάριτος ἐξονομάσας προσρήματι· εἶτα τὸ ὑπερανεστηκὸς θάττερα [e] πρὸς τὴν ἑτέραν παριστῶν, « Ὁ νόμος, φησὶ, διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. » Δῆλον γὰρ ὡς ταῦτα λέγων, οὐχὶ τὴν ἀλήθειαν ἢ τὴν χάριν τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου περιέκοψεν· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ μικρῷ πρόσθεν τῷ τῆς *χάριτος* αὐτὸν ἀποσεμνύνας ὀνόματι. Οὐ μὴν οὐδὲ ψεῦδος αὐτοῦ κατηγόρησεν· οὐδὲ γὰρ ἐφ' ὕβρει καὶ διαβολῇ τοῦ νόμου τὸ, « Ἡ χάρις δὲ καὶ ἀλήθεια δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο, » τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσμοῖς περιήρμοσεν (Ἡρακλέων γὰρ ἂν οὕτως εἴποι, καὶ οἱ παῖδες Ἡρακλέωνος), ἀλλ' ἐπισημοτέραν δηλονότι καὶ τελειοτέραν τὴν τοῦ Δεσπότου φιλοτιμίαν τῆς Μωσαϊκῆς νομοθεσίας παραστῆσαι βουλόμενος, *τῆς χάριτος* αὐτὴν καὶ *ἀληθείας* τῇ κοινῇ προσηγορίᾳ περιέλαβεν. Ἀλλὰ καὶ Παῦλος ὁ θεῖος, « Σκιὰν ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, » ἀποφαινόμενος, οὐ τὸ εἶναι τὸν νόμον τύπον καὶ εἰκόνα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀπεκήρυξεν· ἀλλὰ διὰ τῶν ῥημάτων τούτων ἐνεδείξατο, μᾶλλον τὴν χάριν ἢ τὸν νόμον, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν εἰκονίζειν τὴν ἀπόλαυσιν.

Ναὶ δὴ καὶ ὁ πολὺς ἐν τῇ τῶν θείων Γραφῶν ἀναπτύξει καὶ διδασκαλίᾳ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, πολλαχοῦ κεχρημένος τῷ τοιούτῳ σχήματι τῶν λόγων δείκνυται. Τοὺς γὰρ θείους ὑπομνηματίζων χρησμοὺς, καὶ εἰς τὰ πρὸς τὸν Νικόδημον εἰρημένα

VARIÆ LECTIONES.

[d] τεχνικῆς. [e] Ἴσ. θατέρας.

τῷ Δεσπότῃ, τὴν τῆς ἑρμηνείας γλῶτταν ἐπαφείς, καὶ περὶ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννήσεως καὶ τῆς ἀχρόνως ἐκ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως τὸν Λόγον κινῶν, « Εἰ γὰρ καὶ αὐτή, φησίν, ἡ γέννησις ἐπουράνιος· ἀλλὰ πρὸς ἐκείνην παραβαλλομένη τὴν ἀληθῆ, καὶ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ἐπίγειος. » Ἀκούεις ὅπως πρὸς ἐκείνην φησὶ τὴν ἀληθῆ. Τί οὖν; ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος οὐκ ἔστιν ἀληθής; καὶ τίς ἄν, εἰ μὴ τῶν σφόδρα μαινομένων εἴη, τοῦτο φάναι τολμήσειε; Πῶς οὖν ἐκεῖνος ἔφη, « Πρὸς ἐκείνην τὴν ἀληθῆ; » τὸ ὑψηλότερον ἐκείνης καὶ θαυμασιώτερον ἐξυμνῶν, οὐ ταύτην τῆς ἀληθείας ἀποστερῶν. Καὶ τί δὲ τοῦτό φημι; ἄκουε μᾶλλον αὐτὸν τὰ αὐτὰ ἐμοί, οὐ τοῖς νοήμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι συμφθεγγόμενον, καὶ τὴν τοιαύτην τῶν λόγων χρῆσιν ἡμῖν, κἂν τοῖς τοῦ Δεσπότου ῥήμασιν ἐγκειμένην, ὑποδεικνύοντα. Τοῦ γὰρ Σωτῆρος τοῖς Ἰουδαίοις εἰπόντος περὶ τοῦ μάννα, ὡς « Οὐχὶ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἀληθινὸν ἄρτον, » αὐτὸς τὸν νοῦν ἀναπτύσσων τὸν Δεσποτικόν, οὕτω φησί· Ἄρτον δὲ ἀληθινὸν καλεῖ, οὐχ ἐπειδὴ ψευδὲς ἦν τὸ θαῦμα, τὸ ἐπὶ τοῦ μάννα· ἀλλ' ὅτι τύπος ἦν, οὐκ αὐτοαλήθεια· καὶ μυρία ἄλλα. Ἀλλὰ τί τὸν δεῖνα μάρτυρα ἢ τὸν δεῖνα καλῶ; Κοινῶς ἅπαντες καὶ τῆς Ἐκκλησίας οἱ τρόφιμοι, καὶ τῶν θύραθεν οἱ λογιώτατοι, πλὴν τῶν Εἰκονομαχούντων, ὡς ἔοικε, ταύτην τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν συνεπίστανται· καὶ γέμουσιν αἱ βίβλοι τὸ τοιοῦτο τῶν λόγων ἰδίωμα. Ὡς ἐπὰν ὦσι δύο τινά, ἢ καὶ πλείονα καθ' ὁμωνυμίαν, ἢ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον, τὴν αὐτὴν κλῆσιν ἐφελκόμενα, ἢ καὶ ἄλλως ἔν τισι κοινωνίαις ἰδιωμάτων τυγχάνοντα· ἡνίκα τις περὶ τοῦ ἐν αὐτοῖς ὑπερέχοντος τὸν λόγον ποιήσασθαι βουληθῇ, τὰ κοινῇ προσόντα πᾶσι, κατ' ἐξαίρετον ἐκείνῳ φέρων δίδωσιν· οὐχὶ τῶν ἄλλων αὐτὰ παντελῶς ἀφαιρούμενος, ἀλλὰ διὰ τούτου τὴν τοῦ προκειμένου ὑπεροχὴν πρὸς τὰ λοιπὰ ἐνδεικνύμενος· καὶ τοῦ λόγου ἀρκέσει παράδειγμα τά, οἶμαι, ἃ προείρηται. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρων βούλει παράθεσιν, αὐτὸς κατὰ σεαυτὸν τὰ βιβλία διερχόμενος, ὅλην ἀπαρτίσεις βίβλον τῶν τοιούτων χρήσεων τὰ παραδείγματα ἐγγραφόμενος.

serebat Servator, sermonesque serens de baptismate regenerationis, et generatione supra et sine tempore, Filii a Patre, « Utcunque, ait, hæc generatio cœlestis sit, cum illa tamen vera generatione collata, quæ de paterna essentia est, terrena potius censebitur. » Audis, ut dicat, respectu ad illam veram habito. Num non ergo per baptisma vera est regeneratio? Quis nisi summa insania percitus, dicet ita? Quomodo ergo dixit ille, « Collata cum illa vera? » nempe hujus sublimitatem laudat, admiratur, nec tamen hanc privat veritate. Quid opus est ita colligam? Attende enim potius ut ipse rem eamdem, non sensu solo, sed verbis ipsissimis, una concinit mecum, et ostendit illum ipsum sermonum usum in Domini nostri verbis insidentem. Nam cum de manna Judæis sic prolocutus Christus esset: « Moses non dedit vobis panem, sed Pater meus vobis dat verum panem [67]; » ille mortem Domini enucleans, ait. Panem autem appellat hic verum, non quod falsum erat illud miraculum, quod in manna edebatur; sed quod figura erat, et non ipsa rei veritas : sunt et sexcenta alia istiusmodi. Sed quorsum hunc vel illum ego testem cito? generatim omnes, cum Ecclesiæ alumni, tum exterorum doctissimi, solis exceptis Iconomachis, hunc verbi usum, ut videtur, agnoscunt : et scatent passim libri istius modi verborum proprietatibus : ut puta, cum duo quædam aut etiam plura sunt, quæ per homonymiam aut alium quemdam modum dicuntur, eamdem attrahunt ad se appellationem, vel alio aliquo modo, cum communicatione idiomatum adhibentur; qui sermonem instituit de præcellentiori, illa quæ communiter ad omnia spectant, per excessum eidem accommodando tribuit; nec ab aliis interim illa aufert, sed per illud allegati excellentiam super cætera declarat. Opinor, quod allatum est exemplum, sufficit, quod dico, demonstrare. Sin et alia quoque adjicienda desideres, ipse per temet solus sacra Biblia percurre, et coacervabis tot exempla istius usus, quæ conficere volumen queant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΗ'.

QUÆSTIO CCXVIII [*Coisl.* CLXIII, *Taur.* CLXIII.

Edita a Montacutio (ep. ad Amphiloch. p. 190-193). — Joan. xx, 17.

Ὅπερ Χριστός, ὁ Θεὸς ἡμῶν, τῇ Μαγδαληνῇ Μαρίᾳ προσιούσῃ φησί, « Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου, » δοκεῖ μέν πως εἶναι δυσθεώρητον. Τί δέ; ἆρα γὰρ μετὰ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἄνοδον, τότε μᾶλλον αὐτῇ ἐπιτρέψει τὸ ἐφάπτεσθαι; Τὸ δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐκ ἔξεστί σοι, φησίν, ἐμοῦ ἅπτεσθαι· διὰ τί; Οὔπω γάρ σοι δοκῶ πρὸς τὸ πατρῷον ὕψος ἀναβεβηκέναι, καὶ τῆς ὑπερφυοῦς οὐσίας ἀναλαβεῖν τὸ ἀξίωμα· ἀλλ' ἔτι ταπεινά λογίζῃ περὶ ἐμοῦ, προσιοῦσά μοι [f], καὶ τῶν ἀνθρωπίνων μέτρων οὐδὲν ὑψηλότερον. Τὸ δέ, οὐχ ὅτι

Quod Christus Deus noster Mariæ Magdalenæ adeunti ipsum, ait, « Noli me tangere, nondum ascendi ad Patrem meum, » videtur haud facile intelligendum. Quid enim? an post ascensionem ad Patrem, magis ei permissurus est ipsum tangere? Imo hoc est quod vult : Non licet tibi, ait, me contingere. Cur autem? Nondum ego tibi videor ad Patris sublimitatem ascendisse, et substantiæ illius transcendentis dignitatem assumpsisse; sed tu adhuc me accessura humile quid de me cogitas, nec humanam mensuram excedens : tantum abest

[67] Joan. vi, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[f] 553 μου.

ut hæc opinio te dignam reddat, quæ me tangas, A ut elonget magis. Itaque advertas qualiter, « Noli me tangere, » ubi dixerat, illud annectit, « Nondum enim; » spem illi facit, quod non in finem a suo desiderio excludetur; sed quod post paululum studiose quæsito perfruetur, ac si diceret : Non potes me adire ita animata ut nunc es, nec enim sic assequere quod velis : quod si a vilibus hisce cogitationibus te extuleris ad sublimiores, et Deo congruas, conceditur tibi accessus, et majora quam sperabas consequere. Volebat illa humano, et quo solebat per œconomiæ temporalis decursum more etiam nunc cum Domino conversari : et certe dum sepulcro assidebat, multa hujus generis et fecit illa et cogitavit, unguentum offerens, lacrymas fundens, translationem causata, et resurrectionem in illam B transformans. At Christus ab hoc affectu ducens, et tales expungens cogitationes, sed et intempestivam rem et impossibilem affectare eam ostendens, ait, « Ne me tangas, nondum enim ascendi ad Patrem meum : » hoc est, non est æquum ut ego id quod tibi arridet communi præferam providentiæ, aut mundi totius commodo; non est par ut affectum tuum ego ratum habens, paternam subobscurem in me divinitatem, aut patiar ut me etiamnum tanquam merum et nudum hominem accedas. Tempus omne quod præcessit crucem, condescensionis et humiliationis tempus erat : tunc tibi permittebatur cogitationibus humilioribus innixe acquiescere, nec confertim ad majora expulsam, veluti omnino ominibus excidere, et ab iis avelli; at nunc C tempus est sublimium et divinarum rerum. Mors enim absorpta in victoriam, morti data est. Infernus mortuis ab omni ævo vacuatus, tyrannide exutus est, illustria tropæa per resurrectionem contra omnes hostes constituta sunt; quocirca te oportet mente sursum ad sublimiora, et divina attollentem, non adhuc, ut prius, quæ condescensionis erant requirere, nec humilioribus immorari, aut cum illis circumferri. Hoc si recte administres, in promptu reperies, nec errabit tibi animus, desideratum. Conceptis enim, quas nondum imbibisti, rectis cogitationibus, multo magis incarnationis modum ineffabilem et supernaturalem admiraberis, et majorem ostendes affectum in me benevolentiæ, D quam est quæ inhibetur, cum abjecte me accedere et contingere, præ timore et reverentia, non sustinueris; nempe, dignum mea divinitate, et tua fide jam absoluta. Certe quod non sermone antecedenti simpliciter a tactu prohibebatur illa femina, sed tantum quod ex terrena et humili cogitatione volebat tangere, conjecturam faciunt satis claram mulieres illæ duæ quæ obviam forte Domino fiebant, quibus, *Salvete*, salus omnium clara voce pronuntiat; et cum mentibus et manibus consum-

B Primus idcirco et quartus laudationis modus contexitur a sublatione eorum, quæ minime conveniunt Baptistæ, et frustra a quibusdam in suspicionem adducuntur; per quæstionem tractantur illi modi, et quæstioni contrarium docent et ponunt uterque; interjecti modi, directe et positive encomium instituunt: quemadmodum enim in illo: «Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? [71] » per interrogationem institutus sermo, haud imaginatur Baptistam arundinem esse; e contra astruit eum longe semotum, ab iis qui more arundineo huc illuc agitantur opinionibus; ita et ille sermo, qui similiter instruitur, per illud, «Is qui minimus est in regno cœlorum, major ipso est, » non
C illum minimum nec aliquem majorem subindicat Præcursore: nam haud continue Servator iis encomiis eum privasset, quæ prius contexuerat, ne inter infimos ita laudatum e vestigio rejiceret, sed eamdem observans seriem haud permittit, ut is qui minimus est in regno cœlorum major existimetur Joannis excellentia.

Enimvero laudatio quam a suffragiis contexuit auditorum, ut explicatius eam instituamus, talis est: Quorsum existis in desertum? an ut arundinem videretis ventis conquassatam? an ut hominem mollibus amictum vestimentis? certe patet quod neutrum; vos enim ipsi in eodem quod egistis, et cursim ad eremum discurristis, contrariam huic opinioni testati estis, eumque arbitrati estis admirandum quemdam et humanæ conditionis leges excedentem: quare, vir tantus, quod videtur
D mihi, haudquaquam propter quæstionem propositam a discipulis mutationis et ignorantiæ accusandus est; e diverso, quod verbo docuit, id visu volebat prudenti quadam ratione apud informandos confirmare. Quæ enim ratio reddi poterit, cur vir tantus mutationem melioris status, aut alterationem subiret; cum omnis in deterius declinatio, vel judicii quadam infirmitate, vel voluptatum lenociniis, vel avaritia, aut gloriolæ istius vanæ vacuæque amore inferatur. Quæ ipsa in cæteras om-

VARIÆ LECTIONES.

[h] C. M. προάγει. [i] τό. [j] C. M. habet θεάσασθαι. [k] ἔρημον ἰδεῖν. H; ἆρα κάλαμον σαλ. ὑπ. ἀν.
[l] C. M. νομίσαντες.

nes passiones prolapsus facilitant. Quibus plerumque alii, inprimis autem in regum aulis versantes influantur, pulvere illo obimpleti : a quibus Joannes, nec id facile est omnibus dicere, ne tantillum expugnabilis. Non enim est arando ventorum excipiens successionem. Hoc est, instabilium mores evasit, et ægritudinem eorum qui calami more huc illuc flectuntur : sed nec mollibus vestimentis, aut aliis moribus assuefit, quibus insolescunt qui regias frequentant; auro, voluptatibus, ambitioni servientes. Domus illi est desertum illustris ; paradisus, aula ; camelorum pilis amicitur corpus : zona pellicea circa lumbos, constringendo inserviens et mortificando corporales et humanas lascivias omnes quæ lumbis conveniunt. Si requiras cibum, omnino cibi nihil sumpsit, nisi id quod amarum, et sine nutrimento erat, sed nec talem cibum, nisi ea mensura quæ naturæ necessitati satisfiat. His se subinferre, quo pacto audeat luxus aut evanida gloria ? aut divitiæ quæ gravem et acerbam tyrannidem exercent, cum in possidentes, tum illos qui inviti ipsis carent. Nec opera ejus tantum hæc proclamant, verum et ipsi etiam vos qui hæc oculis usurpatis, testes exhibiti, in illam descenditis opinionem. Opere enim ipso vos perhibuistis testimonium, quod Baptista superior evasit iis qui instabili sunt animo, qui voluptatibus, ambitioni, divitiis mancipantur, a quibus solet proficisci in deterius alteratio, mutatio omnis et ignorantia. Atque hæc est illa forma encomiorum quæ suffragiis innititur auditorum. Consequitur ipsam perspicue ista quæ a Christi ipsius Domini assertione contexitur. At quænam illa ? Nempe prophetam exiistis videre; id quod manifeste agnoverant, per ea quæ fecerant; quasi dicat : Scio quod exiistis in desertum videre neque mente inconstanti hominem, non pecuniæ amantem, non ambitioni aut luxui deditum, sed sublimem quemdam et elevatum, charismatis ac doni prophetici participem; et recte omnino arbitrabamini : Certe testificor vobis quod prophetam videre exibatis, nec hic subsistit, sed plus quam prophetam, agnoscit. Cumque judices, legumlatores, reges a virtutis laudibus insignes sunt habiti; ne is qui prophetis superior asseritur, alicui alteri ut inferior succumbat; unica assertione sua Baptistam docet, ultra omnes obtinere præeminentiam, « Non surrexit, inquiens, inter natos de muliere, major Joanne Baptista [72]. » Atque ita est secundus encomiorum modus. Tertius medium interserit prophetæ vaticinium laudibus a Domino prædicatis. Hic est inquiens de quo scriptum est, « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te [73]. » Relictus restat quartus modus, de quo præcipue

A παρολίσθησις· οἷς ἄλλοι μὲν οὐκ ὀλίγοι· μάλιστα δὲ οἱ περὶ τοὺς βασιλείους οἴκους ἐπτοημένοι, καὶ τοῦ κονιορτοῦ ἐκείνου ἁλώσιμοι, ὑφ' ὧν ὁ Ἰωάννης, οὐδ' ἐστὶν εὐχερὲς ἅπασιν εἰπεῖν, οὐδ' ὅσον ἀνάλωτος [m]. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι κάλαμος, τὸν ὑπὸ τῶν ἀνέμων σάλον δεχόμενος. Ἐξέφυγε, φησί, τῶν ἀστηρίκτων τοὺς τρόπους, καὶ καλάμου δίκην ῥιπιζομένων, τὸ νόσημα. Οὐ μὴν, οὐδὲ μαλακοῖς ἱματίοις, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ἐκδεδιῄτηται, οἷς οἱ περὶ τὰ βασίλεια διαθρύπτονται, χρυσῷ καὶ ἡδοναῖς καὶ φιλοδοξίᾳ δουλούμενοι· ἀλλ' ἔρημος μὲν αὐτῷ οἶκος ἅμα λαμπρὸς, καὶ παράδεισος, καὶ βασίλειον· καμήλων δὲ τρίχες, τῷ σώματι σκέπη· καὶ ζώνη δερματίνη περὶ τὴν ὀσφὺν, δεσμοῦσά τε καὶ νεκροῦσα πάντα τὰ παρ' ἑκάτερα ταύτης, σωματικά τε καὶ ἀνθρώ-

B πινα σκιρτήματα. Εἰ βούλει δὲ καὶ τροφή, τῷ [n] μηδὲ τροφῆς ἁπλῶς μετέχειν· ἀλλ' ὅση πικρά τε καὶ ἄτροφος, καὶ οὐδὲ ταύτην ἐν μέτρῳ, ἀλλ' ὥστε καὶ αὐτὴν τὴν ἀνάγκην διαπλανῆσαι [o] τῆς φύσεως. Οἷς πῶς ἂν ἐπιτολμήσοι τρυφὴ παρεισδῦναι, ἢ ῥέουσα δόξα, ἢ πλοῦτος; ὃ καὶ τῶν ἐχόντων, καὶ τῶν εἰς τὸ ἀκούσιον οὐκ ἐχόντων, βαρὺς καὶ πικρὸς τύραννος. Καὶ ταῦτα δὲ οὐχὶ τὰ ἔργα μόνα βοᾷ, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς [p] αὐτοὶ, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἔργων, ἃ τοὺς ὑμετέρους ὀφθαλμοὺς, καὶ τὴν γνώμην ἐφελκύσατο, μάρτυρας οὐδὲν ἔλαττον παρεστήσατε. Ἔργοις γὰρ καὶ αὐτοὶ τὴν μαρτυρίαν εἰσηνέγκατε, ὡς καὶ τῶν ἀστηρίκτων τὴν γνώμην, καὶ τῶν ταῖς ἡδοναῖς, καὶ δόξῃ, καὶ πλούτῳ δουλουμένων, δι' ὧν ἡ ἐπὶ τὸ χεῖ-

C ρον μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις, καὶ ἡ ἄγνοια, ὁ Βαπτιστὴς ὑψηλότερος. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ ἀπὸ τῆς τῶν ἀκροατῶν ψήφου τῶν ἐπαίνων τύπος. Τίς δ' ὁ ἐφεξῆς; ἢ δῆλον ὡς ὁ ἐκ τῆς ἰδίας καὶ Δεσποτικῆς ἀποφάσεως· ποίας ταύτης; Ναὶ, φησὶ, λέγω ὑμῖν, ὅτι προφήτην ἐξήλθετε ἰδεῖν· ὡς ἐκείνων τοῦτο σαφῶς, δι' ὧν ἔπραξαν [q], καταθεμένων· ἵνα εἴπῃς· Οἶδα ὅτι οὔτε τὴν γνώμην εὐρίπιστον ἄνθρωπον, οὔτε φιλάργυρον, ἢ κενόδοξον, οὔτε τρυφῆς ἐλάττονα, εἰς τὴν ἔρημον ἰδεῖν ἐξεληλύθατε, ἀλλ' ὑψηλόν τινα καὶ μετάρσιον, καὶ τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος μέτοχον· καὶ καλῶς ὑπειλήφατε. Ναὶ γὰρ, λέγω ὑμῖν, ὅτι προφήτην ἐξεληλύθατε ἰδεῖν. Εἶτα καὶ οὐ μέχρι τούτου, ἀλλὰ καὶ περισσότερον ἀποφαίνεται προφήτου. Ἐπειδὴ δὲ καὶ κριταὶ, καὶ νομοθέται, καὶ βασιλεῖς,

D ἐπ' ἀρετῇ μέγα [r] κατέλιπον· ἵνα μὴ τῶν μὲν προφητῶν περισσότερος, τῶν ἄλλων δέ τινος νομισθῇ ἐνδεέστερος· μιᾷ κατὰ πάντων ἀποφάσει, τὰ πρεσβεῖα φέρειν τὸν Βαπτιστὴν ἀνεκήρυξεν, «Οὐκ ἐγήγερται, εἰπὼν, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.» Ἀλλ' οὗτος μὲν, καὶ ὁ δεύτερος τῶν ἐγκωμίων τύπος. Ὁ δὲ τρίτος, μεταξὺ τῶν Δεσποτικῶν ἐπαίνων, τὴν προφητικὴν προβάλλεται μαρτυρίαν. Οὗτος γὰρ, φησὶν, περὶ οὗ γέγραπται· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσ-

[72] Luc. VII, 28. [73] Matth. XI, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[m] Ισ. εὐάλωτος. [n] ἴσ. τό. [o] ἴσ. διαπλῆσαι. [p] ὑμεῖς. [q] ἔπραξε. [r] ἴσ. κλέος vel ὄνομα deest.

ώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. » Λοιπὸς δὲ καὶ τελευταῖός ἐστι, περὶ οὗ μάλιστα καὶ ἡ σκέψις, ὃς, καθάπερ καὶ ὁ πρῶτος, ἐξ ἀναιρέσεως μέν ἐστι τῆς μηδαμόθεν προσηκούσης τῷ Βαπτιστῇ ὑπολήψεως· κατ' ἐρώτησιν δὲ ἀπορηματικὴν καὶ αὐτὸς, οὐκ ἐξ εὐθείας, οὐδὲ ἀποφατικῶς πρόεισιν· ἐκ δὲ τοῦ συμβαίνοντος ἀτοπήματος, τὴν φαύλην ὑπόληψιν ἀναιρεῖ· κἀκεῖθεν διαπλέκει καὶ συναπαρτίζει τῷ Βαπτιστῇ τὸ ἐγκώμιον. Τίς οὖν ἡ ψευδὴς ὑπόληψις; Τὸ νομίσαι τινὰς τὸν Βαπτιστὴν ἀγνοῆσαι τὸν κηρυσσόμενον, καὶ διὰ τοῦτο προσενεγκεῖν τὴν ἐρώτησιν.

Τί δὲ τὸ ἑπόμενον ἄτοπον; Τὸ ἐῤῥίφθαι διὰ τοῦτο τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ὁ γὰρ ἐν αὐτῇ πάντων μικρότερος, τίνος ἄλλου μείζων εἴη ἂν, πλὴν τοῦ πόῤῥω ταύτης ἀπεληλαμένου; Διὰ τί δ' ἀποῤῥίπτοιτο, οὐδὲ λόγου δεῖται. Καὶ γὰρ, ὁ μὴ πεπεισμένος ἀκριβῶς τὸν ἐκ Παρθένου μὲν γεννηθέντα, ὑπὸ Ἰωάννου δὲ βαπτισθέντα, ὑπὸ δὲ τῆς Πατρὸς φωνῆς μαρτυρηθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ συγγενοῦς ὑποδειχθέντα Πνεύματος, τοῦτον Λυτρωτὴν τοῦ κόσμου, καὶ τοῦ ᾅδου καθαιρέτην εἶναι, δῆλον ὡς ὁ τοιοῦτος, ἐκτός ἐστι [a] τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Πῶς γὰρ ἂν κληρονομήσειε βασιλείαν, ὁ μηδὲ τὸν ταύτης ἐπιστάμενος Δημιουργὸν, καὶ διανομέα, καὶ κληροῦχον; Εἶτα πῶς ἀναιρεῖται τὸ ἄτοπον; Καὶ αὐτόθεν μέν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὸν ἄλλοις κηρύξαντα τὴν βασιλείαν, αὐτὸν ἐκπεσεῖν ταύτης; Ἀλλά γε καὶ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων. Εἰ οὖν ἠγνόησε μὲν, ὅπερ ἐκήρυξεν, ὁ Ἰωάννης· ἔδωκε δὲ λήθῃ τὰ ἄνωθεν ἠκουσμένα· οὐκ οἶδε δὲ ὃν ἐβάπτισεν· ἐρωτᾷ δ' ἵνα μάθῃ, τίς ἐστιν ὁ προσδοκώμενος· δῆλον ὡς οὐδὲ τῆς βασιλείας ὅλως, οὐδὲ καθ' ἣν ὁ μικρότερος διαιτᾶται λῆξιν, οὐδὲ ταύτης ἀξιωθήσεται. Ἀλλὰ τῶν μὲν λίαν ἀτοπωτάτων τοῦτο, τά τε ἄλλα καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν εἰρημένων. Ποῦ γὰρ προφήτης, ὁ μηδὲ τὰ ἐν χερσὶ βλέπων; Ποῦ δὲ προφητῶν περισσότερος, καὶ αὐτὸν τὸν κηρυσσόμενον ἀγνοήσας; Ἐν γεννητοῖς δὲ γυναικῶν μείζων πῶς ἂν, ὁ μηδὲ τῆς βασιλείας ἄξιος; οὐκ ἄρα μικρότερος οὐδαμῶς τοῦ μικροτέρου τῶν ἐν βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οὐδ' ἄρα ἠγνόησεν, ὃν ἐκήρυξεν· οὐδ' ἵν' αὐτὸς μάθῃ, ἀλλ' ἵνα τοὺς μαθητὰς διὰ τῆς αὐτοψίας βελτιώσῃ, τὴν διδασκαλίαν εἰς ἐρώτησιν ἐσχημάτισε. Ἀλλ' ἡ μὲν ὅλης [b] διανοίας ἀνάπτυξις αὕτη. Ὁ δὲ Δεσποτικὸς καὶ θεῖος χρησμὸς, δριμεῖ τε καὶ συντετμημένῳ λόγῳ, διὰ τοῦ κατ' ἐρώτησιν ἀπορηματικοῦ τύπου, τὴν ὅλην παρέστησεν ἔννοιαν, εἰπὼν, « Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι; » Ταύτης γὰρ τῆς φωνῆς, ἐξ αὐτῆς ἀκοῆς ἀπαντώσης, καὶ τῇ τοῦ ἀτοπήματος ὑπερβολῇ οὐκ ἐώσης εἰς ἀπρεπῆ τινα ὑπόληψιν τοῦ τῆς ἀληθείας κήρυκος ἀπενεχθῆναι· εὐθὺς μὲν συνελαυνόμεθα εἰς τὸ συνιδεῖν τὸ σοφὸν καὶ ὠφέλιμον τῆς διὰ τῶν μαθητῶν ἐρωτήσεως· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς τὴν τῶν ἐπαίνων ἀποδοχὴν ἔτι μᾶλλον ἐφελκόμεθα· καὶ οὐχὶ τοῦ

A instituitur disquisitio, qui et ipse, ut primus, per negationem illius opinionis constituitur, quam de Baptista concipere non erat æquum. Procedit autem ipse modus, per interrogationem dubitationesque, non directe nec affirmative proponitur; pravam autem illam opinionem tollit per absurdum quod consequitur illud; atque inde complicat et consummat Baptistæ encomium. Quodnam igitur falsum quod supponitur? nempe esse qui opinarentur Baptistam ignorasse eum, quem prædicabat, atque ideo quæstionem instituisse.

Consequens absurdum, quodnam est? nimirum, quod ita a regno cœlorum excludetur. Qui omnibus et singulis in illo regno constitutis minor est, ecquo B major invenietur, nisi eo, qui ab illo longe eliminetur? Nec est opus docere cur sic excludatur. Patet omnino quod extra cœlorum regnum emansor erit ille, qui non firmiter crediderit, natum de Virgine, baptizatum a Joanne, paternæ vocis testimonio denuntiatum, a congeneri spiritu demonstratum, Redemptorem mundi esse, et inferni spoliatorem. Quomodo regnum illud hæreditabit is, qui conditorem ignoret ejus, qui dispensatorem, qui sortitorem aut distributorem? Hoc autem absurdum quomodo tollitur? per seipsum, nempe, quod sit absurdum. Ita est enim, ut is qui aliis annuntiabat illud regnum, ab ipso ipse excluderetur; sed et ab antedictis tollitur: Si ignorabat quem annuntiabat C Joannes, si oblivione sepeliit quæ de cœlo audierat, si non noverit quem baptizabat; quærit autem, ut informetur: Quis est qui exspectatur. Certe patet quod nec regno cœlorum nec isto statu dignus habetur, in quo qui minimus est versatur. Sed esse hoc inter absurdissima censendum, cum aliunde, tum e dictis ab initio patet. Ubi est propheta, qui nec quæ ante pedes ponuntur videt? Ubi major prophetis, qui quem annuntiabat ignorabat? Inter natos mulierum, quomodo erat major, qui regno indignus est? Non est enim minor minimo in regno cœlorum; non igitur ignoravit quem annuntiabat: non ut ipse sciret, sed ut discipuli ab oculis meliorarentur, doctrinam per quæstionis formam in-D stituit. Atque ita sit totius hujus loci sententia explicata. Domini autem nostri divinum oraculum severo quodam et contracto sermone adhibita dubitationis per quæstionem forma generalem suggerit intelligentiam, cum dicit, « At qui minimus est in regno cœlorum illo major est? » Hæc vox cum ex ipso auditu intelligebatur, et cum per nimiam absurditatem non patiatur nos in cogitationem aliquam descendere de veritate hujus præconis, statim in contemplationem nos deducit prudentis illius et perutilis quæstionis discipulorum. Atque inde demum ad laudes ipsius admittendas inducimur. Nec Baptistam decernimus minorem esse illo qui in regno

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐστα:. C. M. ἐκτός ἐστι. [b] C. M. τῆς ὅλης.

cœlorum minimus est (nequaquam certe), sed judices, legumlatores, reges, atque ipsos adeo patriarchas supergressum, atque veritati hoc affirmanti assensum adhibemus. Nec injuria; vinculis enim et multiplici afflictione constringebatur, morti tandem destinatus, pro lege nempe divina certamen subiturus; nec tamen ejus in Agnum Dei, tollentem peccata mundi, desiderium inflammatum emarcescebat; quinimo magis magisque effloruit, et per mortem enitebatur accendi vehementius et immortale fieri. Non cessavit manu, lingua, omni ratione cœlestem illum Sponsum deprædicare, singulos ei ardens conjunctos copulare et amorem sponsalis thalami inserere. Quin et mihi videtur, lætatum de gladio, et angi propter tarditatem, et ad illos properare qui apud inferos erant, ut et ibi alios præveniens exspectatum enuntiaret, et primus evangelizaret. Annon hæc encomia Dominicam decebant linguam? Intuebatur gladium, carnifices intuebatur, occisionem pro stimulo Domiminici amoris adhibebat, totus ad eum convertebatur. Omnino verum est, « inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista. » Caput ipsum Domini attingebat, ab utero annuntiabat, usque ad mortem annuntiabat, mundum ad pœnitentiam attrahebat. Mitto conversationem in deserto, diætam insolitam, impudentes adeo Judæos pudore suffundentem, conversationem et vivendi modum ultra humanum, per quæ patentia ipsorum ora obturabantur. Annon merito major inter natos mulierum? annon merito Dominica fruebatur voce? An minimus in cœlorum regno, ipso major est? Quocirca e jam dictis constat, non esse legendum affirmative, « Minimus in regno cœlorum major est eo, » sed illa forma, qua leguntur ista, « Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? » Prudenter porro adverte, quod illud « in regno cœlorum, » nec cogebamur intelligere contra sensum cuique obvium et agnitum cunctis, aut in alium præter scopum vi pertrahere; nec illam vocem, *minimus*, additamentis quibusdam scrupulosioribus ad confessionem illius, « major in natis mulierum, » annectere. Tantummodo figuram ab initio adhibitam, aptantes ad formam quæstionariam, rei monstratæ, licet modum epistolæ excedentes, perspicuam fecimus intelligentiam.

A μικροτέρου τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἐλάττονα τὸν Βαπτιστὴν ψηφιζόμεθα (πολλοῦ γε καὶ δεῖ)· ἀλλὰ καὶ κριτῶν, καὶ νομοθετῶν, καὶ βασιλέων, καὶ αὐτῶν πατριαρχῶν ὑπερανεστηκέναι, ὡς αὐτὴ σαφῶς ἀνεῖπεν ἡ Ἀλήθεια, συντιθέμεθα. Καὶ μάλα εἰκότως· εἱρκτῇ καὶ μυρίᾳ κακώσει συνείχετο, τὴν ἐπὶ θανάτῳ τηρούμενος· ἄλλην ταῦτα [u] ὑπὲρ θεσμῶν θείων διακαρτερῶν ἄθλησιν· καὶ ὁ πρὸς τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, διάπυρος αὐτῷ πόθος οὐκ ἐμαραίνετο· ἤνθει δὲ μᾶλλον, καὶ διεφιλονείκει τῷ θανάτῳ ἐπὶ πλέον ἀναζωπυρεῖσθαι καὶ ἀπαθανατίζεσθαι· οὐδ' ἔληγε κηρύσσων, καὶ χειρὶ, καὶ γλώσσῃ, καὶ πάσῃ μεθόδῳ, τὸν οὐράνιον Νυμφίον, πάντας [v] ἐπιποθῶν αὐτῷ συναρμόσαι, καὶ τῶν νυμφικῶν παστάδων ἐν-
B θεῖναι τὸν ἔρωτα. Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ χαίρειν αὐτὸν πρὸς τὸ ξίφος, καὶ ἀδημονεῖν τῇ βραδύτητι, καὶ σπεύδειν πρὸς τοὺς ἐν ᾅδου· ἵνα κἀκεῖ φθάσῃ τοὺς ἄλλους, τὸν προσδοκώμενον ἀνακηρύξαι καὶ προευαγγελίσασθαι. Ἆρα οὐκ ἐγκωμίων ταῦτα Δεσποτικῆς ἀξίων γλώσσης; Ἔβλεπε τὸ ξίφος, ἔβλεπε τοὺς δημίους, καὶ τὴν σφαγὴν κέντρον ἐποιεῖτο τοῦ Δεσποτικοῦ φίλτρου, ὅλος πρὸς αὐτὸν ἐπιστρεφόμενος. Ὄντως, « οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. » Ἥψατο κορυφῆς Δεσπότου· ἐκήρυξεν ἀπὸ γαστρός· ἐκήρυσσε μέχρι θανάτου· εἵλκυσεν εἰς μετάνοιαν κόσμον· ἐῶ τὴν ἔρημον [x] πολιτείαν, καὶ τὴν καταιδέσασαν καὶ τοὺς ἀναισχύντους Ἰουδαίους, ὑπερφυῆ δίαιταν καὶ διαγωγὴν, καὶ τὴν ἐμφράξασαν αὐ-
C τῶν τὰ ἀπύλωτα στόματα, ὑπὲρ ἄνθρωπον, ζωήν. Ἆρ' οὐ δικαίως μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν; ἆρ' οὐ κατ' ἀξίαν τῆς Δεσποτικῆς ἀπήλαυσε φωνῆς; Ἆρ' ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων τοῦ τοιούτου ἐστίν; Δεῖ τοιγαροῦν, ἐκ τῶν εἰρημένων, οὐκ ἀποφαινόμενον ἀναγινώσκειν τό· « Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστιν· » ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν τύπον καθ' ὃν ἀναγινώσκεται καὶ τὸ, « Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον ἰδεῖν; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; » Καὶ σκόπει μοι συνετῶς, ὅτι οὔτε τὸ, « ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, » παρὰ τὴν πρόχειρον καὶ πᾶσιν ἐγνωσμένην διάνοιαν, ἠναγκάσθημεν εἰς ἄλλο τι περινενοημένον ἐκβιάσασθαι· οὔτε τὸ, *μικρότερος*, προσθήκαις τισὶ περιεργοτέραις πρὸς
D ὁμολογίαν τοῦ, « μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, » συνδιεπλέξαμεν· μόνον δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς σχῆμα τοῦ λόγου, εἰς τὸν κατ' ἐρώτησιν τύπον ῥυθμίσαντες, τὴν τοῦ δηλουμένου σαφῶς, εἰ καὶ πλέον ἢ κατ' ἐπιστολὴν, παρεστήσαμεν ἔννοιαν.

QUÆSTIO CCXXIII [*Coisl.* CLXVIII, *Taur.* CLXVII].

Si Deus est ubique, quomodo mysterium quo in mulieris utero præsens est accusetur? Certe, inquiunt, quod sit præsens in mulieris utero, sicut et ubique, nulla est reclamatio; ex illa autem Deum incarnatum fuisse, quomodo et quale sit?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΚΓ'.

Εἰ πανταχοῦ τὸ Θεῖον, πῶς διαβολὴ τοῦ μυστηρίου γυναικὸς μήτρᾳ παρεῖναι; Ναὶ, φασὶ, παρεῖναι μὲν γαστρὶ γυναικὸς, ὡς καὶ πανταχοῦ, οὐδεμία διαβολή· σαρκωθῆναι δὲ Θεὸν ἐξ αὐτῆς, πῶς οἷόν τί ἐστιν;

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. IX, 111, 112). — De Deo ubique præsente et de mysterio Incarnationis.

Tu ergo, o amice, accusationem contra myste-

Οὐκοῦν, ὦ βέλτιστε, καὶ αὐτὸς τῆς μὲν κατὰ τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[u] ταύτην. [v] πάντως. [x] ἐρήμου.

μυστηρίου διαβολῆς καὶ ἄκων ἐξέστης· λανθάνεις δ' αὐτὸν ἀντὶ πολεμίου εἰς τὴν τῶν φίλων τάξιν μεταβαίνων. Ὁ γὰρ ἀφεὶς μὲν τὴν διαβολὴν, ἀπόδειξιν δὲ τοῦ προκειμένου ζητῶν, οὐ δι' ὧν μὴ ἀπαχθείη τῆς δόξης φιλονεικεῖ, ἀλλ' οἷς ἂν καὶ αὐτὸς ταύτην προσδέξηται. Καίτοι τῷ πρὸς ταῦτα παρασκευαζομένῳ, ἤρκει συνιέναι τὴν ἀλήθειαν καθάρσιον τῆς διαβολῆς τοῦ προβλήματος. Δι' ὧν γάρ τις ὡς ἄτοπον φεύγει, εἰ τοῦτο κατίδοι μὴ μόνον μηδεμίαν ἔχον ἀτοπίαν, ἀλλὰ καὶ λόγου συμβαῖνον ἀνάγκην, πῶς οὐχὶ μετὰ τὴν ἀποβολὴν τῆς διαβολῆς οὐκ ὀφείλει περιπτύσσεσθαι τοῦτο; Ἀδύνατον ἀρετή; ἀλλ' ἔδειξα πολλοὺς μετιόντας. Οὐκοῦν τὸ δυνατὸν ἀντεισήχθη· καὶ τὸν πρὶν φυγάδα, νυνὶ ταύτης εἶναι δεῖ πολίτην. Βλαβερὸν ἡ ἀνδρία; ἀλλὰ λυσιτελοῦν εἴπερ τι ἄλλο παρέστησα τῷ βίῳ. Οὐκοῦν γέγονεν ἐραστὸν τὴν βλάβην οὐκ ἔχον, ὃ μισητὸν ἐδόκει διὰ τὴν βλάβην. Ἀδύνατον Θεὸν γαστρὶ παρθένου παρεῖναι; Συνωμολόγησας ὅτι μᾶλλον ἀδύνατον μὴ παρεῖναι. Τίνος λοιπὸν ἑτέρας κατασκευῆς τὸ πρόβλημα δεῖται; Ἀλλὰ χρή με, φησὶ, μαθεῖν καὶ πῶς οἷόν τέ ἐστι σαρκωθῆναι, μᾶλλον δὲ εἰ τὸ παρεῖναι σάρκωσις Θεοῦ οὐκ ἂν φθάνοις παντὸς ζώου μορφὴν τούτῳ περιβαλών. Νῦν οὐκέτι τῶν φιλούντων, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν πολεμίων πάλιν ἔχθραν ἐπανῆλθες· πλὴν οἷς τὴν ἧτταν ἔσχες ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, οὐδὲ ἐν τούτοις σοι τὸ μὴ πεσεῖν ἔσται παρατατομένῳ κατὰ τῆς ἀληθείας· καί γε πρὸς τὸν ἀκροβολισμὸν διανάστηθι. Ἔστι τις ἀνθρώπων πρόνοια μᾶλλον Θεῷ ἢ τῶν ἀγελαίων ζώων; Οὐκ ἂν φήσεις· καὶ γὰρ καὶ τούτων ἡ δημιουργία καὶ ἡ πρόνοια διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν. Οὐκοῦν οὐδὲ ὁμοίως ἐν ἀνθρώποις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἡ τοῦ θείου παρουσία. Ἓν γὰρ ὂν καὶ ἀπληθύντως πληθύνεσθαι λέγεται· ὥστε σοι αἱ πολλαὶ μορφαὶ εἰς μίαν μόνην τὴν ἀνθρώπων διηλάσθησαν. Ὁρᾷς ὅπως εὐχερῶς ὁ τῆς ἀπιστίας καταπίπτει πρόμαχος. Καὶ τί τοῦτο; φησίν· Εἰ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ζώων τὰς μορφὰς ὁ Λόγος ὑπεξέφυγεν, ἀλλ' οὖν τὸ μὴ ἀπὸ μιᾶς παρθένου, ἀλλ' ἐκ πασῶν γυναικῶν καὶ παρθένων σάρκωσιν λέγειν ὑπολείπεται. Ἀλλ', ὦ ἀγαθὲ, φανερὰ μὲν κἀνταῦθα ἡ τῶν ἀναισχύντων ἐν οἷς ἔφθασαν ἀναισχυντήσαντες, πτῶσις· ὅμως οὖν ὡς δοκεῖ ἀναστάντα . . . ἀποχρήσει μοι πάλιν σε τοῖς σοφοῖς καταβάλλειν λόγοις. Ἀδύνατον γὰρ φαίην ἂν ἔγωγε μᾶλλον τὸν ἅπαξ σαρκωθέντα δευτέρας σαρκώσεως δεῖσθαι. Οὐκοῦν οὐδὲ ἡ διὰ ποσῶν τῶν παρθένων σάρκωσις χώραν ἔχει, μόνη δὲ ἡ διὰ μιᾶς.

A rium invitus reliquisti, et ipse ex inimico in amicorum castra inscius transiisti. Qui enim neglecta accusatione propositi demonstrationem quærit, non de his quæ illum a credendo non removent disputat, sed de his propter quæ illud accipere possit. Porro illi qui isto modo sese habet, satis est ut propositi veritatem ab accusatione liberam intelligat; qui enim aliquid rejicit ut absurdum, si illud viderit non solum nullam absurditatem involvens, sed et rationis fundatum principiis, nonne, deposita accusatione, illud amplecti debet. Impossibilis est virtus? sed multos illam sequentes exhibui, ergo illi possibilitas substituta fuit; et qui primum illam rejiciebat, nunc ipsum illius esse servum oportet. Funesta est fortitudo? sed illam vitæ B utilem, si quid est aliud, exhibui. Ergo factum est amabile, ex eo quod detrimentum non producat, quod ut odibile dabatur propter detrimentum. Impossibile est Deum in virginis utero adesse? Magis esse impossibile illum non adesse confessus fuisti; quali posthac alio argumento indigeat propositum? Sed oportet me, inquit, discere quid et quale sit incarnari, vel potius utrum illud quod dicitur incarnatio Dei non inveneris omnis viventis forma induens. Nunc non jam amicorum es, sed hostiles insectationes iterum repetiisti. Non solum in rebus supra expositis inferior fuisti, sed et in istis non superari non poteris contra veritatem præparatus. Nunc ergo ad pugnam surge. Estne C aliqua Dei erga homines providentia potius quam erga animantium armenta? Negabis forte; attamen istorum creatio et providentia non est nisi ad hominum utilitatem: non ergo eadem est in hominibus et in aliis creaturis Dei providentia. Unum enim cum sit, et in diversitate non multiples, immensus dicitur sine multiplicitate, ita ut multæ formæ ad unam solummodo humanam reducantur. Vides quanta facilitate ruit primum incredulitatis munimen. Sed ad quid illud? inquit, si enim aliorum animantium formas Verbum non induit, reliquum est ut non ab una virgine, sed ex omnibus mulieribus et virginibus illud incarnatum fuisse dicatur. Sed, o amice, visibilis est et hic impudentium culpa, in quibus non timuerunt sese irreve- D renter habere. Simul ergo, ut videtur, resurrectum . . . satis erat mihi te iterum sapientibus verbis refutare. Magis enim impossibile dicam ego illum qui semel incarnatus est secunda incarnatione indigere. Nec ergo ex omnibus virginibus incarnatio locum habet solummodo autem ex una.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΚΔ'.

Πότερον οἱ δαίμονες ἴσασιν ὡς μετανοοῦντες ἐφ' οἷς ἐτόλμησαν ἀφίενται τοῦ τολμήματος, ἤτοι ἅπαξ θεοσοφίας πεσόντες καὶ τὴν τούτου γνῶσιν συναφῃρέθησαν;

QUÆSTIO CCXXIV (1).

Utrum diaboli sciant quod pœnitentiam agendo de his quæ commiserunt, a peccatis liberarentur, vel utrum semel a sapientia divina lapsi, hujus notitia privati sint.

Edita a Maio (l. c. p. 112). — De lapsorum angelorum seu dæmonum cognitione et statu.

Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ πρότερον, πῶς ἀσώματος φύσις

Quod si primum dicatur, quomodo incorporea

NOTÆ

(1) Hac quæstione carent tum Coislinianus tum Taurinensis codex.

natura, nec tanto carnis onere gravato illa quæ sibi subjecta est deterior fieret? Multi enim homines ad profundum mali perventi, per pœnitentiam suam primam vivendi rationem superarunt. Si autem post illorum lapsum omnino audaciæ et conversionis inscii facti sunt, et sic in profundis tenebris rugientes sepeliuntur, quomodo ad malitiam omnem sensum superantem non impellant homines, in quibus neque cura sæpe deduxit ad non detegenda peccata simul excitant et attrahunt? Tua ergo, ut puto, si plures sermones in unum magis coadunarentur, talis esset propositio: lapsus est diabolus: quomodo pœnitentiam agat? sed obcæcatus est: unde ista obcæcatio? ipse enim aliorum obcæcationis causa est. Quomodo ergo obcæcatus sit? sed nec obcæcatos facere et obcæcationem augere potest. Quomodo autem ille qui in bonum omnino formatus est, ad illud nullo modo, sese inclinet, ad quod autem non directus est, in illud se immergat? et quid forte hoc esset quod non dignata diabolica gente illos suscepit?

A καὶ μηδὲ τοσαύταις βαρύτησι σαρκὸς καθελκομένη τῆς ὑπὸ τούτου συνεχομένης χείρων γεγένηται; Πολλοὶ γὰρ ἀνθρώπων εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες κακοῦ διὰ μετανοίας καὶ τῆς προτέρας αὐτοῖς ἐνούσης πολιτείας ὑπερήρθησαν. Εἰ δὲ μετὰ τὴν πτῶσιν διόλου τούτους καὶ τῆς τόλμης καὶ τῆς ἐπαναστροφῆς ἔλαβεν ἄγνοια, καὶ οὕτω βαθεῖ σκότῳ μεμυχότες καθεύδουσι, πῶς εἰς κακουργίαν πᾶσαν ἐπίνοιαν ὑπερβάλλουσαν οὐκ ἀνιᾶσι τοὺς ἀνθρώπους ἐφ' οἷς οὐδὲ μελέτησις πολλάκις προηγήσατο εἰς ἀπορρήτους τόλμας ἅμα ἐρεθίζουσί τε καὶ συγκαθέλκουσι; Τὸ μὲν σὸν, ὡς ἡγοῦμαι, εἴ τις τοὺς πολλοὺς συνοπτικώτερον εἴποι λόγους, τοσοῦτον ἂν εἴη πρόβλημα· ἔπταισε τὸ δαιμόνιον· τί μετανοεῖ; Ἀλλ' ἐπωρώθη· πόθεν ἡ πώρωσις; Αὐτὸ γὰρ τῶν ἄλλων αἰτία πωρώσεως· B ἀλλὰ πεπώρωται· πῶς οὐκ ἐπωρώθη; Ἀλλ' οὔτε πεπωρωμένους ποιεῖν καὶ αὔξάνειν τὴν πώρωσιν. Πῶς δ' ἐπ' ἀγαθῷ πλασθὲν ὅλως νένευκε μὲν οὐδαμῶς, πρὸς ὃ δὲ μὴ προήχθη ὡς ἐκεῖνο καταπέπτωκε; καὶ τί ἂν ἐκεῖνο εἴη, ὃ μὴ τραπέντος τοῦ δαιμονίου φύλου τούτους ὑπεδέξατο;

QUÆSTIO CCXXV (1).

Hominis ethnicarum partium studiosi cum Christiano dialogus, seu capita quædam quibus Trinitas asseritur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΚΕ'.

Ὡς ἐν διαλέξει ἑλληνίζοντος καὶ Χριστιανοῦ κεφάλαια, δι' ὧν κατασκευάζεται ἡ Τριάς.

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. I, p. 202-207). — De sancta Trinitate dialogus.

Ethnicus. Cum te Christiani dogmatis protectorem noverim ac propugnatorem, nec non benignitate fulgentem, non verebor disquirendi gratia exponere, si quidem tu annuis, antiqui præcipuique apud vos sermonis sententiam: quam quidem ego valde incredibilem esse video; et si forte credibilis fiat, nihilo tamen minus contradicendi vim habere, atque id ipsum evertendi quod pridem nisa erat astruere.

Christianus. Quænam vero tibi ratio sic cogitare loquique suasit? Sane quod tua opinio neque nos neque veritatem oppugnet, nil opus est dicere: quod autem ii qui caliginosis dogmatibus obscurantur, religionis rectæ lumen non videant, id quoque facile intelligitur. Fare age tamen quibusnam tu rationibus impulsus dicas, nostros de religione sermones, dum rem suadere student, eam potius incredibilem ac demonstratione carentem ostendere.

Eth. Fabor igitur non novos neque nuperos sermones, sed a priscis admodum vestris patribus dictos. Isti enim dum Filium atque Spiritum Deo adjungunt (est enim hoc vestrum, o Christiani, dogma et magisterium), has fere loquendi argutias interrogativa forma contexunt. Deum minime carere verbo mentis (λόγῳ) dices. Hanc tu si blasphemiam caves, profecto dices verbum mentis habere Deum. Item si Deus non est exanimis, neque insensibilium rerum natura præditus, spiritum habeat necesse est. Ergo sermo de natura divina

Ἑλληνίζων. Τοῦ Χριστιανοῦ σε δόγματος προασπιστὴν εἰδὼς καὶ ὑπέρμαχον, ἄλλως τε δὲ καὶ ἐπιεικείᾳ λαμπρυνόμενον, οὐκ ἂν εὐλαβηθείην λογισμοῖς C ἐτάσεως ὑποβαλεῖν, εἴγε καὶ αὐτὸς ἐπινεύοις, τοῦ παρ' ὑμῖν πρεσβευομένου λόγου τὴν διάνοιαν· ὁρῶ γὰρ ἐν αὐτῇ πολὺ μὲν τὸ ἀπείθανον· ἐπειδὰν δὲ τὸ πειθανὸν ὑποδύοιτο, οὐκ ἐλάττω δηλοῦσαν τὸν ἔλεγχον, καὶ καταστρέφουσαν ἃ κατασκευάζειν προῄρητο.

Χριστιανός. Πῶς δὴ καὶ τίς σε λόγος ὧδε φρονεῖν καὶ λέγειν ἀνέπεισεν; Ὅτι μὲν γὰρ ἡ σὴ δόξα καὶ ἡμῖν καὶ τῇ ἀληθείᾳ οὐ μάχεται, οὐδὲν δεῖ μαθεῖν· ὅτι δὲ τοῖς ἐν ἀχλύϊ δογμάτων κατεχομένοις ἡ τῆς εὐσεβείας οὐχ ὁρᾶται καθαρότης, οὐδὲ τοῦτο ἐργῶδες ἐννοεῖν· πλὴν ἀλλὰ λέγε, οἵ σε τῶν λόγων ἐπῆραν λέγειν, ὡς οἱ περὶ τῆς εὐσεβείας ἡμῶν λόγοι τὸ πιθανὸν μηχανώμενοι, μᾶλλον πρὸς τὸ ἀπειθανόν τε D κἀναπόδεικτον ἀποῤῥέουσιν.

Ἑλ. Ἐρῶ τε τοίνυν οὐ νέους, οὐ προσφάτους λόγους, ἀλλὰ παλαιοῖς ὑμῶν καὶ χρονίοις Πατράσιν ἀνειρημένους· καὶ γὰρ οὗτοι Υἱὸν καὶ Πνεῦμα τῷ Θεῷ παρεισάγοντες (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὑμέτερον τῶν Χριστιανῶν καὶ δόγμα καὶ κήρυγμα) τοιαύτην τινὰ πλοκὴν ἐν ἐρωτήσει διαπλέκουσιν· ὁ Θεὸς οὐκ ἂν ἐρεῖς ὡς ἄλογος· εἰ δὲ καὶ σὺ φεύγεις τὸ βλάσφημον, Λόγον ὡς ἔχει πάντως ἐρεῖς· εἰ δὲ μὴ δ' ἄπνους καὶ τῶν ἀναισθήτων τὴν φύσιν ὑποβαλλόμενος, ἔχει πάντως καὶ Πνεῦμα· οὐκοῦν ἐν Τριάδι τὴν θεολογίαν ὑμνολογεῖν δεῖ· τοιαῦτα δέ τινα καὶ

NOTÆ

(1) Hæc quoque quæstio in Coislin. et Taurinensi codice plane deest.

ἄλλα σοφίσματα παραπλέκουσιν· οὐ τῶν ἐστερημένων ἐστὶ γονῆς ὁ Θεός· οὐκοῦν ἐστί τε γονῆς Πατὴρ καὶ γεγέννηκεν· ἀλλὰ καὶ χωρὶς οὐκ ἂν εἴη Πνεύματος. Τριὰς οὖν πάλιν ἐκ τούτων ἂν εἴη ὁ Θεός· καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἄλλα συναγείρειν τοῖς κατὰ τὴν ἰδέαν τῶν ὑπνούντων σχολάζουσιν, οὐκ ἂν εἴη χαλεπὸν ἀθροίζειν, καὶ θεραπεύειν ἑαυτοὺς, ἀλλ' οὐκ ἄλλους τῇ πεπλανημένῃ περὶ ταῦτα θεωρίᾳ καὶ πειθούσῃ τοὺς ἀνεξετάστους παραδέχεσθαι τὸ ἀπείθανον.

Χρ. Τίς οὖν σε λόγος, μᾶλλον δὲ ποῖον ἀπονοίας θράσος τοσαῦτα ληρῆσαι κατὰ τῆς εὐσεβείας παρεσκεύασεν;

Ἑλ. Οὐδὲν εἶπας, ἀλλὰ τὰ σὰ τῆς ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας προπύλαια· καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, καὶ οὐδὲν ὧν ἔδει μέν σε εἶναι, ἐνὶ καιρῷ δὲ τὸ ἑπόμενον ἀποκρύψομεν.

Χρ. Λέγε προθύμως μηδὲν εὐλαβούμενος· τὰ γὰρ ἔνδον οὐδὲν εὑρήσεις τῶν προπυλαίων θρασύτερα· πλὴν εἰ μήπω καὶ αὐτὸς οὐδέπω τῆς ἐκ τῶν λόγων ἀνάγκης συνεχόμενος, πρὸς ὕβριν τῆς εὐσεβείας τὴν γλῶτταν ὀξυνεῖς, καὶ τὴν ὀφρὺν ἀνασπάσαις κατὰ τοὺς ἄφρονας.

Ἑλ. Φαῦλον μὲν οἴκοθεν οὐδὲ ὑβριστικὸν οὐδὲν ἐρῶ· εἰ δὲ αἱ παρ' ὑμῶν ἀποδείξεις δοκοῦσαι ταῦτα φέρουσιν, οὐκ ἐγὼ ταῦτα φέρω, ἀλλ' οἱ προκομίσαντες τῆς αἰτίας ἔνοχοι.

Χρ. Λέγε τοίνυν, καὶ τῆς ἀληθείας ἡ βάσανος οὐκ ἂν παρόψεται τὸ σφαλλόμενον.

Ἑλ. Οὐκ ἄλλα γε ἐρῶ, ἀλλὰ ταῦτά γε καὶ ἃ τοῦ λόγου καταρχόμενος ἔφην.

Χρ. Πῶς δή;

Ἑλ. Ἐρωτῶσιν οἱ Χριστὸν εἰσάγοντες Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, πότερον ὁ Θεὸς ἔχει λόγον ἢ οὔ;

Χρ. Ἐρωτῶσι μέν· οὐκ οἶδα δὲ εἰ ὡς σὺ τὴν ἐρώτησιν μετασχηματίζεις· ἀλλὰ τέως ἔστω τοῦτο νῦν, ἵνα μήπω πρὸ ἄλλης ἐξετάσεως ἄλλη βάσανος παραληφθεῖσα, τὴν τοῦ σοῦ λόγου ἀκολουθίαν τε περιόψῃ, καὶ ἀσύνετον τὴν ὅλην ἀπεργάσηται διήγησιν· ἂν δέ γε ἐμὲ ἐρωτήσειας τί ἂν εἴποιμι, σὺ ἂν εἰδείης καὶ ἡ σὴ πρὸς ἑτέραν δόξαν ἀπονεύουσα γνώμη.

Ἑλ. Ἐγὼ μὲν ὁσάκις ἂν ταῦτα προτεινομένην τὴν ἐρώτησιν ἀκούω, διαχέομαι μὲν τῷ μειδιάματι· διαπυνθάνομαι δὲ τὸν ἐρωτῶντα, πότερον ἥδιον ἀκούειν ἔχει μέρος τῆς ἀντιφάσεως· ἐμοὶ γὰρ ἑκάτερόν ἐστιν εἰπεῖν οὐκ ἀηδές· ἄν τε γὰρ ὁ Θεὸς Λόγον ἔχειν φαίην, ἀφεῖλον τὸν Λόγον τοῦ εἶναι Θεόν· οὐ γὰρ ἔχει Λόγον ὁ Λόγος, εἰ μὴ τοὺς Ἕλληνας εἰς πολυμαθίαν θεῶν παρακαλεῖν ἁμιλλᾶσθαι βούλοισθε· ἄν τε φῶ μὴ ἔχειν, ἐξ αὐτῆς βαλβῖδος ὑμῖν διερρύη τὸ ἐρώτημα· ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν ἀναχθείη ἂν ἔλεγχον καὶ τὸ τοῦ πότερον, ἄγονος ὁ Θεὸς ἢ γεννητικός τε καὶ ἔμπνους, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ὑμῖν ὡς ἐπὶ σκηνῆς δραματουργεῖται σοφίσματα· ταῦτα οὐχ ὕβρις ἐστὶν ἀλλ' ἔλεγχος, καὶ τὴν ἐπίνοιαν ἢ τὴν ἀλήθειαν ἐπεσκίαζε διασκεδάζει, καὶ ὑμῶν ἀφίησι περιορᾶσθαι τὸ κακούργημα.

A non absque Trinitate celebrandus est. Alia quoque sophismata hujusmodi pergunt nectere. Non caret gignendi vi Deus; est ergo geniturae parens et genuit. Sed neque sine spiritu est; rursus igitur ex his conficitur in Trinitate Deus. Multa hujusmodi alia hi qui ritu somniantium otiantur haud ægre colligent; sibique, non aliis, hoc fallaci ratiocinio blandientur: neminique hanc rem incredibilem, præter quam inconsideratis, persuadebunt.

Ch. Quæ te, nam ratio, imo vero quænam audax insania ad hos effutiendos adversus religionem sermones impulit?

Eth. Nihil dicis nisi benignitatis ac benevolentiæ tuæ primordia. Atqui si mihi non succenseres, nihil eorum quæ te scire oporteret, quæque simul B consentanea sunt, reticerem.

Ch. Loquere alacriter, nihil verens: neque enim asperiorem me deinceps quam initio invenies: ita tamen ut tu ipse, nisi sermonis necessitate coactus fueris, nequaquam ad convicium religioni faciendum linguam acuas, neque supercilium stultorum more contrahas.

Eth. De penu mea nihil insanum contumeliosumque proferam. Quod si forte illæ quæ apud vos videntur demonstrationes, insanum aliquid præ se ferunt, non ego id affero, sed illarum auctores culpam sustinent.

Ch. Fare igitur; nam veritatis exploratio errorem sine dubio deprehendet.

Eth. Non aliud dicam, præter ea quæ sermonis C initio aiebam.

Ch. Quænam ea sunt?

Eth. Qui Christum suadent Dei esse Filium, rogare solent utrum Deus verbum mentis habeat, necne?

Ch. Rogant sane; haud scio tamen an eo modo quo tu interrogationem pervertis. Verum id interim ita esse sinamus, ne si una quæstione nondum instituta, aliam aggrediamur, sermonis tui ordinem pessumdemus, atque universam obscuremus disputationem. Equidem si me rogares quid ipse dicerem, satis certum te facerem tuamque hanc quæ in transversum rapitur mentem.

Eth. Ego enimvero quotiescunque hujuscemodi interrogationem fieri audio, risu disrumpor. Posci- D mus autem ab interrogante, utram responsi partem audire malit: nam mihi quidem alterutram dicere non est injucundum. Sive enim mentis Verbum Deo inesse dicam, jam impedivi quominus Verbum Deus sit: neque enim est Verbum in Verbo: nisi forte] ethnicorum contentiones provocare vultis de multiplici natura deorum. Sin autem Verbum inesse negavero, illico concidit interrogatio. Sub eamdem cadunt refutationem locutiones quoque jam dictæ, utrum Deus sterilis sit an genitabilis? utrumne spirans? et quælibet alia tanquam in scenam producuntur a vobis sophismata. Hæ, inquam, non contumeliæ sunt, sed refutationes: hæ commentum veritati officiens dispellunt, vestramque malitiam perspicue revelant.

Ch. Bene est quod universum contra religionem virus diuturno tempore putrefactum vix nunc tandem aliquando vomuisti. Et sane cognosces, si modo mente resipiscens considerare volueris, quam id corrumpendis tibi visceribus validum esset.

Eth. Quid ita?

Ch. Haud arbitror te ignorare, ut jam dixi, hæc quidem a piis dici, non eo tamen quo tu ais modo.

Eth. Quæso igitur quonam alio?

Ch. Veteres illi non ita profecto interrogant, sed alia ratione.

Eth. Rursus ego justa accusatione gravique reprehensione liberor, dum illa vitupero, quorum ne tu quidem patrocinium sumis. Nam quod tu ea prætermittis quæ ego criminor, alia vero affers, id quantum tibi afferenti auget virium, tantumdem illis detrahit quos nos reprehendimus.

Ch. Quis te jam benigno oculo aspiciat, aut hominem frugi appellet? Cum enim eo decideris quo non oportebat; si quis te allevat, non lætaris: imo expostulas, quia non ubi jacebas, relictus sis.

Eth. Qui fieri potest ut hæc ita se habeant?

Ch. Quia nimirum priscis patribus ea vitio vertisti, quæ nemo unquam dixit. Nunc autem cum te sentias accusatione exclusum, peccati veniam non postulas; neque cogitas gratiam esse habendam si quis te ab hac temeritate revocet, imo quia, dum unum impetis, aliud pro eo lacessis, idcirco tibi superbiendum esse putas: qua insania, quænam gravior esse potest?

Eth. Ante refutationem ne, quæso, supercilium attollas neque magnos spiritus geras. Nam eos qui ratione nituntur, eamque præ se tendunt, quis irridere ausit?

Ch. Recte ais. Me igitur ratiocinio tuo sequere. Aio nostros non interrogare utrum Deus verbum mentis habeat.

Eth. Quid ergo aliud interrogant?

Ch. Estne Deus supra naturam omnem locatus, creator et inspector, nec ne?

Eth. Nihil hoc ad rationem meam attinet. Nam neque quia cum divina natura facultates ejus non copulo, idcirco sophistas calumniari videbor.

Ch. Non id aio. Sed fac animum ad audiendum diligentius attendas. Hoc numen (mitto nunc laudationes ejus) *Rationale* ne dicis et *Spiritale*, an irrationale et inanime? Audacter presseque responde.

Eth. Utrum ex his dicam, nescio.

Ch. Atqui alterutrum ex his a priore convicio nondum te abducit? Nam sive numen dicas rationale ac spiritale, jam nos non coges dicere in verbo Verbum esse, neque in spiritu Spiritum. Sin dicas numen illud ratione ac vitali spiritu esse expertem, teipsum non alios in impietatis barathrum dejicis. Neque tibi superest ut Ethnicæ im-

A *Χρ.* Εὖ γέ σοι πᾶς ὁ κατὰ τῆς εὐσεβείας ἰὸς πολλοῖς ἐνσαπεὶς χρόνοις ὀψὲ καὶ μόλις ἀπημέθη· καὶ ὄψει γε τοῦτον, εἰ βουληθείης ἀνανήψας ἐφορᾷν, ὅσην εἶχεν ἰσχὺν καταλυμαίνεσθαι τὰ ἐντόσθια.

Ἑλ. Πῶς μήν;

Χρ. Οὐκ οἶμαί σε λαθεῖν, ὡς εἴρηται, προτείνεσθαι μὲν ταῦτα τοῖς εὐσεβέσιν, οὐχ ὡς σὺ προέτεινας.

Ἑλ. Ἄρα γε, καὶ τίνα τρόπον ἄλλον;

Χρ. Οὐκοῦν οὐχ ἅπερ ἐρωτῶσιν, ἀλλ' ἕτερά τινα.

Ἑλ. Καὶ πάλιν ἀφίεμαι δικαίας αἰτίας καὶ μεγάλης μέμψεως ἐκεῖνα ψέγων, ὧν οὐδὲ σὺ τῆς προστασίας ὑπέρμαχος· τὸ γὰρ μεθεῖναί σε καθ' ὧν τὴν αἰτίαν φέρω, ἑτέραν δὲ προκομίζειν, ὅσον ἔχει τοῖς
B προκομιζομένοις τὸ θαῤῥεῖν, τοσοῦτον τοῖς ὑφ' ἡμῶν διαβαλλομένοις ἀπένειμας τὸ μὴ θαῤῥεῖν.

Χρ. Ἀλλὰ πῶς ἄν τίς σε ἡδύτερον ἴδοι, ἢ καλὸν κἀγαθὸν ὀνομάσειε; πεσὼν γὰρ εἰς ἃ μὴ ἔδει, οὐκ εἴ τις χαίρεις ἀναστήσειεν, ἀλλὰ καὶ χάριν ὅτι μὴ κείμενον ἀφῆκεν ἀπαιτεῖς.

Ἑλ. Πῶς δὴ καὶ τίνα τρόπον;

Χρ. Ὅτι κατηγόρησας ἐκείνων ἃ μηδεὶς προτείνειε· καὶ τῆς κατηγορίας ὁρῶν σεαυτὸν ὡς ἔοικεν ἐξωθούμενον, οὐ συγγνώμην οἷς ἥμαρτε, αἰτεῖς, οὐδ' ὅτι χάριν ὀφείλεις εἴ τίς σε μεταστήσειε τοῦ θράσους ἐννοεῖς, ἀλλ' ὅτι καθ' ἑτέρων ὡρμημένος διέβαλες ἕτερα, μέγα νομίζεις φρονεῖν· καίτοι τῆς ἀνοίας ταύτης τί ἂν εἴη χαλεπώτερον;

C *Ἑλ.* Πρὸ τῶν ἐλέγχων οὐ δεῖ τὴν ὀφρῦν αἴρειν οὐδὲ φρονεῖν μέγα· ἐφ' οἷς ἂν τοὺς ὑπέχοντας λόγον ἢ καὶ προβαλλομένους τίς ἐπιχλευάσειε;

Χρ. Καλῶς γε ἔφης· καί μοι τοῖς λογισμοῖς παρακολούθει· οὐ προτείνουσι τὴν ἐρώτησιν, ὁ Θεὸς ἔχει λόγον.

Ἑλ. Καὶ πῶς ἄλλως;

Χρ. Ἆρά ἐστί τι Θεῖον ὑπεριδρύμενον τῶν ὄντων δημιουργικόν τε καὶ ἐποπτικὸν ἢ οὔ;

Ἑλ. Οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν ἐμὸν λόγον. Οὐδὲ γὰρ ὅτι μὴ συνείρω τῇ θείᾳ φύσει τὰ προσόντα αὐτῇ, διὰ τοῦτο τοὺς σοφιστὰς συκοφαντεῖν δόξω.

Χρ. Οὐ τοῦτο λέγω· ἀλλὰ μικρὸν σεαυτὸν ὑπόθου
D τῇ ἀκροάσει· τοῦτο δὴ τὸ θεῖον (καὶ οὐκ ἐρῶ τοὺς ὕμνους) πότερον *λογικὸν* ἐρεῖς καὶ *ἔμπνουν*, ἢ ἄλογόν τε καὶ ἄπνουν; καί μοι θρασέως τε καὶ σπουδαίως ἀποκρίνου.

Ἑλ. Οὐχ ὁπότερον ἂν ἐρῶ βουλοίμην

Χρ. Ἀλλ' ὁ θάτερόν σε τῆς προτέρας ὕβρεως οὐκ ἀπάγει; ἄν τε γὰρ ἐρεῖς λογικὸν καὶ ἔμπνουν, οὔτε τὸν Λόγον λόγον ἔχειν ἡμᾶς προσαναγκάσεις, οὔτε πνοὴν τὸ Πνεῦμα· ἄν τε μὴν [y] ἐρεῖς ὅτι τὸ Θεῖον ἐκεῖνο λόγου τε καὶ ζωαρχικῆς ἀμέτοχόν ἐστι πνοῆς, σεαυτὸν, οὐκ ἄλλους εἰς τὴν ἐσχάτην ἀσέβειαν βυθίζεις· καὶ οὔτε σοι τὸ πολύθεον τῆς Ἑλληνικῆς ἀθεότητος

VARIÆ LECTIONES.

[y] Cod. μή.

καθ' ἡμῶν ἔχειν χώραν ἐναποῤῥίπτεις, οὔτε ὁ λόγος ἐκβάλλεται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ πνεῦμα τῆς θεότητος· ὁρᾷς ὅπως τὰ αὐτὰ μὴ ὡσαύτως προτεινόμενα πολὺν σάλον καὶ τάραχον τοῖς ἀπείρως ἔχουσι τῆς σοφῆς καὶ ἀδιαβλήτου μεθόδου κατεπανίστησι; Τί δὴ σιγᾷς; Εἰ μὲν γὰρ συνῆκας, οὐ δεῖ τὴν σύνεσιν μαλακίζεσθαι· εἰ δὲ μὴ, πάλιν λέγειν τὰ δοκοῦντα ἐμποδὼν ἐστιν ὡς ὁρᾷς οὐδέν.

Ἐλ. Θαυμάζω πῶς ὁ αὐτὸς λόγος ἄλλως μὲν σχηματιζόμενος πολλὰς γονὰς ἐδίδου λαβῆς· ὑπὸ δέ σου νυνὶ προαχθεὶς, ἀπηλλαγμένος πάντων ἐκείνων ἐδείχθη περιφανῶς· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δοκεῖ τὸ παρὰ σοῦ κηρυττόμενον ἄγειν εἰς πειθώ.

Χρ. Οὐκ ἐπὶ τῆς εἰρημένης θέσεως ἐστιν, ὦ βέλτιστε, μόνης τοῦτο κατιδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν τὸ σχῆμα τοῦ λόγου· καὶ ἡ προσαγωγὴ, κακουργουμένη μὲν, εἰς ἀπορίαν περιτρέπεται· κατ' εὐθὺ δὲ προτεινομένη, τὸ οἰκεῖον διασώζει καὶ διαφυλάττει ἀξίωμα.

Ἐλ. Οἷον τί;

Χρ. Ἐῶμεν, εἰ βούλει, τὰ πόῤῥω· ἀλλ' ἐκεῖνο ῥητέον ὃ καὶ αὐτὸ μετὰ τῆς προειρημένης ἀποδείξεως τῆς χλεύης γέγονε κοινωνόν.

Ἐλ. Τὸ ποῖον λέγεις;

Χρ. Οὐκ ἐρῶ πάλιν, ἆρά γε γόνιμος ὁ Θεὸς ἢ οὔ· ἵνα μὴ τὸν γόνιμον ἀφελὼν τοῦ Υἱοῦ συναφέλῃς καὶ τὴν θεότητα· ἢ διδοὺς, πολυθεΐας ἡμῖν διαπλέξεις σειράν· ἀλλ' οὕτω πως ἐροίμην ἄν· πότερον τὸ θεῖον (ἐῶ δὲ νῦν τοὺς ὕμνους οὓς ἡ μακαρία φύσις ἐκείνη βιάζεται λέγειν), ἀλλ' οὖν τὸ θεῖον πότερόν ἐστι γεννητικὸν, ἢ τῆς δυνάμεως ἀφῄρηται ταύτης; τῆς δὲ διανοίας τοῦ ἁπλοῦ, ἀντὶ τοῦ ῥέπειν πρὸς τὴν ἐρημίαν τῆς γεννήσεως, εἰς τὴν γέννησιν ἐπιστρεφομένης, ἔχομεν τὸν Υἱὸν, οὔτε τῆς θεότητος ἀλλοτριοῦντες, οὔτε γεννήσεως ἴδιον ἀνομολογοῦντες· ἐν ὅλῃ γὰρ ταῦτα τῇ θεότητι, ἀλλ' οὐκ ἐφ' ἑκάστῃ τῶν ἐν αὐτῇ θεολογουμένων προσώπων.

A pietatis polytheismum nobis objicias; neque jam verbum neque item spiritus divinitate excluditur. Viden' ut sententia eadem aliis verbis recitata, perturbationis nebulas et confusionis, his qui solertis tutæque methodi ignari sunt, offundat? Cur siles? Nam si rem intellexisti, non est intelligentia dissimulanda: si minus, nihil vetat, ut cernis, quin idem a me denuo dicatur.

Eth. Miror quomodo idem sermo aliter figuratus multis generibus contradictionum patuerit; nunc autem a te prolatus, his omnibus manifeste careat. Neque id eatenus; nam quæ tu dicis, persuadendi quoque vim habent.

Ch. Non in prædicta solum, o bone, dictione cognoscere licet, sed etiam in aliis pluribus, hanc B loquendi speciem. Propositio autem malitiose oblata, perplexitatem creat; recte exposita, suam incolumem dignitatem retinet.

Eth. Ecquod habes rei exemplum?

Ch. Omittamus, si vis, remota: illud dicamus, quod in supradicto sermone risui habitum fuit.

Eth. Quale id est?

Ch. Ego deinceps non interrogabo num Deus fecundus sit, nec ne; ne forte tu, cum gignendi vi, Filium quoque eripias ac divinitatem: vel si concedas, polytheismo nos irretias. Sed propositionem sic conformabo: utrumne numen (mitto nunc cæteros titulos, qui beatæ illi naturæ debenC tur), utrumne, inquam, numen est generans, an hac facultate caret? Tunc enim simplicitatis cogitatione non ad generationis inopiam sed ad generationem reflexa, Filium habemus: quem neque a divinitate submovemus, neque ad generandi proprietatem admittimus. Quippe illa propositio universam afficit divinitatem, non unamquamque divinitatis ejusdem personam.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΚϚʹ.

Τί ἐστι τὸ, « Πόθεν παραγέγονας (86);»

QUÆSTIO CCXXVI [*Coisl.* CLXIX, *Taur.* CLXVIII].

Quid sibi vult illud: « Unde accessisti? »

Nunc primum edita a D. Hergenroether. — Exegetica in Job. I, 7.

Οὐχ ἁπλῶς, ὡς ἄν τις οἰηθείη, ἡ φωνὴ ἐρωτήσεως μόνον προβάλλεται τύπον, ἀλλὰ καὶ βαθυτέρας ζητήσεως ἀνακαλύπτει θεωρίαν. Σὺ, φησὶν, ἐν τοῖς χαμαιπετέσι καὶ περιγείοις διὰ τὴν ἀλαζονείαν καταδικασθεὶς τὴν δίαιταν ἔχειν, πόθεν ἢ πῶς ἐνταῦθα παραγέγονας, οὐδεμίαν ἔχων ἐξουσίαν ἱερῶν ἀνδρῶν περιεργάζεσθαι βίους, ἐν ἐκείνοις δὲ μόνοις ἀποῤῥιφεὶς, οἵ σε τῆς οἰκείας πολιτείας τοῖς πλημμελήμασιν εἰσηγητὴν καὶ χορηγὸν ἀτόπων ποιοῦνται; Πόθεν οὖν εἰς μηδέν σοι προσήκοντα βίον λογοθέτην ἑαυτὸν (87) ἐπῆρας γενέσθαι;

Neutiquam vox ista, ut forte quispiam arbitratus fuerit, interrogationis solummodo formam præ se fert, sed et profundioris inquisitionis detegit contemplationem. Tu, ait (Deus), propter fastum ac jactantiam, ad incolenda infima circa terram spatia D condemnatus, unde aut quonam pacto huc accessisti, nullam habens potestatem sanctorum virorum vitam indagandi et inspiciendi; sed ad illos solos dejectus, qui te delictis perpetratis in propria vita magistrum ac ducem absurditatis sibi faciunt? Unde igitur ausus es censorem te constituere vitæ, quæ nullo prorsus modo ad te pertinet?

NOTÆ

(86) Hæc quæstio bis ponitur in cod. Coisliniano (q. 90 et q. 169) et bis quoque in Taurinensi (q. 90. et q. 168) iisdem verbis incipiens. De his verbis Job II, 2, 17, plures veterum agunt, ut Cæsarius Dialog. I, q. 49; Pseudo-Athanasius, q. 12, p. 270-271; Anastas. Sinaita, q. 31, p. 300.

(87) ἑαυτὸν pro σαυτόν.

QUÆSTIO CCXXVIII [*Coisl.*, *Taur.* LXXXIX]. A

Utrum in verbis : « Misit Deus Filium suum, » γενώμενον (*natum*) *dicere an* γενόμενον (*factum*) *per unum* ν *oportet?*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΚΖ'.

« *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γεννώμενον δεῖ λέγειν, ἢ γενόμενον δι' ἑνός* (88) ; »

Editarum a Wolfio tricesima prima (*Cur. Philolog.* t. V, p. 688-689. Galland. *Biblioth. Patrum* t. XIV, p. 804, n. 8.)

Γενόμενον (*factum*) *ex muliere* dicere oportet, sicut et γενόμενον *sub lege* dicitur per unum ν nunquam mutandum. Primum quidem, quod sententiæ et voces sibi invicem semper respondere debent : deinde vero, quod Christus quidem genitus est (γεγέννηται) ex Virgine, ubi verbum illud in secunda syllaba per duo ν scribendum est; non autem amplius gignitur : semel enim tantum ex Virgine genitus est. Nemini vero hic Gregorii Theologi dictum errandi occasionem præbeat. Ille enim dixit : *Christus gignitur*; non quod semper ex Virgine gignitur, sed quod festa illa concio die Domini nostri natali habebatur. Itaque omni modo cavendum est, ne phrasim γενόμενον ἐκ γυναικὸς vel scriptione vel pronuntiatione per duo ν efferamus.

Γενόμενον δεῖ λέγειν ἐκ γυναικὸς, ὥσπερ καὶ *γενόμενον ὑπὸ νόμον* διὰ τοῦ ἑνὸς ἀμεταβόλου. Πρῶτον μὲν ἐκ τῆς συνεχοῦς παραθέσεως τῶν νοημάτων τε καὶ ῥημάτων. Δεύτερον δὲ, ὅτι γεγέννηται μὲν ὁ Χριστὸς ἐκ Παρθένου τῶν δύο γραφομένων κατὰ τὴν δεύτεραν συλλαβὴν ἀμεταβόλων. Οὐ μὴν δὲ γεννᾶται. Ἅπαξ γὰρ ἐκ Παρθένου γεγέννηται. Μηδενὶ δὲ ἡ τοῦ Θεολόγου *Γρηγορίου* (88*) φωνὴ πλάνης αἴτιον γενέσθω. Ἐκεῖνος γὰρ ἔφησεν, B *Χριστὸς γεννᾶται* (88**), οὐχ ὅτι διὰ παντὸς ἐκ Παρθένου γεννᾶται, ἀλλ' ὅτι γε ἡ παροῦσα τότε πανήγυρις τῆς τοῦ Δεσπότου γεννήσεως ἐτύγχανεν ἡμέρα. Διὸ παντὶ τρόπῳ φυλακτέον τοῦ *γενόμενον ἐκ γυναικὸς* διὰ τῶν δύο ν, μήτε τὴν γραφὴν μήτε τὴν ἐκφώνησιν ποιεῖσθαι.

QUÆSTIO CCXXVIII [*Coisl. Taur.* LXXVI]. — Inedita.

De natura et persona.

Id quod apparebat in Christo quid erat, an natura an persona?

Περὶ φύσεως καὶ ὑποστάσεως.

Τὸ φαινόμενον τοῦ Χριστοῦ τί ἦν, φύσις ἢ ὑπόστασις;

Allatis argumentis, quæ contra utramque partem militant, respondet Photius, id quod apparebat et videbatur in Christo, non fuisse nec naturam simpliciter, nec personam simpliciter, sed *partem compositæ hypostaseos*, quod est esse subsistens (ἀλλὰ μέρος τῆς τοῦ Λόγου συνθέτου ὑποστάσεως ὅπερ ἐστὶν ἐνυπόστατον).

QUÆSTIO CCXXIX [*Coisl. Taur.* LXXVII]. — Inedita.

De persona.

An composita Verbi persona consubstantialis est simplici Verbi personæ, an vero diversæ naturæ, an sub uno respectu ejusdem, sub alio vero diversæ? Nam si ejusdem est naturæ, simplex vero Verbi hypostasis eamdem cum Patris hypostasi naturam habet, ergo et composita Verbi hypostasis cum simplice Patris hypostasi eamdem habet naturam. Quomodo vero composita simplici consubstantialis erit? Quomodo non composita quoque dicenda erit persona Patris? Et tertio nonne quaternitas erit, tres simplices nimirum personæ Patris, et Filii, et Spiritus sancti et composita Verbi persona? Si vero diversæ naturæ, et sic manet quaternitas. Quomodo vero a seipso natura differet, si non duo separata dicet compositum atque simplex? Si vero secundum aliud diversæ, secundum aliud ejusdem substantiæ est, et sic sequetur quaternitatem dicendam esse Trinitatem; sequetur quoque ea difficultas, qua ratione ipse secum secundum aliud ejusdem, secundum aliud diversæ a se naturæ exsistat.

Περὶ ὑποστάσεως.

Πότερον ἡ τοῦ Λόγου σύνθετος ὑπόστασις ὁμοφυής ἐστιν τῇ τοῦ Λόγου ἁπλῇ ὑποστάσει ἢ ἑτεροφυής, ἢ C πῇ μὲν ὁμοφυής, πῇ δὲ ἑτεροφυής; Εἰ μὲν γὰρ ὁμοφυής, ἔστι δὲ ἡ τοῦ Λόγου ἁπλῆ ὑπόστασις τῇ τοῦ Πατρὸς ὁμοφυής, καὶ ἡ σύνθετος ἄρα τῇ τοῦ Πατρὸς ἁπλῇ ὑποστάσει ὁμοφυής. Πῶς οὖν ἡ σύνθετος τῇ ἁπλῇ ὁμοφυής; πῶς δ' οὐχὶ σύνθετος ῥηθείη ἂν καὶ ἡ τοῦ Πατρός; καὶ τρίτον, τετρὰς αἱ τρεῖς ἁπλαὶ ὑποστάσεις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος καὶ ἡ σύνθετος τοῦ Λόγου. Εἰ δ' ἑτεροφυής, καὶ οὕτως μένει τετράς· πῶς δὲ καὶ ἑτεροφυὴς αὐτὸς ἑαυτοῦ, εἴ γε μὴ δύο τὰ κεχωρισμένα τό τε σύνθετον λέγει καὶ τὸ ἁπλοῦν; Εἰ δὲ πῇ μὲν ἑτεροφυής, πῇ δὲ ὁμοφυής, τὸ μὲν τετράδα λέγειν τὴν Τριάδα καὶ οὕτως ἕψεται· ἕψεται δὲ καὶ τὸ διαπορεῖν, πῶς ἐστιν αὐτὸς ἑαυτῷ πῇ μὲν ἑτεροφυής, πῇ δὲ ὁμοφυής.

Hæc vero absurda inde nata sunt, quod ab initio unum tanquam duo accipiebatur; ex hoc enim et sequebatur bis in suppositionibus conclu-

D Ἠκολούθει τὰ ἄτοπα ἐκ τοῦ λαβεῖν ἐξ ἀρχῆς τὸ ἓν ὡς δύο· ἐκ τούτου γὰρ καὶ ταῖς ὑποθέσεσιν εἵπετο συνάγεσθαι Τριάδα τὴν τετράδα· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλη

NOTÆ.

(88) Colb. addit. ἢ διὰ δύο.

(88*) Gregorium Nazianz. intelligit, quem *Theologum* antiquitas κατ' ἐξοχὴν appellavit. Vid. Cotelerii *Monum. Eccles. Gr.*, tom. III, p. 571, et tom. IV, p. 411.

(88**) Exstat hæc phrasis in limine orationis ejus εἰς τὰ Θεοφάνια, tom. I Opp., p. 613.

καὶ ἄλλη ἡ σύνθετος τοῦ Λόγου ὑπόστασις καὶ ἡ ἁπλῆ, ἵνα ὡς περὶ δύο τις ἐπερωτᾷ τὸ ὁμοφυὲς καὶ ἑτεροφυὲς καὶ πῇ μὲν ὁμοφυὲς, πῇ δὲ ἑτεροφυὲς, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτή. Πρὸς οὖν τοὺς ταῦτα ἐρωτῶντας ἀναγκαῖον καὶ ἀληθὲς ἀποκρίνασθαι· Οὔτε ὁμοφυής ἐστιν, οὔτε ἑτεροφυής, οὔτε τὸ ἐκ τούτων. Ταῦτα γὰρ ἐπὶ δύο τοὐλάχιστον λέγεται, ἡ δὲ τοῦ Λόγου ὑπόστασις, εἴτε σύνθετον ἐρεῖς εἴτε ἁπλῆν, μία καὶ ἡ αὐτή ἐστι.

A di quaternitatem esse Trinitatem. Neque enim alia et alia est simplex Verbi persona et composita, ita ut quasi de duobus quis quærere debeat, an ejusdem, an diversæ substantiæ sint, an secundum quid ejusdem, secundum aliud diversæ, verum una eamdemque. Igitur iis qui hæc sciscitantur, necessario ac vere respondendum est: Neque ejusdem naturæ, neque diversæ naturæ est, neque quid ex utroque. Hæc enim de duobus ad minimum dicuntur, Verbi autem hypostasis, sive simplicem eamdem B dices sive compositam, una eademque est.

—

Ἡ μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη (29) μίαν μὲν μόνην διάνοιαν καθαρὰν προβάλλεται, ἤτοι συντρέχει τοῖς δύο φύσεις ἡνωμένας ἀχωρίστως καθ' ὑπόστασιν δογματίζουσι. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν τε Κύριλλος ἑκατέρᾳ κέχρηται λόγου συνθήκῃ, μήτε τὸ, μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, παραιτούμενος, καὶ τὸ δύο φύσεις ἀχωρίστως καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας οὐκ ἀρνούμενος. Οὐ μόνον δὲ Κύριλλος, ἀλλὰ καὶ ὅσοι μετ' ἐκεῖνον τῆς εὐσεβοῦς μερίδος ἐγνώσθησαν. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ καθαρὰν δηλούσης τὴν εὐσέβειαν τῆς φωνῆς ὁ αἱρεσιώτης νοῦς πρὸς τὴν οἰκείαν ταύτην αἰχμαλωτίζει κακόνοιαν. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλας ἱερὰς φωνὰς διαστρέφειν τέ εἰσι θρασεῖς οἱ τὸ κακουργεῖν πρὸ τοῦ μανθάνειν ἔμπροσθεν ἄγοντες· C καὶ οὐδὲν πλέον οὐδ' οὗτοι ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖνοι πλὴν τοῦ δοῦναι τῆς κακεργάτιδος γνώμης ἔλεγχον ἐξανύουσι. Περιτραπήσεται δὲ πάντως αὐτοῖς ἡ κακοτεχνία μὴ τὴν ὀρθὴν ἀσπαζομένοις διάνοιαν, ἢ ἐν φαντασίᾳ τὴν σάρκα φορέσαι τὸν Θεὸν Λόγον δυσφημεῖν, ὥσπερ οἱ ἀπὸ Μανέντος, ἢ τετράφθαι τὸν Λόγον εἰς σάρκα, ἢ πρὸς τῆς ἀναφανοῦς τε καὶ ὑπερφυοῦς καὶ ἀσωμάτου θεότητος τὴν τοῦ σώματος καταποθῆναι φύσιν. Εἰ τὴν φύσιν ὁ μακάριος Κύριλλος καὶ μυρίοι ἄλλοι τῶν Πατέρων ἀντὶ ὑποστάσεως πολλάκις παραλαμβάνουσιν (30) οὐδὲ τοῦτο τοῖς συγχυτικοῖς ἀπηγόρευται, πῶς ἡμῖν οὐ κινήσουσι γέλωτα τοῖς ὀρθοδόξοις τὴν τοῦ Κυρίλλου φωνὴν ἐπισείοντες τὴν λέγουσαν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην; Εἰ γὰρ ἔστιν ἰδεῖν τὴν Κυρίλλου συνήθειαν καὶ τὴν D φύσιν πολλάκις ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως παραλαμβάνουσαν, ἡμῖν μᾶλλον συμφθέγγεται ἢ τοῖς ἀποστάταις· ἡμέτερον γάρ ἐστι καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν

NOTÆ.

(26) Hæc quæstio nec in Coisliniano nec in Taurinensi codice reperitur.

(27) Fort. Ῥωμαῖοι.

(28) Photius, qui res Latinorum parum accurate novit, hic ipse innuit se nonnisi obiter ac perfunctorie quæsito satisfecisse. Cæterum quoad rem confer ea quæ disputat Balsamon in canonem Trullanum 62 (Beveregii *Pandect.* canon. t. I, p. 230.)

(29) Hac loquendi forma utebatur Cyrillus *Lib. ad Reginas* et alibi; eam arripuere Monophysitæ ad suum placitum stabiliendum.

(30) Vide Petavium *de Trinitate* L. IV, c. 2, n. 10, 11; *De Incarnat.* L. II c. 3, n. 3.

ὑπόστασιν μίαν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Ὁρᾷς ὅπως εἰσὶ θεοβλαβεῖς καὶ ἀπόκλητοι· ἐκεῖνα γὰρ καὶ ἄκοντες χαρίζονται, ἃ μὴ λέγουσι συλαγωγοῦντες, κἀκείνων κατήγοροι γίνονται, ὑπὲρ ὧν μὴ ἐξομόσασθαι μυρίους ὑπελθεῖν σχηματίζονται θανάτους. Τὴν φύσιν γὰρ οἱ Ἀκέφαλοι ἤγουν οἱ ἀπὸ Σεβήρου εἰς δύο τέμνουσι φύσεις, καὶ τὴν μὲν καλοῦσι ἰδικὴν, τὴν δὲ καθόλου, καίτοι μηδὲν αὐτοῖς τῆς ἐπινοίας ταύτης πρὸς τὴν ἀσέβειαν συντελούσης· οὐδὲ γὰρ τὴν ἄτοπον αὐτῶν δόξαν τοῦτο τὸ κενολόγημα, τὸ μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ τερατεύεσθαι, συγκροτεῖ καὶ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων οὐδὲν παρατάττεται. Ἐρωτητέον δὲ αὐτοὺς, πότερον, ἡνίκα λέγουσι τὸν Χριστὸν, ἐκ δύο φύσεων, ἐκ ποτέρων δύο τοῦτον εἶναί φασι, τῶν, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, μερικῶν ἢ τῶν κοινῶν. Εἰ μὲν γὰρ τῶν μερικῶν, πῶς Νεστόριον οὐκ ἐρυθριῶσιν ὑβρίζειν, οὗ τὸ δόγμα περιβάλπουσι; τὸ γὰρ ἐκ δύο ὑποστάσεων συντιθέμενον σοφίζεται μὲν τὴν εἰς ἓν πρόσωπον σύνθεσιν, οὐδὲν δὲ ἧττον τὰς δύο ὑποστάσεις ἰδιοσυστάτως εἰσάγει καὶ δογματίζει καὶ κοινὸν προβάλλεται μάθημα. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ δύο κοινῶν φύσεων συγκεῖσθαι λέγειν τὸν Χριστὸν καταισχύνει τὸν Νεστόριον (οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐξ ἀνάγκης εἰς ἰδιοσυστάτους ὑποστάσεις διαιρεῖται τὸ συγκείμενον)· τὸ δὲ ἐκ δύο λέγειν, ὡς ἐκείνοις ἀνάγκη λέγειν, *ὑποστάσεων*, οὐκ αὐτῶν μᾶλλον, ἀλλὰ τοῦ Νεστορίου κηρύττει τὸ φρόνημα· κἄν τε γὰρ *ἐκ* δύο τις *ὑποστάσεων* φαίη συγκεῖσθαι τὸν Χριστὸν, κἄν τε *ἐν* δυσὶ, κἄν τε *δύο ὑποστάσεις*, ἡ Νεστορίου θεομαχία κρατύνεται ὥσπερ ἐάν τις φαίη τὴν ὑπόστασιν τοῦ Λόγου ἐν ἑαυτῇ τὴν ἀνθρωπίνην ὑποστήσασθαι φύσιν, κἄν τε ἐκ δύο *φύσεων* εἶπον, κἄν τε ἐν δυσὶ, κἄν τε *δύο*, ὁμοίως τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἀνομολογεῖ καὶ τὸ εὐσεβὲς ἀνακηρύττει φρόνημα· σύγκειται γὰρ ὁ Χριστὸς ἔκ τε τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· καὶ γὰρ ὁ Λόγος, ὅπερ ἐστὶν ὑπόστασις, γέγονε σάρξ, τῆς σαρκὸς οὐ πρόσωπον εἰσαγούσης, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀπαγγελλούσης.

A hypostasin. Vides, quo pacto sunt impii et detestabiles; ea enim et inviti concedunt, quæ non dicunt prædatores, et illorum accusatores evadunt, pro quibus non ejurandis sexcenta se mortis genera subituros confingunt. Naturam enim Acephali sive Severiani in duas secant naturas, et unam quidem vocant singularem, alteram universalem, quanquam nihil conferat ad impietatem ista inventio. Neque enim absurdam eorum doctrinam hæc vana locutio, qua una in Christo natura confingitur, stabilire potest et contra orthodoxos frustra profertur. Quærendum vero ex eis est, quando Christum dicunt ex duabus naturis, ex utris eum esse doceant, ex particularibusne an ex communibus. Nam si ex particularibus, quomodo non eru-

B bescunt Nestorium injuriis afficere, cujus doctrinam fovent atque prosequuntur? Quod enim ex duabus hypostasibus componi asseritur, simulat quidem compositionem in unam personam, nihilo vero secius duas hypostases per se peculiariter subsistentes inducit et prædicat et communem præfert doctrinam dicere quidem Christum ex duabus communibus naturis compositum Nestorium confundit (neque enim necessario in duas per se subsistentes personas dividitur compositum), dicere autem ex duabus *hypostasibus*, sicut illis dicere necesse est, non eorum potius, sed Nestorii imprimis sententiam prædicat; sive enim *ex* duabus *hypostasibus* Christum quis dicat compositum, sive *in* duabus, sive *duas hypostases*, Nestorii stabilitur in

C Deum pugna; quemadmodum si quis dicat Verbi hypostasin in se humanam sustentasse naturam, sive ex duabus *naturis* sive in duabus sive *duas naturas* dicat, similiter unionem hypostaticam confitetur et catholicorum dogma deprædicat. Compositus enim est Christus ex Deo Verbo et humana natura; nam Verbum, quod est hypostasis, caro factum est; carnis autem voce non persona inducitur, sed humana natura denotatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΜΔ'.

Τίνα νοῦν ἀναπτύσσει τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν, « Ἐκάθισεν ἡμᾶς ἐν δεξιᾷ (30) τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; »*

QUÆSTIO CCXLIV [*Coisl. Taur.* XCI].

Quem sensum habet illud Apostoli dictum: « Collocavit nos ad dextram Dei et Patris [a]. »

Editarum a Wolfio tricesima sexta (*Cur. Philol.* t. V, p. 679, 683. Galland. XIII, p. 705, 706, n. 8).

Ὅτι (31) κρείττους ἀγγέλων γεγενῆσθαι διὰ τῆς ἐν σαρκὶ τοῦ Λόγου παρουσίας ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ διακέκραγεν, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ἰσαγγέλους ἔσεσθαι. « Ἐκάθισεν γὰρ ἡμᾶς ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, » ὡς ὁ θεῖος Παῦλος βοᾷ, καὶ ἑξῆς. Καὶ οὐ μάχεται ταῦτα. Τῷ μὲν γὰρ συνεδριάσαι τῷ θρόνῳ τῷ πατρικῷ τὸ ἐξ ἡμῶν πρόσλημμα, τῆς ἀγγελικῆς καὶ δόξης δῆλον ὅτι καὶ τιμῆς ὑπερανεστήκαμεν. Τῷ δὲ μηκέτι μηδενὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐν τῇ ἀναστά-

B Præstantiores angelis nos per adventum Verbi in carnem factos esse, et in resurrectione angelis similes futuros, divinior Scriptura testatur. « Collocavit enim nos ad dextram Dei et Patris, » ut divus Paulus clamat, etc. Neque vero hæc secum invicem pugnant. Manifestum enim est nos ultra angelicam gloriam et dignitatem eo ipso evectos esse, quod illud, quod ex nobis assumptum est, in throno Patris est collocatum Quando vero in resurrectione

[a] Ephes. II, 6.

NOTÆ.

(30*) Frustra quidem hanc φράσιν in epistola Pauli quæsiveris. Similis tamen illi est, qua Dominus noster utitur Apocal. III. 21. ὁ νικῶν δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, κ. τ. λ. Conf. Ephes. II, 6.

(31) Ὅτι deest in Colb. et revera abundat.

nihil eorum, quæ ad corpus pertinent, vel amovetur, vel contemnitur, nulla vero etiam re, quam corporis natura alias postulat, idem amplius indiget; id quidem nobis commercium conditionis rerum incorporearum ita largitur, ut et similes angelis, et superiores iis dem simus futuri. Superiores quidem ideo, quod natura nostra per eum, qui illam assumpsit, juxta Patrem collocata est; ad similitudinem vero mentium incorporearum perducti; postquam ab affectibus et corruptibilitate immunes, et a corporeis affectionibus, petulantiaque et inconstantia, cui materiale quodque obnoxium est, liberi evasimus.

Hic vero etiam observandum est, verbis illis, « Erant ut angeli Dei [7], » non eamdem naturæ dignitatem, sed id potius indicari, quod nihil eorum, quibus in carne fuerant obnoxii, imposterum simus experturi, angelicæ vero indolentiæ participes et a passionibus corporeis immunes vitam in resurrectione acturi, quamvis interim angelis eo simus superiores, quod nostram lapsorum naturam Dei Filius assumpsit et redemit, illorum vero non item. Cujus quidem rei rationem in eo quærere oportet, quod illi quidem nos seduxerunt, nos vero seducti sumus; quodque illi varias prærogativas habuerunt, quo minus peccarent, quippe qui affectibus minus paterent, ad Deum vero propius accederent, et corpore denique carerent. Ab altera parte nobis quidam miserationem magis conciliavit, quod vitiis magis patebamus, corporique obnoxii et alligati eramus; tum vero imprimis, quod ex illis, qui lapsi erant, tales non geniti sunt, per quos Numen benignissimum ad veniam lapsus faciendam adduci poterat. Imo vero illi, qui legem violaverant, eamdem violare semper amant. Porro neque similia neque affinia sunt, angelorum naturam et hominum illam assumere. Quid enim hoc profuisset illis angelis, qui non erant lapsi? Si vero in lapsorum gratiam id factum esset, nonne, hoc facto, illi, qui lapsi non erant deterioris, quam lapsi, conditionis fuissent? Præterea Verbum incarnatum et virtutis et pietatis præcepta nos docuit, per quæ, siquidem illa per gratiam ejus observemus, eorum reddimur participes, quæ perpetua regni cœlorum hæreditas sperare jubet. Jam vero angelorum natura et virtutis et pietatis notitia erat instructa. Virtutis quidem, ceu ex eo patet, quod homines, ab illa avocatos, in contraria omnia pellexerunt: nec minus pietatis. Argumento est ille, qui clamabat; « Novi te, quis sis: sanctus Dei [7]; » et, « Venisti ut ante tempus nos affligeres [8]. » Cujusmodi complura alibi exstant. Itaque Dominus frustra angelorum naturam

A σει μήτε καθέλκεσθαι, μηδὲ παρασύρεσθαι, μηδ' ὅλως ἐν χρείᾳ καθίστασθαι τῶν, ὅσα σαρκὸς φύσις (32) ἐδούλευεν, τῆς τῶν ἀσωμάτων λήξεως χαρίζεται τὴν συγγένειαν, ὥστε εἰκότως (33) καὶ ἰσάγγελοι, καὶ κρείττους ἐκείνων ἐσόμεθα. Τῷ μὲν τὴν φύσιν ἡμῶν ἐν τῷ προσλαβόντι συνεδριάσαι τῷ Πατρί; κρείττους. Τῇ δὲ καθέκαστον ἡμῶν ἀπαθείᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ σωματικῶν πάντων καὶ παθῶν καὶ σκιρτημάτων, καὶ ταχύτητος ἀπηλλάχθαι προσύλου, τὴν πρὸς τοὺς ἀσωμάτους νόας ἰσότητα ἀναδεδεγμένοι (34).

Ἐπισκεπτέον δὲ τὸ, « Ἔσονται ὡς ἄγγελοι Θεοῦ, » οὐ τὴν ἰσοτιμίαν κηρύττει τῆς φύσεως, ἀλλὰ τὸ μηδὲν
B πάσχειν, ὧν ἔπασχον πρότερον, σαρκικῶν. Παραπλησίως δὲ τῆς ἀγγελικῆς ἀπαθείας καὶ αὐτοὺς ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν σαρκικῶν ἀπηλλαγμένους πολιτεύεσθαι, κρείττους δὲ καὶ ἄλλως ἀγγέλων, ὅτι ἡμῶν μὲν ὀλισθησάντων τὴν φύσιν ἀνέλαβεν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς καὶ ἀνεσώσατο, ἐκείνων δὲ οὐκέτι. Καὶ ζητεῖν δεῖ τὴν αἰτίαν, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐπλάνησαν, ἡμεῖς δὲ τῶν πλανηθέντων. Καὶ ὅτι αὐτοὶ μὲν πολλὰς ἀφορμὰς εἶχον τοῦ μὴ ἐξαμαρτῆσαι, τὸ δυσπαθές τε καὶ τὸ πλησιάζειν μᾶλλον Θεῷ καὶ τὸ ἀσώματον. Τοῖς δὲ ῥοπὴν ἐλέου παρέχει καὶ τὸ εὐπαθέστερον καὶ τῷ σώματι καθέλκεσθαί τε καὶ συνδεδέσθαι, καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι οὐκ ἐπιγεγέννηνται ἐκ τῶν πεσόντων ἕτεροι, δι' οὓς ἂν τὸν φιλάνθρωπον εἷλκεν τὸ πτῶμα πρὸς ἔλεον. Ἀλλ' αὐτοί γε οἱ παραβάντες τὴν παράβασιν
C διαπαντὸς μένουσι στέργοντες. Ἔτι οὐδ' ὅμοιον οὐδ' ἐγγὺς ἀγγέλων τε φύσεως καὶ ἀνθρώπων ἐπιλαβέσθαι. Τί γὰρ καὶ ὤνησεν τοὺς οὐ πεσόντας; εἰ δὲ διὰ τοὺς πεσόντας, πῶς οὐ χείρους οἱ μὴ πεπτωκότες τῶν πεπτωκότων (35) ἢ τοῦτο ἐπεργαστέον; Ἔτι σαρκωθεὶς ὁ Λόγος τά τε τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας μαθήματα ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν, δι' ὧν ἡμῖν γέγονεν τῇ παρ' αὐτοῦ χάριτι κατορθοῦντας (36), ἃ ὑπέθετο τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀδιάδοχος κληρονομία. Ἡ δὲ ἀγγελικὴ φύσις καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς εὐσεβείας εἶχεν τὴν γνῶσιν. Τῆς μὲν ἀρετῆς, ἐξ ὧν τοὺς ὑπ' αὐτῆς (37) ὑποσκελιζομένους πρὸς τἀναντία μεθεῖλκέν τε καὶ ὑπεδελέαζεν. Καὶ τῆς εὐσεβείας δ' ὁμοίως, καὶ ἐξ ὧν ἐβόα· « Οἶδά σε τίς εἶ· ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ· » καὶ, « Ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς· »
D καὶ μυρία ἄλλα. Ὥστε εἰς μάτην αὐτὴν τῶν ἀγγέλων ὑπήρχετο φύσιν. Ἔτι σαρκοῦται ὁ Λόγος, ὁδὸν ἡμῖν δι' ὧν ἔπραττεν, ὑποδεικνὺς, δι' ἧς ἡμῖν ἡ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἄνοδος πορισθήσεται. Τοῖς δὲ δαίμοσι πρόκειται τὰ ὁμογενῆ τάγματα τῆς ἀρχαίας λήξεως, δι' ὧν πράττουσι, τὴν μακαριότητα προδεικνύοντα. Ἀλλ' ἐκεῖνοι γνώμης ἀπονοίᾳ οὔτε ἕπονται, οὔτε πρὸς αὐτοὺς ἐπι-

[7] Matth. XXII, 30. [7] Luc. IV, 34. [8] Matth. IX, 29.

NOTÆ.

(32) Pro φύσις Colb. φύσιν. Neutrum rectum puto: legerim φύσει. Fortasse vero pro ἐδούλευεν, legendum fuerit ἐβούλευεν, *suadebat*. Et sic retineri possit φύσις.

(33) ὥστε εἰκότως Colb. pro προστεθηκότω.

(34) Ita scripsi pro ἀναδεδειγμένοι, ex verbo ἀναδέχομαι.

(35) Legendum puto εἰ.

(36) Malim κατορθοῦσι, ut referatur ad antecedens ἡμῖν.

(37) αὐτῆς Colb. pro αὐτούς.

στρέφονται· ὥστε περίεργόν ἐστιν ἀγγέλων τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ὑπελθεῖν. Μᾶλλον δὲ εἰς μείζω καὶ βαρυτέραν, εἴπερ οἷόν τέ ἐστι, τῆς ἀποκειμένης αὐτοῖς κολάσεως. Ἔτι ἀγγέλων εἴπερ ἔμελλεν ὁ Λόγος φύσιν ὑπέρχεσθαι (38), πῶς ἂν ὑπῆλθεν, τόκου μὴ μεσιτεύοντος; εἰ δ' ἁπλῶς κατ' οἰκείωσιν καὶ σχετικὴν σύνοδον τοῦτο προσῆν τοῖς δαίμοσιν, ἀλλ' ἐκεῖθεν διεῤῥάγησαν (39). Ἔτι τίνος (40) τῶν πεπτωκότων ἐποιεῖτο τὴν κατὰ τὸ ἄκρον οἰκείωσιν; Εἰ μὲν τῶν ἑστώτων, καὶ τί ἂν τὸ πεπτωκὸς ὤνητο; Ἐκείνων γὰρ καὶ πρὶν μενόντων (41) ἐν τοῖς ἀμείνοσι τὸ δαιμόνιον ταλανίζεται. Εἰ δὲ τῶν πεπτωκότων, ποῦ τὸ δίκαιον; Πῶς δ' ἂν οὐκ ἔσχεν χώραν ἐκλέγεσθαι τὸ κατεγνωσμένον Παύλῳ· « Ποιήσωμεν τὰ κακά; » Ἔτι δὲ τόκου ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι μὴ μεσιτεύοντος, οὐδὲ φύσιν ἦν δυνατὸν αὐτῶν ἀναλαβεῖν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλά τινα τὸν καθ' ἕκαστον. Ὃν δ' ἂν ἔλαβεν, μόνον ἐκεῖνον ἂν καὶ ἔσωζεν. Ὥστε συνέβαινεν ἂν αὐτὸν μυριάκις ἀγγέλων ἄτομα (42) ὑποδύεσθαι. Μᾶλλον δὲ ἀνίλεως εἴη (43) δαιμόνων, οἳ πάσης κακίας ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν ὄργανα.

A erat suscepturus. Incarnabatur præterea Verbum, viam nobis per ea, quæ agebat, ostensurum, per quam reditus nobis in cœlum pateret. Dæmonibus vero in exemplum propositi sunt similes illis angelorum ordines, pristinam sedem tuentes, atque illis ipsis, quæ agunt, viam ad beatitatem commonstrantes. Illi vero, mente aversi, nec sequuntur illos, nec ad eosdem convertuntur. Itaque supervacaneum foret, si Dei natura illam angelorum susciperet; imo id ipsum pœnam imminentem majorem et graviorem, siquidem talis dari potest, redderet. Quod si præterea Verbum angelorum naturam assumere unquam voluisset, quomodo id sine intercedente partu aliquo fieri potuisset? Si porro tantum per appropriationem aliquam et relationem B moralem Verbum illud se cum dæmonibus communicasset, illi vel sic ab eo sejuncti fuissent. Qua porro de causa Verbum lapsos illos sibi maxime appropriasset? Si dixeris : In gratiam illorum, qui stationem suam retinuerant, quid inde commodi ad lapsos pervenisset? Illis enim meliore conditione pridem fruentibus, dæmones vices suas miserantur. Si vero in gratiam lapsorum; quomodo id fas fuisset? Nonne potius id factum esset, quod Paulus aversatur : « Faciamus mala [9]. » Quando denique partus angelicis copiis mederi et usu venire non potuit, nec naturam angelorum Verbum Dei assumere, sed unum aliquem eorum, potuit. Quemcunque vero eorum assumpsisset, illum unum salvasset. Ita vero futurum erat, ut illa angelorum indivisibilia millies susciperet. Satius itaque erat, dæmonum non misereri, qui se ipsos omnis pravitatis instrumenta præstitissent.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΜΕ'.

Διατί διδασκόμεθα ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ καὶ οὐχὶ τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις;

QUÆSTIO CCXLV [*Coisl. Taur.* XCII. *Maio* CCXLIV].

Quare præcipiatur nobis renuntiatio Satanæ, non autem pravis hominibus.

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. IX, p. 114). — De abrenuntiatione diaboli.

Ἀποτασσόμεθα τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, C καὶ οὐχὶ τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις, πρῶτον μὲν ἵνα μὴ ἀφορμὰς, εἰ καὶ μὴ εὐλόγους, ἐκ ταύτης λάβωμεν τῆς ἀποταγῆς, μισεῖν καὶ ἀποστρέφεσθαι καὶ ἐκτρέπεσθαι καὶ ἀποτάσσεσθαι τὸ ὁμόφυλον. Δεύτερον δὲ, εἰ ἀπετασσόμεθα τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις, οὐχ ἡμεῖς δὲ ἀλλὰ καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ διδάσκαλοι καὶ ἀπόστολοι, τίς ἂν τῶν ἁμαρτωλῶν ἐσέσωστο, τῆς μὲν ἀποταγῆς τὴν ἀποστροφὴν τικτούσης, τῆς δὲ τὴν παραίνεσιν καὶ διδασκαλίαν συναναιρούσης, ᾗ καὶ ἡ ἐπιστροφὴ καὶ ἡ μεταμέλεια συναναιρεῖται; γ'. Καὶ τίς ἂν ἐκεῖνος ὁ λέγων, Ἀποτάσσομαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἢ πονηροῖς ἀνθρώποις; εἰ μὲν λέγοι ἑαυτὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, ἑαυτῷ ἂν ἀπετάττετο· εἰ δὲ τῶν δικαίων, ἵνα τἄλλα ἐάσω, ἀλλ' ἐν καιρῷ τῆς μετανοίας καὶ σωτηρίας, βάραθρον ἑαυτῷ μεγαλαυχίας καὶ C φαρισαϊκῆς ἀπωλείας διώρυττε. δ'. Οὐχ ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ὁ πονηρὸς ἠπάτησε. ε'. Ὁ μὲν Σατανᾶς τὴν κακίαν ἐστὶν ἀμετάβλητος. ς'. Ἐν τῇ ἀποταγῇ τῶν τοῦ Σατανᾶ ἔργων καὶ ὅσα ἄνθρωπος πράξει, ἐπεὶ ἐκεῖθεν ἐκ τῆς ἀπάτης τὸ σπέρμα, ἐν ἐκείνοις περιέχεται· εἰς γὰρ ἐκεῖνον ἀναφέρεται.

Satanæ et operibus ejus, non autem pravis hominibus renuntiamus, primo quidem, ne motivum quamvis non rationabile, ex ista renuntiatione sumamus, confratrum odio persequendorum vel vitandorum, vel repellendorum, vel rejiciendorum. Secundo autem, si renuntiaremus pravis hominibus, nec nos, nec ante nos magistri et apostoli, quis peccatorum salvatus fuisset? renuntiatione quidem aversionem producente, sed et exhortationem et instructionem destruent, et ita conversionem et pœnitentiam tollente. Tertio, et quis est qui dicat renuntio peccatoribus, vel pravis hominibus? si seipsum dicit inter peccatores, nonne seipso renuntiabit? si vero inter justos, ne plura dicam, in tempore pœnitentiæ et salutis, superbiæ et pharisaicæ perditionis gurgitem sibi effodiret. Quarto, non homo a principio, sed Satanas decepit. Quinto, Satanas quidem in malo est invariabilis. Sexto, In restuntiatione Satanæ operibus, et quæcunque facit homo, siquidem hinc fallaciæ semen, continentur. In illum enim relationem habent.

NOTÆ.

(38) Sic scribo pro, ὑπέρχεται.

(39) Ita Colb. pro καὶ ἐῤῥάγησαν.

(40) Τίνος scripsi pro τινός. Sed vel sic sensus hiat, nisi subintellexeris χάριν, vel sequentem vocem πεπτωκότων cum illa ἀγγέλων permutes. Mox enim angeli in ἑστῶτας et πεπτωκότας distinguuntur. Ita vero legendum fuerit τίνος τῶν ἀγγέλων; *quem angelorum chorum sibi appropriasset?*

(41) Sic scribo, cum Colb. pro μὲν ὄντων, quam lectionem tamen in versione expressi.

(42) Sic Colb. pro ἄτοπα, quod huc non quadrat.

(43) Noster : ἀλλ' ἵλεως εἴδη. nullo sensu : Colb. pro εἴδη habet εἴη. Legendum itaque ἀνίλεως.

QUÆSTIO CCXLVI [*Coisl.* CLIX *Taur.* CLVIII].

Quare Confessores vocentur Samonas et socii?

Edita a Maio (l. c. p. 115, q. 245).

Confessores qui sunt circa Guriam martyres vocantur non quod Christum in stadio confessi sint, hæc est enim communis omnium martyrum æmulatio, sed quod promissionum quas ad invicem homines habebant testes et mediatores assumpti, eorum qui illis considerant spem non deceperunt, et ab illis qui a promissis defecerunt justam pœnam expetivere. Sicut ergo testes rigidi et inexorabiles promissionum quas ad invicem habebant homines facti, merito confessorum nomen sortiti sunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΜϚ'.

Διατί ὁμολογηταὶ καλοῦνται οἱ περὶ Σαμωνᾶν;

Ὁμολογηταὶ δ' ἂν οἱ περὶ Γουρίαν μάρτυρες καλοῖντο, οὐχ ὅτι τὸν Χριστὸν ἐν σταδίῳ διωμολογήσαντο· κοινὸν γὰρ ἀγώνισμα τοῦτο πάντων τῶν μαρτύρων· ἀλλ' ὅτι τῶν ὁμολογιῶν ἃς πρὸς ἀλλήλους ἄνθρωποι τίθενται ἐπόπται καὶ μεσῖται παραληφθέντες, οὔτε τῶν πεπιστευκότων αὐτοῖς τὰς ἐλπίδας ἐψεύσαντο, καὶ τοὺς ἀθετήσαντας τὰ ὁμολογηθέντα, τὴν δικαίαν δίκην ἀπῄτησαν· ὡς οὖν ἐπόπται θερμοὶ καὶ ἀπαραίτητοι τῶν πρὸς ἀλλήλους τοῖς ἀνθρώποις ὁμολογιῶν γεγενημένοι, εἰκότως τὴν τῶν ὁμολογητῶν ὀνομασίαν διεκληρώσαντο.

QUÆSTIO CCXLVII [*Coisl. Taur.* XCVIII].

Cur Christus cruci affixus?

Edita a Maio (l. c. p. 115, q. 246).

Crucifigitur incarnatum Dei Verbum, Deus ipse, ut aperte diaboli injustitiam redarguat, utque suum erga homines amorem immensum demonstret, ne etiam multi credentes sese dicere Deum facile esse occasionem inde sumant sese deos faciendi et funestum errorem inducendi, utque illis qui probris et angustiis et malis ad mortem ducentibus probantur, semetipsum patientiæ et fortitudinis exemplum proponens, viriliter et gratanter accidentia ferre præparet. Ut etiam omnipotentia virtutis suæ magis in lucem prodeat: Vi enim et manibus et armis et pugnis adversarium (superare), laudabile quidem est, sed in ordine rerum ordinariarum est, nec ullum divinæ operationis signum revelat. Sed morte mortem ipsam et inferos et diabolum et principatus et potestates mundi annihilare et vincere, hoc est sine dubio omnipotentiæ divinæ quæ omnem sensum et mentem superat. Utque magnitudine bonorum in nos impertitorum exhibita, debitores nos puri erga illum amoris, et vitæ secundum ipsius leges constituendæ faciat. Ex quibus lucrum ad nos ipsos revertitur, regni, id est, hæreditas, et in ineffabilibus quies et voluptas.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΜΖ'.

Διατί σταυροῦται ὁ Χριστός;

Σταυροῦται σαρκωθεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ Θεὸς, ἵνα λαμπρῶς ἀδικοῦντα διελέγξῃ τὸν διάβολον, καὶ ἵνα τὸ πρὸς ἀνθρώπους φίλτρον παραστήσῃ ἀνυπέρβλητον, καὶ ἵνα μὴ δόξαν εὐχερὲς τὸ λέγειν αὐτὸν εἶναι Θεὸν, πολλοῖς ἀφορμὴ κατασταθῇ θεοποιεῖν ἑαυτοὺς, καὶ πλάνην καταργῶν πλάνην εἰσαγάγῃ ὀλέθριον· καὶ ἵνα τοῖς ἐν ἐπηρείαις καὶ ἐπιβουλαῖς καὶ κακώσεσι πρὸς θάνατον ἀγούσαις ἐξεταζομένοις, ἑαυτὸν ὑπομονῆς καὶ καρτερίας παράδειγμα προθεὶς, γενναίως φέρειν καὶ εὐχαρίστως παρασκευάσῃ τὰ συμπίπτοντα· καὶ ἵνα τὸ πανσθενέστατον αὐτοῦ μᾶλλον φανερώσῃ τῆς δυνάμεως· τὸ μὲν γὰρ ῥώμῃ καὶ χειρὶ καὶ ὅπλοις καὶ συμμάχοις τὸν ἀντίπαλον, ἐπαινετὸν μὲν, τῶν συνήθως δὲ διαπεπραγμένων καὶ οὐδὲν εἰσάγον θεουργίας ἐξαίρετον· τὸ διὰ θανάτου, αὐτόν τε θάνατον καὶ ᾅδην καὶ διάβολον καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας τοῦ κόσμου καταργῆσαί τε καὶ θριαμβεῦσαι, τοῦτο ἂν εἴη ὡς ἀληθῶς τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ ἔννοιαν παντοκρατορικῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ· καὶ ἵνα τὴν ὑπερβολὴν τῶν εἰς ἡμᾶς ἀγαθῶν ἐνδειξάμενος, χρεώστας τῆς καθαρᾶς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης παραστήσῃ, καὶ τῆς κατὰ τοὺς αὐτοῦ νόμους πολιτείας· δι' ὧν τὸ κέρδος εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀναστρέφεται, βασιλείας ἡμῖν κλῆρος ὂν, καὶ ἐν ἀδιηγήτοις διαγωγῇ καὶ ἀπόλαυσις.

QUÆSTIO CCXLVIII [*Coisl. Taur.* XCIX, *Maio* CCXLVII] (1).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΜΗ'.

Editarum a Wolfio tricesima septima (*Cur. Phil.* p. 685, 686. Galland. XIII, 707, 11). — Quomodo concilianda verba I Cor. xiv, 22, cum Matth. ix, 22; xiii, 58, et similibus locis?

Quomodo dictum illud apostolicum [10]: « *Signa non credentibus, sed incredulis;* » *cum illis Domini oraculis conciliari potest* [11]: « *Fides tua salvum te fecit;* » *et:* « *Non poterat facere signa propter incredulitatem eorum;* » *itemque alia, eamdem sententiam inculcantia* [12].

Πῶς συμβιβασθήσεται τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν, τὸ φάσκον· « Τὰ σημεῖα οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις, » τοῖς Δεσποτικοῖς λογίοις τοῖς λέγουσιν· « Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. » Καὶ, « Οὐκ ἠδύνατο ποιῆσαι σημεῖα διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν· » καὶ ὅσα ἄλλα τὴν αὐτὴν ὑποβάλλει διάνοιαν;

Qui discendi studio in hæc inquirit, illi dictorum sensus non difficulter patebit. Illis enim, qui jam per tempus aliquod crediderunt, nec dubio aliquo de magno illo, quod profitemur, mysterio vexantur; similiter vero etiam illis, qui incredulitati penitus

Τῷ διερευνῶντι φιλομαθῶς οὐκ ἐργώδης τῶν εἰρημένων ἡ κατανόησις. Τοῖς τε γὰρ ἤδη χρόνῳ πεπιστευκόσι, καὶ μηδεμίαν ἀμφιβολίαν περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου παραδεχομένοις, ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς τελείως τῇ ἀπιστίᾳ κεκρατημένοις, καὶ μὴ

[10] I Cor. xiv, 22. [11] Matth. ix, 22. [12] Matth. xiii, 58.

NOTÆ.

(1) Hanc quæstionem jam editam Maius rursus typis mandavit (*Nov. Coll.* t. IX, p. 116.)

θέλουσι διὰ τῶν σημείων πρὸς τὴν εὐσέβειαν χειραγωγηθῆναι, κενὸν καὶ μάταιον ἡ τῶν σημείων ἐπίδειξις. Τοῖς δέ γε ἐν τῇ ἀπιστίᾳ μὲν τεθραμμένοις, εἶτα ἠρέμα πως τοὺς λογισμοὺς πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἐνδιδόναι διανισταμένοις, τούτοις οἰκεία καὶ πρόσφορος τῶν παραδόξων ἔργων ἡ φανέρωσις. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος οὔτε παρὰ τῶν παντελῶς ἀπίστων πίστιν ἐπιζητεῖ. Ἤδει γὰρ οὐχ εὑρίσκων ἐν αὐτοῖς· οὔτε παρὰ τῶν εἰλικρινῶς πεπιστευκότων. Προειλήφει γὰρ καὶ ταύτην προεισενεγκόντων αὐτῶν. Ζητεῖ δὲ παρ' ἐκείνων, οἳ ἐξ ἀσεβείας εἰς εὐσέβειαν μεταβαλλόμενοι, ἤδη (44) τὴν πίστιν ὠδίνουσιν ἐν ἑαυτοῖς. Τοῖς τοίνυν πιστοῖς οὐ δίδοται τὰ σημεῖα. Περιττὸν γάρ. Οὐδὲ τοῖς ἀμεταβλήτως ἔχουσιν ἀπὸ τῆς ἀπιστίας. Εἰς κενὸν γάρ. Ἀλλὰ τοῖς ἐξ ἀπιστίας εἰς πίστιν μεταβαλλομένοις. Ὧν καὶ ἡ πίστις ἐπιζητεῖται τελεσφορηθῆναι, καὶ τελεσφορουμένη πρόξενος γίνεται τῆς ἀπολαύσεως τῶν θεοσημειῶν. Οὐδὲν οὖν διαμάχεται τοῦ θεσπεσίου Παύλου ἡ φωνὴ τοῖς εὐαγγελικοῖς ῥήμασι. Πρὸς (45) μὲν γὰρ πεπωρωμένους τὴν καρδίαν οὐκ ἠξίου παραδοξοποιεῖν ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων πάντα πράττων Θεός. Οἱ δὲ εἰλικρινῶς πεπιστευκότες οὐκ ἐδέοντο τούτων εἰς τὸ πιστεῦσαι. Ὑπόλοιπον, πρὸς ἐκείνους θαυματουργίας τὸν τοῦ γένους ἡμῶν Σωτῆρα ἐπιτελεῖν, οἳ οὔπω μὲν πεπιστευκότες ἦσαν, τὴν δὲ τῶν ἀπίστων ἔτι χώραν ἀνεπλήρουν, ὅμως ἐζήτουν, δι' ὧν πιστεύουσιν, καὶ χειραγωγὸν λαμβάνοντες τὰ σημεῖα, εἰς τὴν τῶν πιστῶν μετηλλάττοντο μοῖραν.

A sunt obnoxii, nec ad doctrinam pietatis per miracula adduci cupiunt, signorum demonstratio frustra et vano conatu offertur. Contra vero illis, qui in incredulitate educati quidem sunt, postea vero sensim mentem suam ad pietatem convertere sustinent, operum mirandorum manifestatio accommodata et proficua est. Propterea et Dominus nec ab illis, qui penitus erant increduli, fidem postulat; noverat enim se apud illos non inventurum : neque ab illis, qui sincere credebant ; noverat enim eos illam jam ante probasse. Postulat vero ab illis, qui ab impietate ad pietatem conversi fidem apud seipsos parturiebant. Credentibus itaque signa non eduntur ; id enim supervacaneum foret : neque illis, qui ab incredulitate avocari non possunt; B frustra enim id fleret; sed illis tantum, qui ab incredulitate ad fidem perducuntur. Horum enim fides perfectior reddi debet, facta vero perfectior ad fructum ex divinis miraculis capiendum perducitur. Divi itaque Pauli oraculum cum verbis Evangelii non pugnat. In eorum enim, qui corde penitus obdurati erant, gratiam Deus, in hominum salutem omnia faciens, miracula edere non sustinebat. Qui vero sincere crediderant, illis ad credendum non indigebant. Relinquitur itaque Salvatorem nostrum eorum causa miracula patrasse, qui nondum crediderant, sed incredulorum hactenus locum occupantes ea requirebant, per quæ ad fidem pervenirent, miracula autem instar ducis nacti in credentium cœtum transferebantur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΜΘ'.

Εἰ ἦν ἡ γῆ, πῶς ἐγένετο; λέγει γάρ· « Ἡ δὲ γῆ ἦν. »

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. IX, p. 116) — In Gen. I, 2. De ortu terræ.

Ἠλίθιον τὸ ἐρώτημα· ὁ γὰρ εἰπών· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, » οὐκ ἀΐδιον δηλονότι ἔφη τὴν γῆν· ἔφη δὲ οὐχ ὅτι ἦν ἡ γῆ ἀπολύτως, ἀλλ' ὅτι ἦν ἀκατασκεύαστος· ἔτι γὰρ ἀόρατος ἦν ἐπικειμένου τοῦ ὕδατος· καὶ ἀκατασκεύαστος, μηδέπω κοσμηθεῖσα βλάστῃ· καὶ διατί τοῦ φωτὸς πρῶτον εἶδος, εἶτα τὸ ὑποκείμενον ἤτοι τὸ ἡλιακὸν σῶμα ὑπέστησεν; ἵνα θαυματουργήσῃ, φησὶν ὁ Θεολόγος, μείζονα· ἐπειδὴ γὰρ τοῖς ἄλλοις ὕλην προϋποστήσας εἰδοποίησεν, ὕστερον τάξιν ἑκάστῳ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος περιθείς, ἐνταῦθα παραδοξότερον τῆς ὕλης τὸ εἶδος προϋπεστήσατο· εἶδος γὰρ ἡλίου τὸ φῶς.

QUÆSTIO CCXLIX [*Coisl.* CCLXXIV. *Taur.* CCLXIV].

Si terra jam esset quomodo facta fuerit, dixit enim : terra autem erat (46)?

C Stulta est hæc quæstio ; qui enim dixit : In principio creavit Deus cœlum et terram, non evidenter terram æternam esse dixit : dixit enim non quod terra erat absolute, sed quod erat inornata. Adhuc enim invisibilis erat, aquis circumdata et inornata, nullo modo ad fructificationem præparata. Et quare luminis primum visionem postea vero suppositum, id est, solis substantiam constituat? ut majora, dicit Theologus, faciat mirabilia. Siquidem aliis formam, præexsistente materia, dedit, postea ordinem unicuique et statum et magnitudinem disposuit. Hic autem quod est mirabilius materiæ formam prius creat, forma enim solis est lumen.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝ'.

Εἰ τὸ φῶς ὁ Θεὸς ἐδημιούργησεν, οὐκ αὐτὸς τὸ σκότος ἐποίησεν· ἐναντία γὰρ ταῦτα ἀλλήλοις.

Edita a Maio (l. c. p. 117, q. 249). — An Deus auctor lucis tenebras creare potuerit.

Ἐναντία μὲν ἀλλήλοις, ἀλλ' ἀναγκαῖα τοῖς ἀνθρώποις ἀμφότερα· καὶ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ ἐξυμνῶν τὴν τοῦ Ποιητοῦ μεγαλουργίαν λέγει· « Ἔθου γάρ, φησί, σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ, » κ. τ. λ. ἕως, « Ἐξ-

QUÆSTIO CCL [*Coisl.* CCLXXV. *Taur.* CCLXV].

D *Si lumen Deus creavit, non ipse tenebras fecit; hæc enim inter se pugnant* (47).

Sunt quidem inter se contraria, sed hominibus ambo necessaria. Hoc David Creatoris magnificentiam, proclamans dicit : « Posuisti enim tenebras, inquit, et facta est nox, » et reliqua usque ad :

NOTÆ.

(44) Sic Colb. pro ἤδη.

(45) πρὸς illud est ex Colb. quod sensus postulat.

(46) Hanc dissertationem Photius fere totam ex Theodoreto q. 5 in Genes. (Opp. ed. nov. t. I hujus *Patrologiæ* LXXX, col. 83.

(47) Est pariter ex Theodoreto q. 7 in Genes. l. c. col. 87.

« Exibit homo ad opus suum et ad operationem suam usque ad vesperam. » Quod sint necessariæ tenebræ evidens est; quod autem non sint substantia, sed res quædam accidentalis, facile est hoc intelligere; sunt enim cœli et terræ adumbratio. Quamobrem evanescit et in nihilum evadit, redeunte lumine; lumen autem est substantia et in se subsistit. Itaque et oriens splendescit, et cum occiderit, rursum oritur; et cum abierit, revertitur. Ex hoc autem discat quis quod tenebræ sint accidens. Domus enim non habens lampades in tenebris est tota; adductis autem lampadibus illustratur: Non tenebris alio migrantibus, luminis adventu pereuntibus. Non sunt igitur tenebræ substantia quædam increata neque etiam substantia creata; sed usus quidam necessarius, ab his quæ facta sunt proveniens et sapientiam Dei prædicans. Statim ergo propheta ex hoc Deum laudat, « Qui fecit, inquit, lumen et præparavit tenebras. » De lumine quidem convenienter dicit: *Qui fecit;* de tenebris autem, *Præparavit.* Sunt enim accidens quoddam quod et consistit et dissolvitur.

A ἐλεύσεται ἄνθρωπος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας. » Ἀλλ' ὅτι μὲν ἀναγκαῖον τὸ σκότος, δῆλον· ὅτι δὲ οὐκ οὐσία, ἀλλὰ συμβεβηκὸς, καὶ ἐντεῦθεν ἔστι λαβεῖν· οὐρανοῦ γὰρ καὶ γῆς ἐστιν ἀποσκίασμα· διά τε τοῦτο καὶ φροῦδον γίνεται καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλύεται τοῦ φωτὸς ἀνίσχοντος. Τὸ δὲ φῶς οὐσία ἐστὶ καὶ ὑφέστηκε· διὸ καὶ δυόμενον ἀνίσχει· καὶ ἀπιὸν ἐπανέρχεται· γνοίη δ' ἄν τις κἀντεῦθεν ὅτι τὸ σκότος ἐπισυμβέβηκεν· οἶκος γὰρ οὐκ ἔχων φωταγωγοὺς σκότους ἐστὶ πλήρης, εἰσκομισθείσης δὲ λαμπάδος φωτίζεται, οὐ τοῦ σκότους ἀλλοσέ πη μεταβαίνοντος, ἀλλὰ πάμπαν διολλυμένου τῇ τοῦ φωτὸς παρουσίᾳ. Οὐ τοίνυν ἀγέννητος οὐσία τὸ σκότος, οὔτε μὴν γεννητὴ, ἀλλ' ἐκ τῶν γεννητῶν συνισταμένη χρῆσις ἀναγκαία, τοῦ B Θεοῦ τὴν σοφίαν κηρύττουσα· αὐτίκα γοῦν καὶ ὁ προφήτης καὶ ἐντεῦθεν ὑμνεῖ τὸν Θεὸν, « Ὁ ποιήσας γὰρ, φησὶ, φῶς καὶ κατασκευάσας σκότος· » ἐπὶ μὲν τοῦ φωτὸς ἁρμοζόντως εἰπὼν, *ὁ ποιήσας*· ἐπὶ δὲ τοῦ σκότους, *κατασκευάσας*· συμβεβηκὸς γάρ ἐστι συνιστάμενον καὶ διαλυόμενον.

QUÆSTIO CCLI [*Coisl.* CCLXXVI. *Taur.* CCLXVI].

Quare feras et reptilia fecerit Deus (48)?

Edita a Maio (l. c. p 117, 118, q. 250). — De feris et reptilibus a Deo creatis. Gen. I, 20.

Pueri tum terriculamentis, tum etiam loris et virgis indigent. Et per illa quidem ipsos terremus, per hæc autem erudimus. Nos ergo sciens Deus ad indolentiam propensos, sicut funiculos quosdam et terricula feras nobis præparavit ut ab illis territi, ad illum attrahamus et ad illum in auxilium vocandum præparemur. Sed quemadmodum adulti infantiles timores spernunt, ita et qui in virtute confirmati sunt ferarum non pertimescunt incursus. Etenim ante Adamum astabant feræ, ante peccatum, servitutem suam confitentes, et cum Noe in arca habitabant et cum Daniel in fossa leones quanquam dira fame cruciati; vipera etiam, Apostoli manu dentibus arrepta, nec peccati flaccitate et mollitie inventa, sese statum dejicit et in ignem irruit, quasi sibimetipsi pœnam infligens ex eo quod in corpus non conveniens sese injecisset. Nobis ergo enervatis providens, deserta illis loca et noctis tempus partitus est. Reptilia autem cavernis assignavit ut nonnisi difficulter ab illis hominum genus vulneraretur. Accidit autem aliquando quosdam ab illis sauciari, ut unusquisque timens ne simile damnum patiatur ad illum qui potest salvare (id est) ad Deum confugiat. Aliunde et illa ad multa salutaria remedia inserviunt. Nemo ergo feras singulas considerans Creatorem reprehendat sed illarum utilitatem requirat. Etenim et corpus humanum multam habet gratiam et harmoniam et utilitatem in partibus, sed habet etiam pituitam et ad illius secretionem recessus, et male olentem odorem. Nullus autem

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΑ'.

Διατί τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ πεποίηκεν ὁ Θεός;

Δεῖται τὰ παιδία καὶ μορμολυκείων καὶ ἱμάντων καὶ ῥάβδων· καὶ τοῖς μὲν αὐτὰ δεδιττόμεθα, τοῖς δὲ καὶ παιδεύομεν. Καὶ ἡμᾶς τοίνυν προειδὼς ὁ Θεὸς ὡς εἰς ῥαθυμίαν ἐκκλίνοντας, οἷον ἱμάντας τινὰς ἢ C μορμολύκεια προκατεσκευάσεν ἡμῖν τὰ θηρία· ἵνα τούτοις ἡμᾶς δεδιττόμενος, πρὸς ἑαυτὸν ἕλκῃ καὶ καλεῖν αὐτὸν εἰς συμμαχίαν παρασκευάζῃ. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τέλειοι τῶν παιδικῶν δειμάτων καταφρονοῦσιν, οὕτω καὶ οἱ τῆς ἀρετῆς τρόφιμοι τὰς τῶν θηρίων οὐ δειμαίνουσι προσβολάς· καὶ γὰρ τῷ Ἀδὰμ πρὸ τῆς ἁμαρτίας παρειστήκει τὰ θηρία τὴν δουλείαν ὁμολογοῦντα· καὶ τῷ Νῶε συνῳκίζετο ἐν τῇ κιβωτῷ· καὶ τῷ Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ οἱ λέοντες, καίτοι λίαν λιμώττοντες· καὶ ὁ ἔχις δὲ τῇ Ἀποστόλου χειρὶ τοὺς ὀδόντας ἐμβαλὼν καὶ τῆς ἁμαρτίας τὸ χαῦνον καὶ χαλαρὸν οὐχ εὑρὼν ἀπεπήδησε παραυτίκα καὶ κατὰ τῆς πυρᾶς ἥλατο, ὥσπερ δίκας ἑαυτὸν εἰσπραττόμενος ὅτι τῷ μηδαμόθεν προσήκοντι προσέβαλε σώματι. Καὶ ἡμῶν δὲ ῥαθυμούντων ὅμως κηδόμενος ὁ Θεὸς, D τοὺς ἐρημοτέρους ἐκείνοις τόπους καὶ τῆς νυκτὸς ἀπεκλήρωσε τὸν καιρὸν, τοῖς ἑρπετοῖς δὲ τοὺς ἐν τῇ γῇ κατένειμε χηραμοὺς, ὅπως μὴ ῥᾷον ὑπ' αὐτῶν, τῶν ἀνθρώπων πημαίνοιτο τὸ γένος· συγχωρεῖ δὲ ἔσθ' ὅτε τινὰς, ὑπ' αὐτῶν παραβλάπτεσθαι· ὡς ἂν ἕκαστος δεδιὼς μήτι παραπλήσιον πάθῃ, πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν Θεὸν καταφεύγῃ· ἄλλως τε δὲ ταῦτα καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἀλεξικάκων φαρμάκων συντελεῖ. Μηδεὶς τοίνυν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ θηρίον ἐξετάζων, ἐπιμεμφέσθω τῷ Ποιητῇ, ἀλλὰ τὴν χρείαν ἐπιζητείτω· ἐπεὶ καὶ τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον πολλὴν ἔχει καὶ ὥραν καὶ ἁρμο-

NOTÆ

(48) Est Theodoreti fetus q. 18 in Genes. col. 98.

νίαν καὶ τῶν μορίων τὴν χρείαν· ἀλλ' ἔχει καὶ κόρυζαν καὶ πτύελον καὶ δυσώδη κόπρον· ἀλλ' οὐδεὶς εὖ φρονῶν ἀπὸ τούτων διαβάλοι τὸ ζῶον· δίχα γὰρ τούτων βιῶναι, τῶν ἀδυνάτων· διὰ γὰρ τούτων ἀρδόμενον τέθηλε, καὶ αἵματος καὶ φλέγματος καὶ χολῆς ἑκατέρας· ἀλλ' ὥσπερ διὰ τούτων συνέστηκεν, οὕτως διὰ τούτων ἑνὸς τῶν εἰρημένων πλεονάσαντος ἢ ἐλλείψαντος διόλλυται· καὶ σκυταλίδα εἴ τις ἐκτέμοι τῶν δακτύλων ὄψεται αὐτὴν παντελῶς ἄχρηστον. Προσήκει δὲ διὰ τοῦτο καὶ ἡμᾶς μὴ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἀπομερίζοντας τοῦ παντὸς ἕκαστον μέρος ἐξετάζειν τῆς κτίσεως· ἀλλὰ ζητεῖν καὶ ἐπισκοπεῖν εἰ τῷ κοινῷ χρείαν τινὰ συντελεῖ. Καὶ τὰ θηρία αἰδεῖται μὲν τὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ δοθεῖσαν ἐξουσίαν κατ' αὐτῶν· παραβεβηκότος δὲ τὸν θεῖον νόμον ἔστιν ὅτε καταφρονεῖ.

A sanus ex hoc vitam accusabit. Sine enim illis vivere impossibile est; ex hoc enim oritur quod refrigerat et sanguinem et ardorem, et bilem utramque. Sed sicut per illa consistit, ita ex dictis uno vel superabundante, vel deficiente deperit. Si quis enim unam digiti partem absciderit, videbitur illa omnino inutilis; convenit ergo nos non singulatim unamquamque totius partem creationis considerare, sed quærere et inspicere utrum utilitati communi aliquo modo inserviant. Feræ hominem pertimescunt, propter potestatem illi super illas a principio datam. Quia autem legem divinam transgressus fuit, aliquando illum spernunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΒ'.

Τίνι ὁ Θεὸς εἴρηκε· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν; »

QUÆSTIO CCLII.

Cuinam Deus dixerit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (49)?

Edita a Maio (l. c. p. 118, 119, q. 251). — Explanatio in Gen. I, 26.

Δηλονότι τῷ ὁμοουσίῳ καὶ ταυτοφυεῖ Υἱεῖ· τούτων γὰρ καὶ μία δύναται γενέσθαι εἰκών. Οἱ δὲ πρὸς τοὺς ἀγγέλους εἰρῆσθαι τοῦτο παραληρήσαντες αἱρετικοί, καὶ πρός γε τοὺς δαίμονας τὸ ἀθεώτερον, λίαν εἰσὶν ἀνόητοι· τίνα γὰρ κοινωνίαν ἔχει εἰκὼν Θεοῦ καὶ ἀγγέλων ἢ δαιμόνων; Ὧν γὰρ οὐσία ἀσυγκρίτῳ λόγῳ διενήνοχε, τίς μηχανὴ τούτων τὴν αὐτὴν εἰκόνα ἐννοῆσαι; Ἰουδαίων γὰρ ἄν τις καὶ γελάσειε τὴν ἄνοιαν· πρὸς ἑαυτὸν γὰρ τοῦτο τὸν Θεόν φασιν ἀποφήνασθαι, κατά τινα μίμησιν τῶν καίτοι εἰ καὶ πληθυντικῶς καὶ τὸ *κελεύομεν* καὶ τὸ *ποιήσωμεν* προφέρεται, ἀλλ' οὖν πολλὴν ἔχει πρὸς ἄλληλα τὴν διαφοράν· τὸ μὲν γὰρ *ποιήσωμεν*, ὥσπερ ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς πράξεως τὸν ἰσότιμον καλεῖ· τὸ δὲ *κελεύομεν* ἢ *γράφομεν*, εἰ καὶ πληθυντικῶς ἐσχημάτισται, ἀλλ' οὐδαμῶς ἑτέρου κλῆσιν εἰς συνεργίαν δίδωσιν ἐννοεῖν· ἄλλως τε τὸ μὲν *γράφομεν* καὶ *κελεύομεν*, ἔχει πρόσωπον φανερὸν πρὸς ὃ λέγεται· δῆλον γὰρ ὡς πρὸς τὸν ὑπεξούσιον· ἐνταῦθα δὲ τὸ *ποιήσωμεν*, μάλιστά γε διὰ τὴν ἐπαγωγὴν τοῦ *κατ' εἰκόνα*, οὐδαμῶς δίδωσι πρόσωπον ἄλλο παρὰ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα ἐννοεῖν, τὰς μεγάλας πιστευόμενον ἀρχάς, οἳ λέγειν εἰώθεσαν *κελεύομεν*, καὶ *γράφομεν*, καὶ *προστάττομεν*, καὶ τὰ ὅμοια· καίτοι τὰ πλεῖστα ἑνικῶς ἡ θεία Γραφὴ προφέρει λέγοντα τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Καιρὸς γὰρ παντὸς ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ· » καί, « Ἐνεθυμήθην ὅτι ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον· » καί, « Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον· » καί, « Οὐκ ἔσονται θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ· » καὶ μυρία· ὀλιγάκις δὲ πληθυντικῶς σχηματίζει τῶν τῆς Τριάδος προσώπων ἐμφαίνων τὸν ἀριθμόν. Ὥσπερ τό, « Δεῦτε, καὶ καταβάντες συγχέωμεν τὰς γλώσσας· » καὶ περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος· καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐπειδὴ τὸ λογικὸν ζῶον διέπλαττεν ὁ Θεός· ὃ καὶ ἀνακαινίζειν μετὰ πολλὰς ἔμελλεν γενεὰς ταῖς τῆς ἁγίας Τριάδος ἐπικλήσεσι τελεσιουργῶν τὸ πανάγιον βάπτισμα, μέλλων δημιουργεῖν τὴν ἐκεῖνα τὰ μυστήρια παραλη-

B Evidenter suo consubstantiali et ejusdem naturæ Filio; illorum enim una potest fieri imago. Hæretici autem qui illud ad angelos dictum fuisse inepti putaverunt, et ad dæmones, quod majorem redolet impietatem, omnino sunt insipientes. Quamnam enim habeat communitatem imago Dei et angelorum et dæmonum? Quorum substantia ita differt, ut nullo modo inter se comparari possint, quomodo illorum eadem imago cogitari possit? Judæorum insaniam nemo est qui non derideat, ad semetipsum enim dicunt Deum illud locutum fuisse, proferens *faciamus* ad imitationem illorum quæ dicit etiam in plurali numero, *mandamus*; sed adest inter illa magna differentia. Verbum enim *faciamus* quasi ad actionem communem æqualem vocat, *mandamus* autem vel *decernimus*, quamvis plurali numero prolata, nullo modo alium ad actionem communem vocari supponunt. Aliter autem verbum *decernimus* et *mandamus* clare apparet ad quid dicantur, evidenter enim ad subjectum. Hic autem verbum *faciamus*, præsertim propter illud quod adjicitur *ad imaginem*, nihil absolute dat excogitandum nisi Filium et Spiritum sanctum quibus committuntur maximæ potestates, qui dicere consueverant, *mandamus* et *decernimus*, et *jubemus*, et alia id genus. Attamen plerumque sancta Scriptura exhibet Deum in singulari numero loquentem: « Tempus enim omnis venit ante me. » — « Me pœnitet quia feci hominem; » et: « Delebo hominem; » et: « Non erunt dii alii præter me, » et alia multa. Aliquando autem in plurali numero loquens numerum Trinitatis personarum figurare videtur, ut cum dicit: « Venite, descendamus et confundamus linguas eorum, » et verbum de quo agitur. Hic enim cum rationabile animal creasset Deus, quod et renovaturus erat post multas generationes, in nomine sanctæ Trinitatis

NOTÆ.

(49) Hæc quæstio, quæ ex Theodoreto q. 19 in Genes. p. 102 desumpta est, deest in Coisl. et Taur. Quod et de duabus sequentibus valet.

conficiens sanctissimum baptisma, generationem creaturus quæ ista mysteria acciperet, in ænigmate et unitatem substantiæ et numerum personarum demonstrat. Cum enim dicit, *Dixit Deus*, divinæ naturæ communitatem manifestat; adjiciendo autem *faciamus*, personarum multiplicitatem declarat. Iterum dicendo numero singulari *imaginem* identitatem naturæ exhibuit; *nostram* autem adjiciendo hypostasium multiplicitatem. Omnia enim prævidens Deus et Unigeniti sui incarnationem, scilicet quod istam naturam ex sanctissima virgine assumpturus erat, merito illam generationis fundamentum honore magno dignatus est. Primum quidem consilium creationis præposuit ut creandarum rerum rationem præsignificaret. Postea personarum divinitatis numerum manifestavit, ut formatus homo theologiæ secreta sumeret et qui sancto baptismo dignatus est, clare cognoscat quod qui formavit et ipse salvavit, et qui salvavit et ipse formavit. Præterea ut auctor formationis factus, ostendit immensum erga hoc plasma amorem; sed nec manus habere Divinitatem dicimus, nec consilio quodam, vel prævisione indigere, ut, secundum Platonis verba, ad cogitatam formam facturam suam præpararet: sed istorum unumquodque immensam Dei erga creaturas sollicitudinem demonstrat.

A ψομένην φύσιν, αἰνιγματωδῶς καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ τὸν τῶν προσώπων παρεδήλωσεν ἀριθμόν· διὰ μὲν γὰρ τοῦ εἰπεῖν, *Εἶπεν ὁ Θεός*, τὸ κοινὸν τῆς θείας δεδήλωκε φύσεως· ἐπαγαγὼν δὲ τὸ, *Ποιήσωμεν*, ἐνέφηνε τῶν προσώπων τὸν ἀριθμόν· πάλιν εἰπὼν ἑνικῶς *εἰκόνα* τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἔδειξεν· *ἡμετέραν* δὲ προσθεὶς, τὸν τῶν ὑποστάσεων ἀριθμόν· ἅπαντα γὰρ προορῶν ὁ τῶν ἁπάντων Θεὸς καὶ τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν, ὡς ταύτην τὴν φύσιν ἐκ πανάγνου τῆς Παρθένου λήψεται, μάλα εἰκότως καὶ αὐτὴν τοῦ γένους τὴν κρηπῖδα τιμῆς μεγίστης ἠξίωσε. Πρῶτον μὲν γὰρ βουλὴν τῆς δημιουργίας προέταξεν, ἵνα τοῦ δημιουργουμένου τὸ λογικὸν προσημάνῃ· εἶτα τῶν προσώπων τῆς Θεότητος παρεδήλωσε τὸν ἀριθμὸν, ἵνα τὰ B τῆς θεολογίας ὁ πλαττόμενος ἄνθρωπος λάβῃ αἰνίγματα, καὶ ὁ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἀξιούμενος γινώσκῃ σαφῶς ὅτι ὁ πλάσας καὶ διέσωσε, καὶ ὁ σώσας αὐτὸς καὶ διέπλασε· πρὸς δὲ τούτοις καὶ οἷον αὐτουργὸς τῆς διαπλάσεως γενόμενος, ἔδειξε τὴν πλείονα περὶ τόδε τὸ πλάσμα φιλοστοργίαν· ἀλλ' οὔτε χεῖρας ἔχειν τὸ Θεῖόν φαμεν οὔτε δεῖσθαι βουλῆς τινος καὶ προθεωρίας, ἵνα κατὰ τοὺς Πλάτωνος μύθους πρὸς τὴν τῆς ἐνθυμήσεως ἰδέαν κατασκευάσῃ τὸ ποίημα· ἀλλὰ καὶ τούτων ἕκαστον τὴν πλείονα τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ ζῶον κηδεμονίαν δηλοῖ.

QUÆSTIO CCLIII.

Quid significet: « Ad imaginem » (50)?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΓ'.

Τί ἐστι τὸ « Κατ' εἰκόνα; »

Edita a Maio (l. c. p. 119, 121, q. 251).

Quidam ad invisibilitatem animæ referri illud *ad imaginem* dixerunt: sed si ita sit, multo magis ad imaginem essent angeli: quidam autem omnino stulte dicunt humanitatem ad imaginem divinam factam fuisse, decepti ex eo quod sæpe dicatur in Scriptura sacra de Deo: Oculi, manus, et similia, non intelligentes quod Deus homines per alios homines alloquens, audientium imbecillitati sermones metitur, et quia per oculos nos videmus, visionis facultatem in illo oculos nominavit, sicut et aures, audiendi facultatem, et loquendi os. Attamen immensitatem Dei ex multis Scripturæ locis discere facile est. Quidam ergo magistri ita intelligebant illud, « ad imaginem et similitudinem nostram, scilicet, » quod cum creaturas sentientes et rationales fecisset qui est omnium Deus, hominem ultimo loco fecit, sicut quamdam sui ipsius imaginem ponens in medio creaturarum inanimatarum et sensibilium et rationabilium ut creaturæ animatæ et inanimatæ illi sicut quoddam tributum utilitatem conferant. Creaturæ autem rationales illi providendo suam erga factorem benevolentiam ostendunt. Quidam autem verba ad *imaginem* Dei ad imperium factum fuisse hominem significare dicebant: adjecit enim, inquiunt: « Et præsit piscibus maris, » et reliqua. Sicut enim ille habet omnium potentiam, ita et dedit hominibus in creaturas irrationales potentiam.

C Τινὲς τὸ ἀόρατον τῆς ψυχῆς τὸ *κατ' εἰκόνα* εἰρήκασιν· ἀλλ' εἰ τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον *κατ' εἰκόνα* ὑπῆρχον ἂν οἱ ἄγγελοι· τινὲς δὲ λίαν ἀνοήτως τὸ ἀνθρώπινον κατ' εἰκόνα θείαν γεγενῆσθαί φασιν, ἀπατηθέντες ἐκ τοῦ λέγειν πολλάκις ἐπὶ Θεοῦ τὴν θείαν Γραφὴν ὀφθαλμοὺς καὶ χεῖρας καὶ τὰ ὅμοια, μὴ συνιδόντες ὡς ἀνθρώποις δι' ἀνθρώπων διαλεγόμενος ὁ Θεὸς τῇ τῶν ἀκουόντων ἀσθενείᾳ τοὺς λόγους μετρεῖ· καὶ ἐπειδὴ δι' ὀφθαλμῶν ὁρῶμεν ἡμεῖς, τὴν ὀπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν ὀφθαλμοὺς ὀνομάζει· ὥσπερ καὶ ὦτα τὸ ἀκουστικόν· καὶ τὸ πρόσταγμα στόμα· καίτοι τὸ ἀπερίγραφον τοῦ Θεοῦ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς ἔστιν ἐκμαθεῖν· τινὲς τοίνυν τῶν διδασκάλων οὕτως ἐνόησαν τὸ, « κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » ὅτι τὴν κτίσιν τὴν αἰσθητήν τε καὶ νοητὴν D πεποιηκὼς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν ἄνθρωπον διέπλασεν ἔσχατον· οἷόν τινα εἰκόνα αὐτοῦ ἐν μέσῳ τεθεικὼς τῶν ἀψύχων καὶ αἰσθητῶν καὶ νοητῶν· ἵνα τὰ μὲν ἄψυχά τε καὶ ἔμψυχα τούτῳ προσφέρῃ ὥσπερ τινὰ φόρον τὴν χρείαν· αἱ δὲ νοηταὶ φύσεις ἐν τῇ περὶ τοῦτον κηδεμονίᾳ, τὴν περὶ τὸν πεποιηκότα δεικνύουσιν εὔνοιαν. Τινὲς δὲ τὸ *κατ' εἰκόνα* Θεοῦ κατὰ τὸ ἀρχικὸν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον ἔφησαν· ἐπήγαγε γὰρ, φασίν· « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, » κ. τ. λ. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἔχει τῶν ὅλων τὴν δεσποτείαν, οὕτω καὶ δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τῶν ἀλόγων τὴν ἐξουσίαν.

NOTÆ.

(50) Cum hac quæstione, quam e Theodoreto q. 20 in Genes. decerpsit auctor, confer quæst. XXXVI.

Ἔστι μέντοι καὶ ἄλλα εὑρεῖν ὡς ἀρχετύπου μιμήματα· δημιουργεῖ γὰρ καὶ ἄνθρωπος κατὰ μίμησιν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ καὶ οἰκίας καὶ τείχη καὶ πόλεις καὶ λιμένας, οὐρανοῦ ἐκτυπώματα, καὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων καὶ ἀνθρώπων καὶ ἀλόγων ζώων εἰκόνας· εἰ καὶ τὸ τῆς δημιουργίας διάφορον ἄφατον, ἀλλ' ὅμως δημιουργῶν ὁ ἄνθρωπος ἁμηγέπη, τὸν οἰκεῖον μιμεῖται ποιητὴν ὡς εἰκὼν τὸ ἀρχέτυπον· καὶ γὰρ ἡ εἰκὼν ἔχει τὰ τοῦ ἀρχετύπου ἰνδάλματα· ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μορίων εἶδος ἔχει, τὰς δὲ ἐνεργείας οὐκ ἔχει· ἐστέρηται γὰρ ψυχῆς δι' ἧς κινεῖται τὸ σῶμα· οὕτω πάλιν καὶ βασιλεύει ὁ ἄνθρωπος καὶ κρίνει κατὰ μίμησιν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ· ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μαρτύρων καὶ κατηγόρων δεῖται καὶ μυρίων ἄλλων ἐν τῇ συγκρίσει· ὁ δὲ, οὐδενός· πάντα γὰρ καὶ πρὶν γενέσθαι οἶδεν· οὕτω καὶ θεὸς ὁ ἄνθρωπος ὠνομάσθη· διότι καὶ εἰκὼν ἐκλήθη Θεοῦ· καὶ γὰρ ὁ Παῦλός φησιν· « Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· » ἀλλὰ πάλιν ὁ μὲν Θεὸς καὶ τὴν φύσιν ἐστὶν ὅπερ καλεῖται· ὁ δὲ ἄνθρωπος ὡς εἰκὼν τοὔνομα μόνον ἔχει· πάλιν ἀπερίγραφον κυρίως μὲν καὶ ἀληθῶς ὁ Θεός· μιμεῖται δὲ αὐτό πως καὶ ὁ ἀνθρώπινος λογισμός· ἐν ἀκαρεῖ γὰρ περινοστεῖ τά τε ἑῷα καὶ τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια καὶ δὴ καὶ τὰ οὐράνια καὶ τὰ ὑποχθόνια· ἀλλ' ὁ μὲν τῇ τοῦ λογισμοῦ μόνῃ φαντασίᾳ· Θεὸς δὲ καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ δυνάμει τὸ ἀπερίγραφον ἔχει· εὕροι δ' ἄν τις καὶ ἑτέραν μίμησιν ἀκριβεστέραν ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀνθρώπου· ἔχει γὰρ αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ καὶ τὸ λογικὸν καὶ τὸ ζωτικόν· καὶ γεννᾷ μὲν ὁ νοῦς τὸν λόγον· συμπρόεισι δὲ τῷ λόγῳ πνεῦμα, οὐ γεννώμενον καθάπερ ὁ λόγος, συμπαρομαρτοῦν δ' ἀεί. Ἀλλὰ ταῦτα ὡς ἐν εἰκόνι πρόσεστι τῷ ἀνθρώπῳ· διὸ ἀνυπόστατός ἐστι καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα· ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς νοοῦμεν τὰς ὑποστάσεις καὶ ἀσυγχύτως ἡνωμένας καὶ καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσας.

A Possent etiam inveniri alia quasi archetypi exemplaria: fecit enim homo, exemplo Dei creatoris, et domos et muros et urbes et portus, cœli similitudines, et solis et lunæ et astrorum et hominum et irrationalium animalium imagines. Quamvis ineffabilis sit in operando differentia, attamen homo aliquo modo creans suum factorem imitatur sicut imago suum archetypum. Etenim imago habet archetypi apparentias; partium quidem formas habet, virtutem autem non habet: anima enim qua sese movet corpus privatur. Sic iterum regnat homo et judicat ad imitationem illius qui est omnium Deus. Ille quidem testibus et accusatoribus indiget et multis aliis ad judicandum: hic autem, nullo. Omnia enim antequam facta sint cognoscit. Sic et
B homo Deus appellatus est, quia et imago vocatus est Dei. Paulus enim dicit: « Homo non debet caput cooperire, cum sit imago et gloria Dei [18]. » Sed Deus secundum naturam suam sic vocatur; homo autem sicut imago nomen tantum habet. Item vere et realiter incircumscriptus est Deus: hoc autem aliquo modo imitatur intelligentia humana; in momento enim et orientem et occidentem et austrum et septentrionem et cœlestia et subterranea percurrit: sed hic quidem sola mentis imaginatione; Deus autem substantia et sapientia et potentia incircumscriptus est. Inveniri etiam potest aliud exemplum satis perfectum in anima hominis: habet enim illa in seipsa et vitam rationalem et anima-
C lem; et mens parit verbum: verbo autem præest spiritus, non generatus sicut verbum, sed semper comitans. Hæc autem sunt in homine, sicut in imagine, itaque inconsistens est verbum sicut et mens. In sancta autem Trinitate tres credimus hypostases et indivisibiliter unitas et in se singulariter subsistentes.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΔ'.

Ἀγαθὸν τὸν Θεὸν ὀνομάζοντες, πῶς αὐτῷ περιάπτετε τοσαύτην ἀποτομίαν; Ὠμότητα γὰρ καὶ ἀπήνειαν τὸ διὰ βρῶσιν ὀλίγην τοσαύτην ἐπενεγκεῖν τιμωρίαν, οὐ τοῖς ἡμαρτηκόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων βεβλαστηκόσιν.

QUÆSTIO CCLIV.

Bonum esse Deum existimantes, quomodo illi tantam attribuatis severitatem? Crudelitas est enim et duritia tantam propter parvam manducationem inferre pœnam, non solum illis qui peccaverunt, sed et illorum posteritati (51).

Edita a Maio (l. c. . 121, 122, q. 253). — De pœna gravissima a Deo in Adamum et ejus posteros constituta. Gen. III, 16, 17.

Πρῶτον προσήκει πεπεῖσθαι τοὺς εὐσεβεῖν προαιρουμένους ὡς πᾶν ὁτιοῦν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων γινόμενον ἢ κελευόμενον καὶ ὅσιον καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον· ἔπειτα εἰδέναι χρὴ ὡς πᾶς νόμος εἰ καὶ περὶ μικρῶν τινων διαγορεύει, τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν τῷ τὰ μέγιστα κελεύοντι δρᾷν, καὶ διαφερόντως ὅταν θεῖος ᾖ ὁ νόμος· αὐτίκα γοῦν ὁ περιτέμνεσθαι κελεύων, οὐδεμίαν παραβαινόμενος τῷ πέλας ἐξεργάζεται βλάβην· ἀλλ' ὅμως ὁ νομοθέτης φησὶν, « Ὅτι πᾶς ἄρσην ἀπερίτμητος ὃς οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, ἐξολοθρευθήσεται·

A sanus ex hoc vitam accusabit. Sine enim illis vivere impossibile est; ex hoc enim oritur quod refrigerat et sanguinem et ardorem, et bilem utramque. Sed sicut per illa consistit, ita ex dictis uno vel superabundante, vel deficiente deperit. Si quis enim unam digiti partem absciderit, videbitur illa omnino inutilis; convenit ergo nos non singulatim unamquamque totius partem creationis considerare, sed quærere et inspicere utrum utilitati communi aliquo modo inserviant. Feræ hominem pertimescunt, propter potestatem illi super illas a principio datam. Quia autem legem divinam transgressus fuit, aliquando illum spernunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΒ'.

Τίνι ὁ Θεὸς εἴρηκε· «Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν;»

QUÆSTIO CCLII.

Cuinam Deus dixerit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (49)?

Edita a Maio (l. c. p. 118, 119, q. 251). — Explanatio in Gen. I, 26.

B Δηλονότι τῷ ὁμοουσίῳ καὶ ταυτοφυεῖ Υἱεῖ· τούτων γὰρ καὶ μία δύναται γενέσθαι εἰκών. Οἱ δὲ πρὸς τοὺς ἀγγέλους εἰρῆσθαι τοῦτο παραληρήσαντες αἱρετικοί, καὶ πρός γε τοὺς δαίμονας τὸ ἀθεώτερον, λίαν εἰσὶν ἀνόητοι· τίνα γὰρ κοινωνίαν ἔχει εἰκὼν Θεοῦ καὶ ἀγγέλων ἢ δαιμόνων; Ὧν γὰρ οὐσία ἀσυγκρίτῳ λόγῳ διενήνοχε, τίς μηχανὴ τούτων τὴν αὐτὴν εἰκόνα ἐννοῆσαι; Ἰουδαίων γὰρ ἄν τις καὶ γελάσειε τὴν ἄνοιαν· πρὸς ἑαυτὸν γὰρ τοῦτο τὸν Θεόν φασιν ἀποφήνασθαι, κατά τινα μίμησιν τῶν καίτοι εἰ καὶ πληθυντικῶς καὶ τὸ *κελεύομεν* καὶ τὸ *ποιήσωμεν* προφέρεται, ἀλλ' οὖν πολλὴν ἔχει πρὸς ἄλληλα τὴν διαφοράν· τὸ μὲν γὰρ *ποιήσωμεν*, ὥσπερ ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς πράξεως τὸν ἰσότιμον καλεῖ· τὸ δὲ *κελεύομεν* ἢ *γράφομεν*, εἰ καὶ πληθυντικῶς ἐσχημάτισται, ἀλλ' οὐδαμῶς ἑτέρου κλῆσιν εἰς συνεργίαν C δίδωσιν ἐννοεῖν· ἄλλως τε τὸ μὲν *γράφομεν* καὶ *κελεύομεν*, ἔχει πρόσωπον φανερὸν πρὸς ὃ λέγεται· δῆλον γὰρ ὡς πρὸς τὸν ὑπεξούσιον· ἐνταῦθα δὲ τὸ *ποιήσωμεν*, μάλιστά γε διὰ τὴν ἐπαγωγὴν τοῦ *κατ' εἰκόνα*, οὐδαμῶς δίδωσι πρόσωπον ἄλλο παρὰ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα ἐννοεῖν, τὰς μεγάλας πιστευόμενον ἀρχάς, οἳ λέγειν εἰώθεσαν *κελεύομεν*, καὶ *γράφομεν*, καὶ *προστάττομεν*, καὶ τὰ ὅμοια· καίτοι τὰ πλεῖστα ἑνικῶς ἡ θεία Γραφὴ προφέρει λέγοντα τὸν τῶν ὅλων Θεόν· «Καιρὸς γὰρ παντὸς ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ·» καί, «Ἐνεθυμήθην ὅτι ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον·» καί, «Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον·» καί, «Οὐκ ἔσονται θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ·» καὶ μυρία· ὀλιγάκις δὲ πληθυντικῶς σχηματίζει τῶν τῆς Τριάδος προσώπων ἐμφαίνων τὸν ἀριθμόν. Ὥσπερ τό, D «Δεῦτε, καὶ καταβάντες συγχέωμεν τὰς γλώσσας·» καὶ περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος· καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐπειδὴ τὸ λογικὸν ζῶον διέπλαττεν ὁ Θεός· ὃ καὶ ἀνακαινίζειν μετὰ πολλὰς ἔμελλεν γενεὰς ταῖς τῆς ἁγίας Τριάδος ἐπικλήσεσι τελεσιουργῶν τὸ πανάγιον βάπτισμα, μέλλων δημιουργεῖν τὴν ἐκεῖνα τὰ μυστήρια παραλη-

Evidenter suo consubstantiali et ejusdem naturæ Filio; illorum enim una potest fieri imago. Hæretici autem qui illud ad angelos dictum fuisse inepti putaverunt, et ad dæmones, quod majorem redolet impietatem, omnino sunt insipientes. Quamnam enim habeat communitatem imago Dei et angelorum et dæmonum? Quorum substantia ita differt, ut nullo modo inter se comparari possint, quomodo illorum eadem imago cogitari possit? Judæorum insaniam nemo est qui non derideat, ad semetipsum enim dicunt Deum illud locutum fuisse, proferens *faciamus* ad imitationem illorum quæ dicit etiam in plurali numero, *mandamus;* sed adest inter illa magna differentia. Verbum enim *faciamus* quasi ad actionem communem æqualem vocat, *mandamus* autem vel *decernimus*, quamvis plurali numero prolata, nullo modo alium ad actionem communem vocari supponunt. Aliter autem verbum *decernimus* et *mandamus* clare apparet ad quid dicantur, evidenter enim ad subjectum. Hic autem verbum *faciamus*, præsertim propter illud quod adjicitur *ad imaginem*, nihil absolute dat excogitandum nisi Filium et Spiritum sanctum quibus committuntur maximæ potestates, qui dicere consueverant, *mandamus* et *decernimus*, et *jubemus*, et alia id genus. Attamen plerumque sancta Scriptura exhibet Deum in singulari numero loquentem: «Tempus enim omnis venit ante me.» — «Me pœnitet quia feci hominem;» et: «Delebo hominem;» et: «Non erunt dii alii præter me,» et alia multa. Aliquando autem in plurali numero loquens numerum Trinitatis personarum figurare videtur, ut cum dicit: «Venite, descendamus et confundamus linguas eorum,» et verbum de quo agitur. Hic enim cum rationabile animal creasset Deus, quod et renovaturus erat post multas generationes, in nomine sanctæ Trinitatis

NOTÆ.

(49) Hæc quæstio, quæ ex Theodoreto q. 19 in Genes. p. 102 desumpta est, deest in Coisl. et Taur. Quod et de duabus sequentibus valet.

conficiens sanctissimum baptisma, generationem creaturus quæ ista mysteria acciperet, in ænigmate et unitatem substantiæ et numerum personarum demonstrat. Cum enim dicit, *Dixit Deus*, divinæ naturæ communitatem manifestat; adjiciendo autem *faciamus*, personarum multiplicitatem declarat. Iterum dicendo numero singulari *imaginem* identitatem naturæ exhibuit; *nostram* autem adjiciendo hypostasium multiplicitatem. Omnia enim prævidens Deus et Unigeniti sui incarnationem, scilicet quod istam naturam ex sanctissima virgine assumpturus erat, merito illam generationis fundamentum bonore magno dignatus est. Primum quidem consilium creationis præposuit ut creandarum rerum rationem præsignificaret. Postea personarum divinitatis numerum manifestavit, ut formatus homo theologiæ secreta sumeret et qui sancto baptismo dignatus est, clare cognoscat quod qui formavit et ipse salvavit, et qui salvavit et ipse formavit. Præterea ut auctor formationis factus, ostendit immensum erga hoc plasma amorem; sed nec manus habere Divinitatem dicimus, nec consilio quodam, vel prævisione indigere, ut, secundum Platonis verba, ad cogitatam formam facturam suam præpararet: sed istorum unumquodque immensam Dei erga creaturas sollicitudinem demonstrat.

A ψομένην φύσιν, αἰνιγματωδῶς καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ τὸν τῶν προσώπων παρεδήλωσεν ἀριθμόν· διὰ μὲν γὰρ τοῦ εἰπεῖν, *Εἶπεν ὁ Θεός*, τὸ κοινὸν τῆς θείας δεδήλωκε φύσεως· ἐπαγαγὼν δὲ τὸ, *Ποιήσωμεν*, ἐνέφηνε τῶν προσώπων τὸν ἀριθμόν· πάλιν εἰπὼν ἑνικῶς *εἰκόνα* τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἔδειξεν· *ἡμετέραν* δὲ προσθεὶς, τὸν τῶν ὑποστάσεων ἀριθμόν· ἅπαντα γὰρ προορῶν ὁ τῶν ἁπάντων Θεὸς καὶ τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν, ὡς ταύτην τὴν φύσιν ἐκ πανάγνου τῆς Παρθένου λήψεται, μάλα εἰκότως καὶ αὐτὴν τοῦ γένους τὴν κρηπῖδα τιμῆς μεγίστης ἠξίωσε. Πρῶτον μὲν γὰρ βουλὴν τῆς δημιουργίας προέταξεν, ἵνα τοῦ δημιουργουμένου τὸ λογικὸν προσημάνῃ· εἶτα τῶν προσώπων τῆς Θεότητος παρεδήλωσε τὸν ἀριθμὸν, ἵνα τὰ
B τῆς θεολογίας ὁ πλαττόμενος ἄνθρωπος λάβῃ αἰνίγματα, καὶ ὁ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἀξιούμενος γινώσκῃ σαφῶς ὅτι ὁ πλάσας καὶ διέσωσε, καὶ ὁ σώσας αὐτὸς καὶ διέπλασε· πρὸς δὲ τούτοις καὶ οἷον αὐτουργὸς τῆς διαπλάσεως γενόμενος, ἔδειξε τὴν πλείονα περὶ τόδε τὸ πλάσμα φιλοστοργίαν· ἀλλ' οὔτε χεῖρας ἔχειν τὸ Θεῖόν φαμεν οὔτε δεῖσθαι βουλῆς τινος καὶ προθεωρίας, ἵνα κατὰ τοὺς Πλάτωνος μύθους πρὸς τὴν τῆς ἐνθυμήσεως ἰδέαν κατασκευάσῃ τὸ ποίημα· ἀλλὰ καὶ τούτων ἕκαστον τὴν πλείονα τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ ζῶον κηδεμονίαν δηλοῖ.

QUÆSTIO CCLIII.

Quid significet: « Ad imaginem » (50)?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΓ'.

Τί ἐστι τὸ « Κατ' εἰκόνα;»

Edita a Maio (l. c. p. 119, 121, q. 251).

Quidam ad invisibilitatem animæ referri illud *ad imaginem* dixerunt: sed si ita sit, multo magis ad imaginem essent angeli: quidam autem omnino stulte dicunt humanitatem ad imaginem divinam factam fuisse, decepti ex eo quod sæpe dicatur in Scriptura sacra de Deo: Oculi, manus, et similia, non intelligentes quod Deus homines per alios homines alloquens, audientium imbecillitati sermones metitur, et quia per oculos nos videmus, visionis facultatem in illo oculos nominavit, sicut et aures, audiendi facultatem, et loquendi os. Attamen immensitatem Dei ex multis Scripturæ locis discere facile est. Quidam ergo magistri ita intelligebant illud, « ad imaginem et similitudinem nostram, scilicet, » quod cum creaturas sentientes et rationales fecisset qui est omnium Deus, hominem ultimo loco fecit, sicut quamdam sui ipsius imaginem ponens in medio creaturarum inanimatarum et sensibilium et rationabilium ut creaturæ animatæ et inanimatæ illi sicut quoddam tributum utilitatem conferant. Creaturæ autem rationales illi providendo suam erga factorem benevolentiam ostendunt. Quidam autem verba ad *imaginem* Dei ad imperium factum fuisse hominem significare dicebant: adjecit enim, inquiunt: « Et præsit piscibus maris, » et reliqua. Sicut enim ille habet omnium potentiam, ita et dedit hominibus in creaturas irrationales potentiam.

C Τινὲς τὸ ἀόρατον τῆς ψυχῆς τὸ *κατ' εἰκόνα* εἰρήκασιν· ἀλλ' εἰ τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον *κατ' εἰκόνα* ὑπῆρχον ἂν οἱ ἄγγελοι· τινὲς δὲ λίαν ἀνοήτως τὸ ἀνθρώπινον κατ' εἰκόνα θείαν γεγενῆσθαί φασιν, ἀπατηθέντες ἐκ τοῦ λέγειν πολλάκις ἐπὶ Θεοῦ τὴν θείαν Γραφὴν ὀφθαλμοὺς καὶ χεῖρας καὶ τὰ ὅμοια, μὴ συνιδόντες ὡς ἀνθρώποις δι' ἀνθρώπων διαλεγόμενος ὁ Θεὸς τῇ τῶν ἀκουόντων ἀσθενείᾳ τοὺς λόγους μετρεῖ· καὶ ἐπειδὴ δι' ὀφθαλμῶν ὁρῶμεν ἡμεῖς, τὴν ὀπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν ὀφθαλμοὺς ὀνομάζει· ὥσπερ καὶ ὦτα τὸ ἀκουστικόν· καὶ τὸ πρόσταγμα στόμα· καίτοι τὸ ἀπερίγραφον τοῦ Θεοῦ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς ἔστιν ἐκμαθεῖν· τινὲς τοίνυν τῶν διδασκάλων οὕτως ἐνόησαν τὸ, « κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » ὅτι τὴν κτίσιν τὴν αἰσθητήν τε καὶ νοητὴν
D πεποιηκὼς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν ἄνθρωπον διέπλασεν ἔσχατον· οἷόν τινα εἰκόνα αὐτοῦ ἐν μέσῳ τεθεικὼς τῶν ἀψύχων καὶ αἰσθητῶν καὶ νοητῶν· ἵνα τὰ μὲν ἄψυχά τε καὶ ἔμψυχα τούτῳ προσφέρῃ ὥσπερ τινὰ φόρον τὴν χρείαν· αἱ δὲ νοηταὶ φύσεις ἐν τῇ περὶ τοῦτον κηδεμονίᾳ, τὴν περὶ τὸν πεποιηκότα δεικνύουσιν εὔνοιαν. Τινὲς δὲ τὸ *κατ' εἰκόνα* Θεοῦ κατὰ τὸ ἀρχικὸν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον ἔφησαν· ἐπήγαγε γὰρ, φασίν· « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, » κ. τ. λ. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἔχει τῶν ὅλων τὴν δεσποτείαν, οὕτω καὶ δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τῶν ἀλόγων τὴν ἐξουσίαν.

NOTÆ.

(50) Cum hac quæstione, quam e Theodoreto q. 20 in Genes. decerpsit auctor, confer quæst. XXXVI.

Ἔστι μέντοι καὶ ἄλλα εὑρεῖν ὡς ἀρχετύπου μιμήματα· δημιουργεῖ γὰρ καὶ ἄνθρωπος κατὰ μίμησιν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ καὶ οἰκίας καὶ τείχη καὶ πόλεις καὶ λιμένας, οὐρανοῦ ἐκτυπώματα, καὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων καὶ ἀνθρώπων καὶ ἀλόγων ζώων εἰκόνας· εἰ καὶ τὸ τῆς δημιουργίας διάφορον ἄφατον, ἀλλ' ὅμως δημιουργῶν ὁ ἄνθρωπος ἀμηγέπη, τὸν οἰκεῖον μιμεῖται ποιητὴν ὡς εἰκὼν τὸ ἀρχέτυπον· καὶ γὰρ ἡ εἰκὼν ἔχει τὰ τοῦ ἀρχετύπου ἰνδάλματα· ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μορίων εἶδος ἔχει, τὰς δὲ ἐνεργείας οὐκ ἔχει· ἐστέρηται γὰρ ψυχῆς δι' ἧς κινεῖται τὸ σῶμα· οὕτω πάλιν καὶ βασιλεύει ὁ ἄνθρωπος καὶ κρίνει κατὰ μίμησιν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ· ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μαρτύρων καὶ κατηγόρων δεῖται καὶ μυρίων ἄλλων ἐν τῇ συγκρίσει· ὁ δὲ, οὐδενός· πάντα γὰρ καὶ πρὶν γενέσθαι οἶδεν· οὕτω καὶ θεὸς ὁ ἄνθρωπος ὠνομάσθη· διότι καὶ εἰκὼν ἐκλήθη Θεοῦ· καὶ γὰρ ὁ Παῦλός φησιν· « Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· » ἀλλὰ πάλιν ὁ μὲν Θεὸς καὶ τὴν φύσιν ἐστὶν ὅπερ καλεῖται· ὁ δὲ ἄνθρωπος ὡς εἰκὼν τοὔνομα μόνον ἔχει· πάλιν ἀπερίγραφον κυρίως μὲν καὶ ἀληθῶς ὁ Θεός· μιμεῖται δὲ αὐτό πως καὶ ὁ ἀνθρώπινος λογισμός· ἐν ἀκαρεῖ γὰρ περινοστεῖ τά τε ἑῷα καὶ τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια καὶ δὴ καὶ τὰ οὐράνια καὶ τὰ ὑποχθόνια· ἀλλ' ὁ μὲν τῇ τοῦ λογισμοῦ μόνῃ φαντασίᾳ· Θεὸς δὲ καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ δυνάμει τὸ ἀπερίγραφον ἔχει· εὕροι δ' ἄν τις καὶ ἑτέραν μίμησιν ἀκριβεστέραν ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀνθρώπου· ἔχει γὰρ αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ καὶ τὸ λογικὸν καὶ τὸ ζωτικόν· καὶ γεννᾷ μὲν ὁ νοῦς τὸν λόγον· συμπρόεισι δὲ τῷ λόγῳ πνεῦμα, οὐ γεννώμενον καθάπερ ὁ λόγος, συμπαρομαρτοῦν δ' ἀεί. Ἀλλὰ ταῦτα ὡς ἐν εἰκόνι πρόσεστι τῷ ἀνθρώπῳ· διὸ ἀνυπόστατός ἐστι καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα· ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς νοοῦμεν τὰς ὑποστάσεις καὶ ἀσυγχύτως ἡνωμένας καὶ καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσας.

A Possent etiam inveniri alia quasi archetypi exemplaria: fecit enim homo, exemplo Dei creatoris, et domos et muros et urbes et portus, cœli similitudines, et solis et lunæ et astrorum et hominum et irrationalium animalium imagines. Quamvis ineffabilis sit in operando differentia, attamen homo aliquo modo creans suum factorem imitatur sicut imago suum archetypum. Etenim imago habet archetypi apparentias; partium quidem formas habet, virtutem autem non habet: anima enim qua sese movet corpus privatur. Sic iterum regnat homo et judicat ad imitationem illius qui est omnium Deus. Ille quidem testibus et accusatoribus indiget et multis aliis ad judicandum: hic autem, nullo. Omnia enim antequam facta sint cognoscit. Sic et B homo Deus appellatus est, quia et imago vocatus est Dei. Paulus enim dicit: « Homo non debet caput cooperire, cum sit imago et gloria Dei [18]. » Sed Deus secundum naturam suam sic vocatur; homo autem sicut imago nomen tantum habet. Item vere et realiter incircumscriptus est Deus: hoc autem aliquo modo imitatur intelligentia humana; in momento enim et orientem et occidentem et austrum et septentrionem et cœlestia et subterranea percurrit: sed hic quidem sola mentis imaginatione; Deus autem substantia et sapientia et potentia incircumscriptus est. Inveniri etiam potest aliud exemplum satis perfectum in anima hominis: habet enim illa in seipsa et vitam rationalem et anima-C lem; et mens parit verbum: verbo autem præest spiritus, non generatus sicut verbum, sed semper comitans. Hæc autem sunt in homine, sicut in imagine, itaque inconsistens est verbum sicut et mens. In sancta autem Trinitate tres credimus hypostases et indivisibiliter unitas et in se singulariter subsistentes.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΔ'.

Ἀγαθὸν τὸν Θεὸν ὀνομάζοντες, πῶς αὐτῷ περιάπτετε τοσαύτην ἀποτομίαν; Ὠμότητα γὰρ καὶ ἀπήνειαν τὸ διὰ βρῶσιν ὀλίγην τοσαύτην ἐξενεγκεῖν τιμωρίαν, οὐ τοῖς ἡμαρτηκόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων βεβλαστηκόσιν.

QUÆSTIO CCLIV.

Bonum esse Deum existimantes, quomodo illi tantam attribuatis severitatem? Crudelitas est enim et duritia tantam propter parvam manducationem inferre pœnam, non solum illis qui peccaverunt, sed et illorum posteritati (51).

Edita a Maio (l. c. . 121, 122, q. 253). — De pœna gravissima a Deo in Adamum et ejus posteros constituta. Gen. III, 16, 17.

Πρῶτον προσήκει πεπεῖσθαι τοὺς εὐσεβεῖν προαιρουμένους ὡς πᾶν ὁτιοῦν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων γινόμενον ἢ κελευόμενον καὶ ὅσιον καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον· ἔπειτα εἰδέναι χρὴ ὡς πᾶς νόμος εἰ καὶ περὶ μικρῶν τινων διαγορεύει, τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν τῷ τὰ μέγιστα κελεύοντι δρᾷν, καὶ διαφερόντως ὅταν θεῖος ᾖ ὁ νόμος· αὐτίκα γοῦν ὁ περιτέμνεσθαι κελεύων, οὐδεμίαν παραβαινόμενος τῷ πέλας ἐξεργάζεται βλάβην· ἀλλ' ὅμως ὁ νομοθέτης φησὶν, « Ὅτι πᾶς ἄρσην ἀπερίτμητος ὃς οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, ἐξολοθρευθήσεται·

D Primo convenit persuasum esse illis qui pietati colendæ student, quod quodcunque ab omnipotente Deo factum vel mandatum sit, et sanctum et justum et bonum et philanthropicum est. Deinde scito opus est omnem legem, quamvis de minimis rebus statuat, æqualem habere virtutem ac illa quæ maxima facere jubet, et eminenter quando agitur de lege divina. Sit in exemplum lex quæ circumcidi omnes jubet, quam si quis transgressus fuerit, nullam proximo offensionem causat, attamen legislator dixit: « Quod omne masculinum incircum-

[18] I Cor. XI, 7.

NOTÆ.

(51) Theodoreti sunt fere omnia (q. 57 in Genes. p. 131).

cisum quod non circumcisum fuerit die octava, exterminabitur, et quam statuit homicidis et adulteris pœnam, eamdem illis ponit [14]. » Si autem Marcion et ejusdem impietatis asseclæ propterea præsertim et legem et Legislatorem ipsum redarguunt, Evangelio lingua eorum comprimenda est. « Qui enim mente lasciva mulierem viderit sicut adulter ab illo judicatur [15]; » et, « Qui dicit fratri suo, Raca, reus est concilio; et qui temere irascitur, reus erit judicio; et qui illum fatuum vocaverit, reus erit gehennæ ignis [16]. » Quidam hunc quidem bonum appellant, crudelem autem Veteris Testamenti legislatorem. Hæc autem istis secundum illorum mensuram duriora sunt; nos autem et has et illas unius leges scimus, differentiam autem sola effecit subditorum qualitas. Sicut enim bonus magister imperfectis quidem imperfecta, perfectis autem perfecta attulit.

A καὶ ἣν ὥρισε ταῖς ἀνδροφόνοις καὶ μοιχοῖς τιμωρίαν, ταύτην δὴ τούτοις ἐπλήρωσεν. » Εἰ δὲ Μαρκίων καὶ οἱ τῆς αὐτῆς δυσσεβείας διὰ ταῦτα μάλιστα τὸν νόμον καὶ αὐτὸν κακίζουσι τὸν νομοθέτην, ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ἐπιστομιζέσθωσαν· « Ὁ γὰρ λάγνως ὁρῶν γυναῖκα ὡς μοιχὸς ἐκείνῳ κρίνεται· » καί, « Ὁ ῥακὰ λέγων τὸν ἀδελφόν, γραφῆς ὑπεύθυνος· καὶ ὁ εἰκῇ ὀργιζόμενος, ἔνοχος τῇ κρίσει· καὶ ὁ μωρὸν καλῶν, ἄξιος τῆς γεέννης· » τί γὰρ τὸν μὲν ἀγαθὸν ὀνομάζουσιν, ἀπηνῆ δὲ τὸν τῆς Παλαιᾶς νομοθέτην; ταῦτα γὰρ ἐκείνων κατὰ τὸν τούτων ὅρον ὠμότερα· ἡμεῖς δὲ καὶ τούτους κἀκείνους ἴσμεν τοὺς νόμους ἑνός· τὸ δὲ διάφορον ἡ τῶν νομοθετουμένων ποιότης εἰργάσατο· οἷα γὰρ σοφὸς διδάσκαλος τοῖς μὲν ἀτελέσι τὰ ἀτελῆ, τοῖς δὲ τελείοις τὰ τέλεια προσενήνοχε.

Ad hoc autem et illud considerandum est, quod illis qui primi leges transgrediuntur, sine venia infliguntur pœnæ: ita ut alii punitione visa transgredi non audeant. Sic qui prius in Sabbato lignum collegit, ab omni populo lapidatus est. Postea autem multis Sabbati legem transgredientibus longanimiter tulit legislator. Sic Cain qui primus homicida fuit, inexorabilibus pœnis circumfertur, quamvis postea multi homicidæ pœnas non statim dederint. Oportebat ergo Adamum, accepta lege et hac non onerosa, siquidem ex omni genere fructuum dederat abundantiam, uno solummodo impedito, pro delicto ad utilitatem generis sui pœnas dare. Si autem nimia ira commotus, ut dixit Marcion abominabilis, propter parvam comestionem mortis pœnam intulit, quomodo omnibus hominibus ad impietatem et injustitiam irruentibus, non totalem perditionem intulerit, sed e contra suum Filium dederit, et per passionem ad crucem salutem donaverit. Evidens est autem illis qui in divinorum notitia versantur nihil ex animi inconstantia facere Deum: hæc est enim proprie passio illorum qui naturam variabilem habent, nec futurum cognoscunt. Deus autem et quæ non sunt sicut et quæ facta sunt videt. Itaque prævidens Deus quod Adam mortalis fieret propter transgressionem mandati, tali modo illius naturam in masculum et feminam præparavit. Mortalibus enim et generatione ad generis sui durationem indigentibus, talis est corporum dispositio. Immortalis enim natura non indiget femina: hujus causa Creator corporum quidem numerum simul produxit, mortalia autem animalia bina; et postquam singula formata sint, illis benedictionem ad multiplicandum intulit.

Hæc ergo prævidens Deus, non modo in masculum et feminam hominem fecit, sed et de manducatione legem illis dedit. « Ecce enim, inquit, dedi vobis omnem herbam afferentem semen, et cætera, ut sint vobis in escam [17]. » Et hæc ante mandatum. Non ergo ita plena est iræ punitio, sed est modus

B Πρὸς δὲ τούτοις σκοπητέον καὶ τοῦτο, ὅτι τοῖς πρώτοις παραβαίνουσι τοὺς νόμους δίχα συγγνώμης ἐπιφέρονται αἱ τιμωρίαι, ὥστε τοὺς ἄλλους ὁρῶντας τὴν κόλασιν μὴ παραβαίνειν· οὕτως ὁ πρῶτος ἐν Σαββάτῳ ξύλα συλλέξας ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ κατελεύσθη· χρόνῳ δὲ ὕστερον πολλῶν τὸν περὶ Σαββάτου νόμον παραβεβηκότων, μακροθύμως ὁ νομοθέτης ἤνεγκεν· οὕτω Κάϊν πρῶτος φονεύσας ἀνηκέστοις τιμωρίαις περιβάλλεται, πολλῶν φονέων ὕστερον οὐ παραυτίκα δόντων τὰς τιμωρίας· ἔδει τοίνυν καὶ τὸν Ἀδὰμ δεξάμενον τὸν νόμον, καὶ νόμον κουφότατον (τῶν παντοδαπῶν γὰρ καρπῶν αὐτῷ ἐδεδώκει τὴν ἀφθονίαν, ἑνὸς δὲ μόνου ἀπηγορεύκει), δοῦναι δίκας τοῦ πλημμελήματος εἰς ὠφέλειαν τοῦ γένους· εἰ δὲ δυσόργητος ὤν, ὡς ὁ δυσώνυμος ἔφη Μαρκίων, διὰ C βρῶσιν ὀλίγην τὴν τοῦ θανάτου τιμωρίαν ἐπήνεγκε, πῶς ἁπάντων ἀνθρώπων εἰς ἀσέβειαν ἐξοκειλάντων καὶ παρανομίαν, οὐ πανωλεθρίαν ἐπήνεγκεν; ἀλλὰ καὶ τὸν Υἱὸν ἔδωκε καὶ τὴν διὰ τοῦ πάθους καὶ σταυροῦ ἐδωρήσατο σωτηρίαν· καίτοι δῆλον τοῖς τὰ θεῖα πεπαιδευμένοις ὡς οὐδὲν ἐκ μεταμελείας ποιεῖ ὁ Θεός· τοῦτο γὰρ ἴδιον τὸ πάθος τῶν τρεπτὴν ἐχόντων τὴν φύσιν, ἔτι δὲ καὶ τὸ μέλλον ἀγνοούντων· ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὰ μήπω γεγενημένα ὡς ἤδη γεγενημένα ὁρᾷ· διὸ καὶ τὸν Ἀδὰμ προειδὼς ὅτι θνητὸς γενήσεται τὴν ἐντολὴν παραβάς, τοιαύτην αὐτοῦ καὶ τὴν φύσιν εἰς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ προκατεσκεύασε· τῶν γὰρ θνητῶν καὶ παιδοποιίας δεομένων εἰς τὴν τοῦ γένους διαμονὴν ἡ τοιαύτη τῶν σωμάτων διάπλασις· ἡ D γὰρ ἀθάνατος φύσις οὐ δεῖται τοῦ θήλεος· τούτου χάριν ὁ Ποιητής, τὸν μὲν τῶν σωμάτων ἀριθμὸν ὁμοῦ παρήγαγε, τῶν δὲ θνητῶν ζώων ἀνὰ δύο· καθ' ἕκαστον δημιουργησάμενος, τῆς αὔξης αὐτοῖς τὴν εὐλογίαν προσήνεγκεν.

Ταῦτα τοίνυν προορῶν ὁ Θεὸς οὐ μόνον εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ τὸν ἄνθρωπον διέπλασεν, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τῆς βρώσεως αὐτοῖς νόμον ἔδωκεν. « Ἰδοὺ γάρ, φησίν, ἔδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον σπόριμον καὶ ἑξῆς· ὑμῖν δέδωκα εἰς βρῶσιν· » καὶ ταῦτα πρὸ τῆς ἐντολῆς· οὐ τοίνυν ὀργῆς ἡ τιμωρία ἀλλ' οἰκονομία σοφίας

[14] Levit. XII, 3. [15] Matth. v, 28. [16] ibid. 22. [17] Genes. I, 29.

A μεστή· ἵνα γὰρ μισήσῃ τὴν ἁμαρτίαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὡς αἰτίαν θανάτου γεγενημένην, μετὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς ἐπιφέρει τοῦ θανάτου τὴν ψῆφον ὁ πάνσοφος, τοῦτο μὲν τὸ περὶ τὴν ἁμαρτίαν μηχανώμενος μῖσος, προευτρεπίζων δὲ τῷ γένει τῆς σωτηρίας τὸ φάρμακον, τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν· δι' ἧς ἡμῖν ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ ἡ ἀθανασία διαπεπραγμάτευται· τί δὲ καὶ ἀπηνὲς ἡ ἀπόφασις ἔχει; «Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.» Ἀπὸ γῆς σε, φησίν, εἰς ἀμείνω πολλῷ φύσιν μετεσκεύασα· ἐπεὶ δὲ φυλάξαι μου τὴν ἐντολὴν οὐκ ἠθέλησας, πρὸς τὴν προτέραν ἐπανελεύσῃ φύσιν· ἀνθότου δὲ καὶ σμικρὸν εἶναι δοκεῖ τὸ ἁμάρτημα; Ὁ μὲν πάντων ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν, ἑνὸς δὲ μόνου ἀπεῖρξεν· ὁ δὲ καταλιπὼν ἅπαντα, τοῦτον καὶ μόνον καὶ πρῶτον ἐτρύγησε τὸν καρπόν· τοῦτο γὰρ αὐτῷ B καὶ ὁ Δεσπότης ἐμέμψατο. Τίς γάρ, φησὶν, ἀνήγγειλέ σοι ὅτι γυμνὸς εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες; δεδήλωκε δὲ καὶ ὁ διάβολος μὴ φαγεῖν αὐτοὺς ἀπό τινος ἄλλου ξύλου. Δι' ὧν ἔφη τῇ Εὔᾳ· Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεός, Οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν παραδείσῳ; εἰ γὰρ οἶδεν ἐδηδοκότας, οὐκ ἂν ᾠήθη περὶ πάντων αὐτοὺς τῶν δένδρων εἰληφέναι τὴν ἐντολήν· οὐ μικρὰ τοίνυν ἡ παράβασις· πρώτου γὰρ μετέλαβον, οὗ μόνου μὴ μετασχεῖν ἐκελεύσθησαν.

agendi sapientia plenus. Ut enim peccatum exhorresceret hominum genus ut causam mortis factum, post transgressionem mandati mortis decretum qui est omnino sapiens, intulit, et hoc quidem odium peccati moliens, hominibus autem salutarem medicinam præparans, scilicet, Unigeniti sui incarnationem, per quam nobis ex mortuis resurrectio et immortalitas operatur. Quid autem crudele habet hoc decretum? « Terra es, et in terram reverteris [18] » e terra te, inquit, ad multo meliorem naturam præparavi, quia autem non voluisti mandatum meum servare, ad primam naturam reverteris, quare autem parvum esse videatur peccatum? Ille quidem omnium dedit potentiam, uno solummodo interdixit; hic autem omnibus relictis, illum et solum et primum carpsit fructum. « Hoc enim illi Dominus exprobravit. Quis enim, inquit, indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes comedisti [19]? » demonstravit autem et diabolus illos non comedisse ab alio quodam ligno. Itaque dicit Evæ: Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Si enim illos comedisse scivisset, non putasset de omnibus arboribus illos mandatum accepisse. Non est parva ergo transgressio: primum enim apprehendit quem solum non attingere jussus fuerat.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΕ'.

Τίνας υἱοὺς Θεοῦ κέκληκε Μωϋσῆς;

QUÆSTIO CCLV [*Coisl.* CCCV, *Taur.* CCXCIV].

Quosnam filios Dei vocaverit Moyses (52).

Edita a Maio (l. c. p. 123, q. 254). — De filiis Dei in textu Gen. VI, 2.

C Οἱ μὲν τοὺς ἀγγέλους ὑπονοήσαντες, μαίνονται· υἱοὺς δὲ κέκληκε νῦν τοῦ Θεοῦ τοὺς ἐκ τοῦ Σὴθ καταγομένους· εἰποῦσα γὰρ ἡ Γραφὴ ὅπως ἐκ τοῦ Σὴθ ὁ Ἐνὼς ἐγεννήθη, προσέθηκεν· «Οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ·» ὁ δὲ Ἀκύλας φησί· *Τότε ἤρξατο καλεῖν ἐν ὀνόματι Κυρίου·* αἰνίττεται δὲ ὡς διὰ τὴν εὐσέβειαν οὗτος πρῶτος τῆς θείας προσηγορίας τετύχηκε καὶ ὑπὸ τῶν συγγενῶν ὠνομάσθη Θεός· ὅθεν οἱ ἐκ τούτου φύντες, υἱοὶ Θεοῦ ἐχρημάτιζον· διὸ καὶ ὁ Κύριος διὰ τοῦ προφήτου Δαβίδ· «Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες·» καί, «Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ·» οὕτω δὲ ὀνομάζει τοὺς ἄρχοντας· καὶ γὰρ ἐπάγει· «Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε;» καὶ ἑξῆς· D καὶ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς εὑρήσεις θεοὺς τοὺς διαφέροντας τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ὀνομαζομένους· οἱ τοίνυν τοῦ Σὴθ ἀπόγονοι εἴτε ἐκ τοῦ Ἐνώς, ὃς Θεὸς ἐπεκλήθη πρῶτος, ἐκφύντες, εἴτε ἁπλῶς ὡς εὐσεβείᾳ τῶν ἐκ τοῦ Κάϊν τεχθέντων διαφέροντες, υἱοὶ Θεοῦ ἐκαλοῦντο, καὶ οὐκ ἐμίγνυντο τοῖς ἐκ τοῦ Κάϊν διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀράν· χρόνῳ δὲ ὕστερον εὐειδεῖς θεασάμενοι τὰς ἐκ τῆς τοῦ Κάϊν συγγενείας θυγατέρας, καὶ καταθελχθέντες, ὡς εἰκός, τοῖς παρ' αὐτῶν ἐπινοηθεῖσι μουσικοῖς

Qui quidem angelos esse sentiunt turpiter errant, filios autem vocavit Dei illos qui ex Seth orti sunt. Dicens enim Scriptura sacra quod ex Seth Enoch natus est, adjecit: « Iste confidit invocare nomen Domini Dei [20]. » Aquila autem dicit: *Tunc cœpit invocare nomen Domini;* ostendit autem quod per pietatem iste primus divinam appellationem obtinuit et a parentibus Deus cognominatus est. Unde qui ex illo nati sunt, filii Dei nominabantur. Itaque Dominus per prophetam David dicit: « Ego dixi: Dii estis et filii Excelsi omnes [21]. » Et: « Deus stetit in concilio deorum [22]. In medio autem deos judicat. « Sic nominat illos qui imperant. Etenim adjicit: « Usquequo judicatis injustitiam et personas peccatorum sumitis [23]? » et cætera. Et sic in multis Scripturæ locis invenies deos vocari illos omnes qui ab aliis hominibus distinguuntur. Qui ergo ex Seth orti sunt sive ex Enoch, qui Deus primus vocatur, nati sint, sive solummodo pietate a filiis Cain differentes, filii Dei vocabantur, et non miscebantur cum illis qui ex Cain descendebant, propter maledictionem contra illum a Deo illatam. Temporis autem decursu, pulchras videntes filias Cain et multis musicis instrumentis ab illis inventis deliniti, Jobal enim ex illis ortus psalterium et ci-

[18] Gen. III, 19. [19] ibid. 11. [20] Genes. IV, 24. [21] Psal. LXXXI, 6. [22] Psal. CX, 1. [23] Psal. LXXXI, 2.

NOTÆ.

(52) Ex Theodoreto quæst. 47 in Genes. p. 147 seq

tharam invenit, et acceperunt illas sibi uxores, et ita illorum honestas corrupta fuit, et a Deo pœnas transgressionis causa dederunt, perditionem totalem invenientes. Illud autem omnino advertendum est scilicet, non simpliciter illis divinum verbum exprobrare peccatum, sed zelum et ardorem in transgrediendo: hoc enim indicat illud: Omnis qui in corde suo studiose cogitat malum omnibus diebus. Qui enim peccati victoriam ægre ferunt, propter mentis imbecillitatem, non autem ex malitia superati, postea autem dolore affecti et gementes habent rationabilem aliquo modo excusationem. Qui autem ad licentiam et malitiam omnimode inclinantur, ita ut semper novas malitiæ ideas excogitent, qualis veniæ sint digni?

A ὀργάνοις (ὁ γὰρ Ἰωβὰλ ἐξ αὐτῶν ἀνθήσας ψαλτήριον καὶ κιθάραν κατέδειξεν), ἐπεμίγησαν αὐταῖς καὶ διέφθειραν τὴν οἰκείαν εὐγένειαν, καὶ θεήλατον τιμωρίαν ἐδέξαντο, καρπὸν τῆς παρανομίας τὴν πανωλεθρίαν εὑράμενοι· ἐκεῖνο μέντοι ἐπισημήνασθαι χρή, ὡς οὐχ ἁπλῶς αὐτῶν ἁμαρτίαν ὁ θεῖος λόγος κατηγορεῖ, ἀλλὰ τὴν μετ' ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς παρανομίαν· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, Πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ πάσας τὰς ἡμέρας· οἱ μὲν γὰρ δυσχεραίνοντες τῆς ἁμαρτίας τὴν ὑπερβολὴν, ἡττώμενοι δὲ διὰ τὴν τοῦ νοῦ ῥαθυμίαν, οὐ πονηρίαν, εἶτα ὕστερον ἀλγοῦντες καὶ στένοντες ἔχουσί τινα μετρίαν ἀμηγέπη παραίτησιν· οἱ δὲ εἰς ἀκολασίαν καὶ πονηρίαν παντάπασιν ἀποκλίναντες, ὥστε καὶ προσεπινοεῖν νεωτέρας κακίας ἰδέας, ποίας ἄξιοι συγγνώμης;
B

QUÆSTIO CCLVI [*Coisl.* CCLXXVII, *Taur.* CCLXVII].

Lege nondum promulgata quæ jubet honorare patrem et matrem, quomodo Cham ut parricida judicatur (53)?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝϚʹ.

Τοῦ νόμου μήπω τεθέντος ὃς διαγορεύει τιμᾷν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, πῶς ὁ Χὰμ ὡς πατραλοίας κρίνεται;

Edita a Maio (l. c. p. 123, 124, q. 255). — Cur Cham parricidii reus judicatus. Gen. ıx, 28.

Naturaliter in corde necessarias leges inscripsit Deus. Sic Cain condemnavit, quia illum natura erudivit quod homicidium est vetitum, attamen dolo utens ut adjumento longe a parentibus abducens fratrem interfecit, et Deo interrogante, « Ubi est Abel frater tuus [24], » scire negat, evidenter quia sciebat malum esse quod patraverat, convictus autem a justo Judice confessus est majus suum esse peccatum quam ut veniam mereretur. « Major est enim iniquitas mea quam ut veniam merear [25]. » Porro ipse Adam divinam præsentiam sentiens sese abscondere tentavit, sciens certe quod furtum malum est. Sic Cham parricidii accusationem incurrit, propter legis naturalis transgressionem. Quod vero honorare parentes natura edocet, testantur Cham fratres qui cum multo pudore patrem operuerunt.

Τῇ φύσει τοὺς ἀναγκαίους νόμους ἐντέθεικεν ὁ Θεός· οὕτω τὸν Κάϊν κατέκρινεν, ἐπειδήπερ αὐτὸν ἡ φύσις ἐδίδασκεν ὡς ὁ φόνος παράνομον· αὐτίκα γοῦν δόλῳ χρησάμενος συνεργῷ, πόῤῥω τῶν γεγεννηκότων ἀπάγων ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν, καὶ τοῦ Θεοῦ πυνθανομένου, « Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου, » ἠρνήθη, δηλονότι ὡς ἐπιστάμενος κακὸν εἶναι τὸ τολμηθέν· ἐλεγχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ δικαίου Κριτοῦ, ὡμολόγησεν ὑπὲρ συγγνώμην ἡμαρτηκέναι· « Μείζων γὰρ ἡ ἁμαρ-
C τία μου τοῦ ἀφεθῆναί με· » καὶ μέντοι καὶ ὁ Ἀδὰμ τῆς θείας ἐπιφανείας αἰσθόμενος ἐπειράθη λαθεῖν, καὶ εἰδὼς ὅτι δὴ τὸ κλέπτειν κακόν· οὕτω δὴ ὁ Χὰμ τὴν τοῦ πατραλοίου κατηγορίαν ἐδέξατο ὡς παραβὰς τὸν τῆς φύσεως νόμον· ὅτι δὲ καὶ τὸ γεραίρειν τοὺς γεγεννηκότας ἡ φύσις ἐδίδασκε, μαρτυροῦσιν οἱ τοῦ Χὰμ ἀδελφοὶ οἱ μετὰ πολλῆς αἰδοῦς τὸν πατέρα συγκαλύψαντες.

QUÆSTIO CCLVII [*Coisl.* CCLXXVIII, *Taur.* CCLXVIII].

Quare, Cham in peccatum lapso, filius illius maledicatur (54)?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΖʹ.

Τί δήποτε τοῦ Χὰμ ἐπταικότος, ὁ ἐκείνου παῖς ἠράθη;

Edita a Maio (l. c. p. 124, q. 256). — De filio Chaami peccatoris maledicto

Omnes una, finito diluvio, divinæ benedictionis fuerunt participes. Timuit ergo Noe maledictionem inducere in aliquem qui divinæ benedictionis fuerat particeps: cujus causa hanc filio illius deposuit, et hæc punitio justa est. Quia enim cum esset filius patrem offendit, per maledictionem filii punitionem accepit. Ad hoc autem et illud considerandum est quod, si ipse Cham maledictionem accepisset, in omnem suam progeniem pœna extenderetur. Porro ex illo orti sunt Æthiopes et Ægyptii et Libya tota et Phœnicia et Palæstina. Ne autem omne genus pœna at-

D Κοινῇ πάντες μετὰ τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ παῦλαν, τῆς θείας μετέλαχον εὐλογίας· τολμηρὸν τοίνυν ὑπέλαβεν ὁ Νῶε ἐπάγειν ἀρὰν τῷ τῆς θείας εὐλογίας μετειληχότι· τούτου χάριν τῷ ἐκείνου παιδὶ ταύτην περιέθηκεν· ἔχει δὲ ἡ τιμωρία τὸ δίκαιον· ἐπειδὴ γὰρ υἱὸς ὢν ἐξήμαρτεν εἰς πατέρα, διὰ τῆς τοῦ παιδὸς ἀρᾶς δέχεται τιμωρίαν· πρὸς δὲ τούτῳ, σκοπητέον κἀκεῖνο· ὡς εἰ αὐτὸς ὁ Χὰμ ἐδέξατο τὴν ἀρὰν, εἰς ὅλον ἂν διέβη τὸ γένος ἡ τιμωρία· ἐκ δὲ τούτου ἐβλάστησαν Αἰθίοπες καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Λιβύη πᾶσα καὶ Φοινίκη καὶ Παλαιστίνη· ἵνα τοίνυν μὴ ἅπαν

[24] Genes. ıv, 9. [25] ibid 13.

NOTÆ.

(53) Ex Theodoreto q. 57 in Genes. p. 159.

(54) Ex Theodoreto q. 58 in Genes. p. 162.

τὸ γένος περιβάλῃ τῇ τιμωρίᾳ, εἰς τὸν νεώτατον A υἱὸν τὴν τιμωρίαν παρέπεμψε· καὶ τοῦτο δὲ εἰδέναι προσήκει ὡς πρόῤῥησίς ἐστιν οὐκ ἀρὰ τοῦ δικαίου τὰ ῥήματα· ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλεν ὁ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ Σὴμ κατάγων τὸ γένος τῆς Παλαιστίνης κύριος ἔσεσθαι, ταύτην δὲ πάλαι ᾤκουν οἱ ἐκ τοῦ Χαναάμ, εἰς ἀρὰν σχηματίζει τὴν πρόῤῥησιν, προαγορεύων μὲν τὰ ἐσόμενα, δεδιττόμενος δὲ τοὺς ὕστερον ἐσομένους μὴ πλημμελεῖν εἰς γονέας· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς ἡ τοῦ Σὴμ εὐλογία διδάσκει· « Εὐλογητὸς γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Σὴμ· ἔσται Χαναὰμ παῖς· πλατύναι ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ· καὶ κατοικησάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σήμ· » καὶ τοῦ Ἰάφεθ τὴν πολυγονίαν προείρηκε, τοῦ δὲ Σὴμ τὴν εὐσέβειαν· τὸν γὰρ Θεὸν ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σὴμ κατοικήσειν προείρηκε· κατῴκησε δὲ ἐν τοῖς τοῦ Σὴμ πατριάρχαις καὶ ἐν τοῖς ἐκ τούτων B βεβλαστηκόσι προφήταις, καὶ ἐν τῇ σκηνῇ πρότερον καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὕστερον· ἀκριβὲς δὲ τέλος ἔσχηκεν ἡ προφητεία τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον· ὅτε αὐτὸς Θεὸς Λόγος ἐνηνθρώπησε καὶ ναὸν ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν ἣν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ ἔλαβε σάρκα· ἐκ τοῦ Σὴμ γὰρ καὶ οὗτοι κατῆγον τὸ γένος· ἡ δὲ Χαναὰμ δουλεία ἐν τοῖς Γαβαωνίταις τὸ τέλος ἐδέξατο.

tingeretur, in juniorem filium pœnam immisit. Et hoc scire convenit non esse maledictionem sed prædictionem verba justi. Cum enim Israel ex Sem oriundus Palæstina potiturus erat, hanc autem a longe habitabant filii Chanaan sub forma imprecationis prædictionem declarat, annuntians futurum, et timorem incutiens illis qui postea futuri erant, ne in parentes peccarent. et clare hoc docet Sem benedictio: « Benedictus Dominus Deus Sem : erit Cham servus ejus[26]. Dilatet Deus Japhet et habitet in tabernaculis Sem. » Japhet numerosam progeniem prophetavit, Sem autem pietatem. Deum autem in tabernaculis Sem habitaturum prædixit : habitavit autem in patriarchis ex Sem ortis et in prophetis ab istis descendentibus; et primum sub tentoriis et postea in Jerusalem. Perfectam autem adimpletionem habuit prophetia in mysterii dispositione mirabili, cum ipse Deus Verbum incarnatum est et templum suum vocavit quam ex semine David et Abraham assumpserat carnem. Ex Sem enim et ipsi originem ducebant. Chanaan autem servitus in Gabaonitis adimpletionem obtinuit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΗ'.

Πῶς Ἀβραὰμ πιστὸς ὀνομάζεται εἰρηκὼς τῷ Θεῷ, « Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; »

QUÆSTIO CCLVIII [*Coisl.* CCLXXIX, *Taur.* CCLXIX].

Quomodo Abraham fidus appelletur qui dixerit : « Unde scire possum quod possessurus sim eam? »

Edita a Maio (l. c. p. 125, q. 257). — De Abrahami interrogatione. Gen. xv, 14.

Τὸ, « Κατὰ τί γνώσομαι; » οὐκ ἀπιστοῦντός ἐστιν C ἀλλὰ μαθεῖν ποθοῦντος τῆς κληρονομίας τὸν τρόπον· ἐπειδὴ γὰρ ἑώρα πλήθη μυρία τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦντα, μαθεῖν ἠβούλετο τίνι τρόπῳ παραλήψεται τῆς γῆς ἐκείνης τὴν δεσποτείαν· νόμῳ πολέμου; δίχα πολέμου; ζώντων ἐκείνων; ἀναιρουμένων; ἐξελαυνομένων; τούτου χάριν μετὰ τὴν θυσίαν ὁ τῶν ὅλων ὀφθεὶς Θεὸς, « Γινώσκων, φησὶ, γνώσῃ ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου, καὶ ἑξῆς· » ἕως τοῦ, « Οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμοῤῥαίων. » Ἐκ τῆς θείας τοίνυν ἀποκρίσεως ἔστι γνῶναι τὸν τρόπον τῆς ἐρωτήσεως· ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, « Κατὰ τί γνώσομαι ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; » ἐδιδάχθη μὲν ὅσον παροικήσουσι χρόνον, καὶ ὅπως ταλαιπωρήσουσιν, ὅσης δὲ ἀξιωθήσονται προμηθείας· τῶν μὲν πολεμησάντων αὐτοὺς κολασθησομένων, τῶν D δὲ τὰ ἐκείνων καρπωσομένων· καὶ ὅτι τούτων αὐτὸς οὐδεμίαν πεῖραν λαβὼν ἐν εἰρήνῃ καταλύσει τὸν βίον· ἐδίδαξε δὲ καὶ τῆς ἀναβολῆς τὴν αἰτίαν· ἵνα γὰρ μή τις τοπάσῃ καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων μὴ δυνηθῆναι τὸν Δεσπότην Θεὸν τῆς γῆς ἐκείνης παραδοῦναι τὴν δεσποτείαν, φησὶν, « Ὅτι οὔπω ἄξια πανωλεθρίας δεδράκασιν οἱ Ἀμοῤῥαῖοι· » οὐ χρὴ γὰρ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἐκ προγνώσεως ἐνεχθῆναι τὴν τιμωρίαν· ὅτι δὲ εἶχον κατ' ἐκεῖνο καιροῦ εὐσεβεῖς, δῆλον ἔκ τε τοῦ Ἀβιμέλεχ καὶ ἐκ τῶν τὴν

Hoc verbum unde scire possum non increduli est, sed expetentis discere hæreditatis modum. Postquam enim vidisset populis ab innumerabilibus Palæstinam habitari, discere voluit quomodo terræ hujus dominatum occuparet. Belli jure? sine bello? viventibus illis? interemptis? expulsis? Quapropter, post sacrificium, qui omnium rerum Deus visus erat, « Prænoscens, inquit, cognosces quod peregrinum futurum sit semen tuum[27], » et cætera usque ad : « Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. » Proinde, ex divina illa responsione cognosci potest modus quæstionis. Postquam enim dixisset : « Unde scire possum quod possessurus sim eam, » didicit quot quidem annos peregre commorarentur, affligerentur, quantæque digni censerentur providentiæ, quosdam quidem cum his bellaturos, castigandos esse; alios vero illorum fortunis fruituros. Atque ipsum nihil ex iis perpessum, in pace animam efflaturum. Didicit etiam hujus dilationis causam, ne quis conspiceret propter multitudinem incolarum non potuisse Dominum Deum hujus terræ tradere dominatum, dixit : « Quia nondum exitii digna fecissent Amorrhæi. » Non enim oportet venturi sceleris ex præsumptione solvi pœnas; et quod eo tempore pii essent, constat ex Abimelech atque e Chebræ incolis quos

[26] Genes. ix, 26. [27] Genes. xv, 13.

NOTÆ.

(55) Est Theodoreti q. 65 in Genes. 171.

audire potuisses patriarchæ dicentes : « Rex es tu a Deo missus nobis; in electis sepulcris nostris sepeli corpus tuum. »

A Χεβρὼν οἰκούντων· ὧν ἔστι πρὸς τὸν πατριάρχην ἀκοῦσαι λεγόντων· « Βασιλεὺς εἶ σὺ παρὰ Θεοῦ ἐν ἡμῖν, ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς μνημείοις ἡμῶν θάψον τὸν νεκρόν σου. »

QUÆSTIO CCLIX [*Coisl.* CCLXXX].

Quam ob causam eluctetur adversus Jacobum angelus (56).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΝΘ'.

Τίνος ἕνεκεν ἐκπαλαίει τῷ Ἰακὼβ ὁ ἄγγελος ;

Edita a Maio (l. c. p. 125, 126, q. 258). — De angeli cum Jacobo certamine. Gen. xxxii, 24.

Cum fratrem timeret angelus ei virtutem addit. Eadem etiam de causa huic victoriam concessit, hæc propemodum dicens : Qui me vicisti, hominem times? Ne vero ille superbiret Deum a se victum fuisse putans tactu femoris angelus voluntariam fuisse cladem suam ostendit. Tactu enim femoris illi torporem obducit. Postquam autem angeli qui sibi apparuerat potentiam novit, Jacobus benedictionem ab eo poscit, quam ille petenti annuit; ejusque nomen mutat. Remansit vel post vigiliam femur ejus torpore affectum ac leviter claudum, ne vanam imaginem duceret hoc visum. Qua de causa cum interrogasset quo angelus appellaretur nomine, non solum petitio non exauditur, sed etiam ipse increpatur, ut naturæ mensuram transgressus. « Cur, inquit, quæris nomen meum [28]. » Mirumque est atque hic notatione dignum quod eumdem appellavit et hominem et Deum, dixit enim : « Tu qui contra Deum fortis fuisti, contra homines prævalebis, » vocavitque Jacobus nomen loci illius Phanuel, dicens : « Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea [29]. » — « Ortusque est ei statim sol postquam transgressus est Phanuel [30]. » Quas ob causas intelligimus unigenitum Filium hic Jacob apparuisse.

Δεδιότι τὸν ἀδελφὸν θάρσος ἐντίθησι· διά τοι τοῦτο καὶ τῆς νίκης αὐτῷ παρακεχώρηκε· μονονουχὶ λέγων· Ἐμὲ νενίκηκας, καὶ ἄνθρωπον δέδοικας; ἵνα δὲ μὴ μέγα φρονῇ δόξας νενικηκέναι Θεὸν, τῇ ἀφῇ τοῦ μηροῦ τὸ ἐθελούσιον τῆς ἥττης ἐδήλωσε· τῇ γὰρ ἀφῇ τοῦ μηροῦ τὴν νάρκην εἰργάσατο. Γνοὺς δὲ τοῦ ἐπιφανέντος τὴν δύναμιν, τὴν εὐλογίαν αἰτεῖ· ὁ δὲ καὶ τὴν αἴτησιν δίδωσι καὶ τὴν προσηγορίαν ἀμείβει·
B διέμεινε δὲ καὶ μετὰ τὴν ἐγρήγορσιν ὁ μηρὸς ναρκῶν τε καὶ ὑποσκάζων, ἵνα μὴ φαντασίαν ὑπολάβῃ τὴν ὄψιν· διὰ τοῦτο καὶ ἐρωτήσας τίνα προσηγορίαν ἔχει, οὐ μόνον διαμαρτάνει τῆς αἰτήσεως, ἀλλὰ καὶ ἐπιπλήττεται ὡς ὑπερβὰς τὰ μέτρα τῆς φύσεως· « Ἵνα τί γάρ, φησὶν, ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου ; » καὶ τοῦτό ἐστι θαυμαστόν· ἐπισημαντέον δὲ κἀνταῦθα ὅτι τὸν αὐτὸν ἐκάλεσε καὶ ἄνθρωπον καὶ Θεόν· « Ἐνισχύσας γὰρ, ἔφη, μετὰ Θεοῦ καὶ μετὰ ἀνθρώπων ἔσῃ δυνατός· » καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου· Εἶδος Θεοῦ. « Εἶδον γὰρ, φησὶν, Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή· » καὶ πάλιν· « Ἀνέτειλε δ' αὐτῷ ὁ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ· » διὰ τούτων δὲ πάντων μανθάνομεν ὡς ὁ μονογενὴς Υἱὸς ἐφάνη κἀν-
C ταῦθα τῷ Ἰακώβ.

QUÆSTIO CCLX [*Coisl.* CLXX, *Taur.* CLXIX].

Cur liberis suis benedixisse Jacobus dicatur, cum nonnullis certe maledixerit [30*] (57*).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞ'.

Πῶς εὐλογῆσαι τοὺς παῖδας ὁ Ἰακὼβ λέγεται ἐνίοις ἐπαρασάμενος ;

Edita a Maio (Nov. Coll. t. I, p. 208 seq.). — De Jacobi ultima oratione ac benedictionibus. Gen. xlix.

1. Neque diræ neque benedictiones, imo vero vaticinia sunt patriarchæ sermones extremi. Adeste, inquit, ut certiores vos faciam quid cuique postremis temporibus eventurum sit. Tum facinorum quoque meminit, quæ nonnulli patraverant; non quod patrum scelera vindicentur in filiis, sed quia diris ac benedictionibus orationem suam ob communem legentium utilitatem figurat. Jam vero Rubenio arrogantiam exprobrat et ferociam patrisque thalamum violatum : posterosque ejus paucos prædicit : id enim innuunt verba, instar aquæ non ferveas, id est ad fecunditatem non incalescas. Irascitur quoque Simeoni atque Levinio, Sicimitarum injustam necem deplorans; deprecatur autem quominus ipsemet ullam sceleris ejus societatem attingat : tum maledicit affectibus eorum improbis

α'. Οὔτε ἀραὶ εἰσιν οὔτε εὐλογίαι ἀλλὰ προρρήσεις οἱ τελευταῖοι τοῦ Πατριάρχου λόγοι· « Συνάχθητε γὰρ, φησὶν, ἵνα ἀναγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσεται ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν· » ἐμνήσθη δὲ καὶ τῶν παρ' ἐνίων γεγενημένων, οὐχ ἐπειδὴ δίκας οἱ παῖδες εἰσεπράττοντο τῶν πατρικῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ σχηματίζων εἰς ἀρὰν καὶ εὐλογίαν τοὺς λόγους εἰς κοινὴν τῶν ἐντευξομένων ὠφέλειαν. Καὶ τῷ μὲν Ῥουβὶμ αὐθ-
D άδειαν ἐπιμέμφεται καὶ θρασύτητα καὶ τὴν εἰς πατρῴαν εὐνὴν παρανομίαν· οὐ δὴ ὀλίγους αὐτοῦ γεγενῆσθαι τοὺς ἀπογόνους προλέγει· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ « Ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσαις, » ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἐκθερμανθείης εἰς πολυγονίαν. Νεμεσᾷ δὲ καὶ τῷ Συμεὼν καὶ τῷ Λευΐ, τῶν Σικιμιτῶν τὸν ἄδικον ὄλεθρον ὀδυρόμενος, καὶ εὔχεται μηδεμίαν κοινωνίαν εἰς τὴν παρανομίαν ἔχειν ἐκείνην· ἐπαρᾶται μέντοι οὐχ αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς

[28] Genes. xxxii, 29. [29] ibid. 28. [30] ibid. 30 et seq. [30*] Genes. xlix, 1 seqq.

NOTÆ.

(56) Hæc quæstio, quæ in cod. Taurin. desideratur, ex Theodoreto q. 92 in Genes. p. 199 desumpta fuit.

(57) Est Theodoreti q. 6 in Exod. t. LXXX, p. 230.

(57*) Fere verbo tenus ex Theodoreto q. 110 in Genes p. 215.

πονηροῖς αὐτῶν πάθεσι καὶ τῇ ὀργῇ τῇ μήνιδι· ἐπιθυμίαν δὲ τὴν ὀργὴν ἐκάλεσεν· ἐκ ταύτης γὰρ ἡ ὀργὴ τὴν ἐτυμολογίαν ἔχει· ὀρέγεται γὰρ ὁ ὀργιζόμενος ἀμύνασθαι τὸν ἐχθρόν· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τιμωρία πρόῤῥησις ἦν· « Διαμεριῶ γὰρ αὐτοὺς ἐν Ἰακὼβ, καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν Ἰσραήλ· » ἀλλ' ἡ τοῦ Λευῒ φυλὴ διὰ τὴν ἄκραν διεσπάρη τιμήν· ὥστε γὰρ ἑκάστῃ φυλῇ συνεῖναι Λευΐτας καὶ ἱερέας καὶ τὴν παρ' αὐτῶν ὠφέλειαν καρποῦσθαι, οὐκ ἔλαβον ἴδιον κλῆρον, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ φυλῇ τινες αὐτοῖς ἀπενεμήθησαν πόλεις, καὶ τῆς προαστείου γῆς ὡρισμένος πήχεων ἀριθμός· καὶ ἡ τοῦ Σιμεὼν φυλὴ οὐκ εἶχε κλῆρον κεχωρισμένον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ πατριάρχου πρόῤῥησιν μεταξὺ τῶν ἄλλων φυλῶν διεσπαρμένον.

β'. Τοῦ δὲ Ἰούδα πολλοὺς ἐπαίνους διέξεισιν. « Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου· σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης. » Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν τῷ Ἰούδα ἁρμόττει, ἀλλὰ τῇ ἐκ τούτου βλαστησάσῃ φυλῇ· βασιλικὴ γὰρ ἦν αὕτη, πρώτου μὲν τοῦ Δαβὶδ βασιλεύσαντος, εἶτα τῶν ἐξ ἐκείνου, καὶ πασῶν δὲ τῶν ἄλλων φυλῶν ἦν δυνατωτάτη· καὶ γὰρ ἡνίκα Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ἀριθμηθῆναι προσέταξε τὸν λαὸν, τετρακοσίας χιλιάδας τοῦ Ἰούδα εὗρε, τῶν δὲ ἄλλων φυλῶν ἐννεακοσίας· καὶ μέντοι κἀν τῇ ἐρήμῳ ἀριθμηθέντες, πλείους ὤφθησαν τῶν ἄλλων φυλῶν· ἀλλὰ τὸ ἀκριβὲς τῆς προῤῥήσεως τὴν ἔκβασιν ἔλαβεν ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ὃς ἐκ βλαστοῦ Ἰούδα ἀνέτειλε κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ, καὶ κατὰ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· « Ἐξῆλθε ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀνέβη· » αὐτῷ δὲ καὶ τὸ « Ἀναπεσὼν ὡς λέων ἐκοιμήθη, ἁρμόττει, καὶ ὡς σκύμνος λέοντος· » ὥσπερ γὰρ ὁ λέων καθεύδων ἐστὶ φοβερὸς, οὕτως ὁ Δεσποτικὸς θάνατος καὶ τῷ θανάτῳ καὶ τῷ διαβόλῳ γεγένηται· λέοντα γὰρ αὐτὸν καὶ σκύμνον λέοντος κέκληκεν ὡς Βασιλέα καὶ Βασιλέως Υἱὸν, καὶ Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱόν· καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἐκ τοῦ Δαβὶδ γὰρ ἐβλάστησε· καὶ ὡς Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐγεννήθη· καὶ τὸ, « Τίς ἐγερεῖ αὐτόν; » τὴν ἄφατον αὐτοῦ δείκνυσι δύναμιν· αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀνέστησε κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόῤῥησιν· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, » καὶ ἑξῆς.

γ'. Προαγορεύει δὲ καὶ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τὸν καιρόν· « Οὐκ ἐκλείψει γὰρ ἄρχων ἐξ Ἰούδα, » καὶ ἑξῆς· σημεῖον γὰρ τοῦτο τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας σαφέστατον· ἐξέλιπον γὰρ τῶν Ἰουδαίων οὐχ οἱ βασιλεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ προφῆται· τοῦ γὰρ Σωτῆρος ἡμῶν μέλλοντος τίκτεσθαι, ἀλλόφυλοι αὐτῶν ἐκράτησαν βασιλεῖς, ἵνα ὁ αἰώνιος δειχθῇ Βασιλεὺς ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία· καὶ γὰρ καὶ τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ ὑπέσχετο ὁ Θεὸς ἐν τῷ σπέρματι αὐτῶν εὐλογήσειν πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· τοῦτο δὲ καὶ ἐνταῦθα παραδηλῶν ὁ Ἰακὼβ, φησί· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων, » καὶ ἑξῆς· ἕως, « Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν· » καὶ Ἰουδαίων συστάντα

A iræque vindici. Et quidem cupiditatis nomine excandescentiam appellat : illinc quippe ducitur vocabuli *excandescentia* ratio ; ardet enim excandescens inimicum ulciscendi cupiditate. Atque hæc ipsa ultio vaticinium erat. « Dividam quippe eos in Jacob, dispergam in Israel. » Reapse tamen Levinii tribus summi honoris gratia dispersa fuit : namque ut in singulis tribubus Levitæ essent ac sacerdotes, indidemque utilitatem perciperent [31], non est illis assignata peculiaris possessio, sed in unaquaque tribu quædam urbes attributæ cum suburbani soli definito cubitorum numero. Tum ne Simeonis quidem tribus proprium agrum sortita est, sed ut patriarcha prædixerat, inter alias tribus dispersa [32].

B 2. Age vero Judæ plurimas laudes recitat. « Juda, laudent te fratres tui ; manus tuæ in cervicibus hostium tuorum ; filii patris tui adorent te. Catulus leonis Judas ; ex germine, fili mi, ascendas. » Atqui nihil horum Judæ congruit, sed ortæ ex eo tribui, quæ regalis evasit, Davide rege primo, deinde posteris ejus. Hæc omnium tribuum potentissima fuit : nam et cum rex David numerari populum jussit, quadringenta millia Judæorum reperit ; ex aliis vero cunctim tribubus nongenta millia [33]. Imo et in deserto cum census ageretur, plures Judæi cæteris tribubus comperti sunt. Vaticinii tamen accurata ratio nacta est exitum in Christo Domino, qui de Judæ germine emersit, prout Jacobus patriarcha et Isaias propheta affirmaverunt : C Exiit virga de radice Jessæi, et flos de radice ascendit. Christo præterea verba congruunt, « Ut leo procumbens quievit, ut leonis catulus [34]. » Nam sicuti leo cubans terribilis est, ita mors Dominica morti ac diabolo terrori fuit. Leonem ipsum catulumque leonis appellat, nempe ut regem regisque filium, Deumque Dei Filium. Etenim ut homo, Davide ortus est ; ut Deus, ante sæcula a Patre genitus. Jam verba « Quis suscitabit eum, » maximas ejus vires demonstrant : ipse enim semet prout prædixerat exsuscitavit : « Solvite templum hoc ; » et reliqua.

D 3. Pergit tempus etiam prædicere, quo ille venturus erat : « Non deficiet princeps ex Juda ; » et reliqua. Hoc enim indicium fuit Christi præsentis exploratissimum : namque apud Judæos defecerant non reges tantummodo, sed etiam pontifices atque prophetæ. Etenim Servatoris nostri instante nativitate, alienigenæ reges dominabantur, ut rex æternus manifestaretur, gentium exspectatio. Nam et Abrahamo et Isaaco et Jacobo promiserat Deus, in semine eorum benedicturum se gentes terræ. Id ipsum hoc loco declarans Jacobus ait : « Non deficiet princeps ; » et reliqua, usque ad verba : « Et ipse erit exspectatio gentium : » populumque Judaicum

[31] Num. xxxv, 4. [32] Jos. xix, 9. [33] I Paral. xxi, 5 ; Num. i, 27. [34] Isa. xi, 7. [35] Joan. ii, 19. [36] Genes. xlix, 10.

constituet. Alligans, inquit, viti asinam suam, vitis ramo pullum asinæ suæ. Quod quidem vitis nomine denotetur Israel, passim prophetæ docent. Utique David ait: « Vineam ex Ægypto transtulisti[37]. » Tum Dominus in Evangeliis: « Homo quidam vineam plantavit[38]. » Pullum dicit ethnicorum populum, utpote adhuc indocilem et domitore carentem. Hoc ipse Dominus innuit, cum mandavit discipulis ut in adversum castellum irent, vinctamque asinam solverent cum pullo ejus, quem nemo adhuc, inquit, insederat[39]. Nam neque patriarcha, neque legislator, neque propheta salutis ethnicorum curam gesserant. Divi autem apostoli erudire ethnicos jussi solverunt asinam, id est hominum naturam peccatorum loris antea devinctam: solverunt et pullum, germinantem scilicet ex ea populum: impositisque ei vestimentis suis, id est, quam acceperant, gratia (nam quotquot in Christo baptizati sunt, Christum induerunt[40]) docilem effecerunt eum, qui erat antea pullus indomitus, ipsique Dominum imposuerunt. Tum eumdem viti alligaverunt, id est sibimet ipsis: nam Judæis oriundi apostoli. Neque apostolis tantum, verum etiam horum discipulis devincti fideles sunt: id quod patriarcha prævidens ait: Alligans viti asinam suam, ramoque vitis pullum asinæ suæ.

4. Exin passionem quoque prædicit: « Lavabit vino stolam suam, sanguine uvæ pallium suum: hilares oculi ejus a vino, candidi dentes. Corpus quidem ejus stolæ nomine indigitat, vini nomine sanguinem: nam consecratum vinum sanguis est[41], teste Servatoris sermone. Tum evangelistam docentem audimus, quod cum militis lancea latus ejus effossum est, sanguis et aqua eruperit[42]: quæ scatebræ cum in corpus diffluerent, idcirco ait: « Lavabit vino stolam suam, uvæ sanguine pallium suum[43]. » Deinde ostendens exorturum e passione gaudium, « Hilares, inquit, oculi ejus a vino: » nam lætitia orbis Servatoris passio est. Quod autem hac figura passionem patriarcha designaverit, testis ipse Dominus dicens: « Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste[44]. » Tum etiam Zebedæi filiis aiebat: « Potestisne bibere calicem quem ego bibiturus sum[45]? » Ergo oculorum hilaritas consecutam e passione lætitiam denotat. Namque post passionem missi sunt in universum orbem discipuli salutem fidelibus allaturi. Jam doctrinæ puritatem claritatemque candidissimis dentibus comparavit. « Candidi, inquit, dentes ejus præ lacte[46]. » Atque hactenus patriarcha Judam commendavit.

Præcepit quoque Deus summum sacerdotem indui veste quam superhumeralem vocaverunt Septuaginta, quam autem in Regum libris appellant Ephod, Hebræa voce designatam. Huic erant super utrumque humerum duo pretiosi lapides inscripti nominibus tribuum Israel. In pectore, mentis tegmen pectorale. Huic quoque duodecim lapides aptati erant, variis

[69] Exod. XXVIII, 17.

coloribus micantes. Quibus indicto bello, vel victoria, vel clades significabatur. Quod Regum ex historia constat. Cum enim adversus Israel bellum suscepissent hostes, non prius ausus est Saul aciem instruere quam signa victoriæ vidisset. Quare universi mundi Deus dicit: « Ponesque rationale judicii in pectore Aaron, et in utroque latere superhumeralis. » Adjecitque: « Ponesque in eo doctrinam et veritatem [70]. » Doctrinamque quidem vocavit signa ex illis lapidibus, veritatem vero signorum veracitatem. Hoc enim animadvertendum censeo quod crassioribus hujus ætatis hominibus quam ut spiritualia intelligerent sapientissimus Dominus noster per corporea symbola auxilium suppeditavit, nobis autem interpretatur pectorale speculatio spiritualium, chlamys perfectio virtutis, junctura autem concinna pectoralis et chlamydis nobis figurate docet fidei et effectivæ virtutis concentionem. Primum imponi chlamydem, deinde huic pectorale aptari significat rectam agendi rationem supponi virtutibus fundamentum.

A λύπτον καρδίαν· εἶχε δὲ καὶ τοῦτο δώδεκα λίθους προσηρμοσμένους διάφορον ἔχοντας χρόαν· διὰ δὲ τοῦτο ἐδηλοῦτο πολέμου συγκροτηθέντος, ἡ νίκη, ἢ ἧττα· καὶ τοῦτο δὲ τῶν Βασιλειῶν ἡ ἱστορία διδάσκει· ἐπιστρατευσάντων γὰρ τῶν πολεμίων τῷ Ἰσραὴλ οὐ πρότερον ἐτόλμησεν ὁ Σαοὺλ παρατάξασθαι, ἕως εἶδε τὰ τῆς νίκης μηνύματα· διὰ τοῦτο εἰρηκὼς ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Καὶ ἐπιθήσεις τὸ λογεῖον τῆς κρίσεως ἐπὶ τὸ στῆθος Ἀαρών, καὶ συνάψεις αὐτὸ πρὸς τὴν ἐπωμίδα· » ἐπήγαγε· « Καὶ ἐπιθήσεις αὐτῷ τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν· » καὶ δήλωσιν μὲν ἐκάλεσεν τὰ ἐκεῖθεν μηνύματα· ἀλήθειαν δὲ τῶν μηνυμάτων τὸ ἀψευδές· ἰστέον μέν τοι ὡς παχυτέροις οὖσι τοῖς τηνικαῦτα καὶ τῶν νοητῶν ἐφικέσθαι μὴ δυναμένοις, διὰ τῶν σωματικῶν συμβόλων τὴν B ὠφέλειαν ὁ πάνσοφος ἡμῶν Δεσπότης ἐπραγματεύετο· καὶ γὰρ ἡμεῖς νοοῦμεν διὰ τοῦ λογείου τὴν θεωρίαν τῶν νοητῶν· διὰ δὲ τῆς ἐπωμίδος τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν τοῦ λογείου καὶ τῆς ἐπωμίδος ἁρμονίαν τε καὶ συνάφειαν εἰς τὴν τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀγαθῆς πράξεως λαμβάνομεν συμφωνίαν· τὸ δὲ πρώτοις ἐπιτίθεσθαι τὴν ἐπωμίδα, εἶθ' οὕτως ταύτῃ τὸ λογεῖον συνάπτεσθαι τὸ τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν ὑποβάθραν εἶναι τῶν ἀρετῶν.

QUÆSTIO CCLXIX. [Coisl. CCLXXXVII, Taur. CCLXXVI.]

Quam ob causam Moyses tabulas contriverit (69).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΘʹ.

Διατί τὰς πλάκας συνέτριψεν,

Edita a Maio (l. c. p. 154, q. 278). — Exod. XXXII, 19.

Quia credidit populum legis esse indignum. Cum enim tabulæ pro dotalibus libellis essent, sponsaque nondum thalamum ingressa, sese prostituisset, valde iratus, ut par est, dotale libellum dirupit. Animadvertendum est quod tunc ad preces placabilis factus Deus, in aliud tempus distulerit pœnas, dicens: « Ego autem in die ultionis visitabo et hoc peccatum eorum [71]. » Quod Apostoli verbis simile est: « Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam [72], » et reliqua. Attamen legislator cognito quod universus Deus jam nollet esse cum Judæis, angelum vero iis præfecturus esset, scire quæsivit quem esset missurus, obsecravitque ne iis daret conservum ducem, sed ipse eos dirigeret. Quod ubi impetravit, sublato ebrius amore quæ hominem excedunt affectavit, invisibilemque naturam cernere concupivit. Verumenimvero hoc esse nefas didicit; quæ autem ad divinam pertinent providentiam et actionem (sic enim intelligenda est posterior Dei pars) contemplari possumus, non quidem palam, sed ut Moyses et in petra quasi ab ipso Deo collocati, sic ostenditur firma fidei stabilitas, et in foramine hujus lapidis fidei foramen apparet, quæ inaccessa oculis corporeis et invisibilia perspicit.

Ἀνάξιον κρίνας τὸν λαὸν τῆς νομοθεσίας· ἐπειδὴ γὰρ προικῴων γραμματείων τύπον εἶχον αἱ πλάκες, ἡ δὲ νύμφη πρὸ τῆς παστάδος εἰς μοιχείαν ἀπέκλινε, μάλα εἰκότως τὸ προικῷον γραμματεῖον διέῤῥηξεν· C ἐπισκεπτέον μὲν ὡς τότε δεξάμενος ὁ Θεὸς τὴν ἱκεσίαν, ἀπεβάλετο τὴν τιμωρίαν· προστέθεικε δὲ, « Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ ἐπισκέπτωμαι, ἐπάξω ἐπ' αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν· » ἔοικε δὲ τοῦτο τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένοις· « Ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει· κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, » καὶ ἑξῆς· ὁ μέντοι νομοθέτης ἀκούσας ὡς οὐκ ἀνέξεται συνεῖναι αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἔτι, ἀλλ' ἄγγελον ἐπιστήσει, ᾔτησε μὲν γνῶναι τὸν ἐπιστησόμενον, ἠντιβόλησε δὲ μὴ δοῦναι αὐτοῖς ὁμόδουλον ἡγεμόνα, ἀλλ' αὐτὸν αὐτῶν καθηγήσασθαι· ὡς δὲ καὶ ταύτην ἔσχε τὴν ἀρχὴν ἔρωτι μεθύων ἐπαινουμένῳ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἠράσθη καὶ τὴν ἀθέατον φύσιν ἰδεῖν ἐπεθύμησεν, ἀλλὰ μεμάθηκεν ὡς τοῦτο ἀδύνατον· τὰ δὲ τῆς οἰκονομίας τε καὶ D ἐνεργείας, οὕτω γὰρ δεῖ νοεῖν τοῦ Θεοῦ τὰ ὀπίσθια, θεωρῆσαι δυνατὸν τοῖς κατὰ Μωϋσέα, οὐδὲ τούτοις δὲ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὴν πέτραν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τιθεμένοις· σημαίνει δὲ αὕτη τῆς πίστεως τὸ στεῤῥὸν καὶ ἀκράδαντον· καὶ διὰ τῆς ὀπῆς τῆς πέτρας, δηλοῖ δὲ αὕτη τῆς πίστεως ὀφθαλμὸν θεωροῦντα τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς ἀνέφικτα καὶ ἀθέατα.

[70] Exod. XXVIII, 38. [71] Exod. XXXII, 34. [72] Rom. II, 4.

NOTÆ.

(69) Ex Theodoreto q. 68 in Exod. T. LXXX, p. 294.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟ'.

Πῶς ἐν ἱματίοις λέπρα ἐγίνετο;

A QUÆSTIO CCLXX. [*Coisl.* CCLXXXVIII, *Taur.* CCLXXVII.]

Quomodo intelligendum in vestimentis lepram inesse (70)?

Edita a Maio (l. c. p. 134, q. 279). — Levit. XIII, 47.

Πολλὰς αὐτοῖς παιδείας ὁ Θεὸς τοιαύτας ἐπήγαγεν· αὐτίκα γοῦν καὶ περὶ λεπρῶν οἰκιῶν οὕτως ἔφη· « Ὡς ἂν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν τῶν Χαναναίων ἣν ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν· καὶ δώσω ἀφὴν λέπρας ἐν ταῖς οἰκίαις τῆς γῆς τῆς ἐγκτήτου ὑμῶν, » καὶ ἑξῆς· διδάσκει δὲ διὰ τούτων ὅτι θεήλατοι ἦσαν αἱ πληγαί, ποτὲ μὲν κατὰ ἱματίων, ποτὲ δὲ κατὰ οἰκιῶν φερόμεναι· ταῦτα δὲ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἀνεδήλου· τῶν γὰρ ἀνθρώπων ἁμαρτανόντων, ἱματίοις καὶ οἰκίαις ἐπέφερε τὰς πληγὰς, διὰ τούτων τοῖς ταῦτα B κεκτημένοις τὴν θεραπείαν προσφέρων· ἔοικε δὲ τῷ λεπρῶντι οἴκῳ ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, οὗ πολλάκις μὲν ἐξηρέθησαν καθάπερ λίθοι τινὲς λεπρῶντες οἱ πλημμελήσαντες, ποτὲ μὲν διὰ Ἀσσυρίων, ποτὲ δὲ διὰ Βαβυλωνίων, ἄλλοτε δὲ διὰ Μακεδόνων· ἐπειδὴ δὲ παγίαν ἔσχον τὴν λέπραν, ἄρδην καταλυθῆναι τὴν οἰκίαν ὁ νομοθέτης ἐκέλευεν.

Judæis multæ talesque institutiones a Deo datæ sunt. Statim igitur de leprosis domibus sic loquitur: « Cum ingressi fueritis terram Chanaan quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus [73], » et reliqua. Sic docet vulnera esse a Deo immissa, modo in vestes, modo in domos. Hæc autem ipsa ineffabilem Dei erga homines amorem demonstrant: hominum enim peccatorum in vestimenta et domos vulnera cum immitteret, ita sanationem ea possidentibus afferebat. Simile est domui leprosæ domus Israel e qua sæpissime, quasi petræ quædam, Judæi leprosi, id est, peccatores avulsi sunt, nunc ab Assyriis, nunc a Babyloniis, alias tandem a Macedonibus; cum autem inveterata domui cuidam lepra hæreret, hanc evelli funditus legislator imperabat.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΑ'.

Τί σημαίνει τὰ δύο ὀρνίθια ὑπὲρ τοῦ καθαριζομένου προσφερόμενα;

QUÆSTIO CCLXXI. [*Coisl.* CCLXXXIX, *Taur.* CCLXXVIII.]

Quid significent duæ aves quæ pro expiando homine offerebantur (71).

Edita a Maio (l. c. p. 135, q. 280). — Levit. XIV, 4.

Τοῦ σωτηρίου πάθους περιέχει τὸν τύπον· ὥσπερ C γὰρ τούτων τὸ μὲν θύεται, τὸ δὲ εἰς τὸ τοῦ τυθέντος αἷμα βαπτόμενον ἀπελύετο, οὕτως ὑπὲρ τῆς λεπρώσης ἀνθρωπότητος ὁ Δεσπότης ἐσταυρώθη Χριστὸς, τῆς μὲν σαρκὸς δεξαμένης τὸν θάνατον, τῆς δὲ θεότητος οἰκειωσαμένης τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πάθος· καὶ καθάπερ ὕδατι καθαρῷ τοῦ σφαγέντος ὀρνιθίου τὸ αἷμα μιγνύμενον, καὶ κεδρίνου ξύλου καὶ ὑσσώπου καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου περιῤῥαινόμενος ὁ καθαριζόμενος λεπρὸς λαμπρός τε καὶ καθαρὸς ἀποδείκνυται, οὕτως ὁ τῷ Σωτῆρι πιστεύων Χριστῷ καὶ τῷ τοῦ παναγίου Πνεύματος ὕδατι καθαιρόμενος, τὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἀποβάλλει κηλῖδας· σύμβολον δὲ τὸ μὲν κέδρινον ξύλον, τῆς ἀπαθοῦς θεότητος· ἄσηπτον δὲ τὸ ξύλον· τὸ δὲ κόκκινον τὸ κλωστὸν, τῆς ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἀνθρωπότητος· τὸ δὲ ὕσ- D σωπον, τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος θερμότητός τε καὶ εὐοσμίας· διὰ τούτων οἱ βαπτιζόμενοι τῆς ψυχικῆς ἀπαλλάττονται λέπρας· καὶ ἡ κοτύλη δὲ τοῦ ἐλαίου, τοῦ Πνευματικοῦ ἐστι μύρου σημαντική· δηλοῖ δὲ τὸ ἐπιχριόμενον ἔλαιον τῷ ὠτίῳ τῷ δεξιῷ καὶ τῇ δεξιᾷ χειρὶ καὶ τῷ δεξιῷ ποδὶ, τὸ μὲν τὴν ἀκοὴν τοῖς δεξιοῖς ἀφοριεῖσθαι λογίοις· τὴν δὲ χεῖρα καὶ τὸν πόδα, ταῖς δεξιαῖς πράξεσιν ἐπιβαλλόμενον δὲ καὶ τῇ κεφαλῇ, τὴν ἀφιέρωσιν τοῦ λογικοῦ δηλοῖ· ὁ μέν τοι διαμείνας λεπρὸς ἔξω τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλεται.

Figura sunt salutaris passionis. Ut enim horum alia immolatur, aliaque in sanguinem immolatæ immersa dimittebatur, haud aliter pro humana lepra Dominus Christus crucifixus corpore quidem mortem suscepit, divinæque naturæ humanitatis passionem. Ac veluti cruor immolatæ avis postquam viventi aquæ commistus fuerat, homoque leprosus ligno cedrino, hyssopo, coccoque conspersus erat, tunc mundus purusque videbatur; sic qui in Salvatorem Christum credit, et sancti Spiritus aqua purus factus est, omnes peccatorum maculas projicit. Exprimit lignum cedrinum expertem doloris divinitatem; incorruptum enim est hoc lignum; coccus vero nendo deductus, humanitatem ex anima et corpore conflatam; hyssopus Spiritus sancti calorem et suavitatem. Sic iis qui baptizantur ex anima lepra adimitur; cotula oleo plena significat sancti Spiritus gratiam, illitum super extremum auriculæ dextræ, et super manum dextram et pedem, oleum ostendit. Auditum quidem aperiri dextris eloquiis, manum vero et pedem recte facta elaboraturos. Illitum autem capiti mentis consecrationem significat. Qui autem leprosus permanserit, ex Ecclesia ejicietur.

[73] Num. XXXIV, 2.

NOTÆ.

(70) Ex Theodoreto q. 18 in Levit. T. LXXX, p. 322.

(71) Ex Theodoreto q. 19 in Levit. T. LXXX, p. 323.

QUÆSTIO CCLXXII [*Coisl.* CCXC, *Taur.* CCLXXIX.] A

Cur non licuerit Judæis edulia immolare animalia nisi coram tabernaculo (72)?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΒ'.

Διατί ἀπαγορεύει πόῤῥω τῆς σκηνῆς θύεσθαι τὰ ἐσθιόμενα θρέμματα ;

Edita a Maio (l. c. p. 155, 156, q. 282). — De præcepto Levit. XVII, 3, 4.

Non Deum fugiebat Judæos esse impios, propensosque ad victimas dæmonibus offerendas. Imperavit igitur ut qui vellet aliquid immolare, vel vitulum, vel ovem, vel capram, is ad januam tabernaculi adduceret, tunc profuso ejus sanguine secum carnes domum asportaret. Eum qui aliter ageret, ut homicidii reum fieri jussit, dicens: « Sanguinis reus erit, quasi si sanguinem fuderit [74], » et reliqua. Quod autem lex ad id spectet, e sequentibus constat: « Nam adolebit sacerdos, B inquit, adipem in odorem suavitatis Domino, et nequaquaquam ultra immolabunt hostias suas dæmonibus cum quibus fornicati sunt [75]. » Ista est lex quæ apud Judæos viget; nam sacerdos immolat edulia animalia, prohibuit vero ne sanguis esca fieret his de causis: « Anima carnis in sanguine est, et ego dedi illum vobis ut super altare in eo expietis pro animabus vestris, et sanguis pro animæ piaculo sit. Idcirco dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem [76]. » Velut ipse, inquit, animam immortalem habes, sic animal sensu carens, pro anima corpus habet. Quamobrem pro anima tua hanc Deus poni jubet. Sanguinem igitur si comedes, anima vesceris; nam C rationalis anima vices implet. Quam edentem vocat homicidam. Quamobrem morticina animalia comedere vetat, quoniam a sanguine separatum non est corpus.

Ἤδει τὴν ἐνίων ἀσέβειαν, καὶ ὅτι τοῖς δαίμοσι θυσίας προσοίσουσι· προσέταξε τοίνυν πάντα θῦσαι βουλόμενον μόσχον ἢ πρόβατον ἢ αἶγα, παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς ἀγαγεῖν· καὶ τὸ αἷμα ἐκχέαι καὶ μεταβαλεῖν οἴκαδε τῶν κρεῶν· τὸν δὲ τοῦτο μὴ δεδρακότα, ὡς φόνων ἔνοχον κατηγορεῖσθαι ἐκέλευσεν· « Αἷμα γάρ, φησί, λογισθήσεται τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· αἷμα ἐξέχεε, » καὶ ἑξῆς. Ὅτι δὲ τοῦτον ἔχει τὸν σκοπὸν ὁ νόμος, τὰ ἐφεξῆς διδάσκει. « Ἀνοίσει γάρ, φησίν, ὁ ἱερεὺς τὸ στέαρ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐ θύσουσιν ἔτι τὰς θυσίας αὐτῶν τοῖς ματαίοις, ὧν αὐτοὶ ἐκπορνεύσουσιν ὀπίσω αὐτῶν· » οὗτος ὁ νόμος παρὰ Ἰουδαίοις ἐπικρατεῖ· ὁ γὰρ ἱερεὺς θύει τὰ ἐσθιόμενα ζῶα· ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τὸ ἐσθίειν αἷμα καὶ τὴν αἰτίαν ἐδίδαξεν. « Ἡ γὰρ ψυχή, φησί, πάσης σαρκὸς αἷμα αὐτοῦ ἐστι· καὶ ἐγὼ αὐτὸ δέδωκα ὑμῖν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἐξιλάσκεσθαι περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· τὸ γὰρ αἷμα αὐτοῦ ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἐξιλάσεται· διὰ τοῦτο εἴρηκα τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Πᾶσα ψυχὴ ἐξ ὑμῶν οὐ φάγεται αἷμα· » ὥσπερ σύ, φησί, ψυχὴν ἀθάνατον ἔχεις, οὕτω τὸ ἄλογον ζῶον ἀντὶ τῆς ψυχῆς ἔχει τὸ σῶμα· οὗ δὴ χάριν κελεύει ἀντὶ τῆς σῆς ταύτην προσενεχθῆναι· ἐὰν δὲ τοῦτο φάγῃς, ψυχὴν ἐσθίεις· λογικῆς γὰρ ψυχῆς τάξιν τοῦτο πληροῖ· διὸ καὶ φόνον τὴν βρῶσιν ὠνόμασε· τούτου ἕνεκα καὶ τὰ τεθνηκότα τῶν ζώων ἐσθίειν ἀπαγορεύει, ὡς τοῦ αἵματος μὴ χωρισθέντος τοῦ ζώου.

QUÆSTIO CCLXXIII.

Sancti Joannis Climaci locus ex capite de quiete et patientia, « Medium præteriens in mediis perveni, » et: « Potum sitienti dabat, » usque ad verba: « Dicere prorsus nequeo. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΓ'.

Τῆς Κλίμακος ἐκ τοῦ περὶ ἡσυχίας καὶ ὑπομονῆς· « Μετερχόμενος τὸ μέσον ἐν μέσοις γέγονα, » καί, « ἐπότιζε διψῶντα » ἕως τοῦ, « λέγειν εἰς ἅπαν οὐκ ἔχω (73). »

Nunc primum edita a D. Hergenroether e cod. Vaticano, f. 186. — Explicatio quorumdam verborum Joannis Climaci.

1. Senis sacri atque laboriosi petitio, senis venerabilis et contemplativi quæstionem proponit ejusdem postulans explicationem, cum tamen iis, qui sunt in vita activa sapientes, non solet ut plurimum magister esse sermo, sed actio atque imitatio per se doctrinam revelat. Nostri igitur senis est, D vetusti senis ex actionum instituto ænigmata explicare; facto enim cum habeas res ipsas, quasque nequit sermo quæstiones diluere, actio ad illarum cognitionem præit ac ducit. Quoniam tamen cæteris vult virtutibus etiam hic humilitatis perfectionem adjungere et ab iis, in quibus non exstat virtutum praxis, practicus iste vir practicarum doctrinarum arcana poscit sibi explicari ac patefieri:

α'. Γέροντος ἱεροῦ καὶ φιλοπόνου αἴτησις, γέροντος θεσπεσίου καὶ θεωρητικοῦ θεωρίαν προβάλλεται τὴν ταύτης ἐπιζητοῦσα σαφήνειαν· καίτοι γε τοῖς τὰ πρακτικὰ σοφοῖς οὐ λόγος ὡς ἐπίπαν φιλεῖ καθίστασθαι διδάσκαλος· ἡ δὲ πρᾶξις καὶ μίμησις αὐτόθεν ἀνακαλύπτει τὸ μάθημα. Τοῦ ἡμετέρου τοίνυν ἐστὶ γέροντος, τοῦ παλαιοῦ γέροντος τὰ ἀπὸ τῆς πράξεως διαλύειν αἰνίγματα· ἔργῳ γὰρ ἔχων τὰ πράγματα καὶ ὅσα λόγος ἀδυνατεῖ τῶν ἀπορημάτων διαλύειν, ἡ πρᾶξις καθοδηγεῖ συνεπίστασθαι· πλὴν ἐπεὶ προσλαβεῖν ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς κἀνταῦθα τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης τέλειον καὶ παρ' οἷς οὐκ ἔστι πρᾶξις, ὁ πρακτικὸς τῶν πρακτικῶν θεωρημάτων τὰ ἀπόῤῥητα ζητεῖ γενέσθαι ῥητά, οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ τῇ ἐκείνου καὶ

[74] Levit. XVII, 4. [75] ibid. 6. [76] ibid. 11.

NOTÆ.

(72) Ex Theodoreto q. 23 in Levit. T. LXXX, p. 334.

(73) *Climax* seu scala paradisi est titulus operis ascetici, quem rogante Joanne abbate Raithuensi Joannes abbas in monte Sinai, exinde Climacus nuncupatus, sæculo sexto conscripsit (cf. de eo Fessler *Patrolog.* tom. II, § 410, p. 890 seq.). Hujus libri locum Photius illustrat et exponit hac quæstione, quæ in cod. Coisliniano et Taurinensi omnino deest.

ἀρετῇ καὶ αἰτήσει θαῤῥοῦντες ἐπὶ τὴν τῶν ἀπορουμένων λύσιν βαδιούμεθα.

β'. Τρεῖς ὁ παλαιὸς καὶ καλὸς ἐκεῖνος γέρων προκοπὰς εἴτε τάξεις εἴτε βαθμοὺς, εἴτε τι ἄλλο φίλον τοῖς βουλομένοις καλεῖν, ἐν τοῖς παροῦσιν ἐκδιδάσκει ῥήμασιν· ἀμεριμνίαν τῶν ἐν βίῳ καὶ οἷς ὁ βίος συγκαταλύεται πραγμάτων, προσευχὴν ἄοκνον, καὶ τρίτον ἐργασίαν ἄσυλον καρδίας· ὥστε δῆλον ὅτι μέσον ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἡ προσευχὴ κεῖται. Ὁ τοίνυν τὴν ἀμεριμνίαν μὴ κτησάμενος οὐδὲ τὰ ἐφεξῆς δύο δυνατός ἐστι μετελθεῖν. Ἀλλὰ τί τὸ ἐντεῦθεν; Τὸ μέσον τοίνυν ἤτοι τὴν προσευχὴν μετερχόμενος ἐν μέσοις γέγονε τοῖς καλοῖς, κἂν μήπω πρὸς τὸ ἄκρον ἀναβεβήκῃ τῶν ἀγαθῶν.

γ'. *Ἐπότιζε δ' ὅμως διψῶντα* καὶ πόῤῥωθεν οὖσα ἡ τοῦ σελασφόρου θεάματος πλήρωσις καὶ τρυφὴ καὶ θέα· εἶτα οὐ μέχρι παντὸς τοῦ θεάματος ἐτρύφων, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐν ἐκείνοις, ἐν οἷς καὶ πρώην. Τί μὲν οὖν ἦν πρὸ τῆς ὁρατῆς μορφῆς ἐν τοῖς ὁρωμένοις, οὐδ' αὐτὰ τὰ ὁρώμενα διδάσκειν ἠδύναντο, ὥσπερ εἴωθεν ἡ ὄψις τὰ πολλὰ τῶν ὁρωμένων διδάσκαλος γίνεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἦν τῶν κατὰ φύσιν καὶ συνήθων θεαμάτων, ἀλλὰ χάρις ἦν ἡ διδοῦσα τὰ μὲν ὁρᾷν, τὰ δὲ κρείττω ποιοῦσα τῶν διὰ τῆς ὄψεως καταλήψεων· καὶ γὰρ οὐδὲ ὁ ταύτης ἡμῖν τῆς ἀποῤῥήτου τρυφῆς καὶ θεωρίας ἀρχιτέκτων ἐφεῖτο καὶ συνεχώρει ἀκραιφνῆ λαμβάνειν τὴν μάθησιν. Ἀλλ' ἔγωγε πόθῳ καὶ ἔρωτι μαθεῖν ἠρώτων ὅμως, πῶς δὴ νῦν ὁ τῆς σωτηρίας ἡμῶν καὶ τῶν καλῶν θεαμάτων αὐτουργὸς ὑπάρχει· καὶ ἡ ἀπόκρισις ἔλεγεν ἐν τοῖς ἰδίοις μὲν, ἀλλ' οὐχ ἐν οἷς ᾠκονόμει τὴν ὅρασιν εἶναι· τὰ μὲν γὰρ ἦν φιλανθρωπίας καὶ συγκαταβάσεως, τὰ δὲ τῷ μὴ τῆς οἰκείας ἐξίστασθαι φύσεως τὸ ἀΐδιον ὑπογράφοντα καὶ ἀμετάβλητον. Εἶτα ἐπειδή με πρὸς φύσιν ἀνῆγε πάσης ὄψεως καὶ καταλήψεως ὑπεραναβεβηκυῖαν, ἐπυνθανόμην ἔτι προσδιαπορῶν, ὡς Εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει, τίς ἡ δεξιὰ στάσις καὶ καθέδρα καὶ τὰ τῶν ὑλικῶν σχέσεων καὶ διαθέσεων ὀνόματα; ποῦ γὰρ ἔχει ταῦτα χώραν λέγεσθαι ἐν οἷς καὶ τῶν ὁρωμένων τὰ πολλὰ οὐχ ὅρασίς ἐστιν, ἀλλὰ τῆς φαντασίας διατύπωσις· ὁ δὲ τῶν ἀποριῶν ἀκροατὴς ἐπιτιμῶν, ὡς ἔοικε, φιλοπράγμονα ἔνστασιν καὶ οὐχ ἐῶν ἀπολαύειν τοῦ ζητήματος, κρεῖττον ἀκοῆς ἔφη τὴν ἐρώτησιν καὶ καιρὸν οἰκεῖον ἔχειν τῆς ἀποκαλύψεως. Ἐγὼ δὲ φιλονεικῶν ἔτι καὶ τὸν καιρόν με συναγαγεῖν παρεκάλουν καὶ μὴ τῆς καλῆς ἀποστερεῖν ἐφέσεως· ἐκεῖνος δὲ τοῦ λυποῦντος ὡς οἷόν τε καὶ ἀδημονοῦντος ἀπάγων οὔπω τὸν καιρὸν ἔλεγε παρεῖναι· οὔπω γὰρ οὐδὲ τὸ πῦρ τὸ τὴν ἀφθαρσίαν ἀνάπτον ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀναφλέγεται.

δ'. Ταύτην οὖν τὴν ὀπτασίαν ὁ καλὸς καὶ φιλόθεος καὶ παλαιὸς ἐκεῖνος ἀπαγγέλλων γέρων οὐ μεγαλαυχεῖ, οὐδὲ τοιαῦτα τεθεαμένος ἐπαίρεται· ἀλλὰ καὶ ἄγνοιαν ἑαυτῷ προσάπτει λέγων· Οὐκ οἶδα εἰ σὺν τῷ χοῒ ταῦτα ἐθεάμην, εἴτε καθ' ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς

A non nobis, sed illius et virtute et postulatione freti ad dubiorum solutionem procedimus.

2. Tres antiquus ille bonusque senex progressiones ad virtutem sive ordines sive gradus sive quid aliud appellare libeat, in his verbis indicat : plenam rerum hujus vitæ, cum quibus et ipsa vita simul interit, incuriam, sedulam atque indefessam orationem, et tertio inviolatam cordis operationem ; unde constat mediam inter utraque extrema orationem esse. Qui igitur neglectum rerum mundanarum non possederit, nec reliqua duo persequi poterit. Verum quid inde? Medium igitur, videlicet orationem, exercens in mediis exsistit bonis, quamvis nondum ad extremum bonorum ascenderit.

B 3. *Potum vero sitienti dabat* vel eminus exsistens splendidi spectaculi impletio et oblectatio atque visio ; deinde non usque ad universum spectaculum deliciabar ; sed postea rursus eram in illis, in quibus et antea. Quid igitur esset ante visibilem formam in rebus, quas videmus, ne ipsæ quidem res, quas videmus, docere nos poterant, sicut solet visio frequenter eorum quæ videntur interpretes esse ; neque enim erat ex iis spectaculis, quæ naturalia nobisque familiaria exsistunt, sed gratia erat, quæ dabat alia quidem intuenda, alia vero potiora oculorum perceptione efficiebat; etenim nec ipse arcanæ hujus oblectationis et contemplationis nostræ auctor permittebat vel concedebat claram illius haurire cognitionem. C Sed ego studio atque amore discendi sciscitabar nihilominus, ubi nunc salutis nostræ præclarorumque spectaculorum nobis auctor exstet. Et responsio dicebat : in propriis quidem, non tamen in quibus disponebat visionem esse ; hæc enim erant benignitatis et indulgentiæ ; illa vero æternitatem atque immutabilitatem designabant, quod ex propria non recederet natura. Deinde ubi me ad naturam evexit omni visione et contemplatione superiorem, interrogabam adhuc addubitans : Si hæc ita se habent, quænam est dextera statio et sessio et materialium habitudinum dispositionumque nomina? Ubi enim hæc locum habent ut dicantur, in quibus et multa eorum, quæ conspiciuntur, non visio sunt, sed imaginationis delinea- D tio. Ille dubitationum auditor increpans, ut par erat, curiosam instantiam nec frui me sinens quæstionis solutione, non posse auditu percipi interrogationem inquit, eamque proprium habere revelationis tempus. Ego vero adhuc contendens et contrahi mihi tempus precabar nec me honesta cupiditate fraudari. Ille autem dolorem, quo poterat, mœstitiamque levans nondum adesse dicebat tempus ; nondum enim ignis, qui incorruptibilitatem impertit, inter nos ardet.

4. Hanc igitur visionem bonus ille, pius atque antiquus senex enuntians non se magnifice jactat, nec se quod hæc viderit extollit, sed et ignorantiam sibi tribuit inquiens : Nescio, an cum corpore terreno hæc intuerer, an vero anima per se ad Deum

evolaverit corpusque ad modicum temporis reliquerit ac conjunctione ac mistione cum ipsa sejunctum.

A ἀνιπταμένης πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ τὸ σῶμα λειπούσης ἐπὶ βραχὺ, τοῦ πρὸς αὐτὴν συνδέσμου κεχωρισμένον καὶ τῆς ἀνακράσεως.

QUÆSTIO CCLXXIV. [*Coisl.* CCXCI, *Maio exinde* CCLXXXIV, *Taur.* CCLXXX.]

Cur populum numerari Deus jusserit (73*).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΔ'.

Διατί προσέταξεν ἀριθμηθῆναι τὸν λαὸν ὁ Θεός;

Edita a Maio (Nov. Coll. t. IX, p. 136). — De numerato Dei jussu populo. Num. I, 1-3.

Ut suæ promissionis ostenderet veritatem. Etenim promissa Abraham faciens, dixerat: « Multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, et velut arenam quæ est in littore maris [77]. » Cæterum promissionis veritatem ostendit; nam quæ cum de Ægypto egressi fuissent septuaginta et quinque millium, tum sexcenta tria millia quingenti quinquaginta virorum numerati sunt, qui poterant ad bella procedere, excepta intempestiva et immatura ætate et femineo genere, et tribu Levi. Hanc suam docet potentiam Deus, cum dicit: « Attendite ad Abraham patrem vestrum et ad Saram quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, et multiplicavi eum [78]. »

Ἵνα τῆς οἰκείας ἐπαγγελίας δείξῃ τὸ ἀληθές· ὑπισχνούμενος γὰρ τῷ Ἀβραὰμ ἔφη· « Πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης· » ἔδειξε γὰρ τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἀλήθειαν· ἐκ πέντε γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα τῶν εἰς Αἴγυπτον κατελθόντων, ἑξακόσιαι χιλιάδες καὶ τρισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι καὶ πεντήκοντα ἠριθμήθησαν ἄνδρες δυνάμενοι πολεμεῖν, καὶ ἐξώρου ἡλικίας καὶ τῆς ἀώρου κεχωB ρισμένης, καὶ μέντοι καὶ τοῦ θήλεος γένους καὶ τῆς λευϊτικῆς φυλῆς· ταύτην αὐτοῦ διδάσκων τὴν δύναμιν ὁ Θεὸς καὶ διὰ τοῦ Ἡσαΐου ἔφη· « Ἐμβλέψατε εἰς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ὑμῶν καὶ εἰς Σάῤῥαν τὴν ὠδίνασαν ὑμᾶς, ὅτι εἷς ἦν, καὶ ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ ἐπλήθυνα αὐτόν. »

QUÆSTIO CCLXXV [*Coisl.* CCCVI, *Taur.* CCXCV, *Maio* CCLXXXV.]

Qua de causa farina ex hordeo pro muliere accusata stupri afferretur (74).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΕ.

Διατί ἄλευρον κρίθινον ὑπὲρ τῆς ὑποπτευομένης μοιχευθῆναι προσεκομίζετο;

Edita a Maio (l. c. p. 136, 137). — De textu Num. V, 15.

Ipse Dominus explicavit dicens: « Quia sacrificium zelotypiæ est, sacrificium recordationis, et oblatio zelotypiæ. » Inde neque oleum, neque thus in hoc sacrificio esse jussit; orbatum est enim suavitatis et justitiæ luce. Hoc præcepit legislator quem non fugiebant homicidæ Judæorum cogitationes; ne enim tenui de suspicione conjuges occiderent, suspectam adduci voluit ad eum qui omnia abdita etiam perspicue novit. « Offeret igitur eam, inquit, sacerdos et statuet coram Domino, assumetque aquam sanctam, vivens coram Domino [79], » et reliqua. Hæc autem omnia fieri a muliere suspecta præcipit, ut perculsa timore, si peccavisset, confiteretur et per pœnitentiam peccati remissionem acciperet. Quamobrem hanc, detecto capite, ad Dominum duci jubet, his dictis: « Omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus [80]. » E sequentibus haud dubium est quin ita mulierem terrere voluerit. « Adjurabitque eam, et dicet mulieri sacerdos: Si non dormivit vir alienus tecum, et si non polluta es, deserto mariti toro, non tibi nocebunt aquæ istæ amarissimæ. Sin autem declinasti a viro tuo, » et reliqua: « ad tempus det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo tuo; putrescere faciat femur tuum, et uterus disrumpatur [81]. » Jussa erat mulier his precibus assentiri, ac respondere: Amen, amen. Præceptum

Αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἡρμήνευσεν· « Ἔστι γὰρ, ἔφη, θυσία ζηλοτυπίας, θυσία μνημοσύνου, θυσία ἀναμιμνήσκουσα ἁμαρτίαν· » ὅθεν οὐδὲ ἔλαιον αὐτὴν οὐδὲ λίβανον ἔχειν προσέταξεν· ἐστέρηται γὰρ καὶ C τῆς εὐωδίας καὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης φωτός· τοῦτο μέν τοι γίνεσθαι νενομοθέτηκε τὴν μιαιφόνον αὐτῶν ἐπιστάμενος γνώμην· ἵνα γὰρ μὴ ἐξ ὑποψίας κατακτείνωσι τὰς ὁμοζύγους, ἐκέλευσε τὴν ὑποπτευομένην αὐτῷ προσενεχθῆναι, ἅτε δὴ πάντα καὶ τὰ λαθραῖα σαφῶς ἐπισταμένῳ· « Προσάξει γὰρ, φησὶν, ὁ ἱερεὺς καὶ στήσει τὴν γυναῖκα ἔναντι τοῦ Κυρίου, καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς ὕδωρ καθαρὸν ζῶν ἔναντι Κυρίου· » καὶ ἑξῆς· ταῦτα δὲ πάντα γενέσθαι προσέταξε, τὴν γυναῖκα τὴν ὑποπτευομένην ἐκδειματῶν, ἵνα εἰ ἐξήμαρτεν, ὁμολογήσῃ καὶ διὰ μετανοίας λάβῃ τὴν ἄφεσιν· τούτου χάριν καὶ ἀκάλυπτον αὐτὴν τῷ Θεῷ προσενεχθῆναι κελεύει, διδάσκων ὅτι γυμνὰ πάντα καὶ τετραχηλισμένα ἐνώπιον αὐτοῦ· ὅτι δὲ ταῦτα, δεδιττόμενος αὐτὴν, γενέσθαι κεκέλευκε, τὰ D ἑξῆς μαρτυρεῖ· « Καὶ ὁρκιεῖ αὐτὴν ὁ ἱερεὺς καὶ ἐρεῖ τῇ γυναικί· Εἰ μὴ κεκοίμηταί τις μετὰ σοῦ, εἰ μὴ παραβέβηκας μιανθῆναι ὑπὸ τὸν ἄνδρα σεαυτῆς, ἀθῷος ἴσθι ἀπὸ τοῦ ἐλεγμοῦ τοῦ ἐπικαταρωμένου τούτου· εἰ δὲ παραβέβηκας, ὕπανδρος οὖσα, » καὶ ἑξῆς, ἕως, « Οὐ δῴη σοι Κύριος ἐν ἀρᾷ καὶ ἐνόρκιον ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ δοῦναι τὸν μηρόν σου περιπεπτωκέναι καὶ τὴν κοιλίαν σου πεπρισμένην· »

[77] Genes. XVI, 10. [78] Isai. LI, 2. [79] Num. V, 16. [80] ibid. 18. [81] ibid. 19, 21.

NOTÆ.

(73*) Deprompta est hæc quæstio ex Theodoreti q. in Numer. t. LXXX, p. 350.

(74) Hæc quoque ex Theodoreto q. 10 in Num. descripsit Photius. T. LXXX, p. 358.

ἐκέλευσε δὲ καὶ τὴν γυναῖκα συντίθεσθαι τῇ ἀρᾷ, καὶ λέγειν· Γένοιτό μοι· γένοιτό μοι· καὶ γραφῆναι δὲ τὴν ἀρὰν προσέταξε καὶ ἐξαλειφθῆναι ὕδατι· καὶ πιεῖν τὴν γυναῖκα τὸ ὕδωρ· πρότερον δὲ τὴν θυσίαν προσενεχθῆναι, τουτέστιν τὸ κρίθινον ἄλευρον· εἶτα διδάσκει ὡς ἀθῶος μὲν οὖσα, ὑγιὴς φυλαχθήσεται· ἔνοχος δὲ οὖσα καὶ κρύπτουσα, τῇ πείρᾳ μαθήσεται τῆς ἀρᾶς τὴν ἰσχὺν, καὶ τῆς κοιλίας διαῤῥηγνυμένης καὶ τοῦ μηροῦ διαπίπτοντος· δι' ὧν γὰρ ἡ ἁμαρτία, διὰ τούτων ἡ τιμωρία· τὸ δὲ ἐνόρκιον οὕτω νοητέον· ὅταν τις δεινὰ καὶ ἀνήκεστα πάθῃ, εἰώθασί τινες ὀμνύντες λέγειν, Μὴ πάθοιμι ἃ ὁ δεῖνα πέπονθεν.

A quoque erat ista maledicta scribenda esse, aquis deluenda, aquas autem mulieri exhauriendas, priusque oblationem afferri, id est hordeaceam farinam. Deinde admonet mulierem, si sit innoxia, incolumem futuram; sin autem obnoxia culpam celet, experiendo discituram quæ sit exsecrationis vis, et dilapso ventre femur putrefaciendum. Unde enim peccatum, exinde pœna. Jusjurandum vero ita intelligendum est: cum aliquis mala et insanabilia tulit, solent quidam cum jurejurando dicere: Utinam non feram quæ iste perpessus est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟϚ'.

Τίνος ἕνεκεν ἁμαρτάνουσιν εὐθὺς ἐπάγει τὰς τιμωρίας;

B

Edita a Maio (l. c. p. 137, 138).

Ἀρχὴν εἶχεν ὁ νόμος· ἔδει τοίνυν τῇ τῶν παραβαινόντων τιμωρίᾳ σωφρονίζεσθαι τοὺς λοιπούς· ἁρμόδιος γὰρ τοῖς ἀρχομένοις ὁ φόβος· συνέζευκτο μέντοι τῇ τιμωρίᾳ φιλανθρωπία· μεταμελόμενοι γὰρ φιλανθρωπίας ἀπήλαυον· αὐτίκα γοῦν τοῦ θεηλάτου πυρὸς μέρος τι τῆς παρεμβολῆς ἀναλώσαντος, εἶτα πάντων συνδεδραμηκότων εἰς δέησιν, ᾔτησεν ὁ νομοθέτης τὴν ἄφεσιν· παρέσχε δὲ αὐτὴν ὁ φιλάνθρωπος Θεός· ὅτι δὲ αὐτοῖς ἀναγκαίως αἱ τιμωρίαι ἐπήγοντο, τὰ ἑξῆς μαρτυρεῖ· εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν παῦλαν τῆς τιμωρίας, τῆς Αἰγύπτου καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ τὴν μνήμην ἀνενεώσαντο· μάλα τοίνυν εἰκότως τῇ ἐκείνων ἀχαριστίᾳ τὴν θείαν συνῆψε φιλοτιμίαν ὁ συγγραφεὺς τὰ περὶ τοῦ μάννα διηγησάμενος, καὶ ὅτι οὐ μόνον ἄρτου χρείαν, ἀλλὰ C καὶ κρεῶν ἐπλήρου· ἤληθον γὰρ ἐν τῷ μύλῳ καὶ ἔτριβον ἐν τῇ θυΐᾳ καὶ ἧψουν ἐν τῇ χύτρᾳ καὶ ἐποίουν ἐγκρυφίας· ἐκείνων δὲ ὀλοφυρομένων χαλεπαίνει μὲν ὁ Δεσπότης Θεὸς, δυσχεραίνει δὲ ὁ προφήτης καὶ βοᾷ λέγων· « Ἵνα τί ἐκάκωσας τὸν θεράποντά σου, καὶ διατί οὐχ εὕρηκα χάριν ἐνώπιόν σου ἐπιθεῖναι μοι τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ τούτου ἐπ' ἐμέ; μὴ ἐγὼ ἐν γαστρὶ ἔλαβον τὸν λαὸν τοῦτον; » καὶ ἑξῆς· δεδήλωκε διὰ τούτων τὸ ἀτελὲς αὐτῶν καὶ νηπιῶδες· θηλάζοντι γὰρ αὐτοὺς ἀπείκασεν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐργάσασθαι δυναμένῳ, ἐκβυζᾷν δὲ μόνον βουλομένῳ τὸ γάλα· ἐπειδὴ δὲ σφόδρα ἦν τὰ ῥήματα τὰ δυσχεραίνοντος, καὶ τὰ ἑξῆς γὰρ τοῦτον ἔχει τὸν νοῦν, διδάσκεται παρὰ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ, ὡς οὐκ ἀνθρωπίνῃ D δυνάμει, θείᾳ δὲ χάριτι τὸν λαὸν κυβερνᾷ· ἔφη γάρ· « Συνάγαγέ μοι ἑβδομήκοντα ἄνδρας· » εἶτα μετ' ὀλίγα· « Καὶ ἀφελῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐπιθήσω ἐπ' αὐτούς· καὶ συναντιλήψομαι μετὰ σοῦ τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ οὐκ οἴσεις αὐτοὺς σὺ μόνος· » μεμάθηκε δὲ διὰ τούτων τῶν λόγων ὁ νομοθέτης ὡς ἀποχρῶσαν ἔλαβε τῇ οἰκονομίᾳ τὴν χάριν· διὰ τοῦτο εἶπεν· Ἀφελῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου ἐν σοί· οὐ γὰρ σπανίζων ἑτέρας δυνάμεως,

[82] Num. xi, 11, 12. [83] Num. xi, 24-25.

QUÆSTIO CCLXXVI. [*Maio* CCLXXVI.]

Cur a peccatoribus pœnæ statim expetantur (75).

— De textu Num. xi, 1 seq.

Erat legi suprema potestas: necesse igitur, multata legis violatione, docere cæteros sapientiam. Decet enim subditos timor. Sed conjuncta erat cum amore pœna. Quos enim pœnitebat, amore fruebantur. Statim igitur immisso igne, magnaque exercitus parte consumpta, deinde omnibus ad deprecationes concurrentibus, peccati remissionem postulavit legislator; et benigne a Deo exauditus est. Judæis pœnas ex necessitate immissas quæ sequuntur demonstrant. Vix enim priori pœnæ finis erat, quam Ægyptum recordarentur. Haud immerito igitur historicus cum ingrato Judæorum animo divinam confert munificentiam; in his quæ de manna narravit, dicens illam non solum panis, sed etiam carnis loco fuisse. Hanc enim mola frangebant et terebant in mortario, et coquebant in olla, et ex eo tortulas efficiebant. Graviter lamentantes objurgat Dominus Deus, ac moleste fert ipse propheta, exclamans: « Cur afflixisti servum tuum? Quare non invenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem? vel genui eam [82]? » et reliqua. His dictis indicat quam simplices puerilesque fuerunt; sugenti puero illos comparavit qui nihil aliud facere potest nisi lac cum clamoribus exposcere. Cum autem vehementia essent Moysis indignantis verba, nam sequentia hunc sensum habent, admonitus est a Domino Deo hunc populum non humana potestate, sed gratia Dei gubernari; dicit enim: « Congrega mihi septuaginta viros. » Deinde paulo post: « Auferam de spiritu qui est in te, tradamque eis, et sustentabo tecum onus populi hujus, et non tu solus graveris [83]. » His verbis cognovit legislator se sufficientem vim administrandæ genti accepisse. Quapropter dictum erat: Auferam de spiritu tuo in te, non quod Deus externa potentia indigeret, verum sic locutus est ut Moysen doceret concessam

NOTÆ.

(75) Hæc quæstio deest in codd. Coisliniano et Taurinensi; et ipsa quoque ex Theodoreto desumpta est q. 18 in Num. T. LXXX, p. 570.

eis fuisse vim quæ ad usum suppeditaret. Etenim septuaginta viris dans, non minuit illius gratiam, ut ex eventu constat. Eadem enim et imperio et miraculis peragebat quam antea. Quod et nos quotidie idem fieri videmus. Multi enim ab uno sacerdote baptizati, alii summo sacerdote consecrati, munusque divinum accipientes, minime dantis minuunt gratiam, et ipsi donum eximium accipiunt. Hoc testatur ipse Dominus servi sui suffragio, cui dixit: « Congrega quos tu nosti. »

A ἀλλ' ἐκεῖνον διδάσκων ὡς εἰλήφει δύναμιν ἀρκοῦσαν τῇ χρείᾳ, τοῦτο ἔφη· ὅτι γὰρ καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα δοὺς, οὐκ ἐμείωσε τούτου τὴν χάριν, τὰ πράγματα μαρτυρεῖ· τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ οἰκονομῶν καὶ θαυματουργῶν διετέλει ἃ καὶ πρότερον· τοῦτο καὶ νῦν ὁρῶμεν γινόμενον· πολλοὶ γὰρ ὑπὸ ἑνὸς ἀνθρώπου ἱερέως βαπτιζόμενοι, ἄλλοι δὲ παρὰ ἀρχιερέως χειροτονούμενοι, καὶ τὴν θείαν δεχόμενοι δωρεὰν, οὔτε σμικρύνουσι τοῦ μεταδόντος τὴν χάριν, καὶ αὐτοὶ τὸ τέλειον δέχονται· μεμαρτύρηκε μέντοι ὁ Δεσπότης καὶ τῇ τοῦ θεράποντος ψήφῳ· ἔφη γὰρ αὐτῷ· « Ἔκλεξαι οὓς οἶδας. »

QUÆSTIO CCLXXVII. [*Coisl.* CCXCII, *Taur.* CCLXXXI.]

Cur præscripserit Deus factiosorum thuribula circum altare distribui (76)?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΖ'.

B *Διατί προσέταξεν ὁ Θεὸς τὰ τῶν στασιαστῶν πυρεῖα τῷ θυσιαστηρίῳ γενέσθαι περίθεμα;*

Edita a Maio (l. c. p. 138, 139, q. 287). — Explanatio in Num. XVI, 37 seq.

Ut coargueret temere adversus sacerdotium incepta, eosque confirmaret qui sacris operam dabant. Hoc enim edixit: « Commone filios Israel, » et reliqua. Quamobrem germinatam Aaron virgam collocari in arca præcepit, et rursus sacerdotes sacra facere, et Levitas eis subministrare, nec ad altare, nec ad sacra accedere vasa. Deinde docet quæ sacerdotibus dono darentur. Oblatas enim primitias panis, et vini, et olei, et cibi eos comedere præscripsit, et alia quæcunque donaria. Posteaque decrevit: « Pro primogenito immundorum animalium pretium esse siclis argenti quinque, pondere sanctuarii, siclus viginti obolos habet; mundorum vero animalium sanguinem tantum eorum fundere super altare et farinam offerre, et ab illis carnes accipi. Sicut pectusculum consecratum, et armus dexter, tua erunt [84]. » Hoc fœdus pactum salis appellavit, quoniam, secundum divum Apostolum, « Qui altari deserviunt, cum altari participant [85]. » A quibusdam quoque dicitur: Postquam in victimas spargi sal præscripsit, tum edixit et sacerdotes et Levitas omnes decimas Israelis in possessionem habituros, et decimas lucri ex ovibus, et ex bobus, et ex mercatura, et ex alio quocunque lucro. Præcepit quoque Levitas e decimis decimas offerre sacerdotibus. Jubet sacerdotes omnibus locis harum rerum fieri participes, ipsisque sepositas hostiarum partes intus in templo comedere. Vocatque decimas « Pretium pro ministerio quo populo serviunt [86]; » vobis, inquit, ædificantibus, vel mercantibus, vel domi viventibus, illi pro vobis omnibus sedulo meo ministerio serviunt. Hoc quoque dicit: « Quia pretium est pro ministerio [87] »; quod præstatis in tabernaculo testimonii.

Εἰς ἔλεγχον τῶν κατὰ τῆς ἱερωσύνης θρασυνομένων, καὶ βεβαίωσιν τῶν ἱερουργεῖν τεταγμένων· τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε· « Μνημόσυνον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, » καὶ ἑξῆς· τούτου χάριν καὶ τὴν βλαστήσασαν τοῦ Ἀαρὼν ῥάβδον ἐντεθῆναι προσέταξε τῇ κιβωτῷ· καὶ πάλιν ἐνομοθέτησε τοὺς μὲν ἱερέας ἱερουργεῖν, τοὺς δὲ Λευΐτας ὑπουργεῖν, μήτε τῷ θυσιαστηρίῳ μήτε τοῖς ἱεροῖς πελάζοντας σκεύεσιν· εἶτα διδάσκει καὶ τίνα χρὴ τοὺς ἱερέας λαμβάνειν· τὰς γὰρ αὐτῷ προσφερομένας ἀπαρχὰς σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου καὶ ἄρτων, αὐτοὺς ἐσθίειν προσέταξε, καὶ μέντοι καὶ τὰ ἀναθήματα καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν μὲν ἀκαθάρτων κτηνῶν ὁρίσας, τὰ λύτρα πέντε σίκλων ἕκαστον κατὰ τὸν σίκλον τὸν ἅγιον, ὅς ἐστιν
C εἴκοσι ὀβολοί· τῶν δὲ καθαρῶν πρωτοτόκων ζώων τὸ μὲν αἷμα ἐκχεθῆναι παρὰ τὴν τοῦ θυσιατηρίου βάσιν, τὸ δὲ στέαρ προσενεχθῆναι, τὰ δὲ κρέα αὐτοὺς λαμβάνειν· ὥσπερ δὴ τὸ στηθύνιον καὶ τὸν βραχίονα ἀπὸ τῶν ἄλλων θυμάτων κομίζονται· διαθήκην δὲ ἁλὸς τὴν κοινωνίαν ἐκάλεσεν· ἐπειδὴ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, « Οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται· » τινὲς δέ φασιν, ἐπειδὴ ταῖς θυσίαις ἐπιβάλλεσθαι τοὺς ἅλας προσέταξεν, εἶτα διδάσκει καὶ τοὺς ἱερέας καὶ τοὺς Λευΐτας καὶ τῶν ἀπὸ γῆς φυομένων τὰς δεκάτας, καὶ τῶν ἐκ ποιμνίων καὶ βουκολίων προσγενομένων κερδῶν, καὶ τῶν ἐξ ἐμπορίας καὶ ἑτέρας τινὸς χρείας· τοὺς δὲ Λευΐτας τῶν δεκατῶν τὰς δεκάτας προσφέρειν τοῖς ἱερεῦσι· καὶ τούτων μὲν ἐν παντὶ τόπῳ κελεύει με-
D ταλαγχάνειν· τὰ δέ γε ἐκ τῶν θυσιῶν ἀφωρισμένα αὐτοῖς, ἔνδον ἐσθίειν ἐν τῷ ναῷ· καλεῖ δὲ καὶ τὰς δεκάτας « Μισθὸν εἰς τὴν τοῦ λαοῦ ὠφέλειαν· » ὑμῶν γὰρ, φησὶν, οἰκοδομούντων ἢ ἐμπορευομένων ἢ οἴκοι διαγόντων, οὗτοι ἀντὶ πάντων ὑμῶν τῇ ἐμῇ προσεδρεύουσι λειτουργίᾳ· τοῦτο γὰρ ἔφη· « ὅτι μισθὸς ὑμῶν οὗτός ἐστιν, » ἀντὶ τῶν λειτουργιῶν ὑμῶν τῶν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.

[84] Num. III, 47. [85] I Cor. IX, 13. [86] Num. XVIII, 2. [87] ibid. 3.

NOTÆ.

(76) Est Theodoreti fetus q. 34 in Num.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΗ'.

Τί δήποτε ὠργίσθη τῷ Μωϋσεῖ καὶ τῷ Ἀαρὼν ὁ Θεὸς, ἡνίκα τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς πέτρας ἐξήγαγεν;

Edita a Maio (l. c. p. 139, q. 288). — In Num. xx, 12.

Ἀθυμοῦσιν αὐτοῖς διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς τελευτὴν, ἐπέκειντο αὐτοῖς ὁ λαὸς διὰ τὴν τοῦ ὕδατος σπάνιν· δυσχεραίνοντες οὖν τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀκρασίαν, ἀμφιβόλοις ἐχρήσαντο ῥήμασιν τὸ ὕδωρ ἐξαγαγόντες· ἔφη γάρ· « Ἀκούσατέ μου, οἱ ἀπειθεῖς, μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξω ὑμῖν ὕδωρ; » τοῦτο γοῦν ὁ Θεὸς ἔφη· « Ὅτι οὐκ ἐπιστεύσατέ μοι ἁγιάσαι με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο οὐκ εἰσάξετε ὑμεῖς τὴν συναγωγὴν ταύτην εἰς τὴν γῆν ἣν ἔδωκα αὐτοῖς· » τοῦτο καὶ Δαβὶδ φησι· « Καὶ ἐκακώθη Μωϋσῆς δι' αὐτοὺς, » καὶ ἑξῆς· ὀργιζόμενος γὰρ ἐκείνοις ἀμφιβόλως τὸν λόγον προήνεγκεν· καὶ ἦν οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῆς γλώσσης ἀμφιβολία· τοῦτο γὰρ ἔφη· « Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ· » ἰστέον μέντοι ὅτι ἕτερον οἰκονομῶν ὁ Θεὸς ταύτην ἐξενήνοχε τὴν ἀπόφασιν.

A QUÆSTIO CCLXXVIII [*Coisl.* CCXCIII. *Taur.* CCLXXXII].

Cur olim iratus sit contra Moysen et Aaron Deus (77) *cum aquam e saxo eduxit.*

Cum animo deficerent, mortua sorore, eis propter aquæ penuriam minabatur populus. Ægre igitur ferentes pravam ejus indolem, verbis ambiguis usi sunt, cum aquam educerent. Scriptum est enim: « Audite, rebelles et increduli, num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere [88]? » Hoc igitur dixit Deus: « Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo B eis [89]. » Hoc quoque dicit David: « Et vexatus est Moyses propter eos [90] », et reliqua. Iratus enim dubium sermonem fecit eis, et erat non animæ, sed linguæ hæsitatio; adjecitque: « Et distinxit in labiis suis, » notandum quod Deus ad aliud spectans, hanc protulit sententiam.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΘ'.

Διατί τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν διαμαρτύρεσθαι προσετάχθη;

Edita a Maio (l. c. p. 139, q. 289).— In Deuteron. iv, 26; xxxii, 1.

Οὐχ ἐπειδὴ ἔμψυχα ταῦτα καὶ λογικὰ, ἀλλ' ὅτι πάντων ἐστὶ τῶν κτισμάτων περιεκτικά· τοῦτο καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης πεποίηκεν· « Ἄκουε γὰρ, φησὶν, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, » καὶ ἑξῆς· καὶ Ἱερεμίας· « Ἐξέστη οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλέον ἡ γῆ, λέγει Κύριος· » ἐπειδὴ γὰρ εἰς μαρτυρίαν αὐτὰ τῆς ἀπειλῆς ὁ νομοθέτης ἐκάλεσεν, εἰκότως μετὰ τὴν τῶν νόμων παράβασιν καὶ φρίξαι λέγεται καὶ ἐκστῆναι· οὕτω γὰρ καὶ Ἰακὼβ καὶ Λάβαν τὸν οὐρανὸν ὠνόμασε « βουνὸν τῆς μαρτυρίας· » καὶ Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης καὶ Ἀβιμελὲχ τῶν Γεράρων ὁ βασιλεὺς « φρέαρ τοῦ ὅρκου, » ὡς ἐκεῖ μεθ' ὅρκου ποιησάμενοι τὰς συνθήκας.

QUÆSTIO CCLXXIX. [*Coisl.* CCXCIV, *Taur.* CCLXXXIII.]

Cur cælum et terram obtestari jussus fuerit (78)?

Non quia hæc sunt animata et ratione prædita, sed quia totam creationem complectuntur. Hoc et Isaias propheta fecit, dicens: « Audite, cœli, et auribus percipe, terra [91], » ac reliqua. Et Jeremias: C « Obstupescite, cœli, super hoc, et portæ ejus, desolamini vehementer, dicit Dominus [92]. » Ea enim quæ in testimonium minarum vocaverat legislator, merito post legis transgressionem horrescere dicuntur et obstupescere. Sic enim et Jacob et Labanus cœlum vocaverunt « acervum testimonii [93], » item patriarcha Abraham et Abimelech Gerarorum rex, « puteum juramenti [94], » quia hic cum juramento fœdus fecerant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠ'.

Πῶς νοητέον τὸ, « Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ; »

Edita a Maio (l. c. p. 140, q. 290). — In Deuteron. xxxii, 43.

Καὶ ἐξ Ἰουδαίων πολλαὶ μυριάδες ἐπίστευσαν τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, καὶ τὸ πλεῖστον τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν· ἀλλὰ τοῖς ἔθνεσι τὴν διδασκαλίαν οἱ ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότες προσήνεγκαν· ἐξ Ἰουδαίων γὰρ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι· ταῦτα τοίνυν προθεσπίζων ὁ προφήτης ἔφη· « Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, » τουτέστι τῶν ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότων, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτοὺς πάντες ἄγγελοι Θεοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας· καὶ γὰρ

QUÆSTIO CCLXXX. [*Coisl.* CLXXII, *Taur.* CLXXI.]

Quomodo intelligendum sit hoc verbum (79) *« Lætamini, gentes cum plebe ejus, et confirment eum omnes angeli Dei? »*

D Innumerabilis multitudo, et ex Judæis, in Dominum Christum credidit, et præsertim ex aliis terræ populis, quibus Judæi qui crediderant, doctrinam attulerunt. Ex Judæis enim erant divini apostoli. Hæc igitur prædivinans dixit propheta: « Lætamini, gentes, cum plebe ejus [95], » id est, gentes ex populis credentibus; eosque confirment angeli Dei qui in Christum crediderunt. Cum enim Salvator nobis natus fuit, angelorum

[88] Num. xx, 10. [89] ibid. 12. [90] Psal. cv, 32-33. [91] Isa. i, 2. [92] Jerem. ii, 12. [93] Gen. xxxi, 47. [94] Gen. xxi, 32. [95] Isai. lxvi, 10.

NOTÆ.

(77) Theodoretum q. 37 in Num. fere transcripsit Photius.

(78) Desumpta ex Theodoreto q. 40 in Deuteron.

(79) Fere eadem habes apud Theodoretum q. 42 in Deuteron.

chorus celebravit divinum erga homines amorem. « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis [96]. » Præterea insemiuatos et virginales dolores Gabriel prædixerat archangelus, et in pugna adversus diabolum erant angelorum legiones, dictumque est : « Ecce angeli accesserunt et ministrabant ei [97]. » Et post resurrectionem angeli, præ sepulcro sedentes, nuntiant mulieribus Domini resurrectionem. Item angeli, Christo ad cœlum reverso, cum apostolis colloquuntur. Angelus Cornelio magnum Petrum indicavit, angelus Petrum eduxit carcere. Ipse divus Paulus secum navigantibus dicebat : « Astitit enim mihi Dei angelus, cujus sum ego [98], » et multa alia. Hæc de credentibus propheta loquitur; his prædicit verbis, et incredulorum pœnas, et quas ob causas punientur. Propter sanguinem filiorum ultio sumpta est, et sumet Dominus de inimicis suis, justitiam retribuet, eisque qui eum oderunt, et expurgabit Dominus terram populi sui. Filios Dei appellat sanctos, quos trucidarunt homicidæ. Namque, ut prophetarum mactationes omissas faciam et Domini salutarem passionem, mactaverunt et victorem egregium Stephanum, et ligno occiderunt magnum Jacobum, et sexcentos alios. Denique domos eorum qui in Dominum credebant, depopulati sunt, ut persæpe divus Paulus Thessalonicis scribens testatur : « Vos enim imitatores facti estis sanctorum qui Jerusalem sunt, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis qui et Dominum occiderunt Jesum, et ipsos prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus adversantur [99]. » Hæc quoque Dominus illis exprobravit in parabola vineæ : namque servorum alium verberarunt, alium occiderunt, alium lapidaverunt, quapropter Judæi per orbem terrarum dispergentur.

A τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γεννηθέντος, χορὸς ἀγγέλων ὑμνεῖ τὴν θείαν φιλανθρωπίαν βοῶν· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· » καὶ τὰς ἀσπάρτους δὲ καὶ ἀλοχεύτους ἐκείνας ὠδῖνας Γαβριὴλ προείρηκεν ὁ ἀρχάγγελος· κἀν τῷ πρὸς τὸν διάβολον ἀγῶνι παρῆσαν τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι· « Προσελθόντες γάρ, φησίν, οἱ ἄγγελοι, διηκόνουν αὐτῷ· » καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄγγελοι τῷ τάφῳ προσεδρεύουσιν, εὐαγγελιζόμενοι ταῖς γυναιξὶ τὴν ἀνάστασιν καὶ τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Δεσπότου· καὶ τῷ Κορνηλίῳ ἄγγελος τὰ κατὰ τὸν μέγαν Πέτρον ἐμήνυσε· καὶ αὐτὸν Πέτρον τῆς φυλακῆς ἄγγελος ἐξήγαγε· καὶ ὁ θεῖος Παῦλος τοῖς συμπλέουσιν ἔφη· « Ὤφθη μοι τοῦ Θεοῦ ἄγγελος B οὗ εἰμι· » καὶ πολλὰ τοιαῦτα· εἰπὼν δὲ περὶ τῶν πεπιστευκότων ὁ προφήτης ταῦτα, προλέγει καὶ τῶν ἀπίστων τὰς τιμωρίας καὶ τὰς αἰτίας δι' ἃς πείσονται· ἔφη γάρ· « Ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, καὶ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν αὐτὸν ἀνταποδώσει, καὶ ἐκκαθαιρεῖ Κύριος τὴν γῆν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Υἱοὺς δὲ Θεοῦ κέκληκε τοὺς ἁγίους οὓς ἀνεῖλον οἱ μιαιφόνοι· ἵνα γὰρ τὰς τῶν προφητῶν σφαγὰς παραλίπω, καὶ τοῦ Δεσπότου τὸ σωτήριον πάθος, τὸν μὲν καλλίνικον κατέλευσαν Στέφανον, ξύλῳ δὲ τὸν μέγαν ἀνεῖλον Ἰάκωβον, καὶ μυρία ἄλλα, καὶ τῶν τῷ Κυρίῳ δὲ πεπιστευκότων τὰς οἰκίας ἐξεπόρθησαν, ὡς πολλαχοῦ Παῦλος ὁ θεῖος καὶ Θεσσαλονικεῦσι δὲ γράφων ἐπιμαρτύρεται· «Μιμηταὶ γὰρ ἐγένεσθε τῶν ἐν Ἱε- C ρουσαλὴμ ἁγίων· τὰ αὐτὰ γάρ, φησί, καὶ ὑμεῖς ἐπάθετε ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθάπερ ἐκεῖνοι ὑπὸ Ἰουδαίων τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων. » Ταῦτα καὶ ὁ Κύριος αὐτῶν κατηγόρησεν ἐν τῇ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολῇ· ὅτι τῶν δούλων ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν· τούτου χάριν αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέσπειρεν.

QUÆSTIO CCLXXXI [*Coisl.* CCXCV, *Taur.* CCLXXXIV].

Cur demum parvi peccati causa Moyses procul videre pollicitam terram jussus sit, et introducere populum prohibitus (80).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΑ'.

Τί δήποτε διὰ σμικρὰν πλημμέλειαν Μωϋσῆς πόῤῥωθεν ἰδεῖν προσετάχθη τὴν γῆν, εἰσαγαγεῖν δὲ τὸν λαὸν ἐκωλύθη;

Edita a Maio (l. c. p. 141, q. 291). — In Deuteron. XXXII, 48, 52.

Sic nos commonet Deus se ab illis qui eximia virtute sunt præditi, summam virtutem expetere, cæteros vero homines qui abunde leges transgrediuntur, patienter ferentem, sanctos homines, hujus indulgentiæ non facere participes; quod et ait Sapiens quidam : « Parvuli quidem digni misericordiæ, potentes potenter scrutabuntur [99*]. Et Dominus in sacris Evangeliis : « Cui modicum dabitur, modicum ab illo repetetur [1]. » Intelligendumque est hoc : quod alium finem alia via quærit Dominus.

D Διδάσκει διὰ τούτων ἡμᾶς ὁ Θεός, ὡς τοὺς ἐν ἀρετῇ τελείους, τὴν ἄκραν ἀρετὴν ἀπαιτεῖ· καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μεγάλα παρανομοῦσι μακροθυμῶν, τοῖς ἁγίοις ταύτης οὐ μεταδίδωσι τῆς συγγνώμης· τοῦτο καὶ σοφός τις· ὁ μὲν γὰρ ἐλάχιστος, συγγνωστός ἐστιν ἐλέους, δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται· καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις· «Ὧ μὲν ὀλίγον δοθήσεται, ὀλίγον ἀπαιτήσουσι παρ' αὐτοῦ· » Ἰστέον μέντοι καὶ τοῦτο, ὡς ἕτερα δι' ἑτέρων ὁ Δεσπότης οἰκονομεῖ· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τουτονὶ τὸν μέγαν προ-

[96] Luc. II, 14. [97] Matth. IV, 11. [98] Act. XXVII, 23. [99] I Thess. II, 14. [99*] Sap. VI, 7. [1] Matth. XIII, 18.

NOTÆ.

(80) Hæc ultima ex quæstionibus, quas e Theodoreto sumpsit Photius, exstat apud Theodoretum q. 43 in Deuteron. T. LXXX, p. 417.

φήτην οὐκ εἴασεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσαγαγεῖν τὸν λαόν, ἵνα μὴ ὡς Θεὸν αὐτὸν σεβασθῶσιν οἱ Ἰσραηλῖται· τούτου χάριν αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἄδηλον ἐποίησεν ὁ σοφῶς τὰ καθ' ἡμᾶς πρυτανεύων Θεός. Εἰδέναι δὲ καὶ τοῦτο προσήκει, ὡς Μωϋσῆς τύπον ἔχει τοῦ νόμου· διὸ καὶ Μωϋσῆς τὴν προσηγορίαν ὁ νόμος ἔχει· ἔχουσι γάρ, φησί, Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας· Μωϋσέα τὸν νόμον καλέσας· καὶ πολλαχοῦ τοῦτο εὕροις· ὥσπερ γὰρ Ἡσαΐας καὶ Ἱερεμίας καὶ Ἰεζεκιὴλ οὐ τοὺς ἄνδρας μόνους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνων βιβλία καλοῦμεν· καὶ σχεδὸν τὸ αὐτὸ ἐπὶ πάντων καθορᾷν ἔστι τῶν συγγραφὰς θείας ἀπολελοιπότων· οὕτω καὶ Μωϋσῆν οὐ τὸν ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον ἔστιν ἰδεῖν κεκλημένον· τύπος μὲν οὖν Μωϋσῆς τοῦ νόμου· Ἰησοῦς δὲ ὁ τοῦ Ναυῆ, τύπος τοῦ Σωτῆρος· ὥσπερ τοίνυν Μωϋσῆς μὲν ἐξήγαγε τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου, Ἰησοῦς δὲ αὐτὸν εἰς τὴν ἐπηγγελμένην εἰσήγαγε γῆν, οὕτως ὁ νόμος τῆς μὲν ἀσεβείας ἀπαλλάττει τοὺς πειθομένους, ἡ δὲ τῶν Εὐαγγελίων χάρις εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάγει τῶν οὐρανῶν.

A Ut enim Deus non curat, vel potius non sinit hunc magnum prophetam in terram promissam populum introducere, ne ut pro Deo illum venerarentur Israelitæ, eadem de causa sepulcrum ejus abdidit qui sapienter humanas res moderatur Deus. Hoc quoque scire debemus Moysen fuisse legis figuram. Quare cognomen Moyses habet lex. Habent enim Moysen et prophetas, ait Scriptura. Legem Moysen appellant, quod multis locis invenias. Ut enim Isaiam, Jeremiam et Ezechiel non viros modo, sed etiam eorum libros appellamus, utque sic habemus omnes propemodum quorum sacra exstant opera, haud aliter Moysen, non virum modo, sed etiam legem illius hoc nomine appellari videmus. Moyses igitur legis est figura, Josue, Nun filius, Salvatoris.
B Ut igitur Moyses quidem eduxit populum de Ægypto, Josue autem in terram promissam introduxit, sic lex quidem impietate credentes liberat, gratia vero Evangelii in regnum cœlorum intromittit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΒ'.

Τί ἐστιν· « Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι; »

QUÆSTIO CCLXXXII [*Coisl.* CCXCVI, *Taur.* CCLXXXV].

Quid est hoc : « In modico suades me Christianum fieri ? »

Edita a Maio (l. c. p. 141, 142, q. 292). — Explanatio in Act. XXVI, 28.

D ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμὲ,» τάχα μὲν καὶ εἰς αὐτὸν ἐκληφθείη τὸν Δαβίδ. Τὸ γὰρ βασιλείαν μὲν περιεζῶσθαι, κατ' ἐχθρῶν δὲ πολλάκις τρόπαια ἀναστῆσαι, καὶ πρὸ τούτων ἀπὸ ποιμένος ἐν βασιλείοις διαιτᾶσθαι, καὶ μειζόνων ἢ κατ' ἐλπίδας ἀξιοῦσθαι, καὶ ὀργὴν ὕστερον κατὰ τοῦ Νάβαλ ἐπιδεδεῖχθαι, θανάτου τε ἀπαίτησιν ἐπισχῆψαι τῷ παιδὶ, παρά τε τοῦ Ἰωὰβ καὶ τοῦ Σεμεεὶ λαβεῖν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, θαυμασιώτερον μὲν ἀποφαίνει μᾶλλον τὸν Δαβὶδ εἰ ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις ἐξεταζόμενος, τὸ τῆς ψυχῆς οὐκ ἐκλονήθη πάγιον, οὐδὲ μειζόνων ἢ κατὰ τὰς ἐλπίδας ἀξιούμενος ἐπῆρεν ἑαυτοῦ καὶ ὑπερύψωσε τὴν καρδίαν, μεῖζον ἢ προσῆκε τὰ καθ' ἑαυτὸν φανταζόμενος· ἀλλ' εἰς τὴν παντοκράτορα καὶ κυριεύουσαν τῶν ὅλων ἅπαντα

[30] Joan. VIII, 44. [31] Psal. CXXX, 1, 2.

φέρων ἐτίθει Πρόνοιαν, οὐδαμοῦ λήθην λαμβάνων τοῦ, « Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. » Εἰ δέ τις ἐθέλοι τὸ εἰρημένον ἐκλαβεῖν καὶ ἐφ' ἑτέρου τινὸς τὴν ταπεινόφρονα ἀρετὴν κατορθωκότος, καὶ εἶναι τοῦτο ὥσπερ στήλην καὶ ὑπογραφὴν ἀνδρὸς ἂν φρόνημα τεταπεινωμένον καὶ συντετριμμένον φέροντος, οὐδ' οὗτος ἂν εἴη τοῦ εἰκότως φερόμενος ἔξω· ταπεινοφροσύνῃ δ' οὖν, ὡς ἔστι πολλαχόθεν λαβεῖν, καὶ ὁ μέγας ἐκεκόσμητο Δαβίδ. Ἐνίοις δὲ καὶ εἰς ὅλην τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἔδοξεν ἐναρμόζεσθαι τὸ ῥητόν. Αὕτη γάρ, φησί, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα φυομένων τε καὶ ἀναστρεφομένων παθῶν, οὐδ' ὅντινα καιρὸν ἀνατείνεσθαί τε καὶ ἀνυψοῦσθαι ὑπὲρ ἑαυτὴν δύναται, οἱονεὶ τῷ βάρει καθελκομένη· καὶ ποτὲ μὲν τούτῳ, ποτὲ δὲ ἐκείνῳ βαρυνομένη, καὶ μηδέποτε καθαρὰ τοῦ διενοχλοῦντός τε καὶ βιάζοντος καθεστηκυῖα, μηδὲ τὰς μεγίστας τε καὶ περὶ αὐτῆς ἀναλογίζεσθαι δεδυνημένη ἐννοίας· ἀλλὰ καλῶς γε ποιοῦσα, γῆν τε αὐτὴν καὶ σποδὸν ἡγεῖται, καὶ ἀναξίαν τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀναβάσεως· ἵνα μὴ μεταλαβοῦσα τοῦ ξύλου ἐφέσει θεότητος, καὶ αὐτῆς τῆς πρεπούσης αὐτῇ καὶ ἐναρμοζομένης πάλιν τάξεως κατενεχθῇ· ἐντεῦθεν δὲ ὑψοῖ τὴν ψυχὴν καὶ τρέφει τὴν ἡδεῖαν τροφήν, ἐκείνας τὰς ἐννοίας ἃς μετὰ τοῦ σώματος τραφῆναι οὐ δύναται· καὶ γὰρ τὸ, « Ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ... »

A jectio [22]. » Si quis aliter hæc verba interpretetur, eaque referat ad hunc virum humilitati subditum, si dicat scripta et edita esse ab eo cor contritum et humiliatum gerente, hic quoque a recta via non abhorreret. Namque humilitate, ut multis e locis colligitur, magnus ornatus est David. Hæc sententia pluribus etiam visa est humanam ad naturam spectare. Hæc enim, inquiunt, propter carnis infirmitatem omnesque dolores qui in corpore gignuntur et incidunt proprio pondere gravata non ea est quæ vel ad modicum supra seipsam erigi et attolli queat. Etenim nunc his nunc illis onerata, nec unquam turbatione et oppressione liberata, nihil magnum de se excogitat; sed seipsam, haud immerito quidem, nihil præter pulverem B et cinerem esse existimat et indignam quæ supra hominem assurgat. Qua in sententia commoratur, ne, particeps crucis facta, sitiensque deitatis, recedat ab ista vitæ ratione quæ ipsam decet, huicque accommodatur. Crux autem in sublime fert animam et proprium cibum ei præbet, et illas cogitationes quæ simul atque corpus ali non possunt. Namque hoc verbum, ut qui a lacte depulsus est ad matrem suam . . . . . .

Τῷ μέντοι εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μεταφέροντι τὴν ἑρμηνείαν, καὶ προφητείαν εἶναι τὸν ἐκείνου βίον καὶ τρόπαιον ὑπογράφουσαν δόξαν ποιουμένῳ, οὐδὲ τοῦτο ἂν γένοιτο τοῖς δευτερείοις ἐναριθμεῖσθαι τῶν ὀρθῶς περὶ τῆς ῥήσεως τεθεωρηκότων· ὥσπερ γὰρ τὸ, « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, » Δαβὶδ μὲν λέγει, εἰς Χριστὸν δὲ ἐξέβη, οὕτως καὶ τὸ εἰρημένον, « Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου, » καὶ μυρία ἄλλα· τοῦτο δὲ καὶ ὁ Παῦλος συνορῶν, αἰχμαλωτίζειν παραινεῖ πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· καὶ γὰρ οὐδ' ὑψώθη Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ὑπὲρ παντὸς ὕψους καὶ πάσης ὑπεροχῆς τελῶν, οὐδὲ ἐμετεωρίσθη· μᾶλλον δὲ τὸ ἀποστολικὸν εἰπεῖν· « Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου· » καὶ αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος κατὰ καιρὸν τοῦ πάθους φησίν· « Ἠδυνάμην παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ παρέστησέ μοι πλείονας ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων· » ἀλλ', οὔ μοι γνώμη, τὸ ὑψοῦσθαι, μέγεθος δὲ καὶ θαυμασιότης ὑπὲρ αὐτὸν οὔτε ἦν οὔτε ὑπενοεῖτο, οὔτε αὐτὸς οὐδὲ ἐπεστράφη ποτὲ ὑπερενεχθῆναι τούτῳ. Τί γὰρ ἂν εἴη θαυμασιώτερον ἢ μεῖζον τῆς ὑπὲρ πᾶν μέγεθος καὶ ἀξίωμα ὑπεριδρυμένης φύσεως θεϊκῆς; πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἄνθρωπος τοῖς κατὰ τὰ περίγεια καὶ τὴν σάρκα μεγάλην δόξαν καὶ ὄγκον περιβεβλημένοις οὐδὲ τούτοις συνημιλλᾶτο καὶ συνεπορεύετο· μᾶλλον δὲ τοὐναντίον ἅπαν ταπεινοφροσύνῃ καὶ μετριότητι ὅλον ἑαυτὸν διερρύθμιζε· διὸ καὶ ὁ προφήτης· « Χαῖρε, φησί, θύγατερ Σιών· » καὶ τῆς αἰτίας ἡ χαρά, « Ὅτι πρᾶος καὶ

Qui ad Dominum nostrum Jesum Christum interpretationem confert, habetque vitam ejus prophetiam qua tropæum inscribitur iis qui Deo laudem retribuunt, non is non secundum obtinebit C locum inter eos qui hac de sententia recte cogitaverunt. « Ut enim foderunt manus meas et pedes meos [23], » dicit David, Christum spectat, sic hoc dictum, descenderunt me in infima fossa, et « Diviserunt sibi vestimenta mea [24] » et sexcenta alia; quod et ipse intelligit Paulus. Omnem sensum ad Christum referens, namque ne elatus quidem fuit Christus Deus noster qui super omnem altitudinem et eminentiam commoratur, nec in sublime erectus fuit. Vel potius apostolicum verbum hujuscemodi est : « Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et humiliavit semetipsum usque ad mortem [25]. » Ipse etiam ad passionis tempus dixit : « Possem rogare D Patrem meum, et exhiberet mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum [25*]; » sed, ut opinor, altitudo, magnitudo et admiratio in Christo nec erant, nec suspiciebantur. Nec ipse quæsivit quomodo cæteris antecelleret. Quid enim mirabilius vel majus esset quam natura divina quæ super omnem magnitudinem et majestatem collocatur? Præterea Christus ne, ut homo quidem, cum eis qui, si ad terrena et corporea spectes, multo fastu circumdantur, contendebat, aut conversabatur. Imo vero se totum in humilitate et modestia componebat. Quare propheta : « Exsulta, filia Sion; nam

[22] Psal. XXI, 7. [23] Psal. XXI, 17. [24] ibid. 19. [25] Philip. II, 6, 7, 8. [25*] ibid.

causa est tibi gaudii, quoniam quietus et mansuetus venit ad te rex [26]. » Hoc verbum a lacte depulsum cum his forte congrueret, quia animam quam assumpserat ad antiquam et primitivam dignitatem reduxit, quod idem est ac lacte depulsum ad matrem suam. Si quis autem intelligeret Christum postquam utque Deus, utque homo commorationem suam inter homines peregit, rursus ad paternum gremium ex quo egressus erat reversum esse, is quoque verisimilia conjiceret. Namque illuc recurrens, et accepto super omnia judicio, omnes in semetipsum justificavit, quod ex his verbis constat : « Restitues ad animam meam. »

A ἥσυχος ἥκει σοι ὁ βασιλεύς· » τὸ δὲ, ἀπογεγαλακτισμένον, ἐναρμοσθείη ἂν τοῖς εἰρημένοις, ὅτι καὶ τὴν ψυχὴν ἣν προσείληφεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον αὐτὴν καὶ προγονικὸν ἐπανήγαγεν ἀξίωμα· τοῦτο γὰρ ἂν εἴη τὸ, « Ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ· » εἰ δέ τις ἐθέλοι νοεῖν ὅτι καὶ τὴν μετὰ τῶν ἀνθρώπων ἀναστροφὴν θεοπρεπῶς τε καὶ ἀνθρωποπρεπῶς τελέσας πάλιν ἐπὶ τοὺς πατρικοὺς, ὧν οὐκ ἐξέστη, κόλπους ἐπανῆλθε, καὶ οὗτος ἂν τὰ εἰκότα ἐρεῖ· καὶ γὰρ ἐκεῖσε ἀναδραμὼν καὶ τὴν ὑπὲρ πάντων κρίσιν δεξάμενος, ἐδικαίωσε πάντας ἐν ἑαυτῷ, ὅπερ ὑποδηλώσει ἂν καὶ τὸ, « Ὡς ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. »

QUÆSTIO CCC [*Coisl. Taur.* CXIII].

Cur in rubo nec in alia planta Moysi apparuerit Deus?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Τʹ.

B *Διατί ἐν βάτῳ καὶ οὐκ ἐν ἑτέρῳ φυτῷ τῷ Μωϋσεῖ ὀπτάνεται ὁ Θεός;*

Edita a Maio (l. c. p. 152-154, q. 309). -- Exod. III, 2.

Multas ob causas; at priusquam excutiamus qua de causa apparuerit, dicere expedit tria hoc symbolum significare. Vel ut rubus ardebat, nec comburebatur, sic Israel obnoxium periculis, pœnis, flammisque miseriæ quibus eum servitio objectum Ægyptii vexabant, sola Dei dextra e morte et exitio ereptum fuisse. Vel Deum Verbum, Patris lumen, incorporeum, divinitatis ignem terrestri et corporeo Virginis sinu fulsisse, inconsumptamque et intactam Virginem quæ conceperat servavisse. Si mavis ipse Divinitatis ignis humanæ consociatus naturæ, illam quidem mundabit, consecrabit, non autem comburet, nec delebit. Verumenimvero hæc rubi mysterio præfigurantur, rubusque, nec alia planta subjicitur igni. Forte quoniam in deserto nulla alia planta gignebatur; vel etiam, ut discamus ignem divinum cum naturam humanam complecteretur quæ peccata sua ut spinas projicit, illam inflammasse, non autem consumpsisse. Sed spinas circumdantes exussisse ac delevisse. Vel si aliud te juvat, in rubo isto apparent pleræque gentium, abjectis de Deo opinionibus correptæ, et quasi atheismo obsessæ, semina peccatorum secum ferentes, putrefactamque in Deum venerationem, quæ debebant sancti Spiritus adventu et manifestatione accendi, et spinoso illo ingratoque errore mundari, ignisque divini radios accipere. « Ipse, prout dictum est, baptizabit vos in Spiritu sancto et igni [27]. » Ut autem manifestior clariorque esset figura, memoraut rubum arsisse, non autem combustum esse. Namque rubus repens et spinosus, si ad naturam ejus spectes, infirmus est; si ad speciem, super terram diffusus. Quæ cuncta rubum inter et gentiles quædam communia ponunt. Insuper hac quidem planta nihil fere humilius, quæ, etiamsi augescat, nunquam tamen assurgit, humique semper proserpit: ignis autem, leve quiddam cum habeat, ex omnibus quæ sensu percipiuntur maxime ad excelsa et sublimia tendit. Quo significatur hanc præ cæteris omnibus consti-

Διὰ πολλὰς αἰτίας· μᾶλλον δὲ πρὸ τοῦ ἀποδοῦναι τὰς διατί ὤφθη αἰτίας, ἄμεινον εἰπεῖν ὅτι τρία τινὰ τὸ σύμβολον μηνύει· ἢ ὅτι ὥσπερ ἡ βάτος πυρὶ περιελαμβάνετο μὲν, οὐ κατεκαίετο δὲ, οὕτω καὶ ὁ Ἰσραὴλ ἔκδοτος τοῖς πειρασμοῖς καὶ ταῖς τιμωρίαις καὶ τῇ φλογὶ τῆς ταλαιπωρίας ἣν αὐτοῖς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ὑφῆπτον, μόνῃ δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ δεξιᾷ τοῦ μὴ διολωλέναι καὶ ἀποτεφρωθῆναι διετηρήθησαν· ἢ ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος τὸ φῶς τὸ πατρικὸν καὶ τὸ ἄϋλον τῆς Θεότητος πῦρ ἐν τῇ γεηρᾷ τε καὶ ὑλώδει τῆς Παρθένου μήτρᾳ περιαστράψαν, ἀκατάφλεκτον καὶ ἀπήμονα διασώσει τὴν δεξαμένην αὐτό· εἰ βούλει δὲ τὸ αὐτὸ τῆς θεότητος πῦρ τῇ ἀνθρωπίνῃ προσομιλῆσαν φύσει, πυρακτώσει μὲν καὶ
C θεοποιήσει, οὐ καταφλέξει δὲ καὶ ἐξαφανίσει· ἀλλὰ προτυποῖ μὲν τὸ ἐπὶ τῆς βάτου μυστήριον ἴσως ἂν τὰ τοιαῦτα· καὶ ἡ βάτος δὲ ὑποβάλλεται τῷ πυρὶ καὶ οὐχὶ φυτὸν ἕτερον· τάχα μὲν ὅτιπερ οὐδ' ἦν ἑτέρου τινὸς ἡ ἔρημος παρὰ τοῦτο φυτοῦ καρποφόρος· ἔτι δὲ καὶ ἵνα μάθωμεν, ὡς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὸ τῆς θεότητος περιλαβὸν πῦρ, οἱονεί τινας ἀκάνθας τὰς ἁμαρτίας προβεβλημένην, ταύτην μὲν ἐφλόγιζεν, οὐ κατέκαιε δέ· τὰς δὲ περὶ αὐτὴν ἀκάνθας κατέκαιε καὶ διέφθειρεν· εἰ βούλει δὲ, καὶ ἐπείπερ τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν ταῖς χαμαιπετέσι περὶ Θεοῦ συρόμενα διανοίαις, καὶ οἷον τῇ ἀθεότητι περικεχυμένα, καὶ τὰς τῶν ἁμαρτιῶν ἐκφέροντα ἐκφύσεις, καὶ τὴν τοῦ σεβάσματος σύστασιν σαθρὰν, ἔμελλε δὲ ταῦτα τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσει τε
D καὶ ἐλλάμψει, τῆς μὲν ἀκανθώδους καὶ ζιζανιώδους περιφλέγεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι πλάνης, τὰς δὲ τοῦ θεϊκοῦ πυρὸς ἀκτῖνας ὑποδέχεσθαι. Αὐτὸς γὰρ, φησὶ, βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· ἵν' ἐμφανέστερόν τε καὶ τηλαυγέστερον τὸ εἰκονιζόμενον προσδιατυπωθῇ, ἡ βάτος παραλαμβάνεται, ὑπηρετουμένη μὲν, οὐ φλεγομένη δὲ τῷ πυρί· χαμερπής τε γάρ ἐστι καὶ ἀκανθώδης καὶ τὴν ὑπόστασιν ἀσθενὴς καὶ κατὰ τὴν ὄψιν διηπλωμένη τῆς γῆς· καθ' ἃ καὶ τὴν ἀναλογίαν πρὸς αὐτὴν διασώζει τὰ ἔθνη. Ἔτι δὲ τοῦ τοιούτου μὲν φυτοῦ σχεδόν τι οὐδὲν

[26] Soph. III, 14. [27] Marc. I, 8.

ταπεινότερον, ἀλλ' αὔξην μέν τινα δέχεται, οὐδέπω δ' ἐπαίρεται τῆς γῆς· ἀεὶ δὲ ταύτῃ προσέρπει· τὸ δὲ πῦρ κοῦφόν τε καὶ τῶν ὅσα κρίνεται αἰσθήσει ἀνωφερέστατόν τε καὶ ἀνώτατον· ὡς ἂν οὖν ἐπιδειχθῇ ὅτι ἡ πάντων ὑπερέκεινα τῶν ὄντων ἀνῳκισμένη τε καὶ ὑψηλοτέρα τῆς θεότητος φύσις (πῦρ γὰρ πολλάκις ἡ Γραφὴ τὸν Θεὸν ὀνομάζει), πρὸς τὴν ταπεινοτέραν φύσιν τῶν ἀνθρώπων τῇ πηλῷ καὶ γῇ συμπεφυρμένην οὐκ ἀπηξίωσε κατελθεῖν, εἰκότως τῷ ὑποδείγματι κατάλληλον παρελήφθη φυτόν. Ἔτι δ' ἂν ἐπιθεωρήσαις, ὡς τοῦ Ἑβραίων ἔθνους αὐτομολεῖν πως ἐπιῤῥεπῶς ἔχοντος πρὸς πολυθεΐαν, ἅτε τοῖς τῶν Αἰγυπτίων ἔθεσιν οὐκ ὀλίγοις ἔτεσι συναναπεφυρμένου, ἵνα μὴ αὐτοῖς πρόσβασίς τις εἰς πολυθεΐαν περιγένηται ἐν τῷ τοιούτῳ, εἰδεχθεῖ τε καὶ ταπεινῷ καὶ ἀνεπιτηδείῳ πρὸς παραγωγὴν ξοάνων παραδείκνυται τὸ θαῦμα· ἵνα μὴ καταπλαγέντες τὸ ὁρώμενον, ἢ αὐτό γε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, εἰς Θεὸν ἀναγραψάμενοι προσκυνήσωσιν· ἢ διαγλύφοντες ἐξ αὐτοῦ ἀπεικάσματά τε καὶ ὁμοιώματα, ὡς θεοὺς αὐτῶν τὰ τῶν χειρῶν ἔργα προσκυνήσωσιν· οἱ γὰρ μετὰ τοσαύτης ζημίας μοσχοποιήσαντες, καὶ ὡς Θεῷ τῷ τύπῳ τῆς τοῦ βοὸς κεφαλῆς προσκυνήσαντες, ἐν ᾧ μηδὲ θεοσημείαν μηδ' ἡντιναοῦν ἐθεάσαντο, τί ἂν οὗτοι οὐκ ἐτόλμησαν, εἰ τῶν ὡραίων τι φυτῶν καὶ πρὸς χρείαν ἐπιτηδείων τὸ πῦρ αὐτοῖς ἀφλέκτως φέρον ἐφαίνετο, μάλιστα ἀκηκοότες τοῦ νομοθέτου λέγοντος· « Ἐλάλησεν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ ἐκ τῆς βάτου.

A tutam et excellentem Dei naturam (ignem enim persæpe Scriptura Deum vocat) non dedignatam esse ad humillissimam hominum naturam limo terraque commistam descendere. Merito igitur planta hinc naturæ congruum exemplum sumptum est. Hoc etiam animadverte quod, cum inesset Hebræorum genti proclivitas ad idololatriam, prodigium istud adeo fœdam, vilem indecoramque præ idolis formam suscepit ne gradus novus ad hæc idola iis supponeretur, scilicet ne visione commoti, aut ipsam Dei speciem pro Deo ponentes adorarent, aut signa et figuras ad ejus similitudinem imitati cum confecissent, hæc manuum suarum opera uti deos venerarentur. Qui enim vitulum tantis impensis excuderunt, proque Deo simulacrum bovi- B no capite instructum adoraverunt ubi nulla omnino Dei manifestatio exstiterat, quid non ausi essent si tempestiva quædam et usurpata herba innoxiam ferens flammam ipsis apparuisset præsertim cum audivissent legislatorem dicentem; « (Deus) vocavit eum (Moysen) de medio rubi [18]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΑ'.

Τί δήποτε τοῦ Θεοῦ διαῤῥήξαντος καὶ διαμερίσαντος τὸν τῶν Ἑβραίων λαὸν, καὶ τὸν μὲν εἰς Σαμάρειαν ἐξῳκικότος, τὸν δὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐγκαταλελοιπότος· γέγραπται γὰρ ὡς εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Σολομῶντι· Διαῤῥήσσων διαῤῥήξω τὴν βασιλείαν σου· ἐκείνου τοίνυν διαῤῥηγνύντος, τί δήποτε τοὺς τὴν ἐκ Θεοῦ διαίρεσιν ὑποστάντας μέμψεσι καθυποβάλλομεν καὶ αἰτίαις; Θεοῦ γὰρ διαῤῥήσσοντος, τίς ἂν συναφθείη; καὶ μερισμὸν καταδικάζοντος, τίς ἐξελεῖται; C

QUÆSTIO CCCI [*Coisl. Taur.* CXIV].

Quid tandem, cum Deus sciderit et diviserit Hebræum populum, aliis quidem in Samariam relegatis, aliis autem in Judæa relictis (scriptum est enim Dominum ad Salomonem dixisse: Scindens scindam regnum tuum), cum ergo Deus ipse scindat, quam ob causam, illos qui divisioni subjecti sunt a Deo, conviciis obruamur et ex probationibus? Deo enim scindente, quis conjungatur? et divisionem sanciente, quis expiatur?

Edita a Maio (l. c. p. 95, q. 70). — De regni Judaici divisione quæ a Deo facta dicitur et tamen populo vitio vertitur. III Reg. xi, 11.

Τὸ μὲν οὖν διαπορηθέν σοι, εἴ τι μέμνηται, τοιοῦτον. Εἰδέναι δὲ δεῖ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς παρούσης ἀπορίας, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν παραπλησίαν τὴν περίστασιν ἐχόντων, ὡς αἱ προλαμβάνουσαι τῆς ἐκβάσεως τιμωρητικαὶ τοῦ Θεοῦ ψῆφοι, οὐχ αὐταὶ τῆς ἐκβάσεως τὴν αἰτίαν εἰσὶν ἀναδεδεγμέναι· οὐ γὰρ εἴ τι τῶν γενησομένων προθεωρήσας τις προαναφωνήσει οὐδ' ἐφ' ἡμῶν τῶν ἀνθρωπίνων, μήτοιγε τὸ Θεῖον, αὐτὸς ἂν εἴη δίκαιος τὴν αἰτίαν ἔχειν τῶν ἐκβεβηκότων· λέγεται οὖν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ τὰ τοιαῦτα· ὡς ἂν μὴ εἰς ἑτέραν τινὰ δύναμιν καὶ ἀρχὴν τὰς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ἡμῖν ἐπαγομένας τιμωρίας προαχθείημεν ἀναφέρειν· καὶ ταύτην ὁ θεῖος λόγος τὴν ὑπόνοιαν ἀναστέλλων, προαγορεύει τὰ ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν συμβησόμενα. Καὶ μία μὲν αἰτία αὕτη τοῦ τὴν αἰτίαν τῶν τοιούτων εἰς τὸ Θεῖον τὴν ἀναφορὰν ἔχειν· δευτέρα δὲ, ὅτι δυνατὸς ὢν ἐπισχεῖν τὴν πρὸς τὰ χείρω ἡμῖν ῥοπὴν, οὐκ ἐκβιάζεται, οὐδὲ πρὸς τἀναντία μεθέλκει· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ, « Ὁ ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων

Quod ergo te suspensum habet, si bene memini, tale est. Scito autem opus est, non tantum in præsenti dubio, sed et in omnibus aliis similes circumstantias offerentibus, ultricia Dei decreta, quæ eventum præcedunt, causam eventus non esse reputanda: etenim si quid futurum aliquis prævidens proclamet, nec a nobis hominibus, nec certe a Deo causa habebitur eventus. Talia ergo in divina Scriptura dicuntur, ne ad pœnas pro peccatis nostris inflictas ad aliam potestatem et potentiam referendas inducamur, quam divina sententia opinionem reprimens, quæ propter peccata nobis sunt eventura prænuntiat, et primo quidem causa ea est cur imputatio istorum ad divinitatem referatur. D Secunda vero quod cum in sua sit potestate reprimere nostram ad pejora inclinationem, nec refrenat, nec ad contraria attrahit. Tale est autem et hoc: « Faciens pacem et creans mala [28]. » Et: « Scio quod non audiet te Pharao: propter quod indurabo cor ejus [29]. » Etenim, dicit *indurabo*, non quod ipse

[28] Isa. XLV, 7. [29] Ex cod. VII, 3.

cor Pharaonis in duritiam sit conversurus, sed quod ad illam istum inclinantem et conversum non relevet nec refrenet, ne humanæ naturæ liberum arbitrium auferat. Ægyptium contra voluntatem inclinatum non mutat nec convertit ad malam voluntatem; hoc enim significat *indurabo*. Continet forte quemdam alium eadem lectio sensum : *Indurabo*, id est, duræ et indocili menti dura inducam et istiusmodi feritatis digna.

A κακά·» καὶ, «Οἶδα ὅτι οὐκ ἀκούσεταί σου Φαραώ· διὰ τοῦτο σκληρυνῶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ·» καὶ γὰρ τὸ, *σκληρυνῶ*, οὐχ ὅτι αὐτὸς τὴν τοῦ Φαραὼ καρδίαν μεταπλάσει εἰς σκληρότητα, ἀλλ' ὅτι πρὸς ταύτην αὐτοῦ ῥέποντος καὶ συνεστραμμένου, οὐδὲ ἀναχαιτίζει, ἵνα μὴ περιέλῃ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ αὐτεξούσιον· καὶ παρ' ἑκούσιον τοῦ Αἰγυπτίου ὡρμηκότος, οὐ μεταβαλεῖ οὐδὲ μεταστήσει πρὸς τὸ ἀκούσιον· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *σκληρυνῶ*. Ἔχοι δ' ἂν τινα καὶ ἑτέραν ἡ λέξις αὕτη παραδηλουμένην περιπέτειαν· *σκληρυνῶ* γὰρ ἀντὶ τοῦ, σκληρῷ καὶ ἀτεράμονι τὴν γνώμην ὄντι σκληρὰ αὐτῷ ἐπάξω καὶ τῆς τοῦ τρόπου ὠμότητος ἐπάξια.

Ita ergo, sicut diximus, prævidens Deus illos proprio motu et propria voluntate Roboam deserturos esse, servumque et apostatam Jeroboam sequendos esse, et dividendam esse gentem in duas partes, hujus (inquam) cognitionem sicut et omnium aliorum præoccupans Deus, quæ futura sunt prænuntiat et dicit : Scindam regnum tuum, propter duas causas jam supradictas. Si enim Deo ita semper loquente, et ad semetipsum omnia referente, attamen illi ad alios sese convertentes deos, et Astartem quæ Artemis apud Græcos vocatur et Chamos et muscas colentes, istis suæ vitæ providentiam et durationem attribuerunt, ad quid audaciæ non venissent, si ex sanctarum Scripturarum lectione, illis data fuisset occasio quædam cogitandi, alium quemdam esse finem pœnis facientem, et ex alio quodam malorum onus venire? Videas autem in tentatione justi Job Deum tentationes permittentem et fines quosdam tentationi constituens; verbi gratia, hoc datur tibi tentare, in illum autem ne manum extendas. Omnia enim ab omnipotenti dextra, modo quidem adjuvante et cooperante, modo permittente et non impediente, pendent.

Οὕτω δὴ οὖν ἐνταῦθα, ὥσπερ ἔφημεν, προειδὼς τὸ Θεῖον ὡς ἐξ οἰκείας ὁρμῆς καὶ θελήσεως ἀποστήσονται μὲν τοῦ Ῥοβοάμ, ἀκολουθήσουσι δὲ τῷ δούλῳ καὶ ἀποστάτῃ Ἱεροβοὰμ καὶ μερισθήσεται τὸ ἔθνος εἰς τμήματα δύο, τούτου τὴν γνῶσιν ὥσπερ καὶ τῶν B ἄλλων ἁπάντων προειληφὼς ὁ Θεὸς, προαγορεύει τὸ ἐσόμενον, καί φησι· Διαῤῥήξω τὴν βασιλείαν, διὰ τὰς προειρημένας ἔμπροσθεν αἰτίας δύο. Εἰ γὰρ καὶ οὕτω τοῦ Θείου πανταχοῦ λέγοντος καὶ εἰς ἑαυτὸν τὸ πᾶν ἀναφέροντος, οὐ διέλιπον αὐτοὶ πρὸς ἑτέρους ἀποτρέχοντες θεοὺς, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ ἥτις ἐστὶ παρ' Ἕλλησιν Ἄρτεμις, καὶ τῷ Χαμὼς καὶ ταῖς μυίαις λατρεύοντες, κἀκείνοις τῆς ἑαυτῶν ζωῆς τὴν πρόνοιάν τε καὶ τὴν διαμονὴν περιάπτοντες, τί οὐκ ἂν ἐτόλμησαν εἴ τινά ποθεν λαβεῖν ἀφορμὴν ἔσχον ἐκ τῆς τῶν ἱερῶν Γραμμάτων διανοίας, ὡς ἄλλος τίς ἐστιν αὐτοῖς ὁ τὰς τιμωρίας ὁρίζων, καὶ ἐξ ἑτέρου τινὸς ἡ τῶν χειρόνων αὐτοῖς ἕπεται φορά; Ἴδοις δ' ἂν καὶ κατὰ τὸ πειρατήριον τοῦ δικαίου Ἰὼβ τὸν Θεὸν συγχωροῦντα τοὺς πειρασμοὺς καὶ ὅρους τινὰς καθορίζοντα C τῷ πειράζοντι· οἷον, Τάδε δίδοταί σοι πειράσαι, τούτου δὲ μὴ ἅψῃ. Πάντα γὰρ τῆς παντοκρατορικῆς ἐξῆπται δεξιᾶς, τὰ μὲν ἀντιλαμβανομένης καὶ συμπραττούσης, τὰ δὲ παραχωρούσης καὶ οὐκ ἀπειργούσης.

Similis autem aliquo modo videtur et hæc lectio : « Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commovitque David in eis dicentem : Dinumera Israel [30]. » Incitat enim David ad Israel dinumerandum quia erga justi judicis iram et vindictam Israelitæ pro peccatis suis debitores erant; et non est alius impellens Davidem ac ille qui irascitur contra Israel et qui pœnas in illum inducturus erat. Etenim peccati nos reos scimus, testimonium etiam perhibentibus divinis Litteris, accidentium autem nobis pro peccatis tribulationum divina voluntas est auctor. Justi enim est judicis pœnam pro gravitate delicti statuere; etenim iræ causa sunt, qui peccaverunt; ira autem istis punitionem induxit, medio sumpto David, quem ipsi offenderant, propter quod et ipse in Deum peccaverat, etenim dinumeravit, quamvis illum citius aliis condemnaverit; dicit enim : Percussit cor David eum propter populi recensionem. Quali vero pro delicto populus pœnas dare dignatus est? nonne evidens est pro insurrectione contra David suum regem, cum rejecta legitima et justa potestate, in favorem illius

Παραπλήσιον δέ πως εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ, «Προσέθετο ὀργὴ Κυρίου τοῦ θυμωθῆναι ἐπὶ Ἰσραήλ. Καὶ ἐπέσεισε τὸν Δαβὶδ εἰς αὐτοὺς λέγων, Ἀρίθμησον τὸν Ἰσραήλ.» Ἐπισείει γὰρ τὸν Δαβὶδ ἀριθμῆσαι τὸν Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦ δικαίου κριτοῦ ὀργὴ καὶ τιμωρία τῷ Ἰσραὴλ ἐφ' οἷς ἥμαρτον ἐκεχρεώστητο· καὶ οὐκ ἄλλος τίς ἐστιν ὁ ἀνασείων τὸν Δαβὶδ, ἀλλ' ὁ ὠργισμένος μὲν τῷ Ἰσραὴλ, ἐπενεγκεῖν δὲ μέλλων αὐτοῖς τὴν ποινήν. Καὶ γὰρ τῆς μὲν ἁμαρτίας αὐτοὺς ἴσμεν τε αἰτίους, καὶ τὰ θεῖα διαμαρτύρονται Λόγια, τῶν δὲ D ἐρχομένων ἡμῖν ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνομεν θλιβερῶν ἡ θεία ψῆφος δημιουργός· κριτοῦ γὰρ δικαίου, πρὸς τὴν τῶν ἔργων βαρύτητα καὶ τὴν ἐπ' αὐτοὺς τιμωρίαν ἁρμόζεσθαι. Καὶ γὰρ τῆς μὲν ὀργῆς οἱ ἡμαρτηκότες παραίτιοι· ἡ δὲ ὀργὴ τούτοις τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγε, μέσου παραλαμβανομένου τοῦ Δαβὶδ, εἰς ὃν ἐκεῖνοι προσέκρουσαν, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν ἡμαρτηκέναι Θεῷ· καὶ γὰρ ἠρίθμησεν· εἰ καὶ θᾶττον αὐτὸν πρὸ τῶν ἄλλων κατεδίκασεν· φησὶ γάρ· «Ἐπάταξε καρδία Δαβὶδ αὐτὸν ὅτι ἠρίθμησε τὸν λαόν.» Ποίας δὲ παρανομίας τηνικαῦτα ὁ λαὸς ὑποσχεῖν ἐδικαιοῦτο τιμωρίαν, ἢ δηλονότι τῆς ἐπαναστάσεως τῆς κατὰ

[30] Exod. xiv, 4. [31] Num. xxv, 4.

τοῦ σφῶν βασιλέως Δαβίδ ; ἡνίκα διαῤῥαγέντες ἐκ νόμου καὶ δικαίας ἀρχῆς τῷ κατὰ πατρὸς καὶ βασιλέως τυραννικὰς χεῖρας ἀντάραντι, καὶ μήτε τὴν φύσιν εὐλαβηθέντι, μήτε τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα δυσωπηθέντι, συνεπανέστησάν τε καὶ συναπεστάτησαν. Ἐξ οὗ κυρίως μὲν κατ' ἀλλήλων ἐῤῥυήκει ὁ φόνος, ἅπας δὲ φύσεως κατεπατήθη νόμος, παίδων πολλάκις κατὰ πατέρων τὰ ξίφη φερόντων, καὶ ὁ φίλτατος υἱὸς χειρὸς πατρικῆς ἔργον κείμενος· τοιαῦτα γὰρ τὰ κακὰ τῆς ἐμφυλίου στάσεως. Ταύτης οὖν τῆς κατ' ἀλλήλων μιαιφονίας, δίκαιος ἦν ὑποσχεῖν τὴν τιμωρίαν ὁ Ἰσραήλ· ἐπεὶ δὲ ἔδει ποινηλαθῆναι αὐτὸν, οἱόν τις προκαταρκτικὴ αἰτία τιμωρίας διατίθεται τὸ ἀνασεισθῆναι τὸν Δαβὶδ ἐξαριθμῆσαι τὸν λαόν.

A qui contra patrem et regem tyrannicas manus levaverat, nullo naturæ respectu, nulla dignitatis regiæ reverentia, consurrexerunt et simul secessernnt. Quo factum est ut alii alios crudeliter trucidaverint, et omnes naturæ leges pedibus conculcaverint, filiis sæpe contra patres gladium ferentibus, et charissimo filio manu paterna jacente. Hæc sunt enim belli civilis mala ; cujus autem mutuæ cædis æquum erat pœnas dare Israel. Cum autem illum pœnæ causam nescire oporteret, sicut quædam principalis causa vindictæ dicitur Davidem excitatum fuisse ad populum dinumerandum.

B Ὅτι γὰρ οὐδὲ τῶν δεινῶν σφόδρα παρὰ βασιλέως ἦν ἡ ἀρίθμησις τοῦ λαοῦ, κἂν νῦν εἰς αἰτίαν τῆς τιμωρίας παρείληπται, δηλοῖ καὶ ἡ μετὰ ταῦτα ἀπαρίθμησις παρὰ τῷ αὐτῷ γεγενημένη Δαβίδ· ἐφ' ᾗ οὔτε τι μηδὲν ἀπήντησε πονηρὸν καὶ μήτε πονηρίας ἐγκλήματι ὑπαχθεῖσα μήτε τινὰ ἐφελκυσαμένη ποινήν· αὕτη δὲ περὶ τὰ τέλη γέγονε τοῦ βασιλέως· ὅτε καὶ ὁ τῶν Λευιτῶν συνελογίσθη ἀριθμός· τοῦτο δὲ καὶ συνυπεμφαίνουσα ἡ Γραφή, τὸ, « Προσέθετο ὀργὴ Κυρίου θυμωθῆναι ἐπὶ Ἰσραὴλ, » διατίθησι πρὸ τοῦ, « Ἀνέσεισε τὸν Δαβὶδ, » ἐνάγουσα οἱονεὶ καὶ διανιστῶσα τὸν ἀκροατὴν συνιδεῖν ὡς οὐχὶ διὰ τὸ ἀριθμηθῆναι τὸν λαὸν ἡ ὀργὴ ἀνήφθη τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν προσγεγενημένην αὐτῶν στάσιν τε καὶ τυραννίδα καὶ μιαιφονίαν· τὸ γὰρ τὴν ὀργὴν C προτεθεῖσθαι τῆς ἀριθμήσεως, οὐ διὰ τὴν ἀρίθμησιν ἐπαχθῆναι ταύτην δηλοῖ· ἀνασείεται δὲ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ καὶ οὐχ ἄλλος, ὅτιπερ διὰ τὸ αὐτοῦ ἁμάρτημα ἡ τοῦ Ἀβεσαλὼμ ἐπανάστασις συνέβη. « Ἀνθ' ὧν γὰρ, φησὶν, ἐφόνευσας καὶ ἐμοίχευσας, καὶ ἑτέροις μὲν ὑπαχθήσῃ, πλὴν ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκές σου ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν σου εἰς ἑτέρους μεταστήσονται, » ὃ δὴ καὶ διαπέπρακται τῷ Ἀβεσαλώμ· ἀνασείεται οὖν αὐτὸς ὁ ἡμαρτηκὼς, ἵνα τοῦ οἰκείου πταίσματος εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν, « Ἐγὼ ἥμαρτον, ἀναβοήσῃ, καὶ ἐγὼ ἐκακοποίησα, οὗτος δὲ ὁ λαὸς τί ἐποίησε ; » Καὶ ἐκ μὲν τῆς ἐξαγορεύσεως καὶ μετανοίας ἡ θραῦσις κοπάσῃ· ταύτης δὲ ληγούσης ἡ σωτηρία περιγένοιτο τῷ γένει· μᾶλλον δὲ ἄνωθεν εἰπεῖν, ἐκεχρεωστήκει τὴν δίκην ὁ λαός· διὰ τοῦτο προσέθετο ὀργὴ Θεοῦ D θυμωθῆναι ἐπ' αὐτούς· ἀνασείει δὲ ὁ θυμὸς πρὸς τὴν ἀρίθμησιν τὸν Δαβίδ· ἀριθμηθέντος δὲ ἐπέθετο ἡ πληγή· ἱσταμένης δὲ τῆς πληγῆς εἰς συναίσθησιν τοῦ παραπτώματος ἥκει ὁ Δαβίδ· ἐκ τῆς συναισθήσεως, εἰς μετάνοιαν· ἡ μετάνοια δὲ τὴν ἄνωθεν συγγνώμην καὶ τὸν ἔλεον κινεῖ· τὰ δὲ παύουσι τὴν θραῦσιν· ὥστε καὶ τὸ δεινὸν τῷ λαῷ ὥσπερ ἀπό τινος κεφαλῆς τῷ ἡμαρτηκότι κατέβη· καὶ ἡ τοῦ πάθους πάλιν ἀναστολὴ διὰ τὴν αὐτοῦ μετάνοιαν κατεπράχθη.

Quod enim non tam fuerit criminosa ista populi recensio a rege facta, quamvis nunc ut causa punitionis tradatur, clare demonstrat illa quæ postea ab eodem David facta fuit recensio, propter quam nullum occurrit malum, siquidem nullam malitiæ accusationem attulit nec pœnam induxit. Illa facta fuit extremis regis annis, cum levitarum numerus recensitus fuit. Quod satis clare indicat Scriptura dum verba : « Adjecit ira Dei irasci contra populum Israel » ponit ante illa « Impulit David » inducens aliquo modo et disponens auditores ad intelligendum non propter populi recensionem iram Dei excitatam fuisse, sed propter factam ab eis rebellionem et tyrannidem et cædem. Ira enim recensione præposita, illam non propter recensionem inductam fuisse clarum est. Incitatur vero ipse David et non alius, quia propter ipsius delictum Absalonis insurrectio accidit, dicit enim : « Quia occidisti et adulterium commisisti, sub aliorum potestate eris, sed et mulieres tuas in oculis tuis proximus tuus tollet. » Quod quidem fecit Absalom. Commovetur ergo ipse qui peccavit ut sui delicti conscientiam habens, « Ego peccavi, clamitet, ego male egi, hic autem populus quid fecit ? » et ex ista confessione et pœnitentia tribulationis fiat finis, et ista cessante, salus genti superveniat. Potius autem quæ supra memorans, pœnam meruit populus, propter quod adjecit furor Domini irasci contra illos ; commovit autem ira David ad populum dinumerandum. Post autem recensionem irruit plaga ; qua stante, in conscientiam delicti venit David, et ex conscientia in pœnitentiam, pœnitentia autem veniam et misericordiam a Deo attrahit, et sic finem habet tribulatio, ita ut mala populo quasi in uno capite peccasset acciderint, et malorum levamen per ejusdem pœnitentiam contigerit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΒ'.

Διατί ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ παραχωρεῖται πεσεῖν εἰς ἁμαρτίαν καὶ τότε τηλικαύτην ;

QUÆSTIO CCCII [*Coisl. Taur.* CX].

Cur permiserit Deus prophetam Davidem tanto succumbere ?

Edita a Maio (l. c. p. 151, q. 310). — II Reg. XI, 1 seq.

Τάχα μὲν καὶ διά τινας ἑτέρας ἀποῤῥήτους αἰτίας · πλὴν ὡς ἂν καὶ τῷ βίῳ μετανοίας προστεθειμένον εἴη παράδειγμα · εἰ γὰρ οὗτος βασιλεύς τε ὢν καὶ

Quibusdam occultis forte de causis, at saltem ut nobis David pœnitentiæ proponeretur exemplar ; si enim hujuscemodi rex quem secundum cor Dei

regnavisse accepimus, tam cito e lapsu se attulit, A pœnitentiaque et lacrymis conatus est delere iniquitatem suam, nonne oportet nos qui non semel tantum cecidimus, sed continuo labimur, facere ut largo fletu et contrito corde peccata nostra emendemus? Argumentum quoque hoc est ne quidam, virtute insignes, cum in eos errores deciderint, qui sunt hominis, semetipsos, omni deposita spe, pessumdent; sed potius attendant beatum hunc Davidem, quanto scelere astrictum, quam cito salutem invenerit, ut et ipsi eodem studio excitentur, assurgant, emendatisque moribus unice demum consulentes, priorem integritatem usque colant. Forsan quoque tanto peccato permittitur succumbere David ne Judæi audientes magna quæ de illo sacræ Scripturæ testantur, ex æquo illum cum Deo colerent; B etenim eadem de causa Moysis corpus subreptum est; ignotumque usque ad præsens tempus a filiis Israel vocatur, Divusque Paulus idem de semeptiso declarat dicens: « Ne quisquam sese scandalizaverit super me propter quod videt et audit; » et reipsa gentilium quidam una vidissent prodigia quæ ipse et Barnabas perpetrabant ut diis sacra facere properaverunt.

κατὰ τὴν καρδίαν πεπολιτεῦσθαι μεμαρτυρημένο; Θεοῦ, πεσὼν οὗτος θᾶττον ἀνέστη καὶ διὰ μετανοίας καὶ δακρύων ἐσπούδασεν ἐκκαθᾶραι τὸ ὄλισθημα, πῶς οὐ χρὴ καὶ ἡμᾶς οὐχ ἅπαξ πεσόντας, ἀλλὰ διὰ παντὸς πίπτοντας, θερμοῖς τοῖς δάκρυσι καὶ συντετριμμένῃ καρδίᾳ ἀπαλείφειν πειρᾶσθαι τὰ ἁμαρτήματα; ἔτι δὲ, ἵνα μὴ δήποτέ τινες τῶν ἐν κατορθώμασι διαλαμπόντων, οἷα δὴ τὰ ἀνθρώπινα εἰς παράπτωμά τι κατωλισθηκότες ἀπογνώσει ἑαυτοὺς καὶ ἀπελπιστίᾳ παραδῶσιν· ἀλλ' ἔχοντες τὸν μακάριον ἐκεῖνον Δαβὶδ τηλικαύτην μὲν παρανομίαν εἰργασμένον, οὕτω δὲ ταχεῖαν τὴν θεραπείαν εὑρημένον, καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν ὅμοιον διαναστῶσι ζῆλον, καὶ τοῦ πτώματος ἀνασφαλέντες, καὶ τῆς μετανοίας ὅλοι γεγονότες, τῶν προτέρων ἔχωνται κατορθωμάτων· ἴσως δὲ καὶ συγχωρεῖ ὁ Θεὸς εἰς ἁμαρτίαν πεσεῖν τὸν Δαβὶδ, ἵνα μὴ τὰς τῆς ἱερᾶς Γραφῆς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀκούοντες εἰς Θεὸν αὐτὸν ἀναστήσωσι· καὶ γὰρ καὶ τὸ Μωϋσέως σῶμα διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν μετατεθὲν, ἄγνωστον μέχρι καὶ τήμερον χρηματίζει τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· καὶ ὁ θεσπέσιος δὲ Παῦλος τοιοῦτόν τι περὶ αὐτοῦ ὑποδηλοῖ λαλῶν· « Ἵνα μή τις ὑπολογίσηταί τις περὶ ἐμοῦ ὑπὲρ ὃ βλέπει καὶ ἀκούει· » ἀλλὰ καί τινες τῶν Ἑλληνιζόντων ἐπεὶ τερατουργοῦντας εἶδον αὐτόν τε καὶ Βαρνάβαν, ὡς θεοῖς προσφέρειν θυσίας ὥρμησαν.

QUÆSTIO CCIII [*Coisl. Taur.* CXVI].

Quare Deus primogenitum Israel vocavit?

Edita a Maio (l. c. q. 100, 101, q. 132).

Deus Israel primogenitum vocat, cum Moysen ad C Pharaonem misit, ad ostendendum quantum amorem et quantam charitatem erga illum habebat. Sic aliquo modo ad Moysen loquebatur: Loquere Pharaoni. Quantum tu amorem erga filium tuum primogenitum habes et servas, tantum puta et Deum habere erga populum Israel. Itaque non acquiescente illo liberationi et reditui Israel, contra primogenitos Pharaonis et Ægyptiorum plaga irruit. » Deus autem cum sit omnium gentium factor et auctor, ita est et omnium providentia. Sequentibus autem temporibus, omnes gentes ad eamdem cognitionem conversurus erat et convocaturus, et filios et hæredes gratiæ redditurus. Ante illas autem gentem Israeliticam elegit, ut per illam omnes alias conduceret: quod et demonstrant apostoli, qui quidem ex Israel D orti sunt omnium autem magistri et conductores facti sunt, propterea Israelitis vox *primogenitus* donata est. Non recepit autem illi primogenitus pietatis perfectionem, itaque durus et indocilis factus est non solum in Ægypto, sed et post exitum in deserto. Propter quod perfectioribus non dignatus est mysteriis et per legem secundi ordinis semper instituitur. Cum enim legem digito Dei scriptam, tabulisque humanis manibus non confectis insculptam, legem nobis a Christo dandam figurantem, populus Hebræus, propter vituli aurei transgressionem et impietatem, non dignatus fuerit accipere, accepit secundam quam Moyses tabulis a se politis inscripsit. Si enim ipsas a Deo scriptas

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΓ'.

Διατί πρωτότοκον ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐκάλεσε,

Πρωτότοκον δὲ ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ καλεῖ, ἡνίκα τὸν Μωϋσῆ ἀπέστελλε πρὸς τὸν Φαραὼ, ἐνδεικνύμενος τὴν ἀγάπην καὶ στοργὴν ὅσην εἶχε περὶ αὐτόν· ὡσανεὶ ἔλεγε τῷ Μωϋσεῖ· « Λάλησον τῷ Φαραὼ, ὅτι Ἡλίκην σὺ στοργὴν περὶ τὸν σὸν υἱὸν τὸν πρωτότοκον ἔχεις καὶ διατηρεῖς, τὴν αὐτὴν ἐννόει καὶ πρὸς τὸ γένος τοῦ Ἰσραὴλ ἔχειν τὸν Θεόν· διὸ καὶ ἀπειθοῦντος πρὸς τὴν ἐλευθερίαν καὶ ἄνοδον τοῦ Ἰσραὴλ, κατὰ τῶν πρωτοτόκων τοῦ Φαραὼ καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀφίεται ἡ πληγή· » ἔτι δὲ ὁ Θεὸς ἐπειδὴ ἁπάντων ἐστὶν ἐθνῶν πλάστης καὶ δημιουργὸς, οὕτω καὶ πάντων προνοητής· χρόνοις δ' ὑστέροις τὰ ἔθνη πάντα πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπίγνωσιν ἔμελλεν ἐπιστρέφειν καὶ καλεῖν καὶ υἱοὺς αὐτοῦ καὶ κληρονόμους τῆς χάριτος ἀποφαίνειν· πρὸ δὲ τούτων τὸ ἔθνος ἐξελέξατο τοῦ Ἰσραὴλ ὡς ἂν δι' αὐτοῦ συναγάγῃ καὶ τοὺς ἄλλους. Καὶ δηλοῦσιν οἱ ἀπόστολοι τοῦτο ἐξ Ἰσραὴλ μὲν φύντες, πάντων δὲ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλοι καὶ συναγωγεῖς γεγενημένοι· διὰ τοῦτο τοῖς Ἰσραηλίταις ἡ *πρωτότοκος* ἐχαρίσθη φωνή. Οὐ λαμβάνει δὲ ὁ πρωτότοκος οὗτος τὰ τῆς εὐσεβείας τελεώτερα· διότι σκληρὸς καὶ ἀπειθὴς γέγονεν, οὐ κατὰ τὴν Αἴγυπτον μόνον, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον ἐν τῇ ἐρήμῳ. Διὸ τῶν μὲν τελειοτέρων οὐκ ἀξιοῦται μυστηρίων, διὰ δὲ τοῦ δευτέραν τάξιν ἔχοντος νόμου τέως παιδαγωγεῖται. Ἐπεὶ καὶ τὸν δακτύλῳ Θεοῦ γεγραμμένον νόμον πλαξί τε ἀχειροποιήτοις ἐντετυπωμένον, ὃς τὸν ἡμέτερον καὶ κατὰ Χριστὸν προετύπου νόμον οὐκ ἀξιοῦται δέξασθαι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος διὰ τὴν

περὶ τὸν μόσχον δυσσέβειάν τε καὶ παρανομίαν, A λαμβάνει δὲ τὸν δεύτερον καὶ ὃν Μωϋσῆς πλαξὶν ἃς αὐτὸς ἐλάξευσεν ἐγεγράφει. Εἰ γὰρ αὐτὰς τὰς θεογράφους πλάκας ἔλαβον καὶ κρεῖττον ἢ κατὰ χειρὸς ἔργον ἐκλελαξευμένας, τάχα ἂν καὶ θεοὺς αὐτὰς ἡγοῦντο καὶ ἐπὶ μεῖζον τὴν θείαν κατ' αὐτῶν ὀργὴν ἀνῆψαν· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν δι' ἣν ἔφημεν αἰτίαν τὰ τελειότερα οὐ παραδίδοται τῶν μυστηρίων. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ ἡμερῶν ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ θέμενος τὰ ἔθνη εἰς υἱοὺς, δίδωσιν αὐτοῖς οὐκέτι τὴν ἐν τύπῳ καὶ σκιᾷ παλαιωθεῖσαν λατρείαν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀληθείᾳ καὶ πράγματι νεάζουσάν τε καὶ ἐνακμάζουσαν τὸ τῆς εὐσεβείας ἀκήρατον κάλλος. Πάντων γοῦν υἱοθετηθέντων τῶν ἐθνῶν, εἰκότως ὁ πρὸ αὐτῶν εἰς υἱοθεσίαν κληθεὶς πρωτότοκος ἐλέγετο τοῦ Ἰσραὴλ λαός. Ὧδε δέ μοι B καὶ ἕτερον σκόπει· Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐκ σπέρματος φαίνεται κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐληλυθὼς Ἰσραήλ· δι' αὐτοῦ δὲ πρωτότοκον ἅπαν Αἰγυπτιακὸν, τουτέστιν ἀσεβὲς καὶ ἄθεον γέννημα, τῷ θανάτῳ καὶ τῇ φθορᾷ ὑποβέβληται. Ἐπεὶ οὖν ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ἔφυ ὁ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἀναιρέτης πρωτοτόκων, πρωτότοκον καὶ τὸν Ἰσραὴλ καλεῖ. Καὶ τοῦτο ἄρα καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἀναγράφει· « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου. » Ἐπισκεπτέον οὖν ἄμεινον τούτων.

tabulas et melius quam ab humanis manibus politas accepisset, eas mox ut deos habuisset et Deum contra se ad majorem iram excitasset. Illis quidem propter quam diximus causam perfectiora non sunt tradita mysteria. Novissimis autem diebus, homo factum Dei Verbum, gentibus in adoptionem filiorum vocatis, illis non jam figuris et tenebris antiquis obumbratum cultum dedit, sed in veritate et in opere virescentem, et purum pietatis decorem producentem. Omnibus ergo gentibus in adoptionem filiorum vocatis, merito qui ante illas in adoptionem vocatus est, populus Israel primogenitus dicitur. Hic autem et hoc mecum considera, Dei Verbum ex semine David veniens secundum humanitatem apparet. Per illum autem omne primogenitum Ægypti, ut impia et incredula generatio, morti et corruptioni subjectum fuit. Cum ergo ex Israel ortus sit Ægyptiorum interfector primogenitorum, primogenitum et Israel vocat. Hoc Evangelista describit dicens : « Ex Ægypto vocavi filium meum [22]. » Quæ sunt ergo meliora pensanda sunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΔ'.

Πῶς οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν τοῦ Θεοῦ;

QUÆSTIO CCCIV [*Coisl. Taur.* CXVIII].

Quomodo cœli enarrent gloriam Dei?

Edita a Maio (l. c. p. 97, 98, q. 81).— In Psal. xviii (Græc. xix), 1.

Οἱ δὲ οὐρανοὶ μὴ ἔχοντες στόμα διηγοῦνται δόξαν C Θεοῦ, διότι ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται, καὶ τὸ περὶ αὐτὰ θαῦμα τοῖς γε φρονοῦσιν εἰς τὸν Δημιουργὸν ἀναφέρεται καὶ διαβαίνει· ὥστε οἱ οὐρανοὶ οὐχὶ ῥήμασι, πράγμασι δὲ τήν τε δύναμιν ἀνακηρύττουσι τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ πρὸς δοξολογίαν παρακαλοῦσι τοὺς ὀρθῶς αὐτοῖς ἐνορῶντας· εἰ δὲ κατ' ἐπιβολὴν θεωρίας ἐθελήσοις ἐννοεῖν, εὑρήσεις οὐρανοὺς τοὺς ἀποστόλους, οἳ διηγήσαντο τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν τὰ ἡμέτερα ἀναλαβόντα, ὑπέδειξάν τε καὶ καθηγήσαντο· εἰ βούλει δὲ, διηγήσαντο οἱ οὐρανοὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Χριστοῦ, ἡνίκα τῶν πατρικῶν μὴ κενωθεὶς κόλπων, ἐκ Παρθένου σάρκα λαβεῖν κατηξίωσεν, καὶ εἶχεν αὐτὸν ἡ Βηθλεὲμ καὶ τὸ σπήλαιον· τότε D γὰρ δὴ, τότε ἡ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀριθμουμένη φύσις, τοῦτο μὲν ἡ ὁρατὴ, τοῦτο δὲ καὶ ἡ ὑπὲρ τὸ ὁρώμενον, ὑπηρετεῖτό τε καὶ καθυπούργει τῷ θαύματι· ἡ μὲν οἱονεί τινα κήρυκα κοινὸν τὸν ἀστέρα χειροτονοῦσα καὶ προβάλλουσα ἀνακηρύττει τοῦ Δεσπότου τὴν δόξαν, καὶ τὸν κρυπτόμενον βασιλέα δι' ἑνὸς δορυφόρου προπομπεύουσα· ἡ δὲ πλῆθος στρατιᾶς προβαλλομένη τὸν Κτίστην αἰνούντων, καὶ τῶν τελουμένων τὸ θαῦμα διηγουμένων τῷ ᾄσματι· ῥηθεῖεν δ' ἂν οὐκ ἀπεικότως οἱ ἄγγελοι οὐρανοὶ, ἅτε δὴ ἄνωθεν ἀφιγμένοι πρὸς τὰ ἐπίγεια· εἰ δὲ καὶ τὸν ἥλιον ἐθέλοις ἰδεῖν ἐπὶ τῷ Δεσποτικῷ πάθει σκυθρωπάζοντα, καὶ τῇ ἀποθέσει τοῦ περικαλλοῦς ἐκείνου φω-

Cœli, cum os non habeant, gloriam Dei annuntiant in eo sensu quod ex magnitudine et multitudine creatarum rerum auctor dignoscitur et istorum admiratio a sapientibus ad auctorem refertur et ascendit; ita ut cœli non verbis, sed factis Creatoris potentiam prædicent et ad illum glorificandum illos qui rectis oculis in istos respiciunt hortentur. Si autem supra visibilia mentem elevare volueris, cœlos invenies apostolos esse qui Evangelium Christi in universa terra annuntiaverunt, et ad Deum qui supra nosmetipsos nostra assumpsit glorificandum docuerunt et instruxerunt. Si autem volueris, annuntiabant cœli gloriam Dei nostri Jesu Christi, cum, paterno sinu non derelicto, ex Virgine incarnari dignatus est et illum Bethleem et præsepe habuerunt. Tunc enim præsertim creaturæ quæ in cœlis numerantur tam visibiles quam invisibiles, miraculo ministrabant et serviebant. Illæ quidem sicut præconem communem stellam eligentes et præmittentes, Domini gloriam et absconditum regem per unum custodem concomitantes, prædicant. Hæ vero multitudinem exercitus præmittentes ad laudandum Deum et ad operata mirabilia canticis celebranda. Dicet forte aliquis satis verisimiliter angelos esse cœlos, siquidem e cœlo venerunt ad terrena. Si vero et solem volueris videre propter Dominicam passionem pallescentem, et deposito præpulchro suo lumine, divinitatem et potentiam patientis annuntiantem,

[22] Osee xi, 2; Matth. ii, 15.

non longe ab interpretatione secundum visionem fueris.

A τὸς τὴν θεότητα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ πάσχοντος ἀναγγέλλοντα, ἐγγὺς ἂν γένοιο καὶ τῆς κατὰ θεωρίαν ἀναπτύξεως.

QUÆSTIO CCCV [*Coisl. Taur.* CXVIII].

Quid sit: « Increpasti gentes et periit impius? »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΕ'.

Τί ἐστιν· « Ἐπετίμησας τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής; »

Edita a Maio (l. c. p. 98, 99). — In Psal. IX, 6.

Verba: « Increpasti gentes et periit impius, » clare hoc designant, scilicet, cum increpatæ fuerint gentes et ab errore viæ suæ ad ingrediendum in ovile Christi reductæ fuerint, illum qui nos ad impietatem vocabat, id est, diabolum periisse. Impius enim dici potest qui impie agit, et qui illum ad impietatem trahit. Magis obvium forte esset dicere quod, cum Christus in terra manserit et simul omnes Judæos et Græcos barbaros ad eamdem vocaverit cognitionem, et, ut ita dicam, pro peccatis B ab illis antea commissis, salutarem et perfectam increpationem per baptismum induxerit, quicunque sese docibiles et sinceros ad increpationem habuerunt, de parte salvatorum facti sunt, qui autem animo demisso increpationem acceperunt, nec baptismi purificationem, nec quod ex illo procedit lumen fidei susceperunt, illi ut impii et perditione digni perierunt. Scio autem eamdem vocem sumi, præsertim apud aliquos doctos extraneos, pro honore, splendore et gloria. Significare ergo potest hic locus, si verba in isto sensu accipiantur, quod gentibus a Christo honoratis et glorificatis, filios quidem et hæredes sui regni qui docibiles fuerunt, posuit, qui autem hæreditate indigni et adoptioni cum essent impii, perierunt. C

Τὸ, « Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής, » φασὶ τοῦτο δηλοῦν, ὡς ἐν τῷ ἐπιτιμηθῆναι τὰ ἔθνη καὶ τῆς οἰκείας ἀποστῆναι πλάνης, γενέσθαι τε τῆς ποίμνης Χριστοῦ, ὁ πρὸς ἀσέβειαν αὐτοὺς ἐκκαλούμενος ἀπώλετο διάβολος· ἀσεβὴς γὰρ αὐτός τε ὁ ἀσεβῶν εἴη ἂν καὶ ὁ τοῦτον ἕλκων πρὸς τὴν ἀσέβειαν· εἴη δ' ἂν ἐγγύτερον ὡς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδεδημηκότος τῇ γῇ, καὶ κοινῶς ἅπαντας Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας καὶ βαρβάρους ἐπὶ τὴν οἰκείαν προσκαλουμένου ἐπίγνωσιν, καὶ οἱονεὶ τῶν πρώην αὐτοῖς ἠσεβημένων καθαρτικήν τε καὶ τελειωτικὴν ἐπιτίμησιν τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπάγοντος· ὅσοι μὲν εὐπειθῶς τε καὶ εἰλικρινῶς τὴν ἐπιτίμησιν ἐδέξαντο, οὗτοι τῆς μερίδος τῶν σωζομένων ἐγένοντο· εἰ δέ τις πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν ἀπεδυσπέτησε, μήτε τὸν τοῦ βαπτίσματος καθαρμὸν μήτε τὴν δι' αὐτοῦ τῆς πίστεως προσδεξάμενος ἔλλαμψιν, οὗτος ὡς ἀσεβής τε καὶ ὀλέθρου ἀπολεῖται ἄξιος· οἶδα δὲ ἐπιτιμίας παρά γε μάλιστα τοῖς ἔξω σοφοῖς τὴν τιμὴν καὶ τὴν περιφάνειαν ὀνομαζομένην καὶ τὸ περίδοξον· λέγοι ἂν οὖν τὸ ῥητὸν, εἴτις τὴν λέξιν εἰς τοῦτο τὸ σημαινόμενον μεταλάβοι, ὡς τοῦ Χριστοῦ τιμήσαντος καὶ δοξάσαντος τὰ ἔθνη, υἱοὺς γὰρ κληρονόμους τῆς αὐτοῦ βασιλείας τοὺς πειθομένους ἔθετο, οἱ ἀνάξιοι τοῦ κλήρου καὶ τῆς υἱοθεσίας, ἀσεβεῖς ὄντες ἀπολοῦνται.

QUÆSTIO CCCVI [*Coisl. Taur.* CXIX].

Quare magi ex Oriente et Perside, non vero ex alia regione aut gente ad Dominicum partum primi accesserint?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤϚ'.

Διὰ τί μάγοι ἐξ Ἀνατολῶν καὶ Περσῶν, καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρας χώρας ἢ ἔθνους τῷ Δεσποτικῷ τόκῳ παραγεγόνασι πρῶτοι;

Editarum a Wolfio tricesima nona (*Cur. Philol.* t. V, p. 695-697. Galland. p. 710, 711, n. 14, q. 119). — De Magis ex Oriente advenientibus. Matth. II, 1

Variis de causis id factum esse opinor. Primum quidem ita oraculum aliquod propheticum impleverunt, ita habens: « Reges Arabum et Sabæ dona afferent [33]. » Persæ enim tunc temporis summam potestatem in regiones illas exercebant: eadem vero terra et aurum præstantissimum, et myrrham et thus profert. Porro Ægyptiorum imperio ad Assyrios translato, Assyriorum vero illo ad Persas devoluto, Persarumque regibus tunc primatum tenentibus, conveniens erat, ut, qui ea ætate præcipui essent, iidem primo et uni sæculorum Regi, in D terra conspecto, Christo, et Deo nostro, adventu suo cultum præstarent, et dona offerrent, iis, quæ faciebant, profitentes, quod Rex modo natus ipsorum, qui tantum non omni orbi imperarent, et gentibus omnibus superiores essent, Herus, Do-

Διὰ πολλὰς, οἶμαι, αἰτίας. Πρῶτον μὲν γὰρ προφητείαν τινὰ ἐξεπλήρουν, τὴν λέγουσαν· « Βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβὰ δῶρα προσάξουσιν. » Καὶ γὰρ οἱ Πέρσαι τηνικαῦτα τῶν χωρῶν ἐκείνων τὸ κράτος εἶχον. Φέρει δὲ ἡ ἐκείνων γῆ ἐπίσημόν τε χρυσὸν καὶ σμύρναν καὶ λίβανον. Ἄλλως τε δὲ καὶ τῆς μὲν Αἰγυπτίων βασιλείας εἰς Ἀσσυρίους διαλελυμένης, τῶν Ἀσσυρίων δὲ εἰς Πέρσας μεταῤῥυείσης, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς τότε βασιλέων Περσῶν τὰ πρεσβεῖα ἐχόντων, ἔδει τοῖς τὸ πρωτεῖον ἐν τοῖς τότε καιροῦ λαχοῦσι, τῷ πρώτῳ καὶ μόνῳ Βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ἐπὶ γῆς ὀφθέντι Χριστῷ, Θεῷ τῷ ἡμῶν, παραγεγονότας τε προσκυνῆσαι, καὶ δῶρα κομίσαι, δι' ὧν (85) ἔπραττον ἀνομολογοῦντας (86) ὅτι ὁ τεχθεὶς Βασιλεὺς καὶ αὐτῶν, τῶν μικροῦ τῆς γῆς ἁπάσης κρατούντων, καὶ κατὰ πάντων τὸ πρωτεῖον ἐχόντων, Δε-

[33] Isa. LX, 6.

NOTÆ.

(85) Sic scribo pro, δι' ὅν.

(86) Coisl. male ἀνομολογοῦντας.

σπότης καὶ Κύριος καὶ Βασιλεὺς χρηματίζει, προσκυνούμενός τε ὑπ' αὐτῶν καὶ δορυφορούμενος (87). Εἰ δ' ὅτι ἐκεῖθεν ἐτύγχανεν καὶ Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης (ἐκ Χαλδαίων γὰρ γῆς πρῶτος ἀπάρας θεογνωσίαν ἐκήρυξεν), διὰ τοῦτο καὶ οὗτοι εἰς προσκύνησιν τοῦ Σωτῆρος πρῶτοι τῶν ἄλλων ἐκεῖθεν ἐκινήθησαν παραγενέσθαι, τρανῶς διασαλπιζούσης τῆς τοιαύτης οἰκονομίας, ὅτι ὁ αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τότε καὶ νῦν ἐνεργῶν, τότε μὲν τυπικῶς, νῦν δὲ αὐτοῖς πράγμασι καὶ ἀληθείᾳ· οὐδὲ τοῦτο ἂν εἴη τῆς ὀρθῆς ἄπωθεν διανοίας. Νόει δέ μοι κἀκεῖνο· Οἱ Ἀσσυρίων βασιλεῖς τήν τε Ἱερουσαλὴμ πολλάκις ἐπόρθησαν, καὶ τὰ ἐν τῷ θείῳ νεῷ κειμήλια ἀπεσύλησαν. Καὶ αὐτὸν ἔσθ' ὅτε τὸν ναὸν πυρὸς ἔργον ἀποφήναντες. Καὶ ὅσα ἄλλα ἡ περὶ ταῦτα ἱστορία διέξεισιν. B Ἡ δὲ τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴ εἰς Πέρσας μετέπεσε, καὶ τὸν ἐκείνοις πλοῦτον ἅπαντα, ὅσος (88) τε ἐν λαφύροις, καὶ ὅσος ἐν ὑπηκόων φόροις εἰς ἐκείνους συμμετέστησεν. Ἄγει τοίνυν ὁ Θεὸς τοὺς Πέρσας εἰς προσκύνησιν τοῦ βασιλέως τοῦ Ἰσραὴλ, ὅς ἐστι Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ᾧτινι καὶ ἀνεῖτο μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼς, ἀνεφέροντο δὲ καὶ αἱ θυσίαι (89), καὶ τρέχουσι δρομέως, καὶ προσφέρουσι ἀντὶ μὲν τῆς παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν γεγενημένης εἰς τὰ ἱερὰ τοῦ Θεοῦ ἀτιμίας τιμήν, ἀντὶ δὲ τῶν δυσφημιῶν θεολογίαν, καὶ προσκύνησιν ἀντὶ τῆς ἄλλης παροινίας, ἀντὶ δὲ τῶν συλαγωγηθέντων δῶρα· τῆς προγονικῆς ὥσπερ ὑπεραπολογούμενοι τόλμης, καὶ τὴν συγγνώμην ἐκείνοις διὰ τῆς οἰκείας ἐκκαλούμενοι πράξεως. C Καὶ προσφέρουσι μὲν χρυσὸν ἀντὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν ἱερῶν κειμηλίων, ὧν ἐσύλησαν· λίβανον δὲ ἀντὶ τῶν θυσιῶν, ἃς ἐκώλυσαν, καὶ σμύρναν ἐπὶ τοὺς ἅπαξ ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρημένους (90), πάλαι κατὰ τὴν πολιορκίαν ἐνῆν αὐτοῖς ἀναστῆσαι καὶ παραστῆσαι, ὥσπερ τιμὴν ἐκείνοις (91) τὴν σμύρναν κομίζοντες, τάχα δὲ καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν ἐνδεικνύμενοι. Ὡς τόγε ἐπ' αὐταῖς καὶ τὸν καταστραφέντα ναὸν, καὶ τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ αἱρετὸν (92) ἦν ἀνανεῶσαι. Καὶ γὰρ ἡ σμύρνα συσφίγγειν εἴωθεν τὰ διεστῶτα καὶ διεσπασμένα. Καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐπὶ *Ἔσδρᾳ* (93) τε καὶ *Ζοροβάβελ* ἀνηνέχθη τινὰ τῶν λαφυραγωγηθέντων ἱερῶν, ἀλλ' οὖν ἐνδεῶς ἐπράττετο ταῦτα, μήτε τοῦ Λυτρωτοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν παραγεγονότος, μήτε αὐτῶν τῶν συλαγωγησάντων αὐτοπρόσωπον τὴν προσφορὰν τῶν D σεσυλημένων, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ποιουμένων. Προμήνυμα δ' ἂν εἴη καὶ ἡ Περσῶν πρώτη ἄφιξις, ὅτι πρῶτον οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἤπερ (94) ὁ Ἰσραὴλ, τὸν οἰκεῖον ἐπιγνώσονται Δεσπότην. Εἰδέ τις ἐθέλοι καὶ τὰ

A minus et Rex appellaretur, tanquam adoratus ab illis, et satellitio regio stipatus. Quoniam porro inde Abrahamus patriarcha oriundus etiam fuit (is enim, ex Chaldæorum regione primum profectus, divini Numinis cognitionem publice ursit), propterea et illi primi omnium excitati sunt, ut ex eadem regione ad cultum Salvatori præstandum, advolarent, sapientissimaque hæc rerum directio perspicue significaret eumdem esse, qui et tunc et nunc operaretur, tunc quidem in typis, nunc vero re ipsa et opere. Si quis ita statuat, nec hunc a recto judicio putaverim aberrare. Jam vero et hoc velim expendas. Assyriorum reges Hierosolyma sæpe expugnarunt, templique, Deo sacri, cimelia abstulerunt, ipsum interdum templum ignis prædam facientes, ut plura alia taceam, quæ de his historia tradit. Postea Assyriorum imperium ad Persas pervenit, omnesque eorum opes, quæ vel in spoliis, vel in subjectorum tributis positæ erant, ad eos transferebantur. Deus itaque Persas excitat ad adorationem Regis Israelis, qui est Christus, Deus noster, cui et templum Hierosolymis erectum erat, et sacrificia offerebantur. Illi citato cursu ad eum feruntur, eique pro probris, a majoribus suis in sacra conjectis, honorem, pro injuriis fidei, tanquam in Deum, professionem, pro flagitiis aliis cultum, pro spoliis olim factis dona offerunt, hoc modo quasi avitam temeritatem excusaturi, veniamque illis propriis suis moribus procuraturi. Et aurum quidem offerunt pro auro illo et cimeliis, quæ per rapinam olim abstulerant; thus vero pro sacrificiis, quæ fieri vetuerant; et myrrham denique pro illis, qui ab ipsis erant trucidati, quosque in frequentibus suis obsidionibus, excitare et in integrum restituere potuissent; his enim myrrha cultum quasi suum et studium testari poterant. Fortasse vero etiam per myrrham animi sui sententiam declarare voluerunt, quod scilicet pro virili sua parte templum olim eversum et urbem Jerusalem instaurare libenter vellent. Myrrha enim ea, quæ distracta et disturbata sunt, constringere et continere solet. Quamvis enim sub *Esdra* et *Zorobabele* nonnulla, quæ ex sacris in prædam cesserant, offerrentur, tenue tamen illud omne et leve erat, cum nec Liberator et Servator noster advenisset, nec illi, qui prædam fecerant, spolia illa ipsi, sed per alios, offerrent. Porro idem Persarum ante cæteros adventus præsignificabat, gentiles priores, quam Judæos, Dominum suum agnituros esse. Si

NOTÆ.

(87) *Coisl.* δωρυφορούμενος. Legendum videri poterat δωροφορούμενος, quasi *muneribus cohonestatus.* Præstat vero nostrum illud, quo et Photius alias, et Scriptores frequenter utuntur, ubi de satellitio regio sermo est. Vide quæ de δορυφόροις affert Elsius in *Fortuitis sacris* p. 50. et de δορυφοροῦσι Ezech. Spanhemius *ad Cæsares Juliani* p. 384.

(88) Ita *Colb.* pro Ὅσα.

(89) Coisl. male ἀνθυσίαι.

(90) Post ἀνῃρημένους puto per affinitatem syllabæ ultimæ excidisse οὓς frequenti librariorum incuria.

(91) Ita scribo pro ἐκείνους.

(92) Sic Colb. pro ἀρετῶν.

(93) Idem pro Ἔδρα.

(94) Sic scribo pro εἴπερ.

quis denique de oblatis illis statuere malit, aurum quidem Christo, ut Regi hujus universi, instar tributi, et in obedientiæ argumentum, thus vero, ut Deo, myrrham denique, ut tali, qui pro nobis moriturus sit, oblata esse; id quoque non inconvenienter modo dictis jungi possit.

προσκομισθέντα δῶρα τὸν μὲν χρυσὸν ὡς Βασιλεῖ προσενεχθῆναι τῶν ὅλων, οἱονεὶ φόρον τινὰ καὶ ὑπακοῆς σημεῖον, ὡς Θεῷ δὲ τὸν λίβανον καὶ σμύρναν, ὡς δι' ἡμᾶς γενησομένῳ νεκρῷ, καὶ τοῦτο οὐκ ἂν ἀναρμόστως τῷ προτεθέντι περιαφθείη.

QUÆSTIO CCCVII [*Coisl. Taur.* CXX].

Cur præcipit Herodes Magis, qui Salvatorem nostrum Christum adoraturi veniebant : « Inquirite diligenter, » inquiens, « in puerum; ubi vero inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum [34] *? »*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΖ'.

Διὰ τί ἐπικελεύεται ὁ Ἡρώδης τοῖς εἰς προσκύνησιν ἥκουσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ μάγοις, « Ἀκριβῶς ἐξετάσατε, λέγων, περὶ τοῦ παιδίου, ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ἵνα κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ ; »

Editarum a Wolfio quadragesima (l. c. p. 697-699. Galland. p. 711, 712, n. 15, q. 120).

Id quidem secundum sensum litteralem ideo faciebat, quod ipse erat Rex Judææ, perceptoque Regis partu consternabatur, atque adeo eum interficere studebat, qui imperium sibi erepturus videbatur. Quoniam vero eum difficulter invenire poterat, dolos et fraudem nectit. Propterea etiam ait : « Ut et ego veniens adorem illum. » Hæc expositio ex verbis ipsis nascitur. Fortasse vero etiam invitus ipse prænuntiat, fore ut non solum gentiles per Persas, qui primum venerant, Christum adorarent, sed et Judæa universa, post cultum ab illis præstitum, eum religiose veneraretur. Vel, si malis, procliviori modo ratio typica ostendi possit. Herodes enim ipse duas illas gentes repræsentare queat, qui ex gentibus ortus Judæis imperabat, atque adeo, quamvis invitus, et, quæ dicat, ipse nescius, prophetam agit, personamque totius generis humani, gentilium æque ac Judæorum, sustinens, Deo ad homines divertenti, religiosum cultum præstandum esse, profitetur. Nihil vero obstat, quominus prophetam egisse existimetur. Similiter enim et Caiphas ignorabat quid loqueretur. Nam dum mens ejus furibunda in cædem ferebatur, labiis tamen vaticinium edebat, dicens : « Præstat unum hominem mori, quam totam gentem perire [35]. » Nisi enim Christus Deus noster mortem obiisset, genus humanum nunquam fuisset salvatum. Quamvis enim uterque eorum dono prophetico esset indignus, hinc tamen sacerdotalis, hinc regia dignitas, doni alicujus fructum capiebat, quandoquidem ad cædem Domini nostri nondum erant progressi. Videas vero similiter etiam alia quædam, malo quidem animo et sanguinolento impetu prolata, instar vaticiniorum, eventum sortita fuisse. Tale erat illud: « Sanguis ejus super nos et super liberos nostros [36]. » Tandem enim sanguinis effusio, et cædes gladiis facta, eos opprimebat. Nec minus illud : « Si eum vivere patiamur, omnes in eum credent; tunc venient Romani, gentemque nostram et urbem delebunt [37]. » Nam etiam inviti vivere eum patiebantur, cum non possent in eum dominari, qui vitæ erat penu, et omnia vivificabat. Propterea malum quidem et sanguinolentum animum prodebant, scopo vero frustrati, et ipsi et tota gens, et templum, et urbs peribant.

Ὅσον μὲν ἀπὸ τοῦ γράμματος, διὰ τοῦτο ὅτι βασιλεὺς ἦν τῆς Ἰουδαίας, καὶ βασιλέως τόκον ἀκούσας, ἐταράχθη τε καὶ ἐζήτει ἀνελεῖν τὸν ἐλπιζόμενον παραλῦσαι τῆς βασιλείας αὐτόν. Καὶ ἐπείπερ οὐκ ἦν ῥᾷον αὐτὸν ἀνευρεῖν, δόλον προβάλλεται καὶ ἀπάτην. Καὶ διὰ τοῦτό φησιν· « Ἵνα κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. » Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ ἐπὶ τῷ γράμματι κατανόησις. Τάχα δὲ καὶ ἄκων προφητεύει τὸ μέλλον, ὅτι μὴ μόνον τὰ ἔθνη διὰ τῶν Περσῶν προσκυνήσει τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐκείνων προσκύνησιν καὶ Ἰουδαία πᾶσα προσκυνήσει αὐτῷ. Εἰ βούλει δὲ, καὶ αὐτόθεν ἔχει ὁ τύπος τὸ ἀπευθύνεσθαι. Τῶν γὰρ δύο λαῶν φέροι ἂν ὁ Ἡρώδης ἐκτύπωμα. Ἐξ ἐθνῶν γὰρ ὢν Ἰουδαίων ἐβασίλευεν, καὶ εἴη ἂν ἄκων καὶ μὴ εἰδὼς, ὃ λέγει, ὅμως προφητεύων, καὶ ὡς ἐκ προσώπου παντὸς τοῦ ἀνθρωπίνου γένους οἷον ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τὴν προσκύνησιν ἀνομολογήσας τῷ ἐπιδημήσαντι πρὸς ἀνθρώπους Θεῷ. Οὐδὲν δὲ κωλύει προφητεύειν αὐτόν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Καϊάφας οὐκ ᾔδει μὲν, ὃ λέγει. Ἀλλὰ τὸ τῆς καρδίας αὐτοῦ μανιῶδες πρὸς μιαιφονίαν ἀνηρέθιστο, τὰ χείλη δὲ προφητείαν ἐξέφερον ἐν τῷ λέγειν· « Συμφέρει, ἵνα εἷς ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. » Καὶ γὰρ εἰ μὴ Χριστὸς ἀπέθανεν ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐκ ἂν τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐσώζετο. Εἰ γὰρ καὶ ἀνάξιος ἑκάτερος αὐτῶν προφητικοῦ χαρίσματος ἐτύγχανεν, ἀλλ' οὖν τόγε τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, καὶ τὸ τῆς βασιλείας ἔτι τινὸς χαρίσματος παραπήλαυεν, οὔπω τῆς κατὰ τοῦ Δεσπότου μιαιφονίας τούτοις τετολμημένης. Ἴδοις δ' ἂν παραπλησίως τούτοις καὶ ἑτερά τινα κακούργῳ μὲν γνώμῃ καὶ ὁρμῇ μιαιφόνῳ προενηνεγμένα, πέρας δὲ προφητικὸν εἰληφότα. Ὡς, « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Καὶ γὰρ ἐπέπεσεν αὐτοῖς ἔσχατον ἡ τῶν αἱμάτων ἔκχυσις, καὶ ὁ διὰ ξίφους φόνος. Καὶ, « Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν ζῆν, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτὸν, καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν. » Καὶ γὰρ ἀφῆκαν καὶ ἄκοντες ζῆν. Οὐ γὰρ ἠδύναντο κύριοι καταστῆναι τοῦ τῆς ζωῆς ταμείου, καὶ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα. Διὸ τὴν μὲν πονηρὰν καὶ μιαιφόνον ἐνέφηναν γνώμην, τοῦ δὲ σκοποῦ μὴ τυχόντες ἀπώλοντο καὶ αὐτοὶ, καὶ τὰ γένη, καὶ ὁ ναὸς, καὶ ἡ πόλις. Ὃν δὲ ἔδοξαν ἀνελεῖν, τοῦτον ζωῆς χορηγὸν καὶ ζωοποιοῦντα τοὺς νεκροὺς τὰ ἔθνη δεξάμενοι, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ

[34] Matth. II, 8. [35] Joan. XI, 50. [36] Matth. XXVII. 25. [37] Joan. XI, 48.

προσκυνοῦντες ἀνάστασιν, Θεὸν ἴσασιν ἀληθινὸν ἐπὶ A σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἐνανθρωπήσαντα, καὶ λατρεύουσιν εἰλικρινῶς καὶ θειάζουσιν. Καί γε δὴ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπιστάντες αὐτοῖς πολέμῳ, τήν τε πόλιν κατεστρέψαντο, καὶ τὸν ναὸν κατηρήμωσαν (95), καὶ τῷ διὰ ξίφους θανάτῳ τὸ ἔθνος ὑπήγαγον. Εὑρήσεις δὲ καὶ ὄνον ἐν τοῖς Γράμμασι τοῖς Παλαιοῖς προμανθάνουσάν τε καὶ προδιδάσκουσαν τὰ ἐσόμενα (96). Ἐξ ὧν ἁπάντων οὐδὲν κωλύον θεωρήσεις, καὶ τὸν Ἡρώδην εἰπεῖν κατὰ προφητικὸν τύπον τὰ πρὸς τοὺς μάγους εἰρημένα.

Quem vero sibi e medio tollere videbantur, hunc gentes, tanquam vitæ auctorem et mortuos vivificantem, recipientes, ejusque ex mortuis resurrectionem religiose venerantes, eumdem, ut verum Deum, in salutem generis humani hominem factum, agnoscunt sincereque colunt et reverentur. Ab altera vero parte Romani, bello in illos moto, et urbem evertebant, et templum devastabant, gentemque omnem gladio perimebant. Videas vero etiam asinam in libris Veteris Testamenti repræsentari futura et edoctam et prænuntiantem. Ex his omnibus intelliges, nihil obstare, quominus Herodes prophetico more ad magos locutus censeatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΗ'.

Διὰ τί ὁ Πρόδρομος ἐλέγχει τὸν Ἡρώδην;

QUÆSTIO CCCVIII [*Coisl.*, *Taur.* CXXI].

Quare præcursor (Joannes) Herodem reprehendit?

Editarum a Wolfio quadragesima prima (l. c. p. 700, 701. Galland., p. 712, n. 16, q. 121). — De Herode a Baptista Joanne increpato. Matth. XIV, 4; Luc. III, 19.

Ὁ δὲ Πρόδρομος καὶ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐλέγχει B τὸν Ἡρώδην δικαίως εἰς παρανομίαν ἀποκλίναντα. Καὶ γὰρ εἰ ἐξ ἀλλοφύλων κατήγετο, ἀπόγονος ὢν τοῦ παλαιοῦ Ἡρώδου, ἀλλ' οὖν Ἰουδαίων τε ἐβασίλευεν, καὶ τοῖς Ἰουδαίων ἐπολιτεύετο νόμοις καὶ ἔθεσιν, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους ἐξ ἀδελφοῦ παῖδα ἔχουσαν τὴν Ἡρωδιάδα εἰς γάμον ἀναλαβεῖν. Ὁ γὰρ νόμος, ἄπαιδος μὲν τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος, ἐπιτρέπει τὴν πρὸς τὴν γυναῖκα τούτου συνάφειαν, « Ἵνα, φησὶν, ἐγείρῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ. » Καταλελειμμένου δὲ σπέρματος καὶ γονῆς, ἀποτρόπαιον ἦν ἡ (97) πρὸς τὴν νύμφην ὁμιλία. Καὶ τὸν ἔλεγχον ὁ Πρόδρομος ποιεῖται, οὐ τοσοῦτον κηδόμενος ἐκείνου, ὅσον τὸ πλῆθος διορθοῦσθαι πρόνοιαν ποιῶν. Καὶ γὰρ τῶν τοῖς ἄρχουσι καὶ βασιλεῦσι πλημμελουμένων ἀνεπιτιμήτων μενόντων, ἑτοίμως C τὸ πλῆθος πρὸς τὴν μίμησιν παρακαλεῖται. Ἐκείνων δὲ τῆς πράξεως ἀναχαιτιζομένων, ἀναγκάζεται καὶ τὸ ὑπήκοον εὐλαβέστερον πρὸς τὰς παρανομίας διακεῖσθαι. Περίεστι δέ μοι καὶ εἰς μνήμην νυνὶ Παλαιᾶς Ἱστορίας ἀνάγνωσις ὡς καὶ τῷ ἀδελφῷ ὄντα ὁ πρὸς τὴν ἐκείνου γυναῖκα ἔρως μὴ (98) ἀνακόπτοιτο. Καὶ δι' ἄμφω ταῦτα σταθερώτερόν τε καὶ παῤῥησιαστικώτερον ὁ Πρόδρομος εἴη τῷ Ἡρώδῃ προσφερόμενος τὸν ἔλεγχον.

Præcursor et Baptista Joannes Herodem, tanquam in peccatum ruentem, recte reprehendebat. Quamvis enim alienigena esset, Herodis antiquioris nepos, Judæis tamen imperabat, et ad Judæorum leges ac instituta vitam componebat, neque adeo per leges fieri poterat ut Herodiadem, quæ ex fratre pepererat, uxorem duceret. Lex enim, mortuo sine relictis filiis fratre, fratri alteri consuetudinem cum uxore demortui integram facit, « Ut » scilicet « fratri semen excitet [33.44]. » Semine vero et masculo relicto, prohibitum erat cum ejusmodi uxore conjugale commercium. Præcursor itaque in Herodem animadvertit, non tam ipsius rationem habens, quam ad vulgus emendandum respiciens. Quando enim ea, quæ ab imperantibus et regibus prave patrantur, sine animadversione prætermittuntur, subjectorum vulgus ad illorum imitationem facile abripitur. Quando vero illi a facinoribus ejusmodi prohibentur, subjectos quoque ab illis diligentius sibi cavere necesse est. Venit præterea in mentem recordari ex Veteris Testamenti lectione, fratri quoque amorem in fratris uxorem esse prohibitum [45]. Utrumque horum effecit, ut Præcursor tanto constantius et liberius in Herodem animadverteret.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΘ' (99).

Πῶς νοητέον τό· « Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐκ ἐγήγερται; »

QUÆSTIO CCCIX [*Coisl.*, *Taur.* CXXII].

Quomodo accipiendum est illud : « Inter natos ex mulieribus major Joanne Baptista non surrexit [46]? » (99).

Editarum a Wolfio quadragesima secunda (l. c. p. 701-704. Galland. p. 712, 715, n. 179, q. 122).

Περὶ τοῦ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μὴ ἐγηγέρθαι D μείζονα Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ ὅπως ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστιν, εἴρηται μέν μοι καὶ ἀλλαχοῦ (1). Οὐδὲν δὲ κωλύει τῆς ὑμῶν αἰτήσεως χάριν ἐκεῖνο διαλαβεῖν, ὡς ἡ διάνοια τοῦ ῥητοῦ, μὴ ἐγηγέρθαι ἐν τῷ νόμῳ

De eo, quomodo inter natos ex mulieribus nemo Joanne Baptista major, exstiterit, et quomodo minimus in regno cœlorum illo major esse dicatur, alibi a me disputatum est. Nihil vero prohibet, quo minus ad petitum vestrum denuo moneamus, dictum illud hoc sibi velle, quod in veteri Testamento

[33.44] Deut. XXV, 5. [45] Levit. XVIII, 16. [46] Matth. XI, 11.

NOTÆ.

(95) Ita scribo pro Κατηρήπωσαν.
(96) Respicit asinam Balaami Num. XXII, 23.
(97) Ἡ *Colb.* pro καί.
(98) Τὸ *μή* alieno loco positum est, et rectius omittitur.
(99) Denuo argumentum q. CCXXIII Photius pertractat.
(1) Idem scilicet argumentum Photius persequitur, sed alia quadam ratione, in epistola 135 (nunc q. 222) quæ ipsa totidem verbis in *Amphilochiis* exstat num. 176.

non surrexerit propheta ipso major. Ille enim quod ad tempus Christo proximus erat, et vocabatur « vox clamantis : Parate viam Domini [47], » pronuntians. Scriptura itaque ait, quod nemo illo major surrexerit; non vero ideo cogitare nos jubet, quod idem in gradum, cæteris omnibus altiorem, fuerit evectus. Hoc vero, quod Præcursor aliis omnibus major sit, non prohibet quominus multi alii æquales ipsi habeantur.

Alterum vero illud : « Minimus vero, major illo est; » alii quidem de Christo accipiunt, qui, quamvis Dominus esset, ætate tamen corporisque statura et vulgi judicio eo tempore minor haberetur. Ego vero, ut alibi de hoc momento sententiam dixi, ita huic expositioni phrasin : « Inter natos ex mulieribus, » adversari existimo. Christus enim non ex muliere simpliciter, sed ex Virgine natus est : virgo vero mulier proprie appellari non potest, nisi vocem eo significatu induere velis, quo divus Paulus usus est, dicens : « Natus ex muliere [48]. » Cum igitur Christus ex Virgine, non autem proprie ex muliere, natus sit, merito quidem a comparatione, cum Joanne instituenda, distinxisse se existimabitur.

Alii vero contendunt minorem in regno cœlorum hoc loco eum dici, qui gratiæ novi fœderis factus sit particeps : hoc scilicet sensu, neminem ex iis, qui sub lege geniti sint, hominibus Joanne majorem esse; ex iis vero, qui post gratiam prædicatam exstiterint, etiam minimum priores partes in tantum tenere, in quantum istis mactatus est bonis, quorum ille (Joannes) non ante factus sit particeps. Si quis enim ratione typorum et præludiorum dignitate et prærogativis maximus habeatur, idem tamen, habito ad res ipsas, quæ opere ipso se sistunt et conspiciuntur, respectu, nunquam causam invenerit, cur se cum eo, qui minimum etiam locum tuetur, comparet. Quamvis enim Joannes Christum ipsum viderit, sacrique lavacri mysterium administrarit, Agnique, peccata mundi tollentis, testis exstiterit non inficiandus; idem tamen eo tempore, quo lex et umbræ adhuc erant superstites, nec gratia clare pleneque eluxerat, ex vita excessit. Cum enim in carcere versaretur, et cædi non promeritæ, propter animadversionem in violatas leges Mosaicas, jam subjectus esset, tum demum Dominus noster, Jesus Christus, regnum Dei prædicare incipiebat. Propterea nemo eorum, qui ex aqua et Spiritu regenerati erant, et Paracleti accessu donisque digni habebantur, secundas a Joanne partes tenere judicari possit. Imo vero etiam is, qui infimum locum occupet, illius respectu

[47] Matth. III, 3. [48] Galat. IV, 4.

A παρίστησι μείζονα προφήτην αὐτοῦ. Καὶ γὰρ πλησιαίτατός τε κατὰ τοὺς χρόνους γέγονε τοῦ Χριστοῦ, καὶ « φωνὴ βοῶντος ἀναγέγραπται, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, » διασαλπίζουσα. Φησὶ δ' οὖν καὶ τὸ γράμμα, ὡς αὐτοῦ μὲν μείζων ἄλλος οὐκ ἐγήγερται, οὐ συναναγκάζει δὲ νοεῖν, ὡς οὗτος τῶν ἁπάντων εἰς βαθμὸν ἀνέδραμε μείζονα. Τὸ δὲ μὴ (2) μείζονα τὸν Πρόδρομον τῶν ἄλλων εἶναι, τοῦτο οὐδὲν κωλύει πολλοὺς συνδραμεῖν αὐτῷ πρὸς ἰσότητα.

Τὸ μέντοι · « Ὁ δὲ μικρότερος αὐτοῦ μείζων αὐτοῦ ἐστιν, » οἱ μὲν ἐξειλήφασιν περὶ τοῦ Χριστοῦ, χρόνῳ τε καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀναδρομῇ, καὶ τῇ τῶν πολλῶν ὑπολήψει κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὸ μικρότερον ἀποφέροντος τοῦ Δεσπότου. Ἐμοὶ δὲ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ τῆς πρεπούσης διαίτης ἠξίωται (3-4), ἀλλὰ καὶ B τὸ « ἐν γεννητοῖς γυναικῶν » ἔχει τι ἀντιπίπτον τῇ προειρημένῃ ἀναπτύξει. Οὐ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἁπλῶς γεγένηται ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐκ Παρθένου. Ἡ δὲ Παρθένος οὐκ ἂν κυρίως κληθείη γυνὴ, εἰ μή τις ἐθέλοι τῷ ῥήματι καταχρήσασθαι, ὡς που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλός φησι · « Γενόμενος ἐκ γυναικός. » Ἐκ Παρθένου οὖν ὁ Χριστὸς προελθὼν, ἀλλ' οὐ κυρίως ἐκ γυναικὸς, ἑαυτὸν ἂν (5) ἔξω τάττοι τῆς πρὸς τὸν Ἰωάννην συγκρίσεως.

Ἕτεροι δέ φασι μικρότερον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἐνταῦθα εἰρῆσθαι τὸν ἀξιωθέντα τῆς χάριτος, ἵνα εἴη τοιοῦτον ὁ νοῦς· Τῶν μὲν κατὰ νόμους γεγονότων ἀνθρώπων οὐδεὶς ἂν εἴη τοῦ Ἰωάννου μείζων· τῶν δὲ μετὰ τὴν χάριν ἀναφανέντων ὅσον ἐπὶ τῷ ἀξιωθῆναι, ὧν ἐκεῖνος οὐκ ἔφθασε τυχεῖν, κατὰ C τοῦτο τὸ κατ' αὐτοῦ μεῖζον ὁ μικρότερος ἀπενέγκοιτο ἄν. Καὶ γὰρ ὁποῖος ἄν τις ὢν ἐν τοῖς τύποις καὶ τοῖς προχαράγμασιν κατὰ μέγεθος καὶ δόξαν προκριθῇ, οὗτος τῶν ἐν τῇ ἀληθείᾳ καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι συντεταγμένων τε καὶ ἀναφανέντων οὐδὲ τοῦ τὴν ἐσχάτην δοκοῦντος τάξιν ἐπέχειν εἰς ἰσότητα λόγον εὑρήσει. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Ἰωάννης αὐτόπτης γέγονε τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῷ τοῦ βαπτίσματος μυστηρίῳ ὑπηρετήσατο, καὶ μάρτυς διαπρύσιος τοῦ Ἀμνοῦ, τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, κατέστη · ἀλλ' οὐκ (6) ἔτι τοῦ νόμου καὶ τῆς σκιᾶς ἐν τοῖς λειψάνοις σωζομένης, καὶ μήπω καθαρῶς καὶ τελείως τῆς χάριτος ἀναλαμψάσης, αὐτὸς μετέστη τοῦ βίου. Ἐπεὶ γὰρ τό τε οἴκημα ᾤκησε, καὶ τὴν ἐπ' ἐλέγχῳ D τῆς τῶν Μωσαϊκῶν νόμων παραβάσεως ἄδικον ὑπέστη σφαγὴν, μετὰ ταῦτα ἤρξατο ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κηρύττειν τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο, ὅσοι τε δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἀνεγεννήθησαν, καὶ τῆς ἐπιφοιτήσεως καὶ τῶν χαρισμάτων τοῦ Παρακλήτου ἠξιώθησαν, τούτων οὐκ ἄν τις τὰ δευτερεῖα σχοίη τοῦ Ἰωάννου. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ τὴν τελευταίαν τάξιν λαχὼν τὸ κατ' αὐτοῦ

NOTÆ.

(2) μὴ illud expungere res ipsa jubet. Natum illud videtur ex prima syllaba vocis μείζονα, quæ, ratione pronuntiationis tunc receptæ, cum voce μὴ eadem est.

(3-4) Vid. epistolam modo appellatam p. 181, edit. Montacutianæ.

(5) Ἂν est ex *Colb.*

(6) Legendum puto οὖν

μεῖζον ἀπενέγκοι. Καὶ εἰ μή τις ἐκλάβοι τῶν πρὸ A τῆς χάριτος (7) μηδένα εἶναι μείζονα τοῦ Ἰωάννου ἀνειπεῖν (8) τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ πάντων ἐξενηνέχθαι τὴν ἀπόφασιν τὴν Δεσποτικὴν, ὥρα (9) σοι καὶ τῆς ὑπερενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τοῦτον ἐπίπροσθεν ἄγειν καὶ τῶν κορυφαίων ἀποστόλων, ὃ οὐκ ἄν τις ἐπιτρέψειε λογισμός. Πλὴν καὶ ὁ περὶ τούτου λόγος, τῇ προσηκούσῃ μοι πάλαι διαίτῃ ὑποβληθεὶς, τὴν νῦν ἀκριβολογίαν δυσχεραίνει.

primum tuebitur. Nisi porro quis statuat Christum id sibi velle, quod nemo eorum, qui ante fœdus gratiæ fuerint, major sit Joanne, malitque dictum Domini de omnibus hominibus simpliciter accipere, commodum tibi fuerit eumdem etiam Deiparæ, Dominæ nostræ celebratissimæ, et principibus apostolis præferre. Id vero sana ratio nunquam permiserit. Sed hoc argumentum, alias debito examini a me subjectum, nunc quidem diligentius tractari non potest.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΙ'.

Διὰ τί κατὰ τὸ σωτήριον πάθος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς λόγχῃ νύττεται;

QUÆSTIO CCCX [*Coisl.*, *Taur.* CXXIII].

Quare in salutari perpessione Dominus noster Jesus Christus lancea confossus est [49] ? »

Editarum a Wolfio quadragesima tertia (l. c. p. 704, 705. Galland. p. 713, n. 18).

Λόγχῃ νύττεται τὴν πλευρὰν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος Χριστὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν· τοῦτο μὲν ἡμῖν δύο βαπτίσματα καινουργούμενός τε καὶ προτυπῶν, ἓν μὲν τὸ δι' ὕδατος, ἕτερον δὲ τὸ δι' αἵματος. Καὶ γὰρ B οὐδ' εἱρμῷ καὶ ἀκολουθίᾳ τῆς φύσεως ἀπεῤῥύηκει ταῦτα τῆς σωτηρίου πλευρᾶς. Μετὰ γὰρ τὸν θάνατον γέγονεν ἡ πληγὴ, καὶ μετὰ πληγὴν βλύζει τὰ νάματα ἡ πλευρά. Ἐν τῇ πλευρᾷ δὲ (10) καὶ οὐκ ἐν ἑτέρῳ μέρει δέχεται τὴν πληγὴν, διότι ἐκ πλευρᾶς μὲν τοῦ Ἀδὰμ ἐπλάσθη ἡ γυνὴ, δι' αὐτῆς δ' ἁμαρτία ἐπράχθη τῷ Ἀδάμ. Πλήττεται οὖν Χριστὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ νέος Ἀδὰμ, τὴν πλευρὰν, ὥσπερ διὰ τῆς πληγῆς ἀναιρῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἀπαλλάττων τοῦ διὰ τῆς πλευρᾶς αὐτῷ περιγεγονότος ὀλισθήματος, ὡς ἂν κἀνταῦθα πληρούμενον εἴη τὸ, « Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία » (τουτέστιν ἐν τῇ Εὔᾳ, ἥτις γέγονεν ἐκ πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ), « ἐκεῖ ἐπερίσσευσεν ἡ χάρις, » οἷον ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ πλευρᾷ. Περισσεύει μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ πλευρᾷ ἡ ἁμαρτία, ὅτι ἐκεῖθεν C ἔφυ τὸ κακόν. Περισσεύει δὲ πάλιν ἐν τῇ Δεσποτικῇ πλευρᾷ ἡ χάρις, ὅτι οὐ μόνον ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐν ταύτῃ γέγονεν ἀναίρεσις καὶ πληγὴ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ τῆς σωτηρίας πηγὴ καὶ κάθαρσις ἐξ αὐτῆς ἀνέβλυσεν καὶ μένει, μὴ κενουμένη διὰ παντός. Ἴασις οὖν γίνεται λοιπὸν ἡ πλευρὰ τῆς πλευρᾶς, ἡ πληγεῖσα λόγχῃ τῆς πληγείσης ἁμαρτίᾳ.

Christus, Deus noster, in salutari perpessione quod ad latus confoditur. Hoc ipso vero duos nobis baptismos condidit et præsignificavit, aquæ alterum, alterum sanguinis. Neque enim ista naturæ quodam ordine et nexu ex latere, salutem pariente, fluxerunt. Post obitum enim vulnus hoc inflictum est, et post vulnus ex latere flumina illa manarunt. In latere vero, neque alia corporis parte vulnus accepit, quia ex latere quidem Adami nata est uxor, per illam vero eidem peccatum est conciliatum. Christus itaque, Deus noster, novus Adamus, in latere vulneratur, tanquam qui per latus peccatum expiet, et Adamum a peccato, per latus ad ipsum perlato, liberet, ut ita hac etiam parte impleatur illud : « Ubi abundavit peccatum, » nempe apud Evam, quæ facta est ex latere Adami, « ibi etiam abundavit gratia [50], » nempe in latere Christi. In latere enim illo peccatum abundat, quod inde ortum est malum : vicissim vero in Domini latere abundat gratia, quod in illo peccatum non tantum finem et vulnus accepit, sed ex eodem quoque fons salutis et purgatio fluxit, et tanquam nunquam abolenda perseverat. Latus itaque lateri sanationem præstat, latus nempe, lancea perfossum, lateri per peccatum vulnerato.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΙΑ'.

Τί ἐστι (11)· « *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην* (12)· » *καὶ, εἰ ἔλαβεν πέρας ἡ εὐχή;*

QUÆSTIO CCCXI [*Coisl.*, *Taur.* CXXIV].

Quid significat illud : « Domine, ne statuas illis hoc peccatum ; » et an eventu sit confirmata hæc precatio?

Editarum a Wolfio quadragesima quarta (l. c. p. 705-708. Galland. p. 714, 715, n. 19. — De oratione sancti Stephani. Act. VII, 59.

Τὸ δὲ, « Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, » D καὶ ἑξῆς, οὐχ, ὡς ἄν τις ἁπλῶς οἰηθείη (13), ἐκδέ-

Dictum illud : « Ne statuas illis peccatum hoc, » etc. non quidem, quod existimare aliquis

[49] Joan. XIX, 34. [50] Rom V, 28.

NOTÆ.

(7) τῶν πρὸ τῆς. Colb. τῆς πρώτης.
(8) Sic *idem* pro ἂν εἰπεῖν.
(9) ὥρα scribo, pro ὅρα.
(10) δὲ, ex *Colb.*
(11) De eodem loco vide Photium epistola 146 (nunc tertii libri 46), ubi tamen illum non tam explicat, quam in usum adversus inimicum aliquem convertit.
(12) Verba sunt Stephani *Act.* VII, 59, similia illis, quæ Dominus, ex cruce pendens, pronuntiabat : Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι, τί ποιοῦσι. Utrumque locum Photius, hæc scribens, in mente habuit. Utrumque etiam in ep. 146 conjungit : Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν· οὐ γὰρ οἴδασι, τί ποιοῦσι. Novum hoc est exemplum, Nostrum non admodum accuratum in excitandis Scripturæ oraculis fuisse ; quod et alias ipsi usu venisse, ex superioribus constat.
(13) Codex habebat iterum οὐχ, ante ἐκδέδηκεν, quod omisi.

poterat, exitum habuit, neque precatio illa eventu confirmata est. Dominus enim noster, hominum amantissimus, generisque nostri Salvator, precatur, ne statuatur hoc peccatum illis, qui se crucifixerint, primum quidem ideo, ut humanitatis nobis et mutuæ benevolentiæ exemplum sistat, ut ne in illos quoque, qui mortem nobis machinari videntur, ira, excandescentia et diris invehamur. Deinde vero precatur etiam, ne illis statuatur hoc peccatum, qui desistant a malo, nec porro in idem protervitatis et improbitatis culmen evehantur. Jam, qui destiterunt a malitia, illis pœna commissi criminis non inflicta est. Multi enim Judæorum non solum veniam nacti sunt, sed et veritatem postea edocti, et pietatis studio ducti, filii et hæredes regni cœlestis evaserunt. Qui vero ab impietatis studio provehendo sibi non temperarunt, sed cædes cædibus cumulantes, in maximam amentiam sunt prolapsi, illi quidem merito pœnas dederunt. Nihilominus tamen hæc Salvatoris nostri precatio rata fuit, nec scopo suo excidit. Novi quidem nonnullos alium sensum dicto huic subjicere, quod nempe illi, qui Christum crucifigebant, et perpessioni ejus aderant, non ex Judæis fuerint, sed Romani potius, et ex aliis gentibus orti, cum Judæi professi fuerint, Christum secundum legem suam mori debere, sibi vero non licere quemquam occidere. Postquam etiam Christum Pilato tradiderunt, milites Romani et gentilium alii eorum, quæ postea in Christum patrabantur, administri erant. Cum enim Christus prodendus esset, Judæi, tanquam Romanis subjecti, nec ea, quæ vellent, perficere valentes, non audebant soli capturam ejus suscipere, sed cohortem potius et tribunum aliquem sibi jungebant. Propterea Dominus noster, Jesus Christus, tanquam humani generis amantissimus, et creaturæ suæ prospiciens, benignitatem et humanitatem suam quadam precationis formula expressurus, dicit: « Ne statuas illis hoc peccatum; » et postea addit: « Neque enim sciunt, quæ faciunt. » Vere enim et Romanorum turma et gentiles cæteri nesciebant, quid facerent. Neque enim ea erant edocti, quæ lex et prophetæ de eo prænuntiaverant. Precatur itaque, inquiunt illi, pro Romanis, et gentilibus cæteris, et precationis hujus fructus mox apparuit. Ita enim ipso perpessionis tempore centurionem videas, crucifixum illum Dei Filium profiteri; paulo post vero Longinum illum, virum admirandum, non profiteri solum et credere in Christum, sed et martyrium pro eo sustinere, fideique suæ sinceritatem nunquam temerandam testatam facere. Multos præterea alios ex iis, qui tunc præsentes erant, in

A δηκεν εἰς πέρας, οὐδὲ τὸ τέλος ἀπείληφεν ἡ εὐχή. Εὔχεται μὲν γὰρ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Δεσπότης, καὶ τοῦ γένους Σωτὴρ, μὴ στῆναι τοῖς σταυρώσασιν τὴν ἁμαρτίαν, τοῦτο μὲν ὑπογράφων ἡμῖν φιλανθρωπίας τύπους καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίας, ἵνα μηδὲ κατ' αὐτῶν τῶν δοκούντων φονᾷν καθ' ἡμῶν, εἰς θυμοὺς ἐφερόμεθα (14), καὶ ὀργὰς, καὶ ἀράς. Ἔπειτα δὲ μὴ στῆναι μὲν αὐτοῖς ἐπεύχεται τὴν ἁμαρτίαν, ἱσταμένοις τοῦ κακοῦ, καὶ μὴ πόῤῥωτέρω φερομένοις ἐπὶ τὸν αὐτὸν τῆς ἀσελγείας τε καὶ παρανομίας κρημνόν. Καὶ ὅσοι γε ἔστησαν τοῦ κακοῦ, οὐκ ἐπέστη αὐτοῖς οὐδ' ἡ τῶν ἁμαρτηθέντων δίκη. Πολλοὶ γὰρ ἐκ τῶν Ἰουδαίων οὐ μόνον τῆς συγγνώμης ἀπήλαυσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν μεταμαθόντες, προσδεδραμηκότες τῇ εὐσεβείᾳ, υἱοὶ καὶ κληρονόμοι τῆς τῶν οὐρανῶν B βασιλείας ἀπεδείχθησαν. Ὅσοι δὲ τῆς πρόσω τῶν κακῶν οὐκ ἔστησαν φορᾶς, ἀλλὰ μιαιφονίας ἐπὶ (15) μιαιφονίαις προστιθέντες, εἰς ἔσχατον ἐξώκειλαν ἀπονοίας, οὗτοι μὲν δικαίως τὴν δίκην ἀπέτισαν (16). Οὐδὲν δὲ ἧττον ἡ τοῦ Σωτῆρος εὐχὴ ἔμεινεν μὴ διαπεσοῦσα τοῦ σκοποῦ. Οἶδα δέ τινας καὶ ἑτέραν τοιαύτην ὑποβαλλομένους διάνοιαν τῷ ῥητῷ, ὅτιπερ οἱ σταυροῦντες τὸν Χριστὸν καὶ παρόντες τῷ πάθει, οὐχὶ τῶν Ἰουδαίων ἦσάν τινες, Ῥωμαῖοι δὲ μᾶλλον καί τινες ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν, τῶν Ἰουδαίων ἀποφηναμένων, ὡς « Κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ἡμῖν δὲ οὐκ ἔξεστιν οὐδένα ἀποκτεῖναι. » Εἶτα καὶ τῷ Πιλάτῳ παραδεδωκότων τὸν Χριστὸν οἱ Ῥωμαῖοι στρατιῶται καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ὑπηρετοῦντο λοιπὸν τοῖς πραττομένοις κατὰ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ἐν τῇ προδοσίᾳ C τοῦ Δεσπότου, ἅτε δὴ ὑπόφοροι ὄντες οἱ Ἰουδαῖοι Ῥωμαίοις, καὶ οὐκ ἐξὸν αὐτοῖς πράττειν, ἃ ἠβούλοντο, αὐτοὶ μὲν κατὰ μόνας οὐκ ἐτόλμων παρεῖναι τῇ συλλήψει, τὴν δὲ σπεῖραν καὶ τὸν χιλίαρχον αὐτοῖς συνεπεφέροντο. Ὁ οὖν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ περὶ τὸ ἀνθρώπινον γένος φιλάνθρωπος, καὶ τοῦ οἰκείου πλάσματος προνοούμενος, τὴν βούλησιν αὐτοῦ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν εἰς εὐχῆς σχηματίζων τύπον, φησίν· « Μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· » εἶτα, « Οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. » Τῷ ὄντι γὰρ τό τε Ῥωμαίων στῖφος, καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν οὐκ οἴδασιν, ἃ πράττουσιν. Οὐδὲ γὰρ ἦσαν μεμυσταγωγημένοι, ἃ ὁ νόμος προανεκήρυττε καὶ οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ. Προσεύχεται οὖν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, φασὶ, καὶ τῶν D ἐθνῶν, καὶ αὐτίκα τῆς εὐχῆς φαίνεται ὁ καρπός. Ἴδοις γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ πάθους καιρῷ τὸν ἑκατόνταρχον, Υἱὸν Θεοῦ ἀναβοήσαντα τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ μετ' ὀλίγον Λογγῖνον (17) ἐκεῖνον, τὸν θαυμάσιον ἄνδρα, οὐκ ἀνομολογήσαντα μόνον, καὶ πεπιστευκότα εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ μαρτυρίου δρόμον ὑπὲρ αὐτοῦ ἀνειληφότα, καὶ αἵματι τὸ τῆς πίστεως εἰλικρινὲς καὶ ἀπαράτρωτον ἐπιδεδειγμένον· καὶ πολλοὺς

NOTÆ.

(14) Malim φερώμεθα.

(15) μιαιφονίας ἐπὶ, ex *Colb.*

(16) *Idem* pro ἀπέστησαν.

(17) Hoc nomine Photius vel ipsum illum centurionem intelligit, vel militem, qui latus Domini nostri lancea confodit. Uterque enim ab aliis Græcis scriptoribus ita appellatur. Vide, quæ scripsi in his Curis ad Matth. XXVII, 54; et Joan. XIX, 34. Confer *Acta sanctorum* Antuerpiensia mense Martio, tom. II, pag. 381 seq., ubi de centurione, et p. 366 seqq. ubi de milite.

ἄλλους εὑρήσεις τῶν τότε παρόντων τῆς υἱοθεσίας A ἠξιωμένους Θεοῦ καὶ τῆς αἰωνίου μὴ ἐκπεπτωκότας βασιλείας.

filiorum Dei numerum receptos, atque adeo regno æterno non privatos invenerls.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΙΒ΄.

Πόσοι Ἀστέριοι γεγόνασι καὶ τίς ἡ δόξα αὐτῶν;

QUÆSTIO CCCXII [*Coisl.*, *Taur.* CXXV].

Quot Asterii fuere, et quænam ipsorum opinio?

Edita a B. de Montfaucon (*Bibl. Coisl.* p. 346).

Ὅτι συνήκμασαν μὲν Ἀστέριοι δύο, ὅ τε τῆς Ἀρείας λύσσης ὑπασπιστής, καὶ ὁ τῶν εὐσεβῶν δογμάτων τρόφιμος. Ὃς καὶ τῷ μεγάλῳ μὲν Ἰουλιανῷ φοιτῶν τοῖς μοναδικοῖς ἐγυμνάσθη παλαίσμασιν, ἔτι τὸ μειράκιον διεξιών· ὕστερον δὲ καὶ μονῆς ἀσκητικῆς καθηγήσατο, οὗ καὶ μαθητὴς μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐπισήμων ἀνδρῶν ἐχρημάτισεν ὁ πολυθρύλλητος Ἀκάκιος ὁ Βεροίας. Ὁ δὲ Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐραστὴς σοφιστικὴν μὲν ἐκ νέων μετήρχετο B τέχνην, καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων ἀνετέθραπτο πλάνῃ· ὀψὲ δὲ τὸν Χριστιανισμὸν ὑποκρινόμενος εἰς τὴν τῶν Ἀρειανῶν ἀπέκλινε μοῖραν. Καὶ ὁ μὲν δίκην ἔδωκεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς ἀκολάστου γλώσσης· ἔργον γεγονὸς τῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ θαυμασίου προσευχῆς. Ὁ δὲ τὸν ὅσιον εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ δικαίαν τιμωρίαν διανέστησεν. Ἕτερος οὖν τὸ θρέμμα τῆς ὀρθοξίας, καὶ ἕτερος ὁ τῆς πλάνης κήρυξ. Ἀλλ' οὐδ' ὁ τὴν ἔκφρασιν τῆς μάρτυρος Εὐφημίας ἀνασαξάμενος, κοινόν τι φέρει πρὸς τὸν τῆς δυσσεβείας ὑπέρμαχον· πρῶτον μὲν ἐξ ὧν θᾶττον ὁ δυσσεβὴς ἀπέτισε τὴν δίκην· ὁ γὰρ τῆς εἰρημένης εἰκόνος λογογραφήσας τὴν ἔκφρασιν, ὡς ἔν τισιν αὐτοῦ τῶν λόγων διαλαμβάνει, εἰς βαθὺ γῆρας τοῦ βίου κατήντησεν· δεύτερον, ὁ μὲν τῆς Ἀρειανῆς λύσσης ἐπεπλήρωτο· οὗτος δὲ ἐν τοῖς οἰ- C κείοις λόγοις τὰ τῶν ὀρθοδόξων δογματίζει, οὐχ ἐκμιόντων [l. ἐκ μὴ ὄντων] τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ ὡς ὁ μεμηνὼς δυσφημῶν Ἀστέριος, ἀεὶ δὲ ὄντα θεολογῶν καὶ ἀεὶ συνόντα τῷ Πατρί. Τρίτον, ὁ μὲν αἱρετικὸς Ἀστέριος οὐ τῆς Ἀμασείας, ἀλλ' ἄλλης τινὸς πόλεως πλησιαζούσης τῇ Ἀντιόχου, μισθὸν τῆς ἀσεβείας παρὰ τῶν συναιρεσιωτῶν τὴν ἐπισκοπὴν εἴληφεν· ἑξῆς καὶ μετάκλητος ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὰ τῶν ὁμοφρόνων γεγονὼς ἐπὶ συμμαχίᾳ τοῦ δυσσεβήματος, ταῖς τοῦ θαυμασίου Ἰουλιανοῦ προσευχαῖς, ὡς προείρηται, τὸν βίον ἀθλίως κατέστρεψεν. Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν διδάσκει τὸ ποίμνιον, καὶ φιλοπονεῖται περὶ τῶν ἀρετῶν, ἁπάσης δείκνυται θεαρέστου πολιτείας καταγώγιον· ὁ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἔχων ἐπιγινώσκεται. D

Eodem tempore floruere Asterii duo, alter Arianici furoris propugnator, alter piorum dogmatum alumnus, qui cum magnum illum Julianum frequens adiret, adolescentiam emensus in monastica sese palæstra exercuit, demumque ascetici monasterii præfectus fuit, cujus cum aliis multis illustribus viris discipulus fuit celeberrimus ille Acacius Berœæ. Ille vero Arianæ hæresi addictus, sophisticam a teneris annis artem coluit, et in gentilium errore educatus est : tardius vero Christianismum simulans, in Arianorum partem declinavit. Ipse vero ob petulantem linguam pœnas Antiochiæ dedit, id operante admirandi Juliani oratione : et sanctum virum excitavit ad justum supplicium de se sumendum. Alter igitur in orthodoxa fide educatus est; alter erroris præco fuit. Ille porro qui de sancta martyre Euphemia narrationem edidit, nihil commune cum impietatis defensore habet. Primo quidem quoniam impius ille maturius pœnas dedit : nam qui de memorata imagine narrationem instituit, ut in quadam ille oratione sua indicat, ad provectam senectutem devenit : secundo, ille Ariano furore plenus erat; hic vero in scriptis suis orthodoxam sententiam præ se fert, nempe Filium et Verbum Dei non esse ex non exstantibus, ut furiosus ille Asterius impie dicebat; sed semper esse, et semper Patri coexsistere theologice affirmat : tertio, hæreticus ille Asterius, non Amaseæ, sed alterius prope Antiochiam urbis episcopatum a sociis suis hæreticis in mercedem impietatis accepit. Deinde accersitus ab asseclis Antiochiam, ut impietatem secum propugnaret, admirandi Juliani precibus, ut supra dictum est, vitam misere clausit. Ad hæc vero, ille gregem docet, de virtutibus lucubrationes edidit, omnisque vitæ probe instituendæ methodi receptaculum est : iste vero nihil hujusmodi habuisse deprehenditur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΙΓ΄.

Περὶ τοῦ Ἰακὼβ καὶ τῆς Λείας.

QUÆSTIO CCCXIII [*Coisl. Taur.* CXXVI].

De Jacob et Leia.

Edita a Maio (*Nov. Coll.* t. IX, p. 157, 158, q. 315 et ultima. In Gen. XXIX).

Ὅτι μὲν μετὰ ἑπταετίαν ὁ Ἰακὼβ τὴν Λείαν ἀντὶ τῆς Ῥαχὴλ εἰς γυναῖκα παρέλαβε, δῆλον ἡ Γραφὴ ποιεῖ· καὶ ὅτι ἀντὶ δουλείας ἄλλης, ἑπτὰ καὶ αὐτῆς ἔτη παρατεινομένης, τὴν Ῥαχὴλ ἠγάγετο, καὶ ἐκ τούτου σαφῶς διδάσκει· εἰ δὲ ὑποσχόμενος τὴν δουλείαν εὐθὺς ἔλαβεν, ἢ καὶ μετὰ τὸ διελθεῖν ταύτην ὅλην, ὕστερον ἠγάγετο, οὐκ ἀντιπαραδίδωσι σαφῶς, ἀλλ' ἀμφίδοξον ὅσον ἀπὸ τῶν ῥημάτων ὑπολείπει· πότερον ὑποσχόμενος τὴν δουλείαν εὐθὺς τὸν μισθὸν τῆς Ῥαχὴλ ἔλαβεν, ἢ μετὰ τὴν τῶν πόνων ἐπίδειξιν καὶ τῆς ὑποσχέσεως τὴν συμπλήρωσιν, μετὰ τοῦτο πρὸς

Quod post hebdomadem annorum Jacobus Leiam pro Rachel uxorem sumpserit, Scriptura testatur; quodque post alium item per septem annos famulitium Rachelem duxerit ex eadem perspicuum est. Utrum vero statim post pollicitum famulitium uxorem sumpserit, an post famulitium adimpletum, non liquidum est, sed quantum ex verbis ambiguum. Utrum pacta de famulitio fide, mercedem Rachelem acceperit, an, exacto labore et absolutis promissis, matrimonio eam sibi junxerit, ex verbis inter utramque sen-

tentiam mens dubia fluctuat. Quædam argumenta ad id inclinant, quod pacta fide statim sociam Jacobus virginem acceperit. Verum si peractis septem annis eam duxisset, Jacob videretur non solum annis viginti apud Laban, ut scriptum est, commoratus, sed multo diutius. Nam si post septem annos Rachelem sibi junxit, aliud spatium temporis elapsum est in quo sua ei sterilitas exprobrata est, ancillasque Jacobo ad sobolis procreationem præbuit, illæque postquam in sinu concepissent, pueros genuerunt. Quo tempore peracto aliud exstitit in quo Rachel, sterilitatis purgata exprobratione, genuit Josephum. Denique post partum Josephum, sex annos declarat Scriptura per quos Jacobus pro pacta ovium mercede Labano famulatus est; hæc tempora non viginti annos solum complectuntur. Namque istis temporibus si adjeceris illud in quo sterilis fuit Rachel, et in quo genuerunt pueros ancillæ, spatium multo longius colligitur. Quæ vero merces Jacobo inter quatuordecim et sex annos famulato decernitur? cum nullo temporis spatio videatur Jacob famulitium sine mercede tulisse. Etenim in prima annorum hebdomade, pro Rachel, merces ei Leia; pro secunda hebdomade Rachel, proque sex aliis annis sibi comparat oves. Quid igitur pro elapso inter quatuordecim et sex ultimos annos spatio? Quæ alia merces detegitur? Oporteret enim, si Jacobus quatuordecim annis peractis Rachelem sibi adjunxisset, et Rachel, primum sterilis, deinde peperisset, alio tempore consumpto, hujus quoque spatii mercedem notam præfinitam fuisse. Sed nusquam Scripturæ alia merces, nusquam aliud tempus præter quatuordecim et sex annos, supputato jam tempori medium interponitur.

A γάμον ἠγάγετο· ἀλλ' ἀπὸ μὲν τοῦ ῥητοῦ πρὸς ἑκάτερον μερίζεται ἡ διάνοια· λογισμοὶ δέ τινες μᾶλλον ῥέπειν τὸν νοῦν ὑποτίθενται, ὡς μετὰ τὴν ὑπόσχεσιν εἰς ὁμιλίαν εὐθὺς τὸ γύναιον προσελάβετο· ἐπεὶ εἰ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς ἑπταετίας ταύτην ἠγάγετο, οὐ μόνον εἴκοσι ἔτη ἐν τῇ τοῦ Λάβαν οἰκίᾳ ὁ Ἰακὼβ, ὡς αὐτός φησι, διατρίψας φαίνεται, ἀλλὰ καὶ τούτων πλείονα· εἰ γὰρ μετὰ τεσσαρεσκαιδεκαετίαν τὴν Ῥαχὴλ ἠγάγετο, χρόνος πάντως ἕτερος διεληλύθει, ἐν ᾧ τε ἡ στείρωσις αὐτῆς διηλέγχετο, καὶ ἐν ᾧ τὰς παιδίσκας εἰς παιδοποιίαν τῷ Ἰακὼβ παρείχετο, ἐν ᾧ τε ἐκεῖναι κατὰ γαστρὸς λαβοῦσαι τοὺς παῖδας ἀπέτικτον, καὶ μετὰ τοῦτον ἕτερος ἐν ᾧ ἡ Ῥαχὴλ τῶν ὀνειδισμῶν ἀπολυομένη τῆς στειρώσεως, τὸν Ἰωσὴφ ἐτεκνώσατο· εἶτα μετὰ τὸν τόκον τοῦ Ἰωσὴφ ἕτερα
B ἓξ ἐπισημαίνεται ἡ Γραφὴ ἐπὶ μισθῷ προβάτων δουλεῦσαι τὸν Ἰακὼβ τῷ Λάβαν, οὐχὶ μόνα εἴκοσι συγκεφαλαιοῦται· ἀλλὰ καὶ τοῖς χρόνοις τούτοις μεταξὺ προστιθεμένου καθ' ὅν τε ἐστείρευσεν ἡ Ῥαχὴλ καὶ καθ' ὃν αἱ παιδίσκαι ἔτικτον, πλέον ὁ χρόνος συνάγεται· τίς δὲ καὶ μισθὸς τούτου τὸ μεταξὺ τῶν δεκατεσσάρων χρόνων καὶ τῶν ἓξ τῷ Ἰακὼβ δουλεύοντι τῷ Λάβαν ἀφορίζεται; εἰ δὲ οὐδεμίαν τῶν περιόδων τῷ Ἰακὼβ φαίνεται ἀμισθὶ τὴν δουλείαν ἐταλαιπωρεῖτο· ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ ἑπταετίᾳ ἀντὶ τῆς Ῥαχὴλ ἡ Λεία μισθὸς αὐτῷ. ἀντὶ δὲ τῆς δευτέρας ἡ Ῥαχὴλ· καὶ ἀντὶ τῶν τελευταίων ἐτῶν ἓξ, ὁ διὰ τῶν προβάτων αὐτῷ χορηγούμενος· ἀντὶ γοῦν τοῦ μεταξὺ χρόνου τῆς τεσσαρεσκαιδεκαετίας καὶ τῶν τελευταίων ἓξ, τίς ἐπιγινώσκεται μισθὸς ἕτερος; ἔδει
C δὲ εἰ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς τεσσαρεσκαιδεκαετίας τὴν Ῥαχὴλ ὁ Ἰακὼβ ἔγημεν, εἶθ' οὕτως ἡ παιδίσκη καὶ ἡ Ῥαχὴλ στειρεύουσα καὶ πάλιν τίκτουσα χρόνον ἄλλον κατηνάλωσαν, καὶ τούτου τὸν μισθὸν καθεστάναι γνώριμον· ἀλλ' οὐδαμοῦ τῆς Γραφῆς οὔτε μισθὸς φαίνεται, οὔτε χρόνος ἄλλος παρὰ τὰ δεκατέσσαρα καὶ τὰ ἓξ ἔτη παρενθήκην ἐπέχων λόγων συγκατάτατεται.

MONITUM.

Ante quæstionem a nobis juxta indicem Vat. numero CCCXIII signatam Maius quatuor alias publicavit, quæ titulis et inscriptionibus propriis carent et nescio qua amanuensium negligentia non in indice numeratæ fuerunt. Nos has, ne series quæstionum et numerus turbetur, propriis signatas numeris adjungimus, cum numeri sub quibus apud Maium apparent, turbati sint et duæ quæstiones eodem numero notari deberent, si eum hac in re sequeremur. Post has quatuor quæstiones eas septem alias collocabimus, quibus Vaticanus codex caret.

QUÆSTIO CCCXIV. D ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΙΔ'.

De populo jussu Davidis numerato.

Edita a Maio (l. c. p. 154, 155, q. 311). In II Reg. xxiv, I Paral. xxi, 1.

Hoc verbum secundi Regum libri, « Commovit David [51] : » vides : et in primo Paralipomenon sic expressum : « Consurrexit autem Satan contra Israel, et concitavit David ut numeraret Israel. [52] » Hæc duo etsi contraria videantur, minime tamen repugnant. Furor quidem Domini commovit David, impulit scilicet et incitavit ad Israel numerandum, propter populi defectionem. Satan vero, ut semper

Τὸ μέντοι ῥητὸν ὃ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν, « Ἀνέσεισε, κεῖται, τὸν Δαβίδ, » τοῦτο δὴ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Παραλειπομένων, « Ἀνέστη, παρατέθειται, Σατὰν τῷ Ἰσραὴλ· καὶ ἀπέσεισε τὸν Δαβὶδ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· » καὶ οὐκ ἔστιν ἀλλήλοις ἐναντία ταῦτα, εἰ καὶ δοκεῖ· ἡ μὲν τοῦ Θεοῦ ὀργὴ ἀνέσεισε τὸν Δαβίδ, ἤτοι ἐκίνησε καὶ διεσάλευσε πρὸς τὴν ἀρίθμησιν, διὰ τὴν ἀπόστασιν τοῦ λαοῦ. Τὸ δὲ, Σατὰν, ὡς ἐπίπαν

[51] II Reg. xxiv, 1. [52] I Paral. xxi, 1.

A εἴωθεν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀντὶ τοῦ, κολαφισμός, καὶ, πειρασμός, ἐκλαμβάνεσθαι· ὥστε εἰ καὶ μὴ ὠργίσθη Θεὸς, οὐκ ἂν ἀνεσείσθη ὁ Δαβὶδ, ἤτοι πρὸς ἐνθύμησιν μετέστη τοῦ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· εἰ δὲ μὴ ἀνεσείσθη, οὐδ' ὁ πειρασμὸς ἔπεσε τῷ Ἰσραὴλ, ἤγουν ὁ Σατάν· αὐτὸ γὰρ τὸ ἀριθμηθῆναι τοῦτο αἴτιον λέγεται τοῦ πειρασμοῦ, καίτοι τῆς ἀποστάσεως μᾶλλον τὴν αἰτίαν ἀποτεκούσης. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ἠρίθμησε, καὶ Δαβὶδ πάλιν μετὰ τὴν πληγήν· καὶ οὐδεμιᾷ τούτων τῶν ἀριθμήσεων οὔτε μῶμος οὔτε πληγὴ ἐγκατέσκηψεν· ὅτι δὲ τὸ, Σατάν, ἀντὶ τοῦ πειρασμοῦ καὶ κολαφισμοῦ λαμβάνεται, καὶ ἐξ ἑτέρων δῆλον· καὶ « Ἀνέστησε γὰρ, φησὶ, Σατὰν ἐπὶ Ἰσραὴλ Ἄδερ τὸν Ἰουδαῖον· » καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· « Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατὰν, ἵνα με κολαφίζῃ· » οἷον ἄγγελος καὶ ὑπηρέτης πειρασμοῦ καὶ κολαφισμοῦ· τουτέστι, Δι' οὗ B μοι οἱ κολαφισμοὶ καὶ οἱ πειρασμοὶ ἐπέρχονται· αἰνίττοιτο δ' ἂν τὸ ῥητὸν ἤτοι Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα τὸν πολλὰ κακὰ ἐπενεγκόντα τῷ Παύλῳ, ἢ τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τυράννους καὶ ἑτεροδιδασκάλους ἐπανισταμένους αὐτῷ, καὶ πολλῶν πειρασμῶν αἰτίους καὶ διακόνους αὐτῷ γεγενημένους.

in Scriptura sacra solet, pro pœna et tentatione excipitur. Ita ut si non iratus fuisset Deus, non commotus fuisset David, nec nimirum populi numerandi consilium in animo agitasset. Si autem non commotus fuisset, certe in Israel periculum non incidisset, id est, Satan. Ut enim Scriptura perhibet, numeratio populi causa pestis fuit. Ut autem se res habet, defectio populi talem peperit cladem. Etenim Moyses quoque populum numeravit, Davidque rursus post pestem : attamen nulli harum numerationum nec labes, nec pœna incubuit. Cæterum pro pœna et periculo Satan deprehendi et ex aliis locis constat. « Suscitavit enim Satan, ait Scriptura, contra Israel Ader Judæum ; » Paulusque apostolus : « Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet [29-30], » in quo ponitur angelus pro ministerio pœnæ et tentationis, id est, Per quem mihi colaphi et tentationes infliguntur. Obscure posset significare hoc verbum vel Alexandrum ærarium artificem a quo multa passus est Paulus, vel hujus temporis reges et homines qui alia docentes eique adversati multarum tentationum auctores et ministri Paulo fuerant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΙΕ'.

QUÆSTIO CCCXV.

Cur David vir secundum cor Dei appellatus fuerit.

Edita a Maio (l. c. p. 155, 156, n. 312).

Τὸ δὲ, « Εὗρον τὸν Δαβὶδ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, » ῥητῶς μὲν οὕτως ἐν τῇ Παλαιᾷ Γραφῇ οὐκ ἂν εὑρεθείη· εἰ γὰρ καὶ ἐν Ψαλμοῖς ᾄδεται· « Εὗρον Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου, ἐν ἁγίῳ ἐλαίῳ ἔχρισα αὐτόν· » ἀλλ' οὖν πολὺ τοῦ εἰρημένου ῥητοῦ τῇ λέξει διέστηκεν· ἐγγύτερον δ' ἂν εἴη μᾶλλον τὸ εἰρημένον τῷ προφήτῃ Σα- C μουὴλ πρὸς τὸν Σαοὺλ· ὀνειδίζων γὰρ αὐτὸν τὴν παράβασιν τῶν νομικῶν ἐντολῶν καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῆς βασιλείας αὐτῷ προαναφωνῶν, φησὶ πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Ἐπειδὴ σὺ κατὰ τὰς ὁδοὺς Κυρίου καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ πορεύεσθαι οὐ βούλει, ἐκλέξεται ἑαυτῷ ὁ Θεὸς ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ὃς ποιήσει πάντα τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ· » ἀλλ' εἰ καὶ πλατύτερον τοῦτο τῆς ῥήσεως τῆς ψαλμικῆς, πλὴν οὐ κατὰ πάντα ἀπαράτρεπτόν ἐστι τοῖς ὀνόμασι πρὸς τὸ, « Εὗρον τὸν Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου· » ἀλλ' οὖν τοῦτο ὁ θεσπέσιος Παῦλος εἰδὼς εἰς ἐκεῖνον δημηγορῶν ἐν ταῖς Πράξεσι σχηματίζει· ἀνὴρ δὲ λέγεται κατὰ τὴν καρδίαν τοῦ Θεοῦ εὑρῆσθαι ὁ Δαβὶδ, ἐπειδὴ πολλῶν ἐντολῶν ὑπαρχουσῶν, δι' ὧν ὁ τῆς ἀρετῆς χαρακτηρί- D ζεται τρόπος, οὐδεμία ἄλλη ἵστησι πλησίον Θεοῦ καὶ ὅσον ἀνθρωπίνῃ φύσει δυνατὸν εἰς τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμοίωσιν ἀναβιβάζει, ὡς τὸ τοὺς ἐχθροὺς ἀμείβεσθαι ἀγαθοῖς· καὶ γὰρ ὁ Κυριακὸς ἐν Εὐαγγελίοις λόγος φησί· « Γίνεσθε οἰκτίρμονες ὡς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων· αὐτὸς γὰρ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς· » καὶ πάλιν· « Καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, ἵνα γένησθε ὅμοιοι τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » ὁ γοῦν Δαβὶδ ταύτην κατορθώσας τὴν ἀρετὴν, εἰ καὶ ἐν ἄλλοις, ἅτε δὴ ἄνθρω-

Hoc verbum : « Inveni David hominem secundum cor meum, » nominatum in veteri Scriptura sic non invenies, quanquam et in Psalmis canitur : « Inveni David servum meum; oleo sancto meo unxi eum [31]. » Sed priora longe ab his distant : propiusque accederet quod propheta Samuel Sauli dixit, cum increparet eum quoniam mandata transgressus erat, eique prædiceret fore ut regno pelleretur : « Quia in vias Domini ambulare noluisti, et mandata illius non custodisti, quæret Dominus sibi virum juxta cor suum, qui faciet omnes voluntates ejus [32]. » Sed quamvis hæc paulo expressiora sint quam ea quæ fert psalmus, non tamen omni ex parte cum illis verbis congruunt : « Inveni David Jesse filium, hominem juxta cor meum, » quæ divus Paulus, quamvis apprime nosset, attamen coram populo de activa vitæ ratione verba faciens [32*], voces supra dictas per abusionem usurpavit. Dicitur David juxta cor Dei inventus fuisse, quod, multis mandatis vigentibus, quibus virtutis proprium exprimitur, nullum aliud propius ad Deum nos erigit et quantum humanæ naturæ datum est, ad similitudinem illius tollit, quam inimicis nostris bona pro malis retribuere. Namque in Evangelio dixit Dominus : « Estote ergo misericordes sicut et Pater vester misericors est. Ille enim solem suum oriri facit super bonos et malos [33]. » Rursusque : « Benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est [34]. » David igitur illa virtute præditus, quamvis alia ex parte

[29-30] II Cor. XII, 7. [31] Psal. LXXXVIII, 21. [32] I Reg. XIII, 14. [32*] Act. XIII, 22. [33] Luc. VI, 36. [34] ibid. 27.

prout humanæ est naturæ inferiorem sese præbuerit, haud immerito, vel secundum cor Dei, præstitit et pietate, et cæteris virtutibus, non solum Sauli, sed etiam omnibus fere qui illum ætate consecuti sunt. Nemo enim, inquit, ut David recte vixit coram Domino. Idcirco prospiciens Davidis virtutem propheta dixit : « Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum qui faciet omnes voluntates ejus. »

Nihil prohibet vel in Scripturis quominus hujus sententiæ interiora scrutati, eam non in Davidem tantum referamus, sed potius ad illum ortum ex semine Davidis et Jesse, Christum, cujus regni non erit finis. Sacra enim Scriptura de illo alibi dicit : « Ipse invocabit me : Pater meus es tu ; et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ [35]. » Quem prænuntians per Prophetam Deus, Christum ortum e semine Davidis, quod attinet ad hominem, Verbum autem ex Deo, Deum Salvatorem nostrum ait invenisse secundum cor suum, utpote uni et eidem ac ipse Pater voluntati addictum ; quod videas etiam in humana Christi natura cui eadem voluntas est, eadem voluntatis expressio atque ipsi Deo Patri. Quæ vult enim, ait, Pater, hæc vult quoque Filius, et sexcenta alia. Quod si ad strictum verbi sensum spectes, unus hic est qui voluntates Patris sui faciat [36], cum ipse David vitam degendo, non omnino culpa caruerit ; hoc quidem maxime perspicitur ex Uria et populi enumeratione, præsertimque ex ira furentis qua in Nabal irruit, et eo quod non expleta plane lege, in maledictionem inciderit. Namque videtur Pascha non comedisse, et aliquot legis præcepta violavisse, non tamen quæ sunt maximi momenti. Item de mandatis quæ præcepit filio Salomoni de Joab et Semei ; et ex his Dei verbis : « Non mihi institues domum quoniam vir sanguinum es [37]. » Hæc quamvis excusationes habeant quæ Davidis innocentiam tueantur, attamen primo aspectu multis obstacula videntur ne David fecerit cuncta secundum cor Dei.

A πος ὤν, κατηνέχθη, εἰκότως κατὰ τὴν καρδίαν τοῦ Θεοῦ τοῦ Δαβὶδ οὐ πρὸς ἐκεῖνον μόνον, κατά τε τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν τὴν ὑπεροχὴν εἶχεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐφεξῆς μικροῦ πάντας· Οὐδεὶς γάρ, φησιν, ἐγένετο ὡς Δαβὶδ ποιήσας τὸ εὐθὺ ἐνώπιον Κυρίου · διὰ τοῦτο προορώμενος τὴν τοῦ Δαβὶδ ἀρετὴν ὁ προφήτης φησὶν, ὡς « Ἐκλέξεται αὐτῷ ὁ Θεὸς ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ ποιήσει πάντα τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ. »

Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἀπὸ τοῦ γράμματος πρὸς τὴν διάνοιαν ἀναχωροῦντα μὴ ἐπ' ἐκείνου μόνον τοῦ Δαβὶδ τὸν χρησμὸν ἐκβῆναι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τὸν ἀπὸ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἰεσσαὶ καταγόμενον Χριστὸν, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· τὸ γὰρ ἱερὸν Γράμμα φησὶν ἀλλαχοῦ περὶ αὐτοῦ· « Αὐτὸς ἐπι-

B καλέσεταί με Πατέρα, κἀγὼ πρωτότοκον θήσω αὐτὸν ὑψηλὸν παρὰ πάντας τοὺς βασιλεῖς· « Τοῦτον τοιγαροῦν προδηλῶν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Προφήτου, τὸν ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐκ Θεοῦ δὲ Θεὸν Λόγον, Χριστὸν τὸν Σωτῆρα ἡμῶν, φησὶν αὐτὸν εὕρασθαι κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, οἱονεὶ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ συναπτόμενον θελήματι, κἂν ἐν τῷ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐγνωρίζετο συγκρίματι, καὶ τούτῳ ἡ βουλὴ καὶ ἡ ἐνέργεια τοῦ Πατρικοῦ θελήματος ἀδιάστατος· Ἃ γὰρ θέλει, φησὶν, ὁ Πατὴρ, ταῦτα θέλει καὶ ὁ Υἱός· καὶ μυρία ἄλλα· καὶ κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, οὗτός ἐστιν ὁ πάντα τὰ ἀρεστὰ πεπληρωκὼς τοῦ Πατρός· ἐπεὶ δ γε Δαβὶδ ἔχοι ἂν τισι καὶ ἐξ ὧν ἔπραξε λαβὰς παρασχεῖν · ἐπὶ μὲν τοῦ Οὐρίου

C περιφανῶς, καὶ ἐπὶ τῇ ἀπαριθμήσει τοῦ λαοῦ, τάχα δὲ καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Νάβαλ καταφόρῳ ῥύμῃ καὶ ὀργῇ, καὶ ὅτι μὴ πάντα τὰ τοῦ νόμου φυλάττων ὑπὸ ἀρὰν τινα ἔπιπτεν· οὔτε γὰρ τὸ Πάσχα φαίνεται φαγὼν, καὶ οὐκ ὀλίγα τῶν ἐν τῷ νόμῳ, κἂν μὴ τὰ καίρια, παραβεβασμένος · καὶ ἡ κατὰ τοῦ Ἰωὰβ δὲ καὶ Σεμεεὶ δεδομένη ἐντολὴ τῷ παιδί· καὶ τὸ, « Οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μοι οἶκον, ὅτι ἀνὴρ αἱμάτων εἶ · » εἰ καὶ τὰς ἐπιλύσεις ἔχουσιν εἰς ἀθώωσιν περιιστώσας τὸν Δαβὶδ, ἀλλ' οὖν κατὰ τὸ πρόχειρον πολλοῖς ἐμποδὼν ἵστανται, μὴ κατὰ τὴν καρδίαν πάντα τελέσαι αὐτὸν τοῦ Θεοῦ.

QUÆSTIO CCCXVI. — ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΙϚʹ.

Cur manna in eremo de cœlo ceciderit.

Edita a Maio (l. c. p. 156, n. 315).

Manna quod in deserto mane Israelitis fundebatur, et ortygometra quæ vespere pluebat, eamdem ad figuram attinent. Manna quidem mane fundebatur, quia figura erat cœlestis panis, Christi Dei nostri, qui justitiæ sol et solis ortus nobis in tenebris jacentibus apparuit. Cum igitur sensibile manna simile quiddam habeat huic soli et auroræ justitiæ convenienter mane funditur ut suam cum affini suo similitudinem servet. Ortygometra vero sub vespere pluit, ut hostias Israelitarum sacrificio præbeat, nam ipsa figurabat cultum qui apud Judæos in tenebris et quasi inter obscura veritatis vestigia fiebat, pinguibus et fumosis vaporibus

C parientis inviolabilitas demonstretur, sed et τὸ *donec*, nunc in distantiam seriei temporis, quando adhibetur, intelligitur, nunc in significationem magnorum et divinorum operum; sicut hic sumitur, non in distantiam alius cujusdam temporis, sed e contrario ad ostendendam infinitam durationem. Etenim surget in diebus ejus justitia, donec destruatur luna; et, *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [1]; et *Vobiscum sum donec veniat consummatio*. Evidens enim est ibi τὸ *donec*, non temporalem limitem aut terminum adducere; hæc vox autem magnitudinem divinarum rerum ostendens, in infinitam extensionem ideam rerum quæ ibi occurrunt adducit. Alia autem permulta inveniri possunt, per quæ

D evidenter statuitur, hanc vocem pro non interrupto et in sæcula assumi. Quando igitur isti audacissimi, ostendunt, post lunæ destructionem Christi et Dei nostri justitiam in nihilum reduci, et postquam positi fuerint sub pedibus ejus inimici, illum e sede ad Patris dexteram dejici, aut etiam post consummationem sæculi, cum potius ipsi a discipulorum mansione repellentur; tunc ambigant, an post ineffabilem partum viri societatem virgo curaverit.

[pag. 39, a.] *Φωτίου*. Συντελέσας ὁ πρεσβύτης τὴν εἰς τὸ Θεῖον δοξολογίαν, τρέπεται λοιπὸν ἐπὶ

Photii. Cum perfecisset senex suam in Deum doxologiam, demum convertitur ad benedictionem

[1] Psal. CIX, 1.

eorum qui puerum inducebant. Deinde ad solam matrem sermonem dirigit : benedictionem enim ambobus communicat, sed reconditorum magis prædictionem soli matri dirigit, ut per communem benedictionem parentis specie non privetur Joseph, sed per verba quibus matrem alloquitur, Virginem ab isto discernens. illam ut vere matrem compellat, quam benedicit ut divinæ voluntati obsequentem. Tum, dicit ad illam : *Hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum in Israel*. Vides quomodo totam mysterii œconomiam Virgini aperit, et illi præbet hujus narrationem. *Ruinam* hic dicit eorum qui e fide in Christum et pietate corruent; *resurrectionem* autem, eorum qui illum ut Salvatorem agnoscent (18).

Photii. Sanctissimæ et semper virginis Mariæ animam gladius pertransiit, ob ipsam salutiferam Christi passionem, non ut dubiis sententiis agitata sit, nec incredulitatis jaculis vulnerata; nec pro his quibus gaudebat, dolorem commutans, sed materna sinens viscera propria sentire, propter naturalem sympathiam, Filio crucifixo. Quomodo enim mater non pateretur videns filium, et præsertim natura humana longe meliorem, pravorum pœnas ferentem? hoc accidit inviolatæ Verbi matri, amarior et acerbior omni gladio dolor. Si enim multas habuit firmitatis causas, Deum sciens incarnatum suum Filium esse, sed non omnino leges naturæ solvit, concessit autem naturæ ut intra proprios emineat fines. Ideo et horrendam passionem videntis, maternis oculis subjectus aspectus, ceu gladii vulnere, animam ejus vulneravit et divisit.

CAP. III. VERS. 3. *Photii*. Licet pariter cogitare et dicere, præstitisse peccatornm remissionem Præcursoris quoque baptisma, non autem omnium; sicut nec legales cæremoniæ et immolationes. Non enim admissarum cum præmeditatione cædium, neque si quis aliorum conjunctiones transfoderit, neque illorum, propter quæ horrendus iste et cœlestis ignis in nocentes invidia missus est, neque multorum facinorosorum et similium operum mundationem, neque lex, neque Joannis baptisma præstabat. Sed de his omnibus, quæ lex non præcaverat, et primus legislator damnaverat, pœnas gladius sumpsit. Joannis autem baptisma, omnibus in salutem, utpote multo majus fuerit solita virtute, patebat. Præstabat igitur et Præcursoris baptisma, ut dictum est, peccatorum remissionem, non autem omnium; hoc enim Dominici baptismatis proprium est. Sed præstabat, perfectionem Salvatori præparans; mundatio erat, mundationem præcedens; et remissio per partem, integram remissionem anteiens; imperfecta purificatio,

τὴν εὐλογίαν τῶν ἀγαγόντων τὸ βρέφος · εἶτα ἐκεῖθεν πρὸς μόνην τὴν μητέρα ἀποστρέφει τὸν λόγον. Τῆς μὲν γὰρ εὐλογίας ἀμφοῖν μεταδίδωσι, τὴν δὲ πρόῤῥησιν τῶν ἀποῤῥητοτέρων, τῇ μητρὶ προσάγει μόνῃ, ἵνα διὰ μὲν τῆς κοινῆς εὐλογίας τοῦ σχήματος τῶν γεννητόρων, μὴ ἀπογυμνώσῃ τὸν Ἰωσὴφ · διὰ δὲ τῶν πρὸς τὴν μητέρα λόγων, τὴν Παρθένον ἐκείνου διαστείλας, τὴν ὡς ἀληθῶς ἀνακηρύξῃ μητέρα, ἣν καὶ εὐλογεῖ ὡς ὑπηρετήσασαν θείᾳ βουλῇ. Εἶτα καὶ διαλέγεται πρὸς αὐτήν· *Οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ*. Ὁρᾷς ὅπως ὅλην τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν πρὸς τὴν Παρθένον ἀναφέρει, κἀκείνῃ ποιεῖται τὴν τούτου διήγησιν; καὶ *πτῶσιν* μὲν λέγει ἐνταῦθα, τῶν ἐκπεπτωκότων τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως καὶ εὐσεβείας· *ἀνάστασιν* δὲ, τῶν ἐπεγνωκότων τὸν Σωτῆρα.

[p. 40. a.] *Φωτίου*. Τῆς παναγίας καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας τὴν ψυχὴν ῥομφαία διῆλθε, κατ' αὐτὸ τὸ σωτήριον τοῦ Χριστοῦ πάθος, οὐχ ἐπιδιστάζουσι λογισμοῖς βαλλομένης, οὐχ ἀπιστίας βέλεσι τιτρωσκομένης · οὐχ ἐφ' οἷς ἔχαιρε, τὴν λύπην ἀλλασσομένης, ἀλλὰ μητρικὰ σπλάγχνα διδούσης, πρὸς τὴν ἔμφυτον συμπάθειαν, ἀνασκολοπιζομένου τοῦ Υἱοῦ, πράττειν τὰ οἰκεῖα. Τί γὰρ μήτηρ οὐκ ἂν πάθοι βλέπουσα τὸν Υἱὸν καὶ μάλιστα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πολιτευόμενον κρεῖττον, τὰς τῶν κακούργων ὑπέχοντα δίκας; Τοῦτο γέγονε τῇ παναχράντῳ Μητρὶ τοῦ Λόγου, πικρότερον καὶ δριμύτερον ῥομφαίας ἁπάσης τὸ πάθος. Εἰ γὰρ καὶ πολλὰς ὑποθέσεις εἶχε Θεὸν εἰδέναι τὸν Υἱὸν σεσαρκωμένον, ἀλλ' οὖν οὐκ ἐπὶ πάντων ἔλυε τοὺς τῆς φύσεως νόμους, ἐνεδίδου δὲ καὶ τῇ φύσει, τοῖς οἰκείοις ἐνδιαπρέπειν ὅροις. Διὸ καὶ πάθος φρικτὸν ὁρῶσα μητρικοῖς ὀφθαλμοῖς, προκείμενον θέαμα, κατὰ πληγὴν ῥομφαίας, τὴν ψυχὴν ἐτέμνετό τε καὶ κατεμερίζετο.

[p. 49 a.] *Φωτίου καὶ Κυρίλλου Ἱεροσολύμων*. Ἔξεστι δὲ ἴσως φρονεῖν τε καὶ λέγειν, ὡς παρεῖχε μὲν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν καὶ τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα · οὐ πάντων δέ · ὥσπερ οὐδ' αἱ νομικαὶ τελεταὶ καὶ θυσίαι. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἐκ προνοίας φόνων, οὐδ' εἴ τις ἀλλοτρίους γάμους διώρυξεν, οὐδ' ὅσα τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ οὐράνιον πῦρ τοῖς ἐνόχοις ζημίας ἐπέβαλλον, οὐδ' ἄλλων πολλῶν ἐξαγίστων καὶ παραπλησίων ἔργων τὴν κάθαρσιν, οὔτε ὁ νόμος οὔτε τὸ Ἰωάννου διεπράττετο βάπτισμα · ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ὁ μὲν νόμος ὅσα μὴ προλαβὼν ὁ πρῶτος νομοθέτης εἰσεπράττετο δικαστὴν τὸ ξίφος ἐκάθιζε. Τὸ δὲ Ἰωάννου βάπτισμα εἰς τὸ κοινὸν καὶ σωτήριον, ὡς πολλῷ μεῖζον ὑπάρχον τῆς ἰδίας ἰσχύος, παρέπεμπε. Παρεῖχε μὲν οὖν καὶ τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, ὥσπερ εἴρηται, τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν · οὐ πάντων δέ · τοῦτο γὰρ τοῦ Δεσποτικοῦ τὸ ἐξαίρετον · παρεῖχε δὲ, προευτρεπίζον τῷ σωτηρίῳ τὴν τελειότητα · καὶ λουτρὸν ἦν πρὸ λουτροῦ · καὶ ἄφεσις ἐκ μέρους, πρὸ τῆς παντελοῦς ἀφέσεως· καὶ ἀτελὴς κάθαρσις προοιμιαζομένη τὴν τελειοποιόν · καὶ κα-

NOTÆ.

(18) Cf. q. CLVII CLXXVI.

θαῖρον μὲν τὰ φθάσαντα τῶν ἁμαρτημάτων, οὐδὲν A δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐχέγγυον περὶ τῶν μελλόντων χαριζόμενον. Τὸ Δεσποτικὸν δὲ καὶ σωτήριον πάντων μὲν τῶν προλαβόντων ῥύσιον, ῥώμης δὲ παρεκτικὸν καὶ ἰσχύος, μὴ κατὰ τὰς πρώτας ὀλισθήσεις ἔτι πρὸς τὰ πάθη κατασύρεσθαι· καὶ τὸ μὲν, εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀναφέρει βασιλείαν, καὶ τὸ μεῖζον πάντων, υἱοθεσίαν χαρίζεται· τὸ δὲ τινῶν μὲν ἄφεσιν παρέχει, οὔτε δὲ κληρουχίαν οὐρανῶν βασιλείας, οὐδὲ πολλῷ μᾶλλον πρὸς υἱοθεσίας ἀναβιβάζει ἀξίωμα· ἐντελέστερον δὲ περὶ τούτων ἐν τῷ Ἰωάννῃ καὶ τῷ Ματθαίῳ εἴρηται. Ἐκεῖσε οὖν τοὺς φιλολόγους παραπέμψαντες, ἡμεῖς ἐπὶ τὰ ἐχόμενα ἴωμεν.

Φωτίου. Οὐκ οἶδε σύνοδον ἀλλήλων πλεονεξία καὶ φιλανθρωπία· μακρὰν ἀπέχει ἀνὴρ ἐλεήμων τῆς τῶν πλουτούντων μισαδελφίας. B Διὰ τοῦτο, καὶ *μέγα χάσμα* ἐστήρικται μεταξὺ γεέννης καὶ βασιλείας.

[p. 228. b.] Φωτίου. Ἧλοι τὰς Δεσποτικὰς διαπερονῶσι παλάμας, καὶ τοὺς τῆς κακίας ἡμῶν τοῖς μέλεσι παρεμφύντας ὄζους, ὑφ' ὧν ἐξερημοῦτο καὶ ἐκακύνετο τὸ ἀνθρώπινον, αὐταῖς ἀνασπῶσι ῥίζαις. Στέφανος ἐξ ἀκανθῶν τῇ κεφαλῇ περισφίγγεται, καὶ ὁ πολυώδυνος τῆς παλαιᾶς κατάρας κλοιὸς ἀπαυχενίζεται· λόγχῃ πλευρὰ διορύσσεται, καὶ ἡ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀναστομοῦται πηγή.

[p. 306. b.] Φωτίου. Μᾶλλον δὲ *ῥήγνυται καταπέτασμα τοῦ ναοῦ*, ξύλῳ τοῦ Δεσπότου κρεμαμένου, διὰ πολλὰς, οἶμαι, τὰς αἰτίας. Τὸ μὲν γὰρ τὴν γῆν κλόνῳ μικροῦ δεῖν συγκατενεχθῆναι, δυνατόν ἐστι τοῖς ἀγνω- C μονοῦσι καὶ εἰς τὰ κατὰ φύσιν ἀνάγειν τῶν στοιχείων πάθη. Τὸ δὲ ῥαγῆναι τὸ καταπέτασμα, μηδενὸς μάλιστα διασπῶντος, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, θεομηνίαν τὸ τέρας δείκνυσιν. Ἦν δὲ καὶ σύμβολον καὶ προμήνυμα τῆς ἀεὶ καταστροφῆς τε καὶ ἐξερημώσεως τοῦ τε περιωνύμου ναοῦ Ἰουδαϊκῶν τελετῶν. Καὶ τρίτον, ὡς οὐκέτι μέρει τινὶ τῆς οἰκουμένης ἡ εὐσέβεια συγκλεισθήσεται· ἀλλ' ἅπαντα τὰ πέρατα, τῶν ἀπορρήτων ἐν ἀπολαύσει γενήσεται. Ἔτι ἡ κιβωτὸς καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸν τύπον γέγονε τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, αὕτη δὲ διείργετο τῷ καταπετάσματι, καὶ ἀπεκρύπτετο· ἐδήλου δὲ τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον, ἀνθρώποις ἄβατον συντετηρῆσθαι τέως. Ῥήγνυται οὖν τὸ καταπέτασμα Χριστοῦ σταυρουμένου, τὴν εἰς οὐρανὸν εἴσοδον πᾶσιν ἡμῖν ὑπο- D σαλπίζον καὶ εὐαγγελιζόμενον.

Φωτίου. Ἦν ποτε κρύφιος φίλος ὁ Ἰωσὴφ, καὶ νυκτερινὸς Χριστοῦ μαθητής· ἀλλ' ὕστερον τοὺς δεσμοὺς ἀποῤῥήξας τῆς δειλίας, τῶν εἰς τὸ φανερὸν φιλούντων θερμότερός τε καὶ θαῤῥαλεώτερος γέγονε· καὶ τὸ Δεσποτικὸν ἐν ὕβρει κρεμάμενον σῶμα τοῦ ξύλου καθελὼν, τῆς δυνατῆς θεραπείας οὐκ ἠμέλησε, ῥημάτων μετριότητι, τὸν πολυτελῆ μαργαρίτην ἐμπορευόμενος, καὶ κρύπτων τούτων τὸ σπουδαζόμενον. Οὐδὲ γὰρ ὡς δή τι μέγα φρονῶν ἢ φθεγ-

perfectæ viam disponens; mundans quidem a peccatis præteritis, sed nihil tutamenti, nihil roboris ad futura largiens. Domini autem et Salvatoris baptisma, omnia præterita lavans, virtutem et robur præstat, ne in priores lapsus jam ad passiones abripiamur; imo in cœlorum regnum introducit, et quod omnibus majus est, filiorum adoptionem largitur. Joannis autem baptisma peccatorum quidem remissionem præbet, sed non cœlestis regni hæreditatem, neque multo magis ad adoptionis dignitatem attollit. Apertius de his in Joanne et Matthæo legitur, ad quos philologos remittentes, nos ad propositum volvamus.

CAP. XVI. Vers. 31. *Photii.* Non invicem conveniunt avaritia et liberalitas; multum abest vir misericors ab odio divitum in fratres; propterea, et *magnum firmatum* est intervallum gehennam inter et regnum.

CAP. XVII. Vers. 33. *Photii.* Clavi Domini palmas transfigunt, et malitiæ nostræ membris inhærentes nodos, per quos vastatum et corruptum est humanum genus, ipsis evellunt radicibus. Corona e spinis capiti circumducitur, et ærumnosus antiquæ maledictionis torques rumpitur; lancea latus dividitur, et nobis salutis fons aperitur.

CAP. XXIII. Vers. 45. *Photii.* Potius vero *scissum est velum templi*, ligno cum Dominus penderet, ob plurimas, puto, causas. Quod enim terra motu parum oportuit agitari, possibile est incredulis illud elementorum naturali perturbationi attribuere, scissum vero esse velum, nemine præsertim divellente, a summo usque deorsum, Dei iram hoc prodigium ostendit. Erat autem symbolum et indicium perpetuæ destructionis et vastationis inclyti Judaicorum rituum templi. Et tertio, quod non parte aliqua orbis religio concludetur; sed omnes fines in mysteriorum participationem adducentur. Jam arca et quæ includebat, secundum figuram facta est hominis et eorum quæ sub cœlo sunt; hæc autem velo separabatur et occultabatur; ostendebat hactenus cœlorum ingressum hominibus impervium permansisse; scinditur ergo velum, cum Christus est crucifixus, cœlorum ingressum omnibus præconizans et annuntians (19).

Vers. 50. *Photii.* Erat forte occultus amicus Joseph, et nocturnus Christi discipulus; sed tandem metus rumpens vincula, omnibus qui palam sequebantur ferventior et audacior factus est. Et Domini corpus in contumelia suspensum, a ligno demittens, quod potuit obsequium non neglexit, verborum moderatione, pretiosam emens margaritam, et horum valorem celans. Non enim ut homo mente et sermone superbus, corpus expetit, sed

NOTÆ.

(19) Cf. q. CCXII.

ut misericordiæ et liberalitati deditus, in sepulturam mortuum petit; et *accedit ad Pilatum*, timorem et pavorem excutiens, quasi consilio consentiens, deferri corpus mortui hortatur; jam enim parasceve occidente sole desinebat, et lex Sabbati præsenti illucescebat; et persuadere magis ratus est, legem pariter prætendens, qua vetabatur suspensa manere corpora crucifixorum. Judæi enim alia contra legem agentes, et aperta fronte patria instituta transgredientes, si quid voluntati non contrarium occurrebat, et facillimum completu, legis in hoc reverentiam curabant. Da mihi, inquit Joseph, si vis, sepelire corpus Jesu quem noti omnes derelinquentes abierunt; cujus multi concurrebant in passione spectatores, nunc autem nullus permansit, ne amicorum quidem, ad sepeliendum, abest a te de regno metus; mortuus est qui potestatem magistratus occupaturus incusabatur. Ad ipsam apparentiam expers visus est omnis injustitiæ: quem prophetarum interfectrix lingua et vox et manus, te ferre censente humaniorem sententiam, sub damnationem mortis induxerunt. Da mihi annuere gratiam, per quam alios minime lædere potes; non enim Judæorum turba ægre feret si terra noverit absconditum inimicum. Magis igitur dolebunt, si mortuum quem oderant viderint, id est, eorum victimam cruce triumphantem cernentium miserationem adducentem, et crucifigentium crudelitatem exprobrare inspirantem; neque Cæsaris amicitiam præ se ferent. Non es, dicentes, amicus Cæsaris, si cadaver dederis terra sepeliri; sine hæsitatione, si vis tantum, implebitur mea postulatio. Talibus Pilati mentem incantans verbis, propositum obtinet, et sumit avulsum corpus Jesu, et assuetis honorat curis.

A γόμενος, οὕτως τὸ σῶμα ἐπιζητεῖ, ἀλλ' ὡς ἂν ἐλαίῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ διδοὺς, εἰς ταφὴν αἰτεῖται τὸν νεκρόν· καὶ *πρόσεισι μὲν τῷ Πιλάτῳ*, ὄκνον ἅπαντα καὶ φόβον ἀποῤῥιψάμενος, οἷα δὲ βουλῆς κοινωνῶν, κατενεχθῆναι τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος συμβουλεύει. Ἤδη γὰρ τῆς παρασκευῆς ταῖς τοῦ ἡλίου δυσμαῖς συνυποληγούσης, καὶ ὁ τοῦ Σαββάτου νόμος τῇ ἐπιούσῃ συνανεφαίνετο· καὶ πιθανώτερος ἐδόκει, καὶ τὸν νόμον ἴσως ὑποφαίνων, δι' ὃν οὐκ ἐχρῆν μετέωρα μένειν ἔτι τὰ σώματα τῶν ἀνῃρημένων. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν Ἰουδαίων ἐκθέσμως πραττόντων, καὶ ἀπερικαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ τῶν πατρίων ἐκδιαιτωμένων, ἐν οἷς οὐδὲν ἀντίπαλον τοῦ θελήματος ἀπήντα, καὶ ῥᾷστον ἦν ἐκτελέσαι, ἡ περὶ τοὺς νόμους εὐλάβεια κατεσπούδαζε. Καὶ δός μοι, φησὶν ὁ Ἰωσὴφ, εἰ βούB λει, θάψαι τὸν νεκρὸν τοῦ Ἰησοῦ, ὃν οἱ γνωστοὶ πάντες ᾤχοντο καταλιπόντες, οὗ πολλοὶ μὲν συνέῤῥεον ἐπὶ τῷ πάθει θεαταὶ νῦν δ' οὐδεὶς ὑπέμεινεν, οὐδὲ τῶν φίλων, ἐνταφιαστής. Ἄπεστί σοι φόβος βασιλείας· τέθνηκεν ὁ τὸ κράτος μὲν τῆς ἐξουσίας ἁρπάσαι κατηγορούμενος, μέχρι δὲ καὶ αὐτῆς προφάσεως ἀθῷος ὀφθεὶς παντὸς ἀδικήματος· ὃν προφητοκτόνος γλῶσσα καὶ φωνὴ καὶ χεῖρες, σοῦ δοκοῦντος φέρειν φιλανθρωποτέραν ψῆφον, ὑπὸ κρίσιν ἤγαγον θανάτου. Δός μοι χάριν ὁμολογεῖν, δι' ἧς ἑτέρους οὐδὲν ζημιοῖς. Οὐδὲ γὰρ, οὐδ' ὁ τῶν Ἰουδαίων ὄχλος ἀνιάσεται γῇ μαθόντες τὸν ἐχθρὸν καλυπτόμενον. Μᾶλλον μὲν οὖν δυσχεραίνουσι καὶ νεκρὸν τὸν ὑπ' αὐτῶν μι- C σούμενον βλέποντες· τοῦτο μὲν τὴν αὐτῶν μιαιφονίαν τῷ σταυρῷ θριαμβεύοντα, τοῦτο δὲ τῶν ὁρώντων τὸν ἔλεον ἕλκοντα, καὶ τῶν σταυρωσάντων ἐκκαλούμενον μυσάττεσθαι τὴν ὠμότητα· οὐδὲ τὴν Καίσαρος ἐπισείσουσι φιλίαν, Οὐκ εἶ φίλος, λέγοντες, τοῦ Καίσαρος, εἰ νεκρὸν δίδως τῇ γῇ κατορύττεσθαι. Ἀπροφάσιστος, εἰ βούλει μόνον, ἡ πλήρωσις τῆς αἰτήσεως. Τούτοις τὴν τοῦ Πιλάτου κατεπᾴδων ψυχὴν, τυγχάνει τοῦ σκοποῦ, καὶ λαμβάνει καθαιρεθὲν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῆς συνήθους ἀξιοῖ φροντίδος.

Ejusdem. Myrrha igitur ungens et aloe corpus Domini, quod mortuis apud Judæos honor funebris erat, et mortuariis circumligans fasciis, in novo deponit monumento. Novum autem monumentum paravit, ut ipsi Domina quomodo potuit honorem Joseph exprimeret. Sepulcrum enim novum erat et proprium, non autem commune, et plurimis contaminatum corporibus, ut in mortuis sepulto reverentiam præstet; et duplicem ob aliam dispositam a Deo causam: primo quidem, ne cum resurrectionis miraculum contigisset, ab audentibus omnia Judæis et non erubescentibus alius quidam consepultorum divulgatus foret, non ille qui ab illis ad crucem condemnatus erat, mortuorum, surrexisse; sed ut illis undequaque præcideretur omnis mendacii et in Deum odii occasio. Secundo autem, ne viderentur sola illa e sepulcro surrexisse corpora, quibus Domini corpus applicatum et admotum fuisset; quod etiam ab aliquo sanctorum corpore vivente adhuc differebat, et a fortiori mortuo. Sed ut, tanquam super omnia fuerit contra infernum potentia Domini manifestata, nondum

Τοῦ αὐτοῦ. Σμύρνης οὖν ἐπιπλάσσων καὶ ἀλόης τὸ σῶμα τὸ Δεσποτικὸν, ὃ τοῖς τελευτῶσι παρά γε τοῖς Ἰουδαίοις τιμὴ τελευταία, καὶ τοῖς νεκροστολίοις περιελίσσων ὀθονίοις, πρὸς τῷ καινῷ κατατίθησι μνημείῳ· καινὸν δὲ τὸ μνημεῖον παρεσκεύαστο, αὐτῷ τε τῷ Δεσπότῃ τὸν δυνατὸν τρόπον τοῦ Ἰωσὴφ τιμὴν ἐξευρίσκοντος· τάφος γὰρ καινὸς καὶ ἴδιος, D ἀλλὰ μὴ κοινὸς καὶ πολλοῖς ἐκλελυμασμένος σώμασι, τὴν ὡς ἐν νεκροῖς τῷ θαπτομένῳ προσνέμει σεμνότητα· καὶ διπλῆς ἄλλης οἰκονομουμένης αἰτίας ἕνεκα, μιᾶς μὲν, ἵνα μὴ τοῦ τῆς ἀναστάσεως ἐπιτελουμένου θαύματος τοῖς πάντα τολμῶσι καὶ ἀναισχυντοῦσιν Ἰουδαίοις, ἄλλος τις τῶν συντεθαμμένων ἐπιφημισθῇ, οὐχ ὁ παρ' αὐτῶν τῷ σταυρῷ καταδεδικασμένος, τῶν νεκρῶν ἀνιστάμενος, ἀλλ' ἵνα αὐτοῖς πανταχόθεν ᾖ πᾶσα ψευδολογίας καὶ θεομαχίας περικεκομμένη πρόφασις· ἑτέρας δὲ, τοῦ μὴ δόξαι τισὶν ἐκεῖνα μόνα τῶν σωμάτων ἐξαναστῆναι τοῦ τάφου, οἷς τὸ Δεσποτικὸν ἐπεχωρίαζε σῶμα καὶ ἐπλησίαζεν· ὃν καί τινος τῶν ἁγίων πάλαι καὶ ζῶντος ἔτι διεπέπρακτο, καὶ αὖ τελευτήσαντος· ἀλλ' ἵν' ὥσπερ ὑπὲρ πάντων εἴη τὸ κατὰ τοῦ ᾅδου κράτος ὁ Δεσπό-

της ἀναδεδεγμένος, οὕτω καὶ τῶν πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάσσης διεῤῥιμμένων σωμάτων, καὶ πυρὶ καὶ ἀέρι διεσκεδασμένων, λαμπρῶς ἐπιγνωσθῇ τῷ οἰκείῳ πάθει διαπεπραγμένος τὴν ἀνάστασιν· οἷς γὰρ τινῶν μὲν οὐ συνετέθαπτο σώμασι, πολλοὶ δὲ τῶν ἁγίων ἀναστάντες, ἄλλοθί που καὶ ἄλλοθι καὶ σποράδην καὶ οὐ κατὰ τὸ Δεσποτικὸν μνῆμα κείμενοι, πολλοῖς ἦλθον εἰς ἐμφάνειαν· διὰ τούτων μᾶλλον τρανῶς ἐπιδείκνυται, μὴ τῶν μὲν, τῶν δὲ μὴ, ἀλλ' ὑπὲρ πάντων τῷ Δεσπότῃ ὅ,τε θάνατος γεγενημένος καὶ ἡ ἀνάστασις· διὰ ταῦτα γὰρ οὖν καὶ τοιαῦτα, καινὸς ὁ Δεσποτικὸς τάφος τῷ Ἰωσὴφ ἐλάξευτο· ἐκείνου μὲν μὴ, συνορῶντος ἴσως ἅπαντα, ἀλλὰ πρὸς ἕν γε, τὴν τιμὴν, ἀποβλέποντος· τῆς θείας δὲ καὶ ταῦτα προκαταρτιζούσης καὶ συνοικονομούσης προγνώσεως.

[p. 316. a.] *Φωτίου*. Οὐ μὴν ὑποληπτέον ὅτι ἡ παράβασις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκείνων διήνοιξεν, ἄπαγε. Οὐδὲ γὰρ, οὐδ' ἐν αὐτῇ παραβάσει γέγραπται τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν διηνοῖχθαι, ἀλλὰ μετὰ τὴν παράβασιν. Ὅπερ τοιοῦτόν ἐστι. Μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὡς τὰ πολλὰ ἐπίγνωσις τοῦ ἁμαρτήματος γίνεται, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ τολμήματος τότε μᾶλλον ἐπιγινώσκεται. Τοῦ γὰρ ἐπιπροσθοῦντος πάθους καὶ κινοῦντος οἴστρου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, μετὰ τὴν ἔκθεσμον πρᾶξιν πεπαυμένου, τότε ὥσπερ διακύψας τῆς πολλῆς ἐκείνης ἀχλύος ὁ λογισμὸς καὶ ἀνανήψας ἐφορᾷ τὰ πεπραγμένα καὶ εἰς οἵαν κατάστασιν ἐξ οἵας μετηνέχθη, μᾶλλον λαμβάνει τὴν συναίσθησιν, καὶ τὸ συνειδὸς τιτρῶσκον αὐτὸν καὶ διεγεῖρον ἔχον, διαβλέπει τρανῶς ἃ τοῦ πάθους ἐπιπροσθοῦντος, οὐχ ὁμοίως ἔβλεπεν· ἄλλως δὲ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἕκαστος χωρῶν, οἷς ὁ πονηρὸς διαγαργαλίζων τε καὶ ὑποθέλγων ἡμᾶς ἐκθηλύνει, καὶ γνόφου πληροῖ, κεκαρωμένους ὥσπερ φέρει τοὺς λογισμοὺς, καὶ πεπηρωμένον τὸ ὀπτικὸν τῆς διακρίσεως. Μετὰ δὲ τὴν πρᾶξιν ὑπ' ὄψιν ἄγει τὸ τολμηθὲν, καὶ ἀνακαλύπτει πικρῶς, ὃ πρότερον πολλαῖς μηχαναῖς συνεκάλυπτεν· εἶτα, δι' ὧν κατάφωρον τὸν ὄγκον ἀποτελεῖ τοῦ τολμήματος, πρὸς ἀπόγνωσιν ὠθεῖν πειρᾶται τὸν ἁμαρτήσαντα. Τὸ γοῦν, *Διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ*, οὐ πρὸς τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, οὐδὲ πρὶν ἢ τῆς ἐντολῆς αὐτοὺς ἐκπεσεῖν, παραληπτέον. Τότε γὰρ ἠνεῳγμένους εἶχον μᾶλλον, μήπω τοῦ ὄφεως τοῖς ψιθυρισμοῖς ὑποκλαπέντες, καὶ συνορᾷν τὸ πρακτέον, ἐγρήγορον ἔφερον τὴν διάνοιαν. Οὐκοῦν τὸ βλέπειν οὐκ ἔχοντες, ἐπὶ τῆς ἁμαρτίας ἀνέλαβον· τοὐναντίον δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῷ πράττειν τυφλώττοντες, πεπαυμένης τὴν ὅρασιν ἀνεκτήσαντο· ἐνταῦθα μέντοι τὸ, *Διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ*, ἀντὶ τοῦ, τὸ βλέμμα αὐτῶν ὠξύνθη πρὸς ἐπίγνωσιν· ᾠκονόμει γὰρ τέως ὁ Κύριος τὸ μὴ γνωσθῆναι αὐτοῖς, μέχρι τῆς τοῦ ἄρτου κλάσεως.

[p. 317 a.] *Τοῦ αὐτοῦ*. Συντέμνει τὴν ὑπόσχεσιν, διὰ τὴν ὀλιγοψυχίαν τῶν μαθητῶν· καὶ διὰ τοῦτο πρὸ τῆς Γαλιλαίας ἐν αὐτοῖς Ἱεροσολύμοις, αὐτοῖς ἐμφανίζεται, καὶ οὐ δήπου τοῦτο τῆς ἐπαγγελίας παράβασις. Ταχεῖα δὲ μᾶλλον ἐκ πολλῆς φιλανθρωπίας ἐκπλήρωσις· ὤφθη δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ὅτε ἀπῆλθον ἐκεῖ· *Ἀπελθόντες* γὰρ, φησὶν, *ὄψεσθέ με*.

ubique per terras et maria agitatis corporibus, neque in igne et aere dispersis, clare nosceretur propria virtute resurrectionem patravisse. Quibus enim non consepultus erat corporibus, multi sanctorum resurgentes, ibi et alibi et passim et non juxta Domini monumentum jacentes, multis apparuerunt. Per hæc aperte magis ostenditur, non horum, neque illorum, sed universorum Domino factam esse mortem et resurrectionem. Propter quæ igitur et talia, novum Domino sepulcrum a Joseph excisum est; qui quidem non omnia hæc simul videbat, sed unum, honorem scilicet, intendebat; prævisione autem divina cuncta præparante et disponente.

CAP. XXIV. VERS. 31. *Photii*. Non equidem intelligendum eorum oculos transgressione apertos fuisse, absit. Neque enim in ipsa transgressione scriptum est apertos fuisse eorum oculos, sed post transgressionem. Idem est quod post peccatum major cognitio offensæ datur, et audaciæ magnitudo tunc magis cognoscitur. Nam offuscante animum passione et in peccatum furiose movente, post nefariam autem actionem desinente, tunc, velut ab opaca illa nube et quasi ebrietate soluta ratio actionem intuetur, et cum in alium ex alio statum adducta est, magis conscientiam audit, quæ velut aculeis pressa et excitata clare conspicit, quæ passione offuscante non eadem viderat. Aliter autem ad peccatum quisque tendit, cum malignus, quibus blandiens et incantans nos debilitat et tenebris complet, soporiferas rationes adducit, et oculum occludit conscientiæ. Sed post actionem, ante oculos ponit quod ausum est, et amare aperit, quod prius multis artibus velaverat; deinde, ut manifestam facinoris gravitatem consummet, in desperationem injicere nititur peccatorem. Illud igitur: *Aperti sunt oculi eorum*, non præcedenti tempore, neque antequam in mandatum peccavissent, intelligendum est: Quando enim oculos habebant apertos magis, nondum serpentis decepti fraudibus, et ad videndum quid agendum esset, vigilem gerebant mentem. Cum igitur videre non poterant, in peccatum inciderunt. E contrario autem qui in peccatum agendo cæci erant, peracto peccato visum recuperaverunt. Ibi ergo dicitur: *Aperti sunt eorum oculi*, tanquam diceretur, visus eorum magis ad cognitionem acutus factus est. Disponit enim Dominus ne hactenus ab illis noscatur, usque ad fractionem panis.

VERS. 36. *Ejusdem*. Promissionem reducit, ob discipulorum pusillanimitatem et propterea præ Galilæa ipsis Jerosolymis illis apparet, et id minime est promissi violatio; celeris potius est ex magna charitate impletio. Visus est autem posthac et in Galilæa, quia huc abierant. Dicit enim: *Abite, et videbitis me*.

FRAGMENTA IN JOANNEM.

Ex Catena Corderii.

CAP. IV. Vers. 13. *Respondit Jesus, et dixit ei : Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.*

Photii. Dicente illa : Nunquid tu major es Patre nostro Jacob? non respondit: Certe major sum : visus enim fuisset sese tantum jactitare, nondum sui facta probatione. Ex dictis autem id astruit. Non enim simpliciter dixit : Dabo tibi aquam ; sed prius illa Jacob neglecta, suam laudat, a munerum natura, dantium volens differentiam ostendere, et quantum ipse patriarcham excelleret : nam si miraris, inquit, Jacob hanc aquam dedisse, hacce multo præstantiorem dabo tibi (21).

A *Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.*

Φωτίου. Λεγούσης αὐτῆς, *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ ;* Οὐκ εἶπεν, Καὶ μείζων εἰμί· ἔδοξε γὰρ ἂν κομπάζειν μόνον, τῆς ἀποδείξεως μὴ φαινομένης. Δι' ὧν δὲ λέγει, τοῦτο κατασκευάζει. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, Δώσω σοι ὕδωρ, ἀλλὰ πρότερον ἀμελῶν τὸ τοῦ Ἰακὼβ, τότε ἐπαίρει τὸ ἑαυτοῦ, ἀπὸ τῆς τῶν δωρεῶν φύσεως, τὸ διάφορον τῶν διδομένων παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην. Εἰ γὰρ θαυμάζεις, φησὶ, τὸν Ἰακὼβ, ὅτι τοῦτο ἔδωκε τὸ ὕδωρ, πολὺ τούτου βελτίω δώσω σοι.

Vers. 20. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.*

Photii. Judæi crassioribus de divina corporisque experte natura opinionibus imbuti, Jerosolymis duntaxat ab omnibus Deum adorandum esse contendebant, quasi semel tota ibidem incomprehensa illa et ineffabilis natura, in unum quodammodo compacta et circumscripta foret. Quamobrem tanquam omnino rudes hac in re arque imperiti, voce prophetarum reprehensi sunt, dicente Domino : *Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? Vel quis locus quietis meæ?* Samaritani vero rursum, ut loco et regione, sic et inscitia ruditateque vicini Judæis, in monte Garizin dicto, orationes ac preces faciendas existimantes, merito risum non effugiunt. Hujus autem stolidæ superstitionis occasionem illis præbuit illa benedictio, quam in Garizi monte datam ex Deuteronomio cognoscimus. Hancce quæstionem ista mulier Salvatori tanquam problema difficillimum proponit, dicens : *Patres nostri in monte hoc adoraverunt*, et quæ sequuntur. Ad quod respondit Salvator : Non jam amplius quæsitum iri locum, in quo proprie Deus putetur habitare; sed ut qui omnia impleat, et universa contineat, ex suo quemque loco Dominum adoraturum, quemadmodum quidam sanctorum prophetarum ait. Horam autem et tempus ejuscemodi rituum abrogandorum, vocat corporeum suum in hunc mundum adventum (22).

Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν B *ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.*

Φωτίου. Οἱ Ἰουδαῖοι παχυτέρας ἔτι τὰς περὶ τῆς θείας τε καὶ ἀσωμάτου φύσεως διαλήψεις δεχόμενοι, ἐν μόνοις τοῖς Ἱεροσολύμοις χρῆναι προσκυνεῖσθαι τὸν ἐπὶ πάντας Θεὸν διετείνοντο, ὡς ἅπαξ ὅλης τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀκαταλήπτου φύσεως καταλυούσης ἐκεῖ, καὶ περιγραφομένης. Διὸ δὴ καὶ λίαν ἀσυνετοῦντες ἐπὶ τούτῳ διὰ τῆς τῶν προφητῶν ἠλέγχοντο φωνῆς, τοῦ Θεοῦ λέγοντος· *Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει Κύριος; Ἢ τίς ὁ τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;* Σαμαρεῖται δὲ πάλιν οὐ πόῤῥω τῆς Ἰουδαίων ἀμαθίας κείμενοι, χώραν τε ὁμοῦ καὶ ἀπαιδευσίαν ὅμορον ἔχοντες, ἐν ὄρει τῷ Γαριζεὶν, οὕτω καλουμένῳ, καὶ προσεύχεσθαι δεῖν καὶ προσ- C κυνεῖν οἰόμενοι, τὸ γελᾶσθαι δικαίως οὐ διαφεύγουσι. Γέγονε δὲ καὶ αὐτοῖς τῆς ἀνοίας ἡ πρόφασις, τὸ δεδόσθαι τὴν εὐλογίαν ἐν ὄρει Γαριζεὶν, καθὼς ἐν Δευτερονομίῳ γεγραμμένον εὑρίσκομεν. Ταύτην ἡ γυνὴ τῷ Σωτῆρι τὴν ζήτησιν, ὡς δυσκατάληπτον πρόβλημα προΐσχεται, λέγουσα, ὅτι *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Πρὸς ὅ φησιν ὁ Σωτὴρ, Οὐκέτι ζητήσεται τόπος ἐν ᾧ δὴ κυρίως οἰήσονται κατοικεῖν τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὡς πάντα πληροῦντι, καὶ συνέχειν ἰσχύοντι, προσκυνήσωσι τῷ Κυρίῳ, ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καθάπερ τίς φησι τῶν ἁγίων προφητῶν. Ὥραν δὲ καὶ καιρὸν τῆς τῶν τοιούτων ἐθῶν μεταστάσεως, τὴν ἑαυτοῦ μετὰ D σώματος ἐπιδημίαν ἐν κόσμῳ φησίν.

Ex catena, t. II, p. 444.

CAP. XVII. Vers. 13..... Dicens : *Ut habeant gaudium meum impletum*, ostendit clare, quod volens illos a multa liberare afflictione, præcedenter

Εἰπὼν, *Ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην*, ἐδήλωσεν σαφῶς ὅτι θέλων αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀνακτήσασθαι θλίψεως, τὰ προειρημένα ἐλα-

NOTÆ.

(21) Cf. Q. LXXIV.

(22) Cf. Q. LXXIV.

λησεν, διὸ καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων συγκαταβαίνων διάνοιαν (παραμυθεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἀλλ' οὐ διδάσκειν νῦν τὴν τῆς θεολογίας ἀκρίβειαν ἐβούλετο), ἀνθρωπινώτερον, καὶ ὡς ἐκεῖνοι ἠδύναντο παραμυθεῖσθαι, διαλέγεται, *Τήρησον αὐτούς*, λέγων, καὶ, *Ἐν τῷ ὀνόματί σου*· καὶ, *Ὅτε ἤμην ἐν τῷ κόσμῳ, ἐτήρουν αὐτούς*, καὶ τὰ ὅμοια. Χαρὰν δὲ τὴν ἐμήν, φησίν, οἷον τὴν πνευματικήν, τὴν στηρίζουσαν ψυχάς, ἀλλ' οὐχὶ τοιαύτην οἵαν ὁ κόσμος ἔχει, διὰ τρυφῆς καὶ ἡδονῶν καὶ σωματικῶν εὐπαθείας συνισταμένην.

A dicta locutus est, propterea ad eorum intelligentiam descendens; consolari enim eos, non autem docere nunc theologiæ veritatem volebat. Humanum magis quoddam, et quod illos consolari possit, exponitur. *Serva illos*, inquit; et : *In nomine tuo;* et : *Cum essem in mundo, servabam eos*, et similia. Gaudium autem meum, inquit, ut spirituale, animas firmans, sed non quale mundus habet, voluptate, deliciis et corporalibus commodis constans.

Hæc habet B, sed forsam Photii sunt, ut multa alia, scholia quæ interjecit iste cod., sed nomine ejus in marg. scripto sic φῶ. Huic autem scholio non ascribitur.

FRAGMENTA IN EPISTOLAS SANCTI PAULI.

Ex Catena Crameriana.

I. IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

(CRAMER. t. IV.)

Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως.

Φωτίου. Τρία ἐστὶν ἐν τούτοις τοῖς παραβολικῶς ἀλλήλοις παρατεθεῖσιν, ὁμοιότης τις, ἐναντιότης, ὑπερβολή. Κατὰ τὴν ὁμοιότητα ἐναντιότης μέν, ἁμαρτία, ἀναμάρτητον· ἔχθρα πρὸς Θεόν, καταλλαγὴ πρὸς Θεόν· κατάκριμα, δικαίωμα· ἀπώλεια καὶ πτῶμα καὶ θάνατος, σωτηρία καὶ ζωὴ καὶ ἀνάστασις. Ἡ μὲν οὖν ἐναντιότης ἐν τούτοις· ἡ δὲ ὁμοιότης, ὥσπερ δι' ἑνὸς τοῖς πᾶσιν ἐπιγέγονεν· ἡ δὲ ὑπερβολή, ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν χειρόνων συνέπραξαν, τῷ ἑνὶ οἱ πολλοὶ ἐπὶ τὸ μετασχεῖν αὐτοῖς τῶν κακῶν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀμεινόνων οὐδείς, συνέπραξεν ἀλλὰ μόνον τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τὸ χάρισμα γέγονεν. Ὥστε οὐχ ὁμοίως καὶ ἐπίσης, ἀλλὰ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἐκ περισσείας ἡ ὁμοιότης. Πάλιν διὰ τοῦ Ἀδὰμ τῶν χειρόνων εἰσαχθέντων, οὐχ ἀνῃρέθη μόνον ταῦτα, ὅπερ ὡς ἐναντίοις ὅμοιον καὶ ἀνάλογον, ἀλλὰ καὶ ἐπεδόθη παρὰ Χριστοῦ τὰ ἀμείνω· ὅπερ τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν περισσείαν παρίστησιν.

Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνός, κ. τ. λ.

Φωτίου. Εἰπὼν ὅτι τύπος ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ Χριστοῦ· τύπος δὲ δηλονότι ἐκ τοῦ ἐναντίου. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος αἴτιος ἀνθρώποις [a] θανάτου, οὕτως ὁ Χριστὸς αἴτιος ἀνθρώποις ἀναστάσεως. Εἰπὼν οὖν, ὡς ἔφημεν, ὅτι τύπος ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ Χριστοῦ· ἐπειδὴ μέλλων αὐτὸ κατασκευάζειν, οὐ μόνον τὴν ὁμοιότητα κατασκευάζει καὶ τύπον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῷ τύπῳ καὶ ὁμοιότητι ὑπεροχὴν καὶ περισσείαν. Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται διὰ τοῦ λέγειν, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα· καὶ πάλιν, καὶ οὐχ ὡς ἑνὸς ἁμαρτήσαντος. Ἐπεὶ οὖν σύνθετον αὐτῷ πως γέγονε τὸ ἐπιχείρημα, ἀνομοιότητά πως ἐν ὁμοιότητι διαπλέκοντι· νῦν

B CAP. V. VERS. 14. *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen.*

Photii. Tria sunt in his parabolice inter se invicem collatis, similitudo quædam, oppositio, hyperbole. Secundum similitudinem oppositio quidem fit, noxa, innocens; odium in Deum, conversio ad Deum; damnatio, justificatio; perditio, interitus et mors; salus, vita et resurrectio. Est igitur oppositio in istis : similitudo autem, sicut per unum in omnes pertransiit : hyperbole autem, quia in delictis simul operati sunt, in uno multi, quod ipsi in malis operibus communicaverunt, in melioribus vero nullus operatus est, sed tantum unius Christi gratia facta est. Ita non similiter nec æqualiter, sed hyperbolice et ex superabundantia similitudo. Rursus cum per Adam delicta introducta C forent, non solum ablata sunt illa, quod in oppositis similitudinem et analogiam præ se fert, sed data sunt per Christum meliora; quod hyperbolen et superabundantiam præstat.

VERS. 19. *Quemadmodum enim per inobedientiam unius*, etc.

Photii. Typum dicit fuisse Adam Christi; typus autem evidenter est ex oppositione. Ut enim ille causa hominibus mortis fuit, sic et Christus causa hominibus resurrectionis. Dicit igitur, ut notavimus, typum fuisse Adam Christi; cum id expositurus est, non solum similitudinem exponit et typum, sed etiam in typo et similitudine excessum et superabundantiam. Hoc enim ostendit dicendo, sed non sicut delictum, et rursus, et non D sicut uno peccante. Cum igitur composita illi quodammodo facta sit expositio, absimilitudinem similitudini inserenti; nunc idem reassumit, meram-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Cod. ἄνθρωπος, sed marg. γρ. ἀνθρώποις.

que similitudinem ostendit, nec miscet aliquam ex dictione absimilitudinis repugnantiam. Deinde aperte et nude demonstrans, quia sicut per unum mors regnavit, multo magis in vita regnabit per unum Christum, adjicit tanquam conclusionem ducens, et in apertiorem adhuc et pressiorem producens sermonem, et dicit : *Igitur sicut per unum delictum in omnes homines condemnatio*, et quæ sequuntur. Deinde cum in primo composita expositione utitur, in secundo explicata et repetita, et in voce *sicut*, conclusioni abjecta. Delictum quidem et donum et condemnationem, et donationem et justificationem memorat : unde etiam initium sumpsit. Nullo modo contrariorum utriusque connexio indicata est. Nunc illud exponit et aperit dicens, quod unum ex inobedientia manavit, alterum autem ex obedientia floruit; ita ut demonstratio illud sit expositionis in qua exhibuit typum et similitudinem, quale est illud, *Si enim unius delicto mors*, etc.

A ἐπαναλαμβάνεται μὲν τὸ αὐτὸ, καθαρῶς δὲ τὴν ὁμοιότητα δείκνυσι· καὶ οὐκέτι πλέκων ὅσον ἀπὸ τῆς λέξεώς τινα ἀνομοιότητος μάχην· εἶτα σαφῶς τοῦτο καὶ καθαρῶς ἐνδειξάμενος, ὅτι ὥσπερ δι' ἑνὸς ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, πολλῷ μᾶλλον ἐν ζωῇ βασιλεύσει δι' ἑνὸς Χριστοῦ, ἐπάγει ὥσπερ συμπεραινόμενος, καὶ εἰς τὸ ἔτι σαφέστερον καὶ συνεσταλμένον ἀνάγων τὸν λόγον, καί φησιν· « Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸ κατάκριμα, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα καὶ ἐπειδὴ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ καὶ συνθέτῳ ἐπιχειρήματι, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ διακεκαθαρμένῳ καὶ ἐπαναληπτικῷ· καὶ ἐν τῷ ὥσπερ συμπεράσματι ἐπενεχθέντι. Παραπτώματος μὲν καὶ χαρίσματος καὶ κατακρίματος καὶ δωρήματος καὶ δικαιώματος καὶ τοιούτων μνημονεύει· ὅθεν καὶ τὴν ἀρχὴν εἴληφεν· ἑκάτερα τῶν ἐναντίων ἡ συστοιχία αὕτη οὐδέπω ἐπεσημήνατο.
B Νῦν αὐτὸ τοῦτο διασαφεῖ καὶ ἀποκαλύπτει, καί φησιν, ὅτι τὰ μὲν ἐκ παρακοῆς ἐῤῥύη, τὰ δὲ ἐξ ὑπακοῆς ἤνθησεν· ὥστε κατασκευαστικὸν ἂν εἴη τοῦτο τοῦ ἐπιχειρήματος τοῦ κατασκευάζοντος τὸν τύπον καὶ τὴν ὁμοιότητα, οἷον τοῦ, *Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος*, » καὶ ἑξῆς.

Non eumdem sermonem repetit, ut putari posset, divinus Apostolus in istis, sed clare multum et recte connectit et disponit vim horum capitum. Est igitur illud : *Sed non sicut delictum*, et quæ sequuntur, usque ad : *Ex multis delictis in justificationem*, expositio quidem, ut diximus, typum et similitudinem ostendens; deerat ergo claritate et explicatione. Illud præstat quæ sequitur expositio, repetens jam dicta, et explicans et in aperto exponens. Sed oportebat et huic quoque conclusionem dari, ut non ex hypothesi tantum videatur constare. Hoc non omittit, sed tanquam conclusionem ducens, et sermonis veritate fidens, cum affirmatione profert : *Igitur sicut per unius delictum*, etc. Deinde, cum igitur minime in talibus expositionibus dixit unde habuerit principium justificatio et condemnatio, neque illud prætermittit, sed exponit dicens : *Sicut enim per inobedientiam*, etc.

Οὐ ταυτολογεῖ τοίνυν, ὡς ἄν τις οἰηθείη, ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τούτοις, ἀλλὰ σαφῶς λίαν καὶ διηκριβωμένως ἀλληλουχεῖ καὶ ἐντάττει τῶν κεφαλαίων τὴν δύναμιν· ἔστι μὲν οὖν τὸ μὲν, *Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα*, καὶ ἑξῆς, ἕως τοῦ, *ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα*, ἐπιχείρημα μὲν, ὡς ἔφημεν, δεικτικὸν τοῦ τύπου καὶ τῆς ὁμοιότητος. Ἐδεῖτο οὖν σαφηνείας καὶ διακαθάρσεως. Τοῦτο ποιεῖ τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα, ἐπαναλαμβάνον τὸ προ-
C ειρημένον καὶ διακαθαῖρον καὶ εἰς τὸ σαφὲς ἀπαγγέλλον· ἀλλ' ἔδει καὶ τοῦτο λαβεῖν ἀξίωμα, καὶ μὴ ἐξ ὑποθέσεως προτείνεσθαι μόνον. Οὐδὲ τοῦτο παρορᾷ, ἀλλ' ὥσπερ συμπεραινόμενος, καὶ τῇ τοῦ λόγου θαρρῶν ἀληθείᾳ, μετὰ βεβαιώσεως ἀποφαίνεται· *Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα, ἐπεὶ οὖν ἦν εἰπὼν ἐν τοσούτοις ἐπιχειρήμασιν οὐδαμοῦ πόθεν ἔσχεν ἀρχὴν τὸ δικαίωμα καὶ τὸ κατάκριμα, οὐδὲ τοῦτο παρορᾷ, ἀλλὰ τίθησι λέγων, *Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς*, καὶ ἑξῆς.

CAP. VII. VERS. 8. *Sine enim lege peccatum mortuum erat.*

Peccatum quidem mortuum erat; ego autem in vita eram, utpote non turbatus, non vulneratus, non occisus ab illo. Quomodo ergo revixit illud per legem? Quomodo? Quod, data lege, magis ad impugnandum incitatum est, et quidquid nocere poterat ausum est, tanquam coronandum fore hunc qui mandatum servaverit considerans, et ideo magis invidiosum factum. Et ego rursus cognoscens per legem peccatum, et quia in hac cognitione agebam quæ vitare oportebat, magis propterea peccabam; et magis illud contra me valens efficiebam, robur illi addens per cognitionem actus injusti, et debili et mortuo vires et vitam suscitans. Cum autem vixit, me occidit. Antequam illud ad vitam revocaretur, vivebam ego magis. Illud autem erat ante legem et mandatum; ita ut, quamvis lex non

Χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά.

Φωτίου. Ἡ μὲν ἁμαρτία νεκρά· ἐγὼ δὲ ἐν ζωῇ, ἅτε μὴ ἐνοχλούμενος μηδὲ νυττόμενος, μηδὲ νεκρού-
D μενος ὑπ' αὐτῆς. Πῶς οὖν ἀνέζησεν ἐκείνη διὰ τοῦ νόμου; Τίνα τρόπον; ὅτι τοῦ νόμου δοθέντος μᾶλλον ἐκείνη πρὸς ἐπίθεσιν παρωξύνθη, καὶ οἷον ἐπηρεάσαι ὥρμησεν· ἅτε δὴ καὶ στεφανοῦσθαι μέλλοντα τὸν φυλάξαντα τὴν ἐντολὴν ὑπολογιζομένη, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον διαβασκαίνουσα. Καὶ ἐγὼ πάλιν γνοὺς διὰ τῆς ἐντολῆς τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἐν γνώσει πράττων ἃ φεύγειν ἔδει, μᾶλλον κατὰ τοῦτο ἡμάρτανον· καὶ μᾶλλον αὐτὴν κατ' ἐμαυτοῦ ἐπερώννυον, ἰσχὺν αὐτῇ διὰ τῆς κατὰ γνῶσιν ἀτόπου πράξεως ἐπιχορηγῶν, καὶ οἷον ἀσθενῆ καὶ νενεκρωμένην οὖσαν ἐνισχύων καὶ ἀναζωπυρῶν. Ἡ δὲ ζήσασα ἐμὲ ἐνέκρωσε. Πρὸ δὲ τοῦ ἀναζῆσαι ἐκείνην, ἐγὼ ἔζων μᾶλλον. Τοῦτο δὲ ἦν πρὸ τοῦ νόμου καὶ τῆς ἐντολῆς· ὥστε εἰ καὶ

μὴ ὁ νόμος ἁμαρτία, ἀλλ' οὖν ἐκείνου δοθέντος, κατὰ δύο τρόπους ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, αὐτῆς τε ἐκείνης μᾶλλον πρὸς ἐπίθεσιν ἀνακινηθείσης· καὶ διεγερθείσης, καὶ ἡμῶν τῇ κατὰ γνῶσιν ἐκτόπῳ πράξει ἐνισχυσάντων αὐτήν· καὶ τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλὴν σὺν παῤῥησίᾳ παρασχομένην. *Ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον.*

Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα. Ἀνωτέρω εἰπὼν ὅτι, *Ἀφορμὴν λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία, κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν*, ἐπάγει ὅτι, Οὐ μόνον ἐπιθυμίαν πᾶσαν κατειργάσατο, ἀλλὰ καὶ ἐθανάτωσέ με. Αὕτη γέγονεν εἰς θάνατον. Εἶτα ὡς ἔθος αὐτῷ αἰτίας αἰτίαις συνείρειν, καὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐνδεικνύναι καὶ τῶν πραγμάτων ἐν τοῖς λόγοις, ἀνατρέχει καὶ τίθησί πως· *Κατειργάσατο πᾶσαν ἐπιθυμίαν*· καί φησιν, *Ὅτι ἀφορμὴν λαβοῦσα ἐξηπάτησέ με.* Εἶτα ἀφῆκε τὸ προῤῥηθὲν νοεῖν ἐνταῦθα, ὅτι Ἐκ τούτου δὲ εἰργάσατο τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τοῦτο ἀφεὶς ἐπισυνάπτει τὸ τέλος, *καὶ ἀπέκτεινεν*· ἵν' ᾖ κατὰ συνέχειαν, εἴ τις ἀναλάβοι, οὕτως αὐτῷ εἰρημένον· *Ἀφορμὴν λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν*· τὴν δὲ ἐπιθυμίαν κατειργάσατο ἀπατήσασα· ἐργασαμένη δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, ἀπέκτεινέ με. Ἔστιν οὖν ἀπάτη αἰτία τῆς ἐπιθυμίας. Ἡ δὲ ἐπιθυμία τοῦ θανάτου· τὴν δὲ ἀπάτην εἰργάσατο διὰ τῆς ἐντολῆς ἡ ἁμαρτία· ἵνα φανῇ τὸ ὑπερβάλλον τῆς κακίας αὐτῆς, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κάκιστον ἐργαζομένης.

Φωτίου. Ἐκ δευτέρου δὲ ἔφη τὸ, *Λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία ἀφορμὴν διὰ τῆς ἐντολῆς*· τὰ αὐτὰ ποικίλως κατασκευάζων· καὶ εἰκότως· μεγάλην γὰρ εἶχε δόξαν ὁ νόμος. Δείκνυσιν οὖν αὐτὸν μηδὲν ὠφελοῦντα, ἀλλ' ἐκ περιστάσεως καὶ βλάψαντα· ἵνα εὐπαράδεκτος γένηται, κηρύσσων τὸ ἀφεῖναι μὲν αὐτὸν, προσδραμεῖν δὲ τῇ πίστει Χριστοῦ.

Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, κ. τ. λ.

Φωτίου. Σὺ δὲ ἁπλῶς δύνασαι ἅγιον τὸν νόμον εἰπεῖν· ὅτι ἐφύλαττεν ἀπὸ ἀκαθαρσίας τοὺς φυλάττοντας αὐτόν· δίκαιον, ὅτι τοὺς μὲν κατορθοῦντας, ἠμείβετο δωρεαῖς· τοῖς δὲ παραβαίνουσιν, ἐπετίθει τὰς τιμωρίας. Ἀγαθὸν, ὅτι οὐχ ἡδόμενος ταῖς τιμωρίαις ἢ ὀργῇ χρώμενος ἐκόλαζεν· ἀλλὰ τῆς αὐτῶν ἕνεκεν σωτηρίας. Καὶ ἔτι ὅτι μικρὰ κατορθοῦσι μεγάλα ἐχαρίζετο· καὶ ἁμαρτάνοντας περιεῖπε· καὶ οὐ κατ' ἀξίαν τῶν πλημμελημάτων ἐκόλαζεν. Αὐτὸς δὲ ταῦτα παραδραμὼν ἐκ τούτων συμπεραίνει ἅγιον καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθὸν εἶναι τὸν νόμον ἢ τὴν ἐντολήν. Ἐξ ἑνὸς μὲν, ὅτι ἐδίδαξέ με τὴν ἁμαρτίαν· καὶ ἐπέταξε φυγεῖν αὐτήν. Ἐξ ἑτέρου δὲ, ὅτι κηδόμενος καὶ φροντίζων τοῦτο ἐποίησεν. Ἅγιος οὖν, ὅτι ἐδίδαξε, καὶ ἐπέταξε φυγεῖν ἀπὸ τῆς ἀκαθαρσίας. Δίκαιος, ὅτι διδάξας οὕτω, τὴν τιμωρίαν τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀπαιτεῖ· ἀγαθὸς δὲ, ὅτι καὶ ζωήν μοι προνοούμενος ταῦτα ἐπετέλει.

Τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θάνατος.

Φωτίου. Τὸ μέγεθος δὲ ἠθέλησε δεῖξαι τῆς ἁμαρτίας· καὶ ἐπειδὴ ταύτης εἰς κακίαν μεῖζον οὐκ ἦν εὑρεῖν· δι' αὐτῆς ταύτης ἐνδεικνύμενος τὸ μέγεθος φησίν· *Ἵνα φανῇ ἁμαρτία*· τουτέστιν ἵνα ἐκκαλυφθῇ αὐτῆς ὁ πᾶς τῆς κακίας πλοῦτος, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῆς

A sit peccatum, hac tamen data, duobus modis revixit peccatum. Illud magis ad impugnandum incitatum et animatum nobis alieno secundum cognitionem actu valentius illud efficientibus, contra nos in impetum audacissime, irruit. *Sed peccatum revixit, ego autem mortuus sum.*

Nam peccatum occasione accepta. Supra dixit : *Occasione accepta peccatum operatum est in me omnem concupiscentiam.* Addit, quod non solum omnem concupiscentiam operatum est, sed et occidit me. Illud factum est in mortem. Deinde, cum mos est illi causas causis conserere, et seriem rerum ostendere in verbis, relegit et ponit quomodo : *Operatum est omnem concupiscentiam;* et dicit : B *Quia occasione accepta seduxit me.* Dein, mittit ibi significationem eorum quæ antea dixerat, quod ex hoc operatum est omnem concupiscentiam, et illud mittens finem intexit, *et occidit*, ut appareat connexio, si quis hoc modo dicta ejus perlegat. *Occasione accepta, peccatum operatum est in me omnem concupiscentiam.* Concupiscentiam vero operatum est seducendo, et operando concupiscentiam occidit me. Seductio igitur causa est concupiscentiæ; concupiscentia autem mortis. Seductionem vero operatum est per mandatum peccatum ; ut ostenderetur malitiæ ejus immensitas, cum per bonum pessimum operetur.

Photii. Secundo autem dixit : *Occasione accepta per mandatum, peccatum.* Eadem vario modo exC ponens ; et merito : magnam enim habuit laudem lex. Ostendit igitur eam nihil profuisse, sed ex circumstantia etiam nocuisse; ut clarus videatur, quando prædicat illam desiisse fidei Christi præcedentem.

VERS. 12. *Itaque lex quidem sancta*, etc.

Photii. Tu absolute poteris sanctam legem dicere, quod ab immunditia custodiebat servantes illam ; justam, quod recte agentes donis remunerabat, transgressores autem pœnis multabat ; bonam, quod non pœnis et ira gaudens quibus utebatur, puniebat, sed ad procurandam eorum salutem, et amplius, quod parva bene agentes magnis donabat, et peccatores, neque dignas illorum delictis pœnas sumebat. Ille autem ista percurrens ex his concluD dit sanctam, justam et bonam esse legem aut mandatum : ex uno quidem, quod didicit mihi peccatum, et præcepit ut illud fugerem ; ex altero autem, quod libens et consulens hoc egit. Sancta ergo, quod didicit, et præcepit ut fugerem ab immunditia, justa, quod, postquam sic didicit, pœnas de peccantibus sumit, bona autem, quod vitam mihi providens hæc perfecit.

Quod ergo bonum est, mihi factum est mors.

Photii. Magnitudinem voluit ostendere peccati ; et quoniam nihil inveniri posset illo majus ad malum procurandum, per illud ipsum ipsius exhibens magnitudinem dicit : *Ut appareat peccatum*, id est, ut revelentur illius malorum omnium divi-

A tiæ, et illius robur quod in ipso est; tanquam ut quod totum est, totum manifeste appareat. Cum enim malorum aliorum magnitudinem comparare volumus, possumus aliud quid adjicere illi quod affligimur; ut scelestus erat in tantum Cain, quia fatricida factus est, et Deo primus mentitus est. Et rursus, non per prodigiorum ostensionem adductus est Pharao ad liberandum Israelitas, ut exhibeatur illius sententiæ crudelitas et odium in Deum; et in cæteris idem. Nam inveniri potest aliquid præsenti malo pejus, cujus perpetratione qui inique operantur conveniens malignitati nomen accipiunt. Peccatum autem, cum illo, ut diximus, nihil pejus inveniri potest, ipsum se per se designat; amaram et acerbam simul gravitatem, tyrannicamque et invictam vim ostendit. B Cum certius censuerit dici per nominis tautologiam, iterum nomen reassumit, dicit enim epithetice : *Peccans peccatum*. Acerbitatis designatio absoluta est. Cognominat et non omnino a nomine abscedit; in quo autem solutio esse videtur, vim addit adjiciens, *supra modum*; et ita apertius simul et fortius, acerbitatem quoque exprimente sermone utitur dicens : *Ut fiat supra modum peccans peccatum*.

Vers. 16. *Si autem quod nolo, illud facio.*

Photii. Tu vero mihi sic verba patefacias. Postquam venundatus et sub peccato factus est homo, non cognoscit quod operatur, turpi consuetudine omnino illi dominante, C neque consentiente ut videat malum esse quod agit. Quamobrem quod odisset, si innoxius et liber esset, et quod non eligeret, illud eligit. Jam venundatus et non suus agit. Si vero liber et innoxius et meus forem, non eligerem quæ nunc facio, *consentio legi quoniam bona est*. Illa enim ut fugiam mihi consentit, quæ, dum ego in propria naturæ libertate versor, fugienda censui et odibilia esse. *Non intelligo* igitur, evidenter *venundatus*, *non enim quod volo*, dum liber sum, *hoc facio* nunc, cum *venundatus* sum; *sed quod odi*, dum liber sum, *illud facio* dum *venundatus* sum. *Si vero quod nolo*, dum liber sum, *illud facio*, dum venundatus sum, *consentio legi*, dum liber sum, *quia bona est*. D Opera enim legis volo, et non quæ nunc facio.

Vers. 21. *Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum*, etc.

Photii. Intelligas autem sic. Ex his quæ dixi, inquit, hoc mihi concluditur, et illud *invenio legem* esse, legem in bonum *volenti mihi facere bonum*; et illud solum gratum est. Malum enim invenio, *quoniam similiter mihi adjacet*; et non melior factus essem ex lege, nisi magis damnum..... recepissem, quia, ut adjaceat mihi et quasi propius mihi sit malum, hæc præbuit occasionem. Lex igitur, solum lex facta est mihi in bonum, aliud autem nihil. Unde evidens est, quod malum mihi tali modo ad-

ἡ ἐν αὐτῇ. Οἷον ἵν' ὅπερ ἐστὶν ὅλη ὡς ὅλη γένηται ἐκφανής. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ὑπερβολήν τινα θέλοντες παραστῆσαι, δυνάμεθα ἄλλο τι ἐπιφέρειν τῷ διασυρομένῳ ὑφ' ἡμῶν· οἷον μιαρὸς ἦν ἐπὶ τοσοῦτον ὁ Κάϊν· ὅτι καὶ ἀδελφοκτόνος ἐγένετο· καὶ Θεὸν πρῶτος ἐψεύσατο. Καὶ πάλιν, οὐδὲ μετὰ τὴν τῶν τεραστίων ἐπίδειξιν παρεκλήθη Φαραὼ ἀπολῦσαι τοὺς Ἰσραηλίτας· ἵνα φανῇ αὐτοῦ τὸ ὠμὸν τῆς γνώμης καὶ θεομισές· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Ἔστι γὰρ εὑρεῖν τι χεῖρον τῶν ὑποκειμένων, οὗ μετασχόντες οἱ πονηρευόμενοι τὰς κατ' ἐκεῖνο προσηγορίας ἐπιδέχονται. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁμαρτίας, ἐπεὶ ταύτης, ὡς ἔφημεν, οὐκ ἔστι χεῖρον εὑρεῖν· αὐτῆς ἐφ' ἑαυτῆς κατηγόρησε. Πικρῶς ἅμα καὶ δριμέως τὸν ὄγκον αὐτῆς, καὶ τὸ τυραννικὸν ἅμα καὶ ἀνυπέρβλητον ἐνδεικνύμενος. Ἐπεὶ δὲ ἀσφαλέστερόν πως ἔδοξεν εἰρῆσθαι τῇ ταυτολογίᾳ τοῦ ὀνόματος· πάλιν δὲ μεταλαμβανομένου τοῦ ὀνόματος. Ἔφη γὰρ παρωνύμως *ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία*. Ἡ τῆς δριμύτητος ἔνδειξις ἐξελύετο. Παρονομάζει μὲν καὶ οὐ τελείως ἀφίσταται τοῦ ὀνόματος. Ἐν ᾧ δὲ ἐκλελῦσθαι ἐδόκει, τόνον ἐπάγει τῇ προσθήκῃ τοῦ *καθ' ὑπερβολήν*· καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ σαφέστερον ἅμα καὶ ἔντονον, καὶ τοῦ δριμέως ἐμφαντικὸν μεταλαβὼν τὸν λόγον φησίν· *Ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία*.

Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ.

